FRANCISCI ANTONII VIVOLI PHILOSOPHI, ET MEDICI NEAPOLITANI,

IN FLORENTISSIMO GYMNASIO NEAP. PHILOSOPHIAE PVBLICI LECTORIS.

OPVS IAM DIV EXPECTATVM, ET NVNC ſumma cum diligentia in lucem editum & in tres partes diuiſum.

IN PRIMA ANTEPRÆDICAMENTA MAXIMA CVM DOCTRINA. In ſecunda miro cum ordine Prædicamenta. In tertia ſummo cum artificio Poſtprædicamenta cum rationibus dubitandi, & decidendi ampliationibus, & limitationibus notabilibus, nouoq; ſenſu ex Peripateticorum fontibus illuſtrantur.

Logicam facultatem profitentibus valde vtile, & neceſſarium.

Prima Pars.

AD ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. D.

D. HENRICVM DE GVZMAN COMITEM DE OLIVARES IN REGNO NEAPOLITANO PROREGEM DIGNISSIMVM.



NEAPOLI, M. D. XCVI.

Apud Io. Iacobum Carlinum, & Antonium Pacem :-

FRANCISCI ANTONII VIVOLI PHILOSOPHI, ET MEDICI NEAPOLITANI.

IN FLORENTISSIMO GYMNASIO NEAP.
PHILOSOPHIAE PVBLICI LECTORIS.

OPVS IAM DIV EXPECTATVM, ET NVNC

IN PRIMA ANTEPRAEDICAMENTA, ET SVMMA CVM DOCTRINA.

Logicam facultatem ...

Prima Pars.

AD ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS.

D. HENRICVM DE GVZMAN COMITEM DE OLIVARES

IN REGNO NEAPOLITANO PROREGEM DIGNISSIMVM.



NEAPOLI. M. D. XCVI.

Apud Io. Iacobum Carlinum, et Antonium Pacem.

ILLVSTRISS.MO. ET EXCELLENTISS.MO. D.

D. HENRICO GVZMAN COMITI DE OLIVARES,

IN REGNO NEAPOLITANO PROREGI DIGNISSIMO.

FRANCISCVS ANTONIVS VIVOLVS PHILOSOPHIÆ Publicus Lector æternam Felicitatem.

SIQVIS aſtrorum principem, reliquorumq; moderatorem luminum ſolem oculis nunquam aſpexiſſet, ſed aſtri pulcherrimi præſtantiam auditione tantùm accepiſſet, poſtea verò primo diluculo cælum albeſcere, Auroræ roſeo ſplendore mundum collucere videret; fieri planè non poſſet, quin, mirifica cum expectatione, incredibili ſolis contemplandi deſiderio teneretur. Si verò cæleſtem regionem ſic intuenti, in eaq; defixo ſe fulgor ille ſalutaris efferret, immenſaq; fontem lucis contemplandum offerret, an non lætitia exultans, magnam tanti miraculi famam extitiſſe, maiorem expectationem, admirabilitatem longè maximam affirmaret? Tam illuſtris eſt; ſemperq; extitit virtutum gloria tuarum, Prorex Excellentiſſime, vt omnes Europæ partes, quas adijſti, idem ſibi contigiſſe gratiſſima recordatione commemorent. In illis enim omnibus ſic tuus aduentus celebratus eſt, vt laudum famam tuarum tui expectatio, expectationem tuus aduentus, ac tuæ Excellentiæ aſpectus, admiratioq; ſuperarit. Teſtis eſt, vt alias prætercam, Sicilia noſtrarum Inſularum nobiliſſima; Teſtis Roma orbis terrarum Princeps; quæ ſic te adamarunt præſentem, vt deſiderarint abſentem: In quibus tot præclara teſtimonia, monumentaq; virtutis comparaſti, de quibus nunquam hominum grauiſſimus ſermo conticeſcet. Quarum altera amplitudine nominis tui omnes Inſulas, ma-

ria vniuerſa, ſinus omnes, atq; portus impleuit; altera laudes tuas diſſeminauit in orbis terræ memoriam ſempiternam. Hac tanta celebritate famæ, cum eſſes iam abſentibus notus, omnium deſiderio expetitus, Neapolim deniq; gratiſſimus, et optatiſſimus appuliſti. Quis eſt tam aureum flumen fundens orationis, tam diuina præditus eloquentia, qui lætitiam illius diei, ciuium plauſus, ciuitatis gratulationem, omnium feliciſſimas acclamationes pro dignitate valeat enarrare? Illuxit, aiebant omnes, illuxit tandem dies ille, Dei præpotentis munere ſingulari, quo virum illum, cuius tanto æſtuabamus deſiderio, tanquam liberi patrem, tanquam patriæ futurum parentem noſtræ poſſemus ardentiſſimis animi votis, & propenſiſſima voluntate aſpicere, amplecti, exoſculari. Hic enim eſt ille ex ampliſſima, clariſſima, Illuſtriſſima Guſmanorum familia heros, qua familia ſe diuinum illum et admirabilem Dominicum terris olim edidiſſe meritò gloriatur. Hic ille, quem Rex Philippus ſapientiſſimus, ſapientia ſingularem; optimus, pietate præſtantem, fortiſſimus; animi magnitudine excellentem; omnibus virtutibus ornatiſſimus, omnium ornamentis virtutum cumulatum toties iudicauit. Hic ille eſt, cuius Hiſpania prudentiam, Roma conſilium, Sicilia fortitudinem pari pietati coniunctam, totus deniq; orbis in omni genere præſtantiam laudat, ſuſpicit, admiratur. O te felicem tantæ familiæ nomine, te fortunatam tanti nominis omine Neapolim? Si afflicta, ſi mœſta, ſi calamitatibus oppreſſa fueris; habes virum ex illa familia, cui antiquiſſimum, & penè hæreditarium eſt afflictos erigere, mœſtos conſolari, calamitatibus oppreſſos liberare. Quam laudem in Diuo Dominico omnes litteræ, omnes libri, omnia monumenta, omnia templa, omnes omnium voces agnoſcunt, prædicant, ad cœlum extollunt. Si te prædones, ſicarij, & alij eiuſdem farinæ nebulones ſe tibi infeſtos exhibeant; habes virum, qui e Sicilia tota, tanquam alter Hercules, eiuſmodi monſtra aut infra mortuos exturbauit, aut vltra remotiſſimas Inſulas amandauit. Si annonam ingraueſcentem extimeſcis; virum habes, qui tanta prouidendi celeritate eam in Sicilia leuauit, vt grauiſſimam annonam nec opinata vilitas conſecuta ſit. Si clementiam deſideras? quis illo humanior? Si iuſtitiam; quis illo æquior, qui nihil gratiæ, nihil auaritiæ, nihil odio, omnia tribuat æquitati? Hæc vniuerſi crebris vſurpabant ſermonibus; hæc in ore omnium verſabantur; his vocibus tota ciuitas perſonabat: Omnes, annos meliores, feliciora tempora, aurea deniq; ſibi ſæcula promittebant. Nec verò vanè ominati ſunt, nec ſpes eos fefellit; ſed, vt optimis ominibus ad huius Regni gubernacula acceſſiſti, ſic melioribus in dies, pro tua, tibiq; innata conſtantia, perſeueras

ſeueras

ſcueras. Non enim ſolum omnium deſiderijs, conceptæ opinioni, expectationi cumulatiſsimè reſpondiſti, ſed hæc etiam omnia tua magnificentia ſuperaſti. Nam omnes Regni partes leuamentum in te miſeriarum inuenerunt; viæ ipſæ lætitia geſtiunt, a furtis, a latrocinijs, ab excurſionibus, a rapinis, a cædibus, tua vigilantia, liberatæ; & , vt ſimul ac ſemel omnia dicam, floret cum ſuo Regno Neapolis, & ita floret, vt nomini congruenter ſuo noua ciuitas dici mereatur. Et verò in ſpem etiam longè maximam, & , quemadmodum nos ſtatus ille conſtans, & perpetua ratio vitæ tuæ confidere iubet, veriſsimâ adducti ſumus, fore, vt de hac felicitate non modo nulla deceſsio, ſed maior ad hanc maiorq; ſemper fiat acceſsio.

Hæc ego conſiderans, & alia plurima, quibus te tui ciues amore amant ſingulari, te in animo, in ore, in oculis ferunt, quæ vix maximis voluminibus, ne dum vnius epiſtolæ anguſtijs contineri poſſunt, ſtatim cogitare cœpi, quo modo, quantam in communi lætitia voluptatem acceperim, quanto fuerim gaudio perfuſus, teſtatum, exploratumq; facere poſſem. Quod animo agitanti diuina ſe philoſophia obtulit, meq; his vocibus affari viſa eſt: Quid, o noſter alumne, dignius arbitrere, quod Proregi Excellentiſsimo offeras, quàm quæ te docui, quæ tibi dictaui, quibus animum tuum illuſtraui? Ego vitæ dux: hic vitæ exemplo ſuæ vitam homines homine dignâ viuere verè docet. Ego virtutis indagatrix; hic virtutis regnum conſtabilire contendit. Ego expultrix vitiorum; hic vitioſos cane peius, & angue fugit, odit, deteſtatur. Ego vrbes peperi; hic regna, & hominum inter homines ſocietatem, pacem, tranquillitatem magnificè conſeruat. Ego inuentrix legum; hic legum & diuinarum, & humanarum decus, gloriam, dignitatem conſtantiſsimè tuetur. Hic alter Phœnix, alter Neſtor, alter Orpheus, Amphion alter, qui ſine vi, ſine impetu, ſed auctoritate, ſed probitate, ſed conſilio a vitijs homines deterret, excitat ad virtutes. Huic tu Prædicamentorum Ariſtotelicorum explicationem tuam, in ſignum lætitiæ, dedica; quando, propter ingraueſcentem ætatem, totam Philoſophiam tuis laboribus, vigilijs, meditationibus illuſtratam non potes. Immo te, pro ſua eximia ſapientia, uniuerſa ſe de quibus Philoſophi diſſerunt, a te accepiſſe lubenter agnoſcet, cum ipſa ſumma rerum genera, quæq; ſub ijs continentur, & quæ ad ea referuntur, acceperit, ſine quorum cognitione nulla pars Philoſophiæ nec eſſe, nec intelligi poteſt; cum omnia complectantur, quæ toto cælo, cæliq; ambitu continentur. Quod ſi, propter animi modeſtiam tui, exigua hæc optas æſtimari; ſic tamen animum inducas, Proregem Excellentiſsimum, Rege Perſarum Artaxerxe humanitate haud paullò eſſe ſuperiorem; qui

exi-

exiſtimans non minus, Regiam Maieſtatem decere, & humanitatē parua benignè, alacriterq; accipere, quàm magna magnificè largiri cum ſibi iter facienti, operarius quidam ac plebeius homo, vtraq; manu hauſtam è profluente aquam (quia nihil habebat aliud) obtuliſſet, hilari vultu accepit, munus non vſu rei oblatæ, ſed ſtudio dantis metiens. Sume igitur animos; magna cum alacritate ad Proregem Excellentiſſimum accede; non muneris, mihi crede, exiguitatem ipſe aſpernabitur, ſed voluntatis tuæ ſtudium, & amoris magnitudinem comprobabit. Rem illi præterea facies gratiſſimam, cum talem te ciuem agnoſcet, qualem ille deſiderat. Vult enim ille Spartam quā nactus eſt, ornare, qui iam tot alias ornauit; Tu in idem ſtudium incumbis. Neq; enim Regnorum ad decus, ad gloriam, ad ſalutem minima ſunt momenta litterarum. Eſt autem iucundiſſimum Imperatori, ac Reip. moderatori, cum milites, ac ſubditos in eodem videt victoriæ, ac publicæ dignitatis ſtudio deſudare. Deniq; ſic habeto, tanti viri nomine labores tuos & illuſtriores, & viris eruditis gratiores, & ſtudioſæ iuuentuti vtiliores, & ab obtrectatorum iniurijs tutiores futuros. Hæc, Prorex Excellentiſſime, regina mihi Philoſophia, cui me, iam ab ineunte ætate, totum dedi, ſuaſit, atq; adeò perſuaſit; nec tam dormientem excitauit, quàm ſponte currentem incitauit. Hunc igitur librum teſtem acceptæ in tuo aduentu lætitiæ, teſtem ſummæ voluptatis, quam ex præſentia tua cum bonis omnibus capio; teſtem mei erga tuas virtutes amoris, teſtem deſiderij, quo publicæ vtilitati, ac iuuentutis in primis ſtudijs conſultum eſſe cupio, teſtem deniq; ardentiſſimæ cupiditatis, qua optimarum ſtudia litterarum, neſcio quo temporum vitio iacentia, & a pleriſq; contemta, tui nominis auſpicijs excitari, reſloreſcere, celebrari deſidero; tuæ Excellentiæ, atq; adeo ipſius auctorem offero dedicoq;. A Præpotente autem, & immortali Deo poſco, flagitoq;, vt te Regi noſtro Philippo ſoſpiti ſoſpitem, totiq; Regno incolumi quàm diutiſſimè incolumem ſaluumq; conſeruet.

SALVATORIS CILIA MELITENSIS DOCTORIS VIVOLI DISCIPVLI DE IPSIVS LAVDE EPIGRAMMA.

PARTHENOPEAE ſplendor, & ingens gloria gentis,
VIVOLE ſemper aue, perpetuumq; vale.
Per te facta via eſt ad rerum arcana parentis,
Pandis, dum in logicis, quæ ſtagirita canit.
Per te docta exiſtet Parthenopæa iuuentus,
Genſq. externa ſimul: iam tua fama volat
Fama volans, toto terrarum viuit in orbe:
Quid mirum? èn tibi ſors nomina viua dedit.
Ad doctorem, ergo currant, queis vita iucunda eſt
VIVOLVS his prudens conſulet arte ſua.

FRANCISCI ANTONII VIVOLI

PRAECOGNITIONES IN PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS.

Sileāt obtrectatores. ILLE ego, qui quōdam gratili interpretatus à vena prędicabilia Porphyrij: at nūc altiſsimi peripateticorum luminis, ac Philoſophorū omniū facilè principis, & Monarchæ Ariſtotelis prædicamenta. A noſtro ſolito philoſophādi more, circa cuiuſcumque libri primordia non recedentes, nec nihil innouantes, dicemus, & nunc, quæ in principijs à bonis expoſitoribus, præfari ſolent; & quoniam nos ſimplicium, Ammonium, Boetium. & Auer. principaliter, non ſecus, vt ipſi, ſex à limine, vt græci, vel octo, vt Auer. Ariſtotelem ſalutabimus, iſta autem erunt hæc, videlicet, intentio, ſiue ſcopus, ſeu ſubiectum, vtilitas, ordo, diuiſio, proportio, via doctrinæ; nomen libri, & nomen auctoris. *Dub.* ¶ Sed ſtatim dices, ſi intentio tua eſt, exponere prędicamenta Ariſt. quarè hæc diſcutienda proponuntur à principio? *Sol.* ¶ Reſpondet Auer. in prologo primi libri phyſic. quando dicit intentio mea, in hoc ſermone, eſt, gloſſare librum Ariſt. qui dicitur auditus naturalis; & ſecundùm vſum gloſſatorum dicentium, In principio libri octo capitula. *Alia ſol.* ¶ Similiter Franciſcus Burana, in loco præallegato, his dictis haud ab re, græci enarratores feciſſe videntur, cum in cuiuſcumque voluminis primordio, octo illa, quæ prologomena appellantur, conſiderari debere, præcipiunt, q. d. eſſe præceptum inuiolabile obſeruandum, ab omnibus; non, quòd ipſi more Imperatoris, & Regis, præcipiunt; ſed modo doctrinali. *Confirmatio.* ¶ Confirmat Ammonius loco præallegato, his dictis, conſueuerunt autem interpretes ea, in enarrandis, philoſophorū, ſcriptis, ſemper præponere; & cum aliquando potius obſeruatur conſuetudo, quàm lex, & fortaſſe, ſine cauillo, ſemper ſicut teſtatur Auer. in libro met. 2. com. 14. magis debet, & poteſt conſuetudo, vſuſq; quàm lex; meritò, & nos ſecundùm vſum, non quorumcunque hominum, ſed doctiſsimorū ea dicemus, quæ propoſuimus; at nec hoc aliquis contentus, ſtatim vlterius dubitando, inſurget, dicens, *Dub.* quæſo, vnde nam habuit hęc regula originem, qua de re hæc prologomena in principio libri proponuntur? ¶ Huic difficultati *Sol.* præcedentes Doctores, citatis locis, ſatisfaciunt, & primo Ammonius, ijs verbis, conſueuerunt autem interpretes, ea in enarrandis, philoſophorum, ſcriptis, ſemper præponere, non vt ipſi quidquam addidiſſe viderentur, aut aliquam aliam ob cauſam, ſed ſolùm promptiores, vt redderentur, qui legerent, quivè audirent, quæ verba paſsim vobis faciliora erunt; conformiter Franciſcus Burana *Alia ſol.* auctoritate Alexandri; ſunt enim tanti momenti, vt nemo enucleatè, quæ in libro aliquo dicūtur, agnoſcere poſsit; niſi hæc prius ad ipſas ſtatim (vt dicitur) fores perdidicerint, & ne pluribus agam; quis eſt quæſo? qui librum aliquem philoſophi queat intelligere, niſi, quæ intentio ſit ipſius, exactè præcognouerit? ſimiles enim inquit Alexāder ſunt, qui libri intentionem ignorant ijs, qui iter faciunt, & quo tendant neſcientes, in multos, & meandros, & labyrinthos intercidunt; ſed porrò, nec qui intentionem cognoſcit, enixè librum perlegit, non quid ſibi inde vtilitatis accedat, cæteraq; alia animaduerterit; ſimiliter Auer. in fine prologi habet hæc verba, & cum nos compleuimus capitula præcedētia, ad hunc librum, & compendioſè expoſuimus; ille, qui vult intelligere verba libri huius; & Nota, quòd cum potuiſſet dicere præcedentia hunc librum, placuit addere illam præpoſitionem (ad); vt innueret vtilitatem, & cōferentiam illorum octo cap. ad libros Ariſt. q. d. præcedentia ad hunc librum .i. quæ præcedunt neceſſariò hūc librum, vtilitatis gratia, & ratio eſt, quoniam omnia, quæ faciunt ad notitiam alicuius, debent præcedere illud, ſiue ad illud, (vt loquar more Auer.) ad cuius notitiam faciunt; cum ergo illa octo capita faciant ad notitiam librorum Ariſt. meritò debent præcedere libros Ariſt. vtilitatis cauſa; item non dicit abſolutè expoſuimus; ſed illi, qui vult intelligere verba libri

huius q.d. hæc neceſſariò debent præexponi, illi ſiue præcognoſci ab illis, qui fuit intelligere verba huius libri, ex quibus colligitur Reſponſio; qualiter hæc ideò conſueuerunt, interpretes præponere, vt facilior poſt modum fuiſſet intelligentia libri, & hoc ſibi volunt illa verba (vt promptiores redderentur qui legerent, quiuè audirent) ideſt, vt facilior fiat cognitio, tùm legentibus, tùm & audientibus; hinc patet quomodò poteſt ſatisfieri primæ difficultati, quia hęc omnia præponuntur, & ſimilitudo exempli fuit; quoniã ſicut ſe habet ianua reſpectu domus; ita & hæc reſpectu libri; ſed ianua aperta tota domus patet; non ſecus, & ijs dilucidatis prologominibus, totus liber declaratur; & ideò promptior fit vnuſquiſque, ad expugnandum caſtrum, & domum, cuius foras patẽt quàm caſtrum, vel domum; cuius fores, iam firmiter ſunt clauſæ; requiritur enim maior labor, & depreditur magna pars ſpei; non ſecus, & expoſitores, cùm intendant expellere à caſtro .i. à libro obſcuritatem, & difficultatem promptiores redduntur, & legentes, & audientes; ſi huius caſtri .i. libri fores patebũt, ideſt prologomena fuerint declarata, promptiores, & audaciores, animoſioresq; eſſe, propter expulſionem huius obſcuritatis; quoniam minor labor requiritur, & magna ſpes eſt, vbi fores patent, & prologomena fuerint declarata, quàm vbi fores firmiter ſunt clauſæ, & iſta prologomena ignota; concluditur ergo bene dictum fuiſſe ab Ammonio, ijs igitur ſic ſtantibus, oportet modo deuenire ſygillatim ad declarationem eorum, quæ præſuppoſuimus, & primò quidem intentionem dicemus, pro nunc, non diſtinguentes inter ſubiectum, & intentionem; nam ſatis, & longiſsimè hoc diſputauimus in libro prædicabilium, & in quæſtione noſtra, de ſubiecto totius logices, & diſputabitur, Deo duce, in quęſtione de ſubiecto totius philoſophiæ naturalis.

Dub. ¶ Sed circa dicta dubitatur, cur intentio ante librum præcognoſcitur, ideſt cur ponatur in numero prologomenum? *Alia dubitatio.* ¶ Præterea cur cæteris ante ſignatis præponatur? ¶ Ambabus ijs dubitationibus Alexander in prænarratis verbis reſpondiſſe viſus eſt; dum dixit, ſimiles ſunt, qui intentionem ignorant ijs, qui iter faciunt, & quò tendant neſcientes, in multos, & meandros, & laberinthos intercidunt, conformiter ambabus vnica *Sol.* reſponſione videtur Ammonius reſpondere, Si quis enim propoſitum, ſiue ſcribentis intentionem (in præfatione prædicabilium, inquit, ignorabit, pigreſcit, medioq; in curſu ſtabit; velut hijs accidit, qui eo proficiſcuntur, quò neſciunt, conformiter in præſenti prædicamentorum præfatione, habet hæc verba; intentio, tractatus naturam detegit, atq; dilucidat, & legenti quomodò intelligendum quidq; ſit, veluti habitum præbet; nam quidquid dicitur de operis intentione, id parat dirigere, quam qui ignorat ſimilis cæco eſt, haud quonam feratur ſcienti, ac quæcunque ad intentionem pertinent, ab authore temerè dici putabit, nec ab ijs diſsidens ſimplicius in præſenti præfatione, inquit, quòd intentio rectè perſpecta determinat, & dirigit intellectum noſtrum; vt non vaghemur, & in diuerſis trahamur temerè, atq; fruſtra, ſed ad ipſam, omnia referamus, ex quibus concluditur, ꝙ ſicut in multos incidit meãdros, & foueas; ita & ignorans intentionem; præterea ſicut ille, qui ambulat, numquàm ducetur ad finem intentum, ſi vſq; ad centeſimum annum ambularet, ſi ignorabit, quò iturus eſt, ſimiliter numquam intelliget librum, ignorans intentionem; ſimiliter ſicut numquàm artifex opus ad finem ducet; ſi ſine intentione exercet; veluti ſi eſſet faber, qui cõtinuè exerceret inſtrumenta, & lignum; ſi ſine intẽtione exercebit; numquàm ad finem, & ad aliquid opus deduceretur actu; quoniã oportebit habere intentionem, aut ad ſcannum, aut ad arcam; ergo ab illo temere fiũt, & in diuerſis trahitur; ſimiliter ignorans intentionem huius libri, & cæterorum, omnia putabit temerè dicta fuiſſe ab Ariſt. & numquàm intelliget vnam literam, ad vnum ſenſum; ſecundum ꝙ dirigitur ad vnum finem, & nunc intelliget alterum cõteſtum, ſub vno ſenſu, ſecundum quod tendit ad diuerſum finem, ab illo præcedente; & ſic deniq; omnia temerè ab Ariſt. dicta putabit; dicimus igitur ignorantes intentionem; ſimilem cęco, vel cimbæ ſine temone, & regimine aſsiduè huc illuc vagabitur in multos, denique, impiget ſcopulos, & numquàm ad lictus deueniet, nec longo poſt tempore; præterea, quoniam omne agens agit propter finem, & finis mouet agentem, & omnis actio incipit à fine intentionis, quoniam ea, quæ ſunt primùm in intentione ſunt, vltima in executione, & è contra; vnde oportebit nos primò præcognoſcere hanc intẽtionem, vt cognoſcamus quò tendit iſta actio; ſicut quando à principio videmus operari fabricatorem; ſi rectè opus eius perpendere volueris; oportebit te primò præcognoſcere finem, propter quem mouetur ædificator ad conſtructionem, quo ſine intellecto; ſiue qua intentione intellecta, & cognita; tu ſtatim à temetipſo poteris conſiderare neceſsitatẽ parietum, & fundamentorum; quoniam non temerè, ſed vt illis hærere poſsit tectum, quo defendemur nos à frigore, & calore; & ſic cognita intentione particularum, ſingularum, neceſsitatum; cognoſces, & quorſum tendant; & quando conſtruuntur, & ad quid deſeruiunt;

non

non ſecùs in hac noſtra præſenti ſpeculatione; ſi nos ignorabimus hũc finem, ſcopumq́, ſiue intentionem, neceſſariò ſingularum, particularum, neceſsitatem, opportunitatem, & quorſum tendant, & quomodò vnaquæq; particula exponenda ſit, neſciemus; è contra verò ſi ſcopum attingemus, percipiemusq́; omnia, illius gratia poſita, cognoſcamus omnes partes, qualem adinuicem nexum habẽt, quam opportunitatẽ, quamuè neceſsitatem, quomodò etiam ad vnũ tendant vnanimiter finem, ſciemus; nihilq́; temerè, inutiliterq́;, dictũ diiudicabimus; ſed nunc opportunum eſt, vt ad intentionis declarationẽ deſcendamus, & ad ſubiectũ declarandũ; verùm vt periti artificis munere fungamur, & vt cũ peritia artis loquamur; primùm videbimus, quot modis inuenitur ſubiectũ, apud bonos expoſitores; deinde determinabimus, de quo ſubiecto intẽdimus verba facere, & Primo dr̃ ſubiectũ prioriſticum, poſterioriſticũ, actuale, virtuale, totale, partiale tantùm, partiale principale, vniuocum, analogũ, attributionis, inhæſionis, prædicationis, & ſubiectũ continentiæ, ſeu cõtentiuum, quibus ſubiecti ſignificatis, vt non anceps, & dubius, audiẽtis, intellectus videatur; ſed ſecurus, & ſine dubitatione incedat, certus ſit, quòd de triplici ſubiecto, huius libri erit ſermo noſter; ſcilicet, quid eſt ſubiectum totale, quid partiale tantũ, & quid eſt ſubiectum partiale principale, de quo triplici ſubiecto verba facit Auer. 2. poſt, com. 33. quò igitur ad primum, non poſſum, non admirari tot illnſtres viros de ſubiecto huius libri ſermonem facientes, quomodò quęrunt vnum, & reſpõdent per plura; quærunt enim quid eſt ſubiectum in ſingulari, & reſpondent per plura, in plurali, dicentes, quòd ſubiectum in hoc libro, ſunt decem voces ſimplices, res ipſas ſignificantes, hæc enim reſponſio ſatisfacit quæſito per quæ & non quæſito, per quod, quærimus enim quod eſt ſubiectũ, & nõ quę ſunt ſubiecta; nos igitur altiùs perſcrutantes, dicimus; verùm antequàm quæſiti veritatem determinamus; eſt ſciendum, quòd quodlibet ſubiectum artis, ſiue totale, ſiue partiale principale, ſiue partiale tantũ, duas debet habere partes, vnã, quæ dicitur ſubiectum materiale, ſeu materiam, ſeu res conſiderata, aliam verò, quæ dicitur ſubiectum formale, ſeu ratio formalis, vel modus conſiderandi (teſte Auer. 1. poſt. 178. 179.) & quoniam à ſubiecto totali ſcientia ſuſcipit vnitatem, & dicitur vna; & à ſubiecto totali ſuſcipit diſtinctionem, & pluralitatem; ideò priùs de ſubiecto totali diſputabimus, pro quo multæ, & variæ ſunt opiniones, quas recitabimus, & ſi quæ illarum erit vera, illam confirmabimus, & quæ erit falſa, illam refutabimus:

Prima opinio. Prima igitur opinio, inquit, quòd decem prædicamenta ſunt ſubiectum, in hoc libro, & probatur ſic, quoniã illud eſt ſubiectum in aliqua ſcientia, de quo illa ſcientia principaliter conſiderat, ſed ſcientia prædicamentorum principaliter cõſiderat de prædicamentis; ergo decem prædicamenta ſunt ſubiectum.

Confutatio. Hæc poſitio eſt falſa; quoniam poſita hac opinione ſequeretur, quòd ſcientia libri prędicamentorum non eſſet vna, ſed plures, quod probatur ſic, quoniam ſcientia dicitur, vna vnitate generis, & ſubiecti: & ſciẽtiæ dicuntur plures pluralitate generum, & ſubiectorum iuxtà regulam Ariſt. 3. de anima 38. vbi inquit, ꝙ ſcientiæ diuiduntur, quemadmodum, & res clariùs. 1. poſt. 179, 6. met. 2. ſcientia eſt vnius generis, de quo inueſtigat partes, principia, & paſsiones; clariſsimè 1. cœli, & 3. cœli tex. 1. Sed decem prædicamenta non ſunt vnum genus; ſed plura, & decem; vt patet in ante prædicamentis cap. vltimo, & 1. top. cap. de prædicamentis; ergo decem prædicamenta non ſunt ſubiectum in hoc libro.

Secunda opinio. ¶ Secunda opinio aſſerit, quòd ſubſtãtia eſt ſubiectum in libro prædicamẽtorum, quæ confirmatur hac ratione; nam illud eſt ſubiectum in libro, vel in ſcientia, ad quod omnia conſiderata, in illa ſcientia, habent attributionem; ſed omnia conſiderata in ſcientia, & in libro prædicamentorũ habent attributionem, ad ſubſtantiam; ergo ſubſtantia eſt ſubiectum; minor probatur; quoniam omnia alia prædicamenta, præter ſubſtantiam, ſunt accidentia, & non ſunt entia, niſi propter attributionem ad ſubſtantiã, quæ eſt verè, propriè, & magis ens 7. met. à tex. 2. vſque ad 7. accidens nõ eſt ens, niſi quia entis.

Confutatio. ¶ Hæc opinio, (habita auctoris licentia,) non eſt vera; qm̃ liber prędicamentorum nõ conſiderat ſubſtantiã, ſecundùm ꝙ huius, nec conſiderat prædicamẽta accidentiũ, vt habẽt eſſe à ſubſtãtia per attributionẽ; qm̃ hoc pertinet ad metaphyſicũ, potiùs, quàm ad logicũ; qm̃ logicus cõſiderat de ſubſtantia, in quantũ habet rationẽ prædicandi de aliquo ſubiecto, & cõſiderat alia prædicamenta, quæ ſunt accidentia, inquantum habent ordinem ſuperioris, & inferioris, ſecundùm prædicationem, ideo neceſſe eſt aſsignare aliquid communius in quo conuenit ſubſtantia cum aliis prædicamentis in ratione prædicandi ſecundùm ſub, & ſupra.

Tertia opinio. ¶ Tertia opinio contra primam, & ſecundam exclamat dicens, quòd ſubiectum in hoc libro, nec ſunt decem voces, nec ſubſtantia, quæ eſt vna vox ſola, ſed eſt dicibile incomplexum, cuius opinionis auctores munire videntur hac ratione; quoniã Ariſt. antequàm determinet de prædicamentis, diuidit ens incõplexum in decem prędicamenta, dicens eorum, quæ ſecundum nullam cõplexionem dicuntur, ſingulũ, aut ſignificat ſub-

ſtantiam, aut quantum, & cætera, poſtea de dicibili incomplexo probat eſſe ſine affirmatione, & negatione; vnde fiat hæc ratio; id eſt ſubiectũ; de quo veſtigantur paſsiones 1.poſt. 179.56.57. 1.cœli 1. & 3.cœli 1. Sed de dicibili incõplexo veſtigantur hæ duæ paſsiones, ſcilicet, eſſe, ſine affirmatione, & eſſe ſine negatione; id eſt, nec affirmare, nec negare; ergo, nullum ſupradictorum, ſed dicibile in complexum eſſe ſubiectum, in hoc libro clariſsimè videbitur. ¶ Hæc poſitio (parcant nobis cineres eius poſſeſſoris) peccat in duobus, & primò in hoc, quoniam manifeſtũ eſt, quòd omne ſubiectum debet habere (vt diximus) duas partes, rem conſideratam, & modum conſiderandi 1.poſt 178. hæc opinio (vt patet) ſolùm facit mentionem de re conſiderata, quæ eſt dicibile incomplexũ, & nullam prorſus facit mentionẽ de modo conſiderandi, ſub quo hoc dicibile incomplexum conſideratur, in hoc libro. Præterea ratio facta ad eius corroborationem, eſt nulla, quoniam non ſolùm requiritur, vt aliquid ſit ſubiectum in ſcientia, vt de ipſo veſtigentur paſsiones, ſed etiam vt illæ paſsiones ſint eſſentiales, & primò competant illi ſubiecto, & requiritur etiam, vt illæ eſſentiales paſsiones demonſtrentur de ſubiecto, per eius principia (vt patet 1.poſt.179.& in locis allegatis) quod quidem non videtur eſſe manifeſtum de dicibili incomplexo; ideo relinquitur propter iſtas cauſas ipſum dicibile incomplexum non eſſe ſubiectũ in hoc libro; verùm quia multæ aliæ, & variæ præter has de falſo, & de diminuto, accuſatas, adſunt opiniones, quas recitando potiùs difficultatem, & confuſionem intellectui generare videntur, & quoniam nos ordinem, & facilitatem ſequi, & ſemper amplecti ſoliti ſumus, ideo aliis neglectis, & in oppoſitum non obſtantibus, quæ eſt mens, & intentio Ariſtot. in hoc libro, dicamus. Sed pro veritatis intelligentia, eſt Notandum quòd decem prædicamenta, ſeu decem voces quæ conſiderantur in hoc libro, ſunt ſubiecta partialia, ex quibus decem prædicamentis, ſeu vocibus oritur vnus cõmunis conceptus, qui prædicatur de omnibus iſtis decem, qui communis conceptus comprehendit omnia prædicamenta, & omnes voces, & de illis prædicatur, qui conceptus communis vocatur prædicamentum, ſeu vox quod prædicamentum, ſeu vox communiter ſumpta, dicimus eſſe ſubiectum totale in hoc libro, ſubiecta verò partialia (vt diximus) ſunt decẽ prædicamenta, ſeu decem voces; & quoniam horũ decem prædicamentorum, ſeu decem vocuum eſt vnum, quod eſt nobilius, & omnibus aliis excellentius, quod quidem ſubſtantia appellatur; ideo dicimus, quòd ſubſtantia eſt ſubiectum partiale principale; alia verò nouẽ prædicamenta, quæ ſunt accidentia, ſunt ſubiecta partialia. ¶ Dices, quomodo inuenitur hæc intentio, ſeu hoc ſubiectum partiale in hoc libro? ¶ Reſpondetur, quòd hoc inuenitur ex reſolutione finis. ¶ Dices, quomodò reperitur hoc ex reſolutione finis? Pro intelligentia. Nota, quòd eodem modo vtitur Ariſt. in inuenienda intentione libri prædicamẽtorum, quo vtitur medicus in inueniendis mediis, & cauſis, ad ſanitatẽ introducendam; nam medicus tria facit, antequàm introducat ſanitatem. Primò enim præcognoſcit ipſam ſanitatem, tanquàm finem. Secundò reſoluit ipſum finem; id eſt, ſanitatem in omnia illa media, per quæ poteſt acquiri ſanitas, quæ media ſunt hæc; ſcilicet, adæquatio humorum, inductio caloris, & exibitio medelæ. Tertiò ipſe medicus incipit procedere ab ipſis mediis, & cauſis inuentis, ad ſanitatem acquirendam; ſic etiam facit Ariſtoteles in inuenienda intentione libri prædicamentorum. Primò præcognoſcit finem logicæ, qui eſt definitio, per quam ſcimus rei ſubſtantiam (vt patet in 2.poſt. à tex.9. vſque ad 21.7.met. 42.43. clariùs in tex. 18. & 50. & 6.met. 1.) Secundò reſoluit hunc finẽ, in ſua media, hoc modo; videlicet, finis logices eſt definitio 2. poſt.38. quæ non poteſt acquiri, ſine demonſtratione, & demonſtratio non ſine ſyllogiſmo, ſyllogiſmus non ſine enuntiatione, enuntiatio non ſine nomine, & verbo; nomen, & verbum non ſine ſimplicibus vocibus, quæ dicuntur prædicamenta; ergo intentio in hoc libro eſt tractare de decem prædicamentis, ſeu de decem ſimplicibus vocibus, quibus habitis in libro prædicamentorũ, ſtatim habentur nomen, & verbũ in libro perihermenias; poſtea in eodem libro habetur enũtiatio; habita enuntiatione habetur ſyllogiſmus in libro priorum; poſt ſyllogiſmum, habetur demonſtratio; in 1.poſt. habita demonſtratione, deniq; habetur definitio in 2.poſt. quæ definitio eſt finis præcognitus; & ideò Ariſt. oſtendens, ꝙ intentio ſua eſt in hoc libro tractare de prædicamentis, inſcripſit, & intitulauit hunc librum, dicens, De Prædicamẽtis. ¶ Sed dices, ſi intentio Ariſt. in hoc libro eſt tractare de decem prædicamentis, ſeu de decem vocibus, ergo ſi fides eſt adhibẽda Ariſt. liber prædicamentorum non erit vnus, ſed decem, quod probatur ſic, quoniam ab vnitate ſubiecti ſumitur vnitas libri, & à pluralitate ſubiectorum ſumitur pluralitas librorum, ſed decẽ ſunt voces, quæ tractantur in hoc libro, ergo nõ vnus, ſed decem erunt libri. ¶ Dicas, ꝙ liber dicitur vnus, non ſolùm vnitate ſubiecti, ſed etiam ab vnitate modi conſiderandi in illo libro; modo licet plura ſint ſubiecta, & numero decem, tamen nõ dicuntur decem libri; quoniam iſte liber eſt vnus vnitate ſui modi

Confutatio. *Vera opinio.* *Dub.* *Sol.* *Petitio.* *Modus inueniẽdi libri intẽtionem.* *Dub.* *Sol.*

Alia ſol. modi conſiderandi. ¶ Vel dicas, quòd vnitas libri, & pluralitas librorum non ſumitur ab vnitate ſubiectorum partialiũ, vel ab eorum pluralitate, ſed ab vnitate ſubiecti totalis, & à pluritate ſubiecturum totalium; modo prędicamenta, ſeu voces ſimplices ſunt ſubiecta partialia in hoc libro, ex quibus decem prædicamentis oritur, & naſcitur quædam conuenientia, & quidam cõmunis conceptus prædicabilis de omnibus his, & reponitur in illis, & de quibus prædicatur, qui conuenientia, & vnus communis conceptus appellatur Prædicamentum, quod Prædicamentum excerptum ab intellectu à decem prædicamentis eſt ſubiectum tutale in hoc libro, à cuius vnitate, tanquàm ſubiecti totalis, liber iſte dicitur vnus, & ſic patet, ꝙ ab vnitate ſubiecti totalis, & ſui modi conſiderandi iſte liber

Rep. dicitur vnus, & non plures. ¶ Sed dices, contra; nam ſi prædicamentum, vt eſt quidam communis conceptus ſumptus à decem prædicamentis, eſſet ſubiectum in hoc libro, tunc ſequeretur, quòd prædicamenta eſſent vndecim, quod de facto eſt contra Ariſt. in antepredicamentis cap. vltimo, & in 1.top. cap. de prædicamentis, vbi numerãs prædicamenta inquit, quòd ſunt numero decem, nec plura, nec pauciora, quem numerũ prædicamentorum eſſe deuarium cõfeſſus fuit Porphyrius in cap. de ſpetie, vbi interrogatus de numero prædicamentorum, quot ſunt; dixit; decem igitur ſuut genera generaliſsima, ſtante igitur hoc determinato numero, ſi prętor decem daretur aliud prædicamentum, ſine dubio eſſent vndecim; ne igitur ſequatur hoc inconueniens; erit dicendum, quòd prædicamen-

Sol. tum non eſt ſubiectũ totale in hoc libro. ¶ Dicas, quòd tunc replica valeret contra dicta, quãdo illud prædicamentum, quod eſt ſubiectum torale, eſſet realiter diſtinctum, & diuiſum, actu exiſtens, & ſeparatum, à decem prædicamentis, quod non eſt ſic, quoniam prædicamentum vniuerſaliter ſumptum, vt eſt quidam communis conceptus, eſt in illis, & verificatur in illis, & nõ eſt quid aliud ab illis, quod quidem Ariſt. fateri videtur clariſsimè in 7.met.57.vbi inquit, quòd vniuerſale, non eſt præter ſingularia, ſed eſt in illis, quod confirmauit in cap. de ſubſtantia in illis verbis, & nõ exiſtentibus primis ſubſtantiis, impoſsibile eſt aliquid aliorum eſſe.

Alia ratio. ¶ Ampliùs ratio eſt communis, tamen eſt ad propoſitum, illud enim eſt ſubiectũ in libro, quod proponitur in prohemio, tractatur in tractatu, & epilogatur in epilogo illius libri (vt vetus eſt conſuetudo Ariſt. in libris) perihermenias, priorũ, & poſt. & in libro de anima, & meteororum, & in ſingulis aliis, ſed prædicamentum non proponitur, nõ tractatur, nec epilogatur, (vt latiſsimè patet legenti hunc librum) ergo prædicamentum nequit eſſe ſubiectum in hoc libro. ¶ Dicen-

Sol. dum, ſed pro intellectu, eſt notandum, quòd inter alia ſignificata, ſubiectum eſt duplex. Aliud vniuocum; aliud analogum; tunc dicitur, quòd verũ eſt, quòd ſubiectum vniuocum propunitur, tractatur, & epilogatur, nõ autem ſubiectum analugum; modo prædicamentum, ſi non proponitur, non tractatur, nec epilogatur; non eſt mirandum, quoniam prædicamẽtum eſt ſubiectum analogum, non vniuocum.

Rep. ¶ Sed dices, contra; quoniam demonſtratio eſt ſubiectũ analogum, quia analogicè prædicatur de tribus ſpetiebus, demonſtrationis (vt inquit Auer. in Epit. log. cap. de demonſtratione,) & tamen demonſtratio proponitur in prologo libri priorum, & tractatur, & definitur in primo puſt. tex.8. & epilogatur in epilogo in 2. poſt. tex.100.

Confirmatio. ¶ Quod confirmatur, qunniam anima eſt ſubiectum analogum in libro de anima, quæ proponitur in primo textu primi libri de anima, tractatur in toto ſecundo, & epilogatur (vt patet in libro de mutu animaliũ cap. vltimo in fine, & in libro de ſenſu, & ſenſili.)

Dub. ¶ Dices, quomodo cognoſcitur, quòd demonſtratio eſt ſubiectum analogum?

Sol. ¶ Dicas, quoniam analogia conſiſtit inter prius, & poſterius; & quoniam demonſtratio per priùs prædicatur de demonſtratione ſimpliciter, & poſteriùs de demonſtratione propter quid, & quia; ideò dicitur analoga; ſimiliter anima per priùs prædicatur de rationali; per poſteriùs de ſenſitiua, & vltimò de vegetatiua, ſequendo ordinem excellentiæ, & nobilitatis, & ideo etiam anima dicitur, ſubiectum analogum.

Sol. ¶ Huic difficultati dicendum, ꝙ mos eſt Ariſt. non ſemper proponere ſubiectum analogum tractare, & epilogare, ſed aliquando ſic, aliquando verò non; & Nota, ꝙ quando non proponit, nec tractat, nec epilogat ſubiectum analogum, vtitur hoc artificio; ſcilicet, præponit, tractat, & epilogar ſpeties ſubiecti analogi, quas ſpecies præponendo, tractando, & ipſas epilogando, ſine dubio proponit, tractat, & epilogat ſubiectum analogum; veluti fecit in libro poſt, in quo ſubiectum totale; & analogum eſt inſtrumentum ſciendi, quod non propoſuit, non tractauit, nec vnquàm epilogauit; ſed præpoſuit demonſtrationem, & definitionẽ, tanquàm ſuas ſpecies, de quibus ſpeciebus proponendo, tractãdo, & epilogando, propoſuit, tractauit, & epilogauit, inſtrumentum ſciendi, quod eſt ſubiectum totale analogũ in primo, & ſecundo libro poſt, à ſimili in hoc libro Ariſt. propoſuit decem prædicamenta, & ipſa tractauit, quæ proponendo in Antepredicamentis cap. vltimo, & ipſa tractando in prædicamentis propoſuit,

& tra-

& tractauit ipſum prædicamentum, quod eſt analogum; primò enim prædicatur de ſubſtantia, tanquàm de nobiliori; poſteriùs de alijs prædicamentis, quæ ſunt accidentia; omnia quæ olfecit Porphyrius in ſuo libello, vbi non propoſuit in prologo ipſum prædicabile, quod eſt ſubiectũ totale in illo libro, ſed loco illius propoſuit, quinq; prædicabilia, tamq; ſuas ſpecies, & illas tractauit, & epilogauit.

Rep. ¶ Sed Dices, cõtra 1 nã 1. poſt. tex. 38. & 4. phyſ. 45. id, quod competit generi per ſe, per accidens cõpetit ſpeciei; & quod per ſe competit ſpeciei, per accidens competit generi; ergo ſi Ariſt. hic propoſuit, & tractauit ſpecies prædicamenti non per ſe, propoſuit, & tractauit prædicamentũ, quod eſt genus; ergo prædicamentum non eſt per ſe ſubiectum in hoc libro.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ propoſitio eſt vera de genere, & ſubiecto vniuoco, non autem analogo; vt riſibile competit homini ſpeciei per ſe; ſed per accidens competit animali generi; modò (vt dictum) prædicamentum eſt genus, & ſubiectũ analogum, & quidquid competit ſpeciei per ſe, competit per ſe etiam generi, & omne id, quod dicitur de ſpecie per ſe, dicitur etiam per ſe de ſuo genere analogo.

Alia ratio. ¶ Præterea illud eſt ſubiectum in libro, quod prædicatur de omnibus in illo libro conſideratis, ſed prædicamẽtum prædicatur de omnibus in hoc libro conſideratis, ergo prædicamẽtum eſt ſubiectum; minor probatur, quoniam prædicamentum prædicatur de ſubſtantia 1. phy. 50. 56. de quantitate, qualitate, & de omnibus alijs, ab Ariſt. numeratis, in Antepræedicamentis, cap. vltimo, qđ quidem. ¶ Confirmatur ex Ariſt. quoniam ſubiectum dicitur genus 1. poſt. 57. 179. quod genus 1. top. cap. de genere Ariſt. prædicatur de pluribus ſpeciebus, teſte Porphyrio ergo clarè patet ſubiectũ prædicari.

Replica. ¶ Sed dices, contra; nam ſubiectum ſemper eſt aptum, natum, ſubijci, & non prædicari; vt materia ſemper eſt nata ſubiici, & non eſſe forma, & actus; aliter remoueretur ſubiectum ab eſſe ſubiecti; ſi prædicaretur, & non ſeruaret naturam ſuam; ſi ergo prædicamentum in hoc libro eſt ſubiectum; rationabiliter ſequitur, quòd non eſt prædicatum; nec de alijs debet prædicari, & ſi prædicatur nõ ſubiicitur.

Sol. ¶ Dicas, quòd prædicamentũ conſideratur duobus modis; vno modo, vt materia, & ſubiectũ; alio modo, vt genus; tunc dicitur, quòd ſi prædicamentum, & quodlibet aliud ſubiectũ, ſi prædicatur, non prædicatur, vt materia, & ſubiectũ; ſed prædicatur; vt eſt genus; & ideò in locis allegatis Ariſt. vocat ſubiectum genus; denotando, quòd quando prędicatur, non prædicatur, vt ſubiectum; ſed prædicatur, vt genus de ſuis ſpeciebus, & ideo dixit Ariſt. 1. poſt. 179. quòd ſubiectum eſt illud, de quo indagantur partes; ſcilicet, ſubiectiuæ, quæ ſunt ſpecies.

Alia sol. ¶ Vel dicas, quòd ſi ſubiectum, vt ſubiectum prædicatur, non prædicatur in recto, ſed prædicatur in obliquo de omnibus in libro, & in arte conſideratis.

Replica. ¶ Sed dices contra 1 nam illud eſt ſubiectum in libro, de quo indagãtur partes; ideſt ſpecies 1. poſt. 179. 1. cœli, & 3. cœli 1. Sed de ente in hoc libro indagantur ſpeties, quæ ſpeties entis ſunt decem prædicamẽta 4. met. 2. ergo non prædicamentum; ſed potius ens eſt ſubiectum in hoc libro. ¶ Dicas, quòd ens conſideratur duobus modis; vno modo ens, vt ens; Alio modo ens prædicamẽtale; tunc dicitur, quòd prædicamenta ſunt ſpeties entis prædicamentalis, & ſic ens eſt ſubiectum in hoc libro, non inquantum ens; ſed vt eſt tale ens; ſcilicet, prædicamentale, & decem prædicamenta nõ conſiderantur hic, vt ſunt ſpeties entis, vt eſt ens; ſed vt ſunt ſpeties entis prædicamẽtalis.

Rep. ¶ Sed dices, contra; omnis enim ſcientia circa, tria verſatur 1. poſt. 57. 76. 179. latiſsimè tamen 1. cęli, & 3. cęli 1. circa ſubiectum principia, paſsiones, & partes ſubiecti; ſed iſte liber non verſatur circa prædicamentũ, nec paſsiones prædicamenti; ergo prædicamentum non eſt ſubiectum; minor patet, diſcurrenti per totum proceſſum.

Sol. ¶ Reſpondetur, quòd Ariſt. conſiderando de prædicamentis, & eorum paſsionibus, conſiderat de prædicamento; quoniam (vt diximus) prædicamentum eſt ſubiectum analogum; & quando conſideratur de ſpetiebus illius, & ipſarum paſsionibus, conſideratur de ipſo, vt patet 1. poſt. 38.

Alia ratio. ¶ Præterea id, cui non deficit aliqua conditio ad eſſe tale, eſt tale (vt 1. poſt. tex. 9. patet) tunc enim ſunt præmiſſæ demonſtratiuę, quando habent cõditiones pertinentes ad præmiſſas demonſtratiuas, ſed Prædicamento, non deficit aliqua conditio ad eſſe ſubiectum in libro prædicamentorum, ergo prædicamentum eſt ſubiectum; minor probatur; quoniam conditiones pertinentes ad ſubiectum ſunt, vt de eo præcognoſcatur quid nominis, & quia eſt, 1. poſt. 2. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. & de eo inquirantur partes, & proprietates, quæ omnia verificãtur de Prædicamento; ergo prædicamentum eſt ſubiectum; de ipſo enim inquiruntur partes ſubiectiuæ, ſiue ſpecies, vt ſunt ſubſtantia, quantitas, & cætera; inquiruntur etiam proprietates; quoniam quando inquiruntur proprietates de ſubſtantia, & de cæteris ſpetiebus ipſius prædicamenti, inquiruntur de ipſo prędicamento, (vt dictum eſt ſupra) & ſic remanet firma concluſio, quòd prędicamentum eſt ſubiectum in hoc libro.

Rep. ¶ Sed dices, contra; nam prędicamentum non prędicatur de prędicamentis,

vt de

vt de ſpeciebus, ſed potius ens; (vt patet 4.
met.2.) ergo non prædicamentum, ſed ens eſt
genus ad prædicamenta, & per cõſequens ens
Sol. eſt ſubiectũ in hoc libro. ¶ Dicitur, quòd du-
plex eſt genus; aliud logicum; aliud metha-
phyſicum; tunc dicitur, quòd ſi ens eſt genus
ad prædicamenta, eſt genus metaphyſicum;
ſed prædicamẽtum eſt genus logicum ad præ-
dicamenta, quæ conſiderantur, vt ſunt ſecun-
Rep. dò intellecta. ¶ Sed dices, ſi de prædicamen-
Sol. tis in metaphyſica, ergo non in logica. ¶ Di-
citur, quòd alio modo in logica, & alio mo-
do in metaphyſica; nam in logica, vt ſunt ſe-
cundò intellecta; fabricata, & facta ab anima,
in metaphyſica verò, vt ſunt entia realia.
Dub. ¶ Dices, ſi prædicamẽtum in ſingulari, & ſin-
gulariter ſumptum eſt ſubiectũ in hoc libro,
& à ſubiecto ſumitur nomen libri, & inſcri-
ptio libri, vnde eſt, quòd Ariſt. potiùs inſcri-
pſit hunc librum de prędicamentis in numero
plurali, dicens liber prædicamentorum; &
non inſcripſit librum in ſingulari, dicens li-
Sol. ber de prædicamento? ¶ Dicitur, quoniam
prædicamentum, (vt multotiens eſt dictum)
non eſt ſubiectũ vniuocum; ſed eſt ſubiectum
analogum, à quo ſubiecto analogo non ſem-
per ſumitur inſcriptio, nomen, & titulus li-
bri; ſed inſcribendo, nominando, & intitu-
lando hunc librum de prædicamentis, in plu-
rali, inſcripſit, nominauit, & intitulauit, de
prædicamẽto in ſingulari; quoniam valet ex
vigore regulæ, quod cõuenit analogatis, con-
Alia ratio. uenit etiam analogo. ¶ Ampliùs, illud eſt ſu-
biectum in libro, vel in arte, quod non exce-
dit librum, vel artem, nec exceditur à libro,
vel ab arte; ſed prædicamẽtum exceditur ab
hoc libro; quoniam hic liber non ſolum tra-
ctat de prædicamento, ſed etiam de ſubſtan-
tia prima, quæ non prædicatur (vt patet in
Antepræedicamẽtis cap.2. & in prædicamen-
tis cap. de ſubſtantia verumetiam 1.poſt.4.33.
1.phyſi.62.) ergo prædicamẽtum non eſt ſu-
Sol. biectum. ¶ Reſpondet Ariſt. 1. priorũ cap.23.
& dicit. ꝙ licet ſubſtantia prima non prædi-
catur ſecundũ ſe, tamen prædicatur per ac-
Rep. cidens. ¶ Dices, contra; nã Auer. 1.poſt.33.
inquit, quòd ſubſtantia prima non prædica-
tur, neq; per ſe, neq; per accidens, ergo fal-
Sol. ſa ſolutio. ¶ Dicas, quòd prædicari per acci-
dens, ſumitur duobus in modis; vno modo re-
ducibile ad per ſe; alio modo, non reducibi-
le ad per ſe; tunc dicitur, quòd ſubſtantia pri-
ma non prædicatur per ſe, nec per accidens
reducibile ad per ſe, ſed prædicatur per ac-
cidens non reducibile ad per ſe, & ſic intelli-
Alia ratio. gitur Ariſt. in loco allegato. ¶ Ampliùs præ-
dicamentum idem eſt, quod prædicatum, ſed
per te prædicamentum eſt ſubiectũ in hoc li-
bro; ergo ſequitur, quòd prædicatum eſt ſu-
biectum, ſed dicere prædicatum eſſe ſubie-
ctum, eſt dicere impoſsibile; ergo prædica-
mentum non poteſt eſſe ſubiectum, quod qui-
dem probatur, hoc modo; nam ſubiectũ di-
cit materiam; prædicatum verò dicit formã,
(1. phyſ. 52.) ſi enim diceremus, prædica-
mẽtum eſt ſubiectum, idem diceremus; quod
materia eſt forma, quod eſt impoſsibile, eoq;
magis, quoniam materia dicit potentiam, &
forma dicit actum (2. de anima 2.25. 2. phyſ.
12.7. met. 34.35.12. met. 14. 9. met. 16.) quæ
potentia, & actus ſunt duo oppoſita 1. de ani-
ma 6. modò vnum oppoſitum non verifica-
tur de altero oppoſito; nõ enim dicimus po-
tentia eſt actus; nec dicimus actus eſt poten-
tia; à pari nõ poſſumus dicere: prædicatum
Sol. eſt ſubiectum in hoc libro. ¶ Dicitur, ꝙ præ-
dicamentum conſideratur dupliciter; vno
modo, vt prædicatum, alio modo, vt de ipſo
indagantur paſsiones, & prædicata; tunc di-
citur, quòd ſi prędicamentum conſideratur,
vt prædicatum, ſic non poteſt eſſe ſubiectum,
ſed ſi conſideratur, vt de ipſo indagãtur præ-
dicata, & paſsiones; ſic poteſt eſſe ſubiectũ,
(vt optimè inquit Ariſt. 1. priorũ cap. 1. cum
inquit ſubiectum dicitur illud, de quo prędi-
catur prædicatũ, rectius quidem 1. poſt. 57.
cum inquit, ſubiectum eſt illud, de quo de-
monſtrãtur paſsiones). Sed de prędicamen-
to prædicantur prædicata, & de ipſo demon-
ſtrantur paſsiones (vt probatum eſt ſupra)
ergo prædicamentum eſt ſubiectum in hoc
Alia ratio. libro. ¶ Ampliùs ſciẽtia prædicamentorum
eſt vna; ergo vnum debet habere ſubiectum;
quoniam ab vnitate ſubiecti; & à pluritate
ſubiectorum, ſumitur vnitas ſcientiæ, & plu-
ralitas ſcientiarum (1. poſt. 179. 3. de anima
38. & 6. met. 2.) Sed prædicamentum commu-
niter ſumptum, vt eſt communis conceptus
ad decem prædicamenta, eſt vnũ; ergo præ-
Rep. dicamentum eſt ſubiectum. ¶ Dices, contra;
nam illud, de quo ſunt duæ ſcientiæ de illo
non eſt vna ſcientia, neq; illud eſt vnũ; quo-
niam ſcientiæ diuiduntur, quemadmodum
& res (3. de anima 38.) Sed de prædicamen-
to ſunt duæ ſcientiæ, ſcilicet, logica, & me-
taphyſica (vt patet in hoc libro, & in 5. met.)
ergo de prædicamento non eſt vna ſcientia,
nec prædicamentum eſt vnum. ¶ Dicitur,
Sol. quòd prædicamentum conſideratur duobus
in modis; vno modo; vt ens; in communi;
alio modo, vt tale ens; ſcilicet, vt ens prędi-
camentale; tunc dicitur, ꝙ de prędicamen-
to, vno modo, conſiderato; ſcilicet inquan-
tum eſt ens, vel inquantum eſt tale ens; ſcili-
cet, prædicamentale; ſic de ipſo vna eſt ſcien-
tia; ſed de prædicamento, diuerſo modo, cõ-
ſiderato, diuerſæ habentur ſcientiæ; ſcilicet,
logica inquantum eſt ens prædicamentale, &
metaphyſica, inquantum eſt ens in cõmuni,
& quòd ſubiectum, & prædicamentum ſit

vnum, in hoc libro; accipe hæc, quæſo. Ariſtoteles, magnus, philoſophus, nichomaci filius, docendo, laſſus, hodie, in ſcholis, ſedet, coronatus vbi Nota, quòd ly Ariſtoteles dicit ſubſtantiam ly magnus; dicit quantitatem, ly philoſophus dicit qualitatem, nichomaci filius dicit relationem, ly docendo dicit actionem, ly laſſus dicit paſsionem, ly hodie dicit quando, ly in ſcholis dicit vbi, ly ſedet dicit ſitum, ly coronatus dicit habitum; patet igitur ex his quomodò prædicamenta ſunt vnũ ſubiecto, plura tamen ratione. *Dub.* ¶ Dices, ſi prædicamentum eſſet ſubiectum in hoc libro; tunc ſequeretur; quòd iſte liber nõ eſſet vnus, ſed decem eſſent libri; conſequentia probatur; quoniam prædicamenta ſunt decẽ; nam ſi fides eſt adhibenda Ariſtoteli, 1. poſt. 179. quòd ab vnitate ſubiecti, & rei conſideratæ ſumitur vnitas libri, & à pluralitate ſubiectorum ſumitur pluralitas librorum, ſine dubio ratio concludit. *Sol.* ¶ Dicitur, quòd licet prædicamenta ſint decem in ſpecie, tamen vnum eſt prædicamentum in genere, & in vniuerſali, in quo cõueniunt omnia prædicamenta, quod prædicamentum in genere, & vniuerſaliter ſumptum eſt ſubiectum materiale, & res conſiderata in hoc libro. *Rep.* ¶ Sed dices, contra; nam omnia prædicamenta ſunt vniuerſalia; quoniam ſunt genera generaliſsima, ſupra quæ non eſt aliud genus (teſtę Porphyrio in cap. de ſpecie) ergo prædicamentũ vniuerſaliter ſumptum non eſt ſubiectum, aliter ſequeretur, quòd ſupra prædicamenta, quæ ſunt vniuerſalia, & genera generaliſsima, daretur aliud, quod eſt falſum (vt probatum eſt ſupra). *Sol.* ¶ Dicitur, quòd licet prædicamenta ſint vniuerſalia, & ſint genera generaliſsima, ſupra quæ non eſt aliud genus vniuocum; tamen ſupra illa eſt aliud, quod eſt analogum; & ſic prædicamentum, quod eſt quidam communis conceptus communis omnibus decem prædicamentis, analogicè prædicatur de illis, & eſt ſupra illa, & ſic eſt ſubiectum. *Alia ratio.* ¶ Ampliùs inter omnes alias conditiones, quæ neceſſariò requiruntur ad ſubiectũ, vna eſt principalis; vt de ipſo veſtigẽtur principia, (vt teſtatur Ariſt. 1. cœli 1. & primo poſt. 179.) ſed de prædicamento non inueſtigantur principia; quoniam prædicamentum eſt primum principium, ſi enim de primo principio indagarentur principia; tunc primi principij eſſet principium, & eſſet proceſſus in infinitum quod Ariſt. non placet 2. poſt. 14. 1. phyſ. 52. & 1. de gen. an. cap. 1. vbi inquit, quòd principiorum non ſunt principia 1. poſt. cap. de ſolertia. *Sol.* ¶ Dicitur, quòd de prædicamento non inueſtigantur principia eſſendi, ſed inueſtigantur principia cognoſcendi, & ſic hæc ratio eſt nullius momenti. *De modo conſiderandi.* ¶ Facto verbo de re conſiderata, & materia, ſeu (vt dicũt alij) inquantum ſignificat rem ipſam, habito igitur ſubiecto totali, cũ ſuo modo conſiderandi, oportet videre quid eſt ſubiectum partiale, & dicimus, quòd ſubiecta partialia in hoc libro ſunt decem prædicamenta, ſeu decẽ voces, quæ fuerunt propoſita, & numeratæ ab Ariſt. in Anteprædicamentis cap. vltimo, quę ijs nominibus nominantur, videlicet, ſubſtantia, quantitas, relatio, qualitas, vbi, quando, ſitum eſſe, habere, agere, pati, de quibus meminit Ariſt. 1. top. cap. de Prædicamentis, quod quidẽ ratione probatur; titulus, inſcriptio, & nomen libri ſumitur à re tractata, in illo libro, vel vniuerſali, totali, vel partiali; (teſte Simplicio) ſed iſte liber intitulatur de prædicamentis, (vt in fronte eius patet) ergo decem prædicamenta ſunt ſubiecta, ſi non totalia, tamen ſunt ſubiecta partialia in hoc libro. *Alia ratio.* ¶ Amplius illud eſt ſubiectum in libro, ſiue fuerit totale, ſiue partiale, quod proponitur in prohemio illius libri, (vt patet 1. perihermenias, in prologo) & quod definitur in illo, libro, 2. phyſ. 4. & 1. cœli 2. Sed prædicamenta proponũtur in prohemio huius libri; (vt patet in Anteprædicamentis cap. vltimo) & ipſa definiuntur, (vt diſcurrenti per totum librum prędicamentorum patet) imò de ipſis veſtigantur proprietates (vt patet in cap. de ſubſtantia, & in aliis) ergo prędicamenta ſunt ſubiecta partialia in hoc libro. *Alia ratio.* ¶ Rurſus illud eſt ſubiectum in libro, cuius cauſa omnia in illo libro conſiderãtur, & ad quod omnia reducuntur; ſed omnia, quæ conſiderantur in hoc libro, conſiderantur gratia decem prædicamentorũ, & ad ipſa omnia illa reducuntur; ergo decem prædicamenta ſunt ſubiecta in hoc libro. *Dub.* ¶ Dices, ſi cuiuſlibet libri triplex eſt ſubiectum, quid igitur erit ſubiectum partiale principale. *Sol.* ¶ Dicas quòd eſt ipſa ſubſtantia; quoniam eſt omnibus alijs excellentior, perfectior, & nobilior 2. de anima 2. *Dub.* ¶ Dices, hæc ſubiecta partialia, ſub quomodo conſiderandi conſiderantur in hoc libro? *Sol.* ¶ Dicas, ſupponendo vnum, quòd idem eſt modus conſiderandi totius, & partis, & quoniam ſubiectum totale quod eſt prædicamentum, vel vox conſideratur ſub ratione prædicandi, vel inquantum ſignificat res, ſic etiam iſta ſubiecta partialia conſiderãtur ſub ratione prædicandi, vel inquantum ſignificant res; & hæc ſatis de ſubiectis huius libri totali, partiali tantũ, & partiali principali.

De Vtilitate.

ANTEQVAM de vtilitate dicere aliquid aggrediamur, ſoluamus dubitationem, quam contra nos aliquis adducere poſſet, qua de re vtilitas proponitur? *Sol.* ¶ Primus, qui huic quæ-

ſito

ſito Reſpondet eſt Ammon. in pfatione Porphyrij, his verbis, (Poſtqnã plenè loqutus eſt de intentione neq; verò id ſatis qnamuis ſcribentis intentionem, quis noner it non tamen promptior efficietur ad opus egrediendum, niſi & vtilitatem priùs perdidicerit, ꝙ integrans, complenſq; in præfatione prædicamẽtorũ cõfirmat, his dictis, vtilitas ſtudiũ, alacritatemq; inuehit auditori, qui .n. incæpturus quicquã eſt, quẽ fructum ex illius ipſa vtilitate accepturus ſit, priùs oportet cõdiſcat, Simplicius ſimiliter, vtilitas autẽ perſpicuo nos magis cõcordes, & próptiores efficit, qũo autẽ tam legentes, tũ etiã audientes, promptiores, magnanimiq; reddãtur iã lõgiſsimè oſtẽsũ à nobis ſuperiùs eſt; dũ de intẽtione loquebamur; omnes ergò cõueniunt, qualiter coadiuuat ad ipſam prõptitudinem, ꝙ exemplo declaramus; ſi Socrates domi ſtuderet; Plato, qui eſt amicus Socratis, cõferret ſe domum Socratis, & diceret Socrati, relinquas (quæſo) ſtudiũ, nã multa acturi ſumus, Reſpondet ſtatim Socrates, quid nã agendũ erit? Et ſic querit de intẽtione prima; Diceret Plato, oro te amice cariſsime, vt me cõcomitaris; quoniã exacturus ſum pecuniã, & vereor equidẽ, vt adulterinam, falſamq; pecuniam, loco bonæ, exigam; ſi autem tu conuenias hoc hercle non eueniret; nam optimè inter bonam, falſamq; diſcrimen tu tamqnã expertus cognoſcis; ſtatim intellecta intentione, & propoſito, Socrates vlteriùs quærit de vtilitate; quisnam fructus pronenire poſſet bonus, vel malus; ſi fortaſſe malus fructus, certè ſtudiũ pro danno non relinquerem; ſi verò Plato aliquã portiunculam pecuniæ ſibi pollicere tur; ſtatim (vt credo) neglecto ſtudio alacri vultu, ef fectum Socrates exeqneretur; hinc apparet manifeſtè finẽ, fructumq; mouere magno perè agentem; quecumq; .n. inhumanis rebus ſunt, omnia ſuaptè natura bonũ expetunt, omnes, vel ſpe ipſa boni afficimur boni cupiditate; intẽſi ſumus omnes ad id, quod bonũ eſt; trahimur, rapimurq; rerũ namq; omniũ origo, & perfectio bonũ; malum verò qui appetat nemo; ſi quis tamen, appetiuerit, id ipſum expellet, tamquã bonũ; quare quandocumq; voluerimus quẽpiam ad aliquid cohortari ex illa ipſa re, bonũ futurũ eſſe oſtendamus; & vt Frãciſcus Burana in præfatione libri priorũ, Inquit; ex vtilitate admiratio ſequitur, ex admiratione inqniſitio; ex inquiſitione cognitio; hãc igitur ob rẽ Ar. in principio cuiuſcũque libri præponit vtilitatẽ; vt videre eſt in omnibus ſuis libris, tàm logicalibus, cũ phyſicalibus, & primò in primo priorum cap. 1. cum inqnit, Primùm dicere circa quid, & cuius eſt intẽtio; quoniã circa demonſtrationẽ, gratia hnius vtilitatis; ſcilicet, ſciẽtiæ demõſtratiuæ, ſimiliter 1. top. cap. 1. 8. phy. 3. & 1.

Simplicij confirmatio.

de anima 3. & vt omnes logicã adiſcere cupientes, hilari animo hunc librũ amplectantur; Dicimus Doctrinã prædicamentorũ eſſe vtilem ad vniuerſam logicã, hoc modo; videlicet, ſupponendo vnum, ꝙ finis logices eſt, ipſa definitio (vt teſtatur Auer. 2. poſt. 38. vbi inquit, ꝙ quicquid dictum eſt de demonſtratione, dictũ eſt propter definitionem.) decẽ enim prædicamenta, ſeu decẽ voces coferũt ad enuntiationem, quæ tractatur in libro perihermenias, enũtiatio verò eſt vtilis ad ſyllogiſmũ, de quo tractatur in libro priorũ, ſyllogiſmus verò eſt vtilis ad demonſtrationẽ, de qua conſideratur in primo poſt; & demonſtratio eſt vtilis ad definitionẽ, de qua tractatur in 2. poſt; patet igitur, ꝙ iſta cognitio prędicamentorũ eſt vtilis ad finẽ logices, & per conſequẽs ad omnia, quæ ſunt ante finem; & Nota, ꝙ non ſolùm ad logicam confert; ſed etiam ad multa alia; nam demonſtrationum principia ſunt definitiones 2. poſt. 14. quas definitiones ſine cognitione prędicamentorũ habere, eſt impoſsibile; (vt late patet 3. phy. 3. vbi volens Ar. indagare motus definitionẽ ſtatim recurrit ad prędicamenta; ſimiliter 4. phy. 8. volens veſtigare definitionem loci, verũ etiam 1. de anima qnerens quid eſt anima, recurrit ad prædicamẽta examinãdo in quo prædicamẽto eſt anima; an ſubſtãtia, an quãtitas aut aliqnod diuiſorũ prædicamentorũ) ſtãte igitur hac aurea, & multiplici vtilitate, corã oculis, propoſita; ſi quis cęcus non eſt ad amplectendũ, hunc librum, veloci curſu, currat, & apertis oculis, noctu, diuq; vacet; ſi verò plura deſideras candide lector, de preſentis libri Lucro, ac vtilitate legẽ (quæſo) quæ ſequuntur in cap. de ordine.

De Ordine.

QVONIAM verò eodẽ tramite patefacta vtilitate, nõ ignorabitur ordo, conſonũ eſt nunc ſimiliter quærere, quorsũ à principio, ordo lectionis, ſeu libri legẽdi ac interpretãdi declaratur, cuiſic percunctanti; ſic. ¶ Rñdemus quin aliquẽ proponamus interpretãdi librũ, qui præſupponat alios iã declaratos, qui adhuc, ſi nõ fuerint declarati, nullatenus poſſet intelligi, quẽ ſimanibus habemus; liber exemplũ; ſi aliquis vellet tyronibus interpretari librũ poſt, tũc cũ patefit ordo, intelligat diſcipulus, qualiter nemo illũ poteſt exactè intelligere, ni priùs præcedentes intellexerit; ſcilicet, librum perihermenias, priorum, & alios; vt non auertat animum; ſi verò intellexerit hunc librum prædicamentorum eſſe primum inter libros logicæ facultatis, & nullũ aliũ priùs declaratum præſupponeret; tunc licet ſtudens habẽs cordi eſt intelligere, & ſtatim animum adiungat, quod elegantioribus breuioribuſque

verbis ab Ammonio in proprio q̃ſito, in præſenti pfatione colligitur, ſic lectionis ordinẽ exquirimus, ne maiora primũ attingamus, alia præcedere, anticipariq́; oportet, ex quibus patet reſponſio; Ideo prelibari ordinem dicimus; quoniã hoc neglecto, & ignorato; poſſem in huiuſmodi errorẽ labi, qui prædictus eſt; Reliquũ eſt; vt ad vtilitatem, ordinemq́; verba conuertamus, & primo ad vtilitatis curſum. (vt propoſuimus) Huius libri vtilitas multifariam ſpargitur, & dicimus principales duas fore vtilitates: Prima, quæ eſt immediata; quædam verò mediata; ſi eſt vtilitas immediata; aut eſt, quæ dirigitur ad librum immediate ſequentẽ vt eſt liber perihermenias, cuius iſte eſt clauis, (vt audies) aut immediata ratione illius. quod includit; & qnoniam duo includit; idcirco hanc duplicem confitemur; Primum eſt reductio infinitorum ad finita; Secundum eſt cognitio partium definitionis. Si verò mediata fuerit, adhuc duplex; aut mediatione vltima; & ſic prohibet corruptionẽ à falſo in ſpeculatiuis, & à malo in practicis, (ſic inquit Simplitius) aut mediatione non vltima; ſed mediatione media; & ſic aſſerimus eſſe vtilem omnibus libris logices, per modũ cathenæ, excepto libro de interpretatione, ad quẽ immediatè dirigitur (vt dictũ eſt) cæterum reſtat nunc ſigillatim, peculiariterq́; has omnes declarare; & Primò Primã; quæ eſt immediata ad librũ, & dicitur cũ omnis res cõpoſita, ex ſimplicibus ipsã cõponentibus cõponatur, meritò indigebit pcedentibus ſimplicibus (vt ſumi põt ex 1. phy. 52. 2. cęli. 22.) cũ igitur hic liber ſit de vocibus ſimplicibus ſignificatiuis; cũ hic immediatè ſequẽs de interpretatione ſit de vocibus cõpoſitis, meritò igitur hic erit vtilis libro perihermenias. ¶ Præterea ibi definitur nomen verbũ, & oratio per hoc q̃ ſingulũ eſt vox ſignificatiua, at hic de vocibus ſignificatiuis, igitur iure hic liber de interpretatione libro cõfert ¶ Amplius ſi libri cõtinuantur ad modũ cathenæ, vt vnus ſit clauis alterius, non iniuria, cum liber de interpretatione ſit in ordine ſecundus, (vt paulo inferius dicetur) hunc profiguum vtilitate immediata libro immediate ſequenti poſuimus; hæc de prima. ¶ Vtilitas verò immediata ratione illius, quod includit primò modo, ſcilicet, reductio, infinitorũ ad finita pro intelligentia ſciendum eſt, res neceſſariò infinitas eſſe, & per conſequens nomina; ſi quidẽ vnaquæq́; res ſuum poſsideat nomen; & quoniã ipſarũ rerum per nomina ſcientia eſt; & illæ ſi infinitæ ſunt, ſimiliter & nomina nulla vnquam ſcientia eſſe poſſet; cum ſciẽtia non ſit infinitorũ (1. phy. 35. & 50.) ſi quidem etiã quia intellectus infinita capere non poteſt; iccirco opus fuit Ar. inuenire regulã, & modum; quo nos res ipſas per ſua nomina ſcire potuiſſemus, & inuenit decem prima generaliſsima, vt eſt ſubſtantia, quantitas, relatio, qualitas, & cætera, ad quæ omnia de facili reduci poſſunt, & cum decem numero ſint finita, meritò dicimus Ariſtotelẽ infinita entia ad finita reduxiſſe, & hæc eſt principalis, & maxima vtilitas huius libri, quam nos nouo vocabulo vtilitatem Immediatam ratione illius, quod includit quo modò nuncupauimus; hæc de ſecunda vtilitate, quãm Caietanus poſuit fuiſſe intentionem. ¶ Succedit Tertia; quæ dicitur vtilitas immediata ratione illius, quod includit ſecundo modo, & Pro huius intelligentia animaduertendum, qualiter Ar. 5. met. cap. de falſo inquit, tripliciter nos poſſe errare circa definitionem aut quando non applicatur tota definitio, ei cuius eſt definitio, exemplum, ſi aſino applicaretur hæc definitio, animal rationale, mortale; aut quando partes incompoſsibiles vniuntur in definitione; v. g. ſi diceretur, homo eſt animal inanimatum; quoniam animal & inanimatum ſunt partes incompoſsibiles; ideo non eſt bene aſsignata huiuſmodi definitio; & ſic iſte ſecundus error contingit circa coniunctionem partium definitionis adinuicem interſe, & fortaſſe in hoc includitur Alius error, ſi poneremus differentiam loco generis, & genus loco differentię. Tertius error erit in applicatione partiũ non ad inuicem comparatatum, ſed in ordine ad definitum v. g. cum diffinitum conſtat ex genere, & differentia; ſi voluerimus applicare homini, diffiniendo genus, & applicaremus v. g. colorem, vel longitudinem, vel ſubſtantiam, vel corpus animatũ, numquam perfectam inueniemus definitionem; primò quoniã definitio cõſtat ex illo genere, in quo eſt diffinitum, modò cum homo ſit in prædicamento ſubſtantię, numquã per colorem, aut longitudinem diffinietur; inſuper non ex quocumq́; genere illius prædicamenti, conſtat; ſed ex ſibi proximo (6. top. in primo loco definitionis) numquã. n. homo, ex corpore animato vel ex ſubſtãtia definitur; ſed ex animali; q̃ pro nunc ſit genus proximũ contra Platonicos, qui tenent animal rationale eſſe genus; His declaratis ſequitur Dilucidatio tertię vtilitatis; quoniam nos numquã poſſumus inuenire huiuſmodi genus proximum, ignorato hoc libro prędicamentorum, in quo docemur ab Ar. omnia genera per ordinem, & inuenire genera prima generaliſsima, & proxima vnicuiq́; definito. ¶ Et ſi Aliquis cauillaret Ariſt. fuiſſe ſuperfluum in libro top. in aſsignandis regulis definitionis. ¶ Cui reſpondetur hic non habere nos omnes canones, & regulas difinitionis, niſi hoc vnum, tantũ vt poſsimus inuenire genus proximũ,

quod

Margin notes: *Duplex vtilitas libri prædicamentorum.* — *Alia vtilitas.* — *Dub.* — *Sol.*

quod quidē non eſt ſufficiens ad intelligendam definitionē; cum plures alias includat cōditiones, & hoc eſt illud, quod dicebamus cognitionem partium definitionis; quoniam (ſicut dictū eſt de genere) ita ex te ipſo poteris intelligere de differentiis. ¶ Pro quarta, & quinta vtilitate altius rimandū eſt, quoniam etiam ordinē includimus, & primò quidem præſupponendum eſt, philoſophiæ duas dari partes; alteram quidem, quæ contemplatiua appellatur, cuius finis eſt veritatis inquiſitio, & à falſitate remotio; alteram autem, quæ actiua nuncupaē, cuius finis eſt bonitatis adeptio, atq; à malo elongatio; & quoniā noſter animus, qui ob inuolutionem huius corporei carceris; imperfectus eſt ſæpè veritatē mendatium eligit, id quidem verum eſſe exiſtimans, ſæpe quoq; ſub ſpe boni, malum eligit; philoſophiæ opus fuit aliquo inſtrumēto, quo veritatem à falſitate, & è contra bonū à malo, & è contra, diſcerneret, quod inquàm inſtrumentū, nil aliud eſt, niſi demonſtratio illa; namq; eſt, quę bonum ſub boni ſpe, & malum ſub mali forma, & non è cōtra, facit nos cognoſcere; ſimiliter & verum, & falſum declaratur, etiam hoc à ſimilitudine; nā ſicut faber lignarius nunquàm perfectè curuū lignum à recto poſſet diſcernere; imò aliquando decipitur, imaginando illud rectum eſſe, quod in rei veritate curuum eſt, niſi vteretur regula; ſimiliter, & ædificator perpendiculo indiget, vt rectū à curuo pariete diſcernat, nō ſecus & philoſophis opus eſt demōſtratione, qua verū, & falſum, bonumq;, & malū, diſcernāt. Si igitur tantopere neceſſaria eſt iſta demonſtratio, à nullo, proculdubio, philoſopho ignorari debet; ſimiliter & nos omni conatu debemus illā amplecti; verum quoniā illam non ex abrupto percipere poſſumus, ni priùs ea, ex quibus hæc cōponitur, perdiſcamus; ſi igitur demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire (1. poſt. 8. 28.) oportet priùs ſcire quid eſt ſyllogiſmus, anteq̃ ſciamus demonſtrationem; & qm ſyllogiſmus cōſtat ex propoſitionibus; meritò pręſcire quid eſt propoſitio; verum qm̄ propoſitio ex ſimplicibus componiē, oportebat nos priùs ipſa ſimplicia cognoſcere, quæ in hoc habētur libro; hinc incipit ordo manifeſtari; verū vt clarior fiat exordiemur primo à principio hoc præſuppoſito lectionē, ſpeculationemq; cōtrario inceſſu, itinereq; procedere, non tñ diuerſis vijs, exemplū. Si eſſet Socrates, & Plato; Socrates quidē Romā, Neapoli ſe conferret; Plato aūt Neapolim, Roma veniret; cōtrario itinere procederent, per vnā, & eandem viā; ſed non eodē itinere; imò contrario; nō ſecus & in propoſito; nā ſpeculatio à fine initiū capit, & ad principiū tendit; actio verò è contra, à principio ad finē ponunt; exemplū pariter Simplicius, & Ammonius in condenda domo; nam prior eſt ſpeculatio, quàm actio illius ſpeculationis; ſpeculatio igitur hinc incipit; nos moleſtamur à frigore penetrabili, & ab viēte calore; ergo indigemus aliquo protegēte nos à ventis, pluuia, imbribuſq;, atq; à ſummis caloribus, quæ cū incipiat à fine; quonā modò hoc fieri queat, contēplatur, & videt hoc poſſibile eſſe; ſi domus ædificabitur, quę iu ſummo habent tectū, ſiue pauimentū, pauimentū aūt cum per ſe hærere nō poſſit, indigebit parietibus; parietes aūt ſtare nequeunt; niſi iactis fundamentis; fundamenta aūt iaci non poſſunt, niſi foſſa terra; reliquū tandem vt terra fodiatur, hic cōtemplatio terminatur; vnde actio exordiū ſumit, & primò fodit terrā, ipſaq; foſſa, fundamēta iacit, quibus iactis, cōtinuò parietes erigit, quibus deniq; iactis, tectum, ſiue pauimentū inponit, ex quibus iā clarè liquet quomodò cōtrario inceſſu actio, ac contemplatio incedāt, non ſecus in noſtro propoſito, idem obſeruabimus; nā ſic ędes nobis opus eſt, qui interitūqui ſæpè numero fieri ſolet ab imbribus, frigore, & calore prohibet, ita nobis opus eſt demonſtratione, quæ prohibet corruptionē, à falſo in ſpeculatione, & à malo in actione proficiſcentem, quæ propriè corruptio appellatur; nā ſicut conſiderantes domū, quo pacto conſtruenda eſſet definimus ad eā conceptionē, qua intelligimus terrā fodiendam eē; eodem modo demonſtrationis originē conſiderantes, procedimus; porrò demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire; non enim poterimus ſcire quid eſt ſyllogiſmus ſcientificus, ni prius quid eſt ſyllogiſmus perdiſcamus; nam quomodo illū, vel huc ipſum ſcribere exactè poterimus, niſi priùs ſimpliciter ſcribere diſceremus? ergo demonſtrationē nunquàm ſciemus, niſi priùs quid eſt ſyllogiſmus agnouerimus, qđ teſtatur Ariſt. 1. priorū cap. 5. vbi inquit priùs dicendū eſt de ſyllogiſmo, quàm de demonſtratione; quoniā omnis demonſtratio eſt ſyllogiſmus, & non è contra, & quoniā partes definitionis debent eſſe notiores; cū igitur ſyllogiſmus ſit genus & pars definitionis ipſius demonſtrationis; meritò priùs oportet, vt ſciamus quid eſt ſyllogiſmus; at verò quoniam ſyllogiſmus eſt accumulus, aggregatioq;, & congeries propoſitionum; nunquàm perfectè ſyllogiſmū cognoſcemus, ni priùs q̃d eſt propoſitio, & oratio; inſuper per rationē ſuperiorem, de definitione ſyllogiſmus definitur, per orationē (1. priorū 1. top. 1. elen. c. 1. & in libro de motu animalium c. 4.) ergo ignorata oratione nunquàm ſyllogiſmū ſciemus; propoſitio aūt, & oratio cū conſtent ex nomine, & verbo, tanquā ex partibus; meritò cognitio eorū debet pręcedere; quoniā nomina, & verba ſunt voces ſimplices ſignificatiuę

Alia vtilitates.

ad placitũ;oportet priùs vt diſcamus ſimplices voces; hinc deniq; contẽplatio deſinit, & hinc actionẽ initiũ ſumere oportet.& ſic primò de ſimplicibus vocibus agitur in libro prędicamentorũ; ſecundariò de enunciatione, oratione in libello de interpretatione,ac etiã de nomine, & verbo. Tertiò loco de ſyllogiſmo;ſimpliciter in opera priorum. Quartò,& vltimò in lib.Poſt.de demonſtratione,quę demonſtratio finis eſt actionis,quæ eadẽ inceſſu contrario, eadẽ erat contẽplationis principium; hinc luce clariùs liquet, quo nam in loco,ſcilicet an in primo,an in ſecundo ſit ſituandus, quem præmanibus habemus, liber & iure primum locum concedimus; ſiquidem de primis ſimplicibus vocibus diſputat Ariſt. hinc etiã declaratas habemus illas duas vtilitates traditas, ſcilicet mediatione vltima prohibẽre nos à falſi in ſpeculatiuis; & à malo in practicis; & mediatione non vltima,ſcilicet pro quanto admodum cathenæ aperit omnes alios libros logices, vſq; ad librũ elenchorũ incluſiuè; nam vnus liber alterũ declarat,& alter alterius clauis eſt.& admodũ cathenæ conſequenter ſe habent; (vt dictũ eſt) hinc maximã eſſe huius libri vtilitatẽ,patet; quoniam ſi hęc omnia docemur,erit vtilis omnibus ſcientiis, & philoſophiæ, medicinæ Theologiæ, aſtronomiæ, arithmeticæ, & aliis; cum vnaquæque iſtarum demonſtratione, & definitione indigeat; quoniam ſimul, & ſemel vtilitatem,& ordinem prælibauimus: ¶ Con-

Dub. tingit dubitatio contra ea, quæ dicta ſunt de ordine, nam ſi ſic eſt liber prædicabiliũ nullum poſsideret locũ inter libros logices, conſequẽtia probatur, quoniam ſi hic liber primam obtinet ſedem, quæ nam Porphyriano

Sol. libello dabitur ſedes? ¶ Reſpondetur aliis aliorum omnibus relictis ſolutionibus,& dicimus, quòd duobus modis poteſt fieri compotus; vno modo, vt includatur liber Porphyrij, & ſic dicimus prædicamentorum librum eſſe ſecundum; alio modo fit numerus librorum Ariſtotelicum,& ſic dicimus ſimpliciter eſſe primum, vbi obſecro, omnes induſtriam omnem,conatum; omnemq; operam, omnemq; deniq; laborem operemini, omnemq; animum adhibeatis,locetis; ſiquidem (teſte diuino Platone à quo Ariſt. & Auer. 1.cœli 33. 4.phyſ.48. 3.de anima 4.) paruus error in principio fit maximus in fine. ſi igitur error cõtinget nobis ab hoc primo libro, maximus euadet in ſequentibus. Si verò nullus eueniet error,melior (affirmante Deo) finis ſequetur; & quoniam ratio eſt anima; & ſpiritus philoſophiæ; & cum ſine ratione loquimur erubeſcimus; ideò de primo loco, quem obtinet liber prædicamentorum inter libros logices probatur multis rationibus,

1. Ratio. quarum prima eſt iſta. ¶ Partes definitionis alicuius definiti debent eſſe priores illo definito 1 poſt. 1. 2.poſt.101.clariùs 6.top. in primo loco definitionis clariſsimè 1.met.48.ſed vox eſt pars definitionis ipſius nominis, verbi, & orationis ergo debet eſſe prior; ſed de nomine, & verbo, & oratione cõſideratur in libro perihermenias; & de voce in libro prædicamentorum, (vt aſſerunt græci) ergo liber prædicamentorum debet præcedere librũ perihermenias; ſed liber perihermenias eſt ſecundus (vt probatum) ergo liber prędicamẽtorum eſt primus. ¶ Amplius genus eſt *2. Ratio.*

prius ſpecie (vt in poſt prædicamentis capite de priori patet,& 1.priorum cap 5.) ſed in libro prædicamentorum tractatur de genere, in libro perihermenias tractatur de ſpeciebus,ergo liber prædicamentorum præcedit librum perihermenias, minor probatur, quoniam vox prędicatur in quid de nomine, verbo, & oratione,& cum nullo illorum conuertitur; ergo eſt genus illorum; ſed de voce in libro prædicamentorum;ergo clarè relinquitur, quòd ſicut genus præcedit ſpeciem, ſic liber prædicamentorum præcedit librum perihermenias, & per cõſequens eſt primus.

¶ Amplius vniuerſaliora præcedũt particu- *Alia ratio.*

laria (1.phyſ.4.57.3.phy.2.latiùs 1.de par. 20.cap.1.& 2.de gen.& cor.51.2.de anima 1.) ſed in libro prædicamentorum tractatur de vniuerſalioribus, in libro perihermenias de particularibus; ergo liber prædicamẽtorum debet præcedere; minor probatur, quoniam in libro prædicamentorum tractatur de vocibus, quæ voces ſunt vniuerſaliores nomine, & verbo. & oratione, quæ conſiderantur in libro perihermenias, quod probatur ſic, quoniam id, quod prædicatur in quid de aliquo, & non conuertitur cum illo, eſt vniuerſalius illo,ſed vox prædicatur in quid de prędictis, & non conuertitur cũ illis, ergo vox eſt vniuerſalior; ſiquis enim aſsignabit quid eſt nomen, quid verbum, & quid oratio, ſtatim reſpondetur, quòd eſt vox (vt patet in 1. libro perihermenias cap. de nomine, verbo,

& oratione). ¶ Ampliùs prędicatum eſt prius *Alia ratio.*

ſubiecto, quoniam prædicatũ dicit formam; ſubiectum dicit materiam (1.phyſ.52. quæ forma eſt prior materia 7. met.35. ſed in libro prædicamẽtorum tractatur de prædicatis, (vt patet ex titulo libri) & in libro perihermenias tractatur de ſubiectis; quoniam tractatur de nomine, de verbo,& de oratione, de quibus prædicatur vox, de voce tractatur in libro prędicamentorum; ergo ſicut prædicatum præcedit ſubiectum, ſic liber prædicamentorum præcedit librum perihermenias. ¶ Ampliùs Simplicia præcedunt cõ- *Alia ratio.*

poſita, & ſunt priora compoſitis (2.cęli.22; & Auer. 5. colliget cap. 58. dum inquit ſimplicis cognitio dabit tibi cognitionem compoſi-

poſiti, ſed ea, quæ tractantur in libro prædicamentorum ſunt voces ſimplices, (vt millies fuit probatum;) ergo liber prædicamentorum debet procedere. *Alia ratio.* ¶ Amplius partes ſunt priores toto 7. met. 33. ſed prædicamēta ſunt partes enunciationis (vt patet in Antepredicamentis cap. vltimo, & in poſt prædicamentis cap. de oppoſitis) ergo ſicut partes præcedunt totum; ſic liber prædicamentorum debet præcedere alios libros. *Alia ratio.* ¶ Amplius Auer. in Antepredicamētis cap. 1. inquit ſic intentio in hoc ſermone eſt explanare ſententias cōtentas in libris Ariſt. in arte logices, & acquirere eas ſecundū poſſe, & hoc ſecundum vſum noſtrum in reliquis libris eius incipiētes à primo libro eius in hac arte, qui eſt liber Prædicamentorum, ex quo loco latiſsimè patet librū predicamentorū eſſe primū in logica. *Alia ratio.* ¶ Amplius Au. in epit. log. c. 1. loquēs de omnibus libris logices, primò incipit à libro prædicamentorum. *Alia ratio.* ¶ Amplius, ſed pro intelligentia eſt ſciendum, quòd triplex eſt operatio intellectus (3. de anima 21.) vna, quæ dicitur indiuiſibilium intelligētias alia, quæ compoſitio, & diuiſio nuncupatur; additur à græcis tertia. quæ diſcurſus appellatur, quarum, Prima ordinatur ad ſecundā, & ſecunda ad tertiam; & quoniam logica (vt aiunt) dicitur ſcientia rationalis (Auer. teſte in libro Porphyrij cap. 1.) neceſſe eſt, vt eius conſideratio verſetur circa ea, quæ pertinēt ad tres prædictas operationes de his, quæ pertinent ad primam operationem intellectus; determinat Ariſt. in libro prædicamentorum; de his verò, quæ pertinent ad ſecundam operationem; ſcilicet de enunciatione affirmatiua, & negatiua determinat Ariſt. in libro perihermenias; de his verò, quæ pertinent ad tertiam operationem in libro priorum, & in ſequentibus; vnde fiat ratio, ſicut ſe habet prima operatio intellectus ad alias operationes; ſic ſe habet liber prædicamentorū ad alios libros logices; ſed prima operatio intellectus eſt, quæ præcedit omnes alias operationes; ſicut ſimplex præcedit cōpoſitum, ſic liber prædicamentorum præcedit omnes alios libros logices. *Alia ratio.* ¶ Amplius incomplexa ſunt priora complexis, (vt patet in Antepredicamentis cap. vltimo) ſicut cōponētia ſunt priora compoſitis, ſed in libro prædicamentorum conſideratur de incomplexis, & in aliis libris de complexis; ergo liber prædicamentorum præcedit alios libros logices. *Alia ratio.* ¶ Amplius ille liber eſt primus, qui ad præcedentes cōtinuari non poteſt, ſed liber prædicamentorum ad præcedentem continuari non poteſt; ergo liber prædicamentorū eſt primus. *Alia ratio.* ¶ Amplius, ſed eſt ſciendum, quòd in hoc libro conſiderantur Antepredicamenta, prædicamenta, & poſt prædicamenta, quo ſtante, arguitur ſic; ſicut enim Antepredicamenta ſunt priora, & præcedunt prædicamenta, & prædicamenta præcedunt poſt prædicamenta; ſic iſte liber præcedit librum perihermenias, & alios libros logices. *Alia ratio.* ¶ Amplius, id eſt verum, quod ab omnibus approbatur, & cui nullus contradicit, hoc eſt, quod dicunt omnes, plures, & ſapientes, & horum maximè famigerati (1. top. cap. 1.) ſed omnes Ariſt. expoſitores, græci nempè, Arabes, & Latini, vt Alexander, Ammonius, Themiſtius, Ioannes grammaticus, Simplicius, Andronicus, Adamas, Adraſtus, Eudemus, Iamblicus, Syrianus, Porphyrius, Auer. Boethus Angelicus Doctor, dicunt, viua voce, nullo penitùs diſcrepante, quòd hic liber eſt primus in logica, ergo hoc eſt tenendum, & ſemper defendendū. ¶ Amplius liber in quo tractatur de materia eſt prior, & præcedit librū, in quo tractatur de eo, cuius eſt materia, ſed liber prædicamentorum tractat de materia; alij libri tractant de eo, cuius eſt materia, ergo liber prædicamentorum eſt prior. Maior patet (1. phyſ. per totum, minor probatur, partes ſunt materia totius 3. phyſ. 66. 2. phyſ. 31.) Sed in libro prædicamentorum tractantur voces, quæ ſunt partes, (vt fuit probatum) ergo liber prædicamentorum eſt primus, & præcedit omnes alios.

De Diuiſione.

A PRIMORDIO diximus, qua de cauſa factum eſt; vt etiā inter hæc diuiſio præcognoſcatur, ſic percunctanti Reſpōdetur, cum Simplicio in præſenti præfatione; nam ſicut medici pertractantes ſciētiam de inciſione; id eſt, anathomiam, in qua ſingulas partes cognoſcimus; cognoſcemus etiā quomodo partes continuantur adinuicē, & neceſsitatem diuiſionis, quibus ſingulis perſpectis; faciliùs atq; meliùs naturam totius ſciemus, non ſecùs, & nos ſi ſciemus in quot partes, & quas iſte liber diuidatur, & quam neceſsitatem, & colligantiam mutuā habeant, meliùs quomodò ad totius perfectionem, integrationemq; tendant, & ſic totum meliùs cognoſcemus, quod ſub his verbis Simplicius habet ita, & hoc diuidens totum ob oculos, magis ipſum ponit, & agit, atq; præſtat vſum, & opportunitatem vniuſcuiuſque ad vniuerſam intentionē; ſed videamus nunc in quot principales partes hic liber diuidatur. verū, quia variæ, circa huius libri diuiſionem, adſunt opiniones; ideò bonum eſt, vt audiamus ipſas iuxtà dictum Auer. bonū eſt valde in quacumq; quæſtione audire, & ſpeculari rationes duarum partium, maximè quādo partes

ſunt

ſunt prudẽtes, & celebres in libro deſtr. diſp.
1. *Opinio* 2. in ſol. 2. dubij. ¶ Prima opinio eorum, qui
dixerunt nullam fore neceſſariã diuiſionem,
ſed tantummodò, vt fiat quædã commemo-
ratio capitum ad noſtram memoriam, & iſti
ignorarunt vtilitatem diuiſionis (ſicut reci-
tat Simplicius) & de numero iſtorum ſunt il-
li, qui ignorantes appellãtur ab Ariſt. 1. phy.
2. *Opinio* 71. 74. 75. 78. ¶ Alij verò dixerunt eſſe ſuper-
fluam, & non neceſſariã, ſed ſuperuacaneã;
& ideò non deberi proponi cum alijs prolo-
3. *Opinio* gominibus. ¶ Alij verò alia dixerunt, de qui-
bus, non oportet curam habere: nos autem
dicimus hunc librum diuidi in duas princi-
pales, & neceſſarias partes; in prohemium
nempè, & tractatũ; ſicut vetus eſt Ariſt. con-
ſuetudo omnes ſuos libros diuidere, cuius li-
bri veluti prohemiũ ſunt Anteprædicamen-
ta (vt inquit Auer. in Anteprædicamentis, &
in cap. de ſubſtãtia) dixit veluti, & ſicut pro-
hemium, quoniam nec intentio neq; ordo ne-
que modus doctrinę demonſtratiuę explica-
tur, nec vtilitas neq; difficultas veluti facit
in 1. de anima tractatus verò ſunt prædica-
menta, quod quidem ſi aliquis negabit, ra-
tione probatur; nam illud eſt prohemium li-
bri, in quo auctor perturbato, & cõfuſo mo-
do, præponit, & prædicit res, in tractatu, de-
clarandas; ſed in Anteprædicamentis Ariſt.
confuſo modo præponit res exquiſitè, & di-
ſtinctè declarandas in tractatu, quæ ſunt de-
cem prædicamẽta (veluti patet in Antepræ-
dicamentis cap. vltimo) ergo Anteprædica-
menta ſunt prohemium, quod quidẽ Ammo-
nius, & ſuus diſcipulus ſimplicius aſſerere vi-
dentur, qui continuantes prędicamenta cum
Anteprædicamentis inquiunt, ꝙ cum Ariſt.
expoſuiſſet, quæ ad prædicamentorum con-
ferunt perceptionem, cumq; præpoſuit ru-
dius, ac veluti in exemplis, de ipſis quoque
prædicamentis docuerit; nunc ad exquiſitã,
etiam ipſorum enarrationẽ conuertitur q. d.
quòd poſtquàm Ariſt. ruditer, ac ſimpliciter
docuit prædicamenta, ſolùm ipſa nominan-
do, & confuſo modo proponendo; nunc ne-
ceſſe eſt in hoc tractatu, exquiſitè, ac exactè
ad diſtinctam enarrationem, & particularem
notitiam vult pertractare, quod eſt opus ip-
ſius tractatus, (vt inquit Auer. in Antepręḍi-
camentis cap. 1. ſigillatim deſcribẽdo vnum-
quodq; ſua propria deſcriptione dando pro-
1. *Dub.* prietates ſuas). ¶ Sed dices, cur iſte liber di-
uiditur in tres prædictas partes, & non in
duas; quoniam potuiſſet Ariſt. Anteprædica-
menta, & poſt prædicamenta in vnũ aduna-
re, & prædicamenta in vnum aliud recolli-
gere, & per conſequens duas in partes diui-
dere; ſcilicet in vnam in qua de Anteprædi-
camentis, & poſt prædicamentis; in aliã ve-
2. *Dub.* rò, in qua de prædicamentis egiſſet? ¶ Am-
pliùs dices cur Ariſt. ſic diſpoſuit, vt Ante-
prædicamenta anteirent, & prædicamenta
mediarent, & poſt prædicamenta ſequeren-
tur; hoc eſt quare Ariſt. in principio colloca-
uit Anteprædicamẽta, in medio ſituauit præ-
dicamenta, & vltimo loco poſt prædicamen-
ta. ¶ Aliquis diceret, quòd ſolutio eſt mani-
feſta, ex vi nominis, & vocabulorum; ſcili-
cet, ante & poſt prædicamenta. ¶ Sed hoc ni-
hil eſt; nã ego quæro, cur non propoſuit poſt
prædicamenta, & inſcribere Anteprædica-
menta? & cur nõ poſtpoſuit in fine Antepræ-
dicamenta, & illa vocare poſtprædicamenta,
& etiam cur non omnia in fine, vel in princi-
pio collocauit? ¶ His omnibus Ammonius, &
Simplicius, qui teſtem Porphyrium adducũt
ſub his verbis (vt cũ Porphyrius ſit huius du-
bitationis Author, eam pulcrè, ac rectè ſol-
uit) & meo quidem animo omnes perperam
dixere, ſacere ſatis conãtur tali pacto, & pri-
mò dicunt ſectionem huiuſmodi, atq; ordinẽ
hinc prouenire à differente cognomine eo-
rum, quæ tractantur; nam quædã ſunt pror-
ſus multitudini incognita horũ enim notio-
nem (inquit Ammonius) nulla habet bona
pars nominum; vt ſunt videlicet, equiuoca,
vniuoca, & denominatiua, quædã verò ſunt,
quæ quamuis nobis nota ſint, tamen nõ exa-
ctè, immò indigemus, aliqua articulata de-
claratione, vt abſolutam perceptionem ha-
beamus, quæ igitur prorſus ignota ſunt; ne-
ceſſariò prædicamentis præmicti debebant;
quandoquidem ſi illa ignorarentur, neceſſe
fuiſſet, & prædicamẽta ignorari, & ratio hu-
ius eſt; quoniã hæc doctrina prædicamentis,
magnoperè deſeruit, reliqua verò, quæ in
articulatã, & indiſtinctè, vt nos diximus no-
bis cognita ſunt, in vltimo loco ſituauit; &
ratio, quarè non cum prædicamentis, vel
cum Anteprædicamentis, hæc miſcuit? eſt
quoniam (vt inquit Ammonius) ne longum
faciat exordium, atq; inſtituto opere acceſ-
ſorium prolixius; redderet. ¶ Et ſitu inſta- *Inſtãtia.*
res contra ipſos, dicendo; omne illud, quod
valet ad notitiam aliquorum, debet præce-
dere illa, ad quorum notitiã valet; ſed poſt
prædicamenta, & Anteprædicamenta valent
ad notitiam prædicamentorum; ergo meri-
tò debebat, tùm Anteprædicamenta, tùm
etiam poſt prędicamenta prædicamẽtis prę-
ponere. ¶ Reſpondet Simplicius dicens, pri- *Sol.*
mò, quòd Anteprædicamenta ſunt neceſſa-
riò præponenda ad qualemcunq; notitiam;
ideſt, quòd ſine illis, non poſſunt ſciri peni-
tus; prædicamenta ergo faciunt ſimpliciter,
& neceſſariò ad notitiam, poſt prædicamen-
ta verò non faciunt ſimpliciter, & neceſſariò
ad notitiam prædicamentorum; ſed ad me-
liorem notitiam; quod ſub his verbis dicit
Simplicius, loquens de poſt prædicamentis,
in

in præſenti dubio, neq; ipſa; idest, poſt prædicamenta prius docere coactus fuit, ob qualemcumq; notitiam, ſicut ſuppletu fecit de Antepredicamentis eorum, quæ prius habeuda erant, neq; admiſit, vt illorum cognitio ignauia iners, ac acris, expers, ipſi auditori relinqueretur; vnde ſubdit; nam & ſi aliquando quibuſdam nominibus, ex conſuetudine, vt imur. tunc non cognoſcimus ipſorum naturas diligenter, adquas reſpicientes nominum auctores, & inuentores nomina poſuerunt, & inſtitutrunt, ex quo ſecundum ipſum poſſumus eligere ſolutionem huius dubij, quare Ariſtot. non prætermiſit poſt prædicamenta, & neceſsitatem; Tunc hoc declarato poſſumus per hæc ad hubium reſpondere, & primo ad maiorem, quæ dicit omne illud quod valet ad notitiam &c. Dicit Simplicius illud intelligit ad notitiam ſimpliciter, & neceſſariò non tamen ad bene eſſe, & melius; vnde argumentum concludit de Antepredicamentis, quæ ſunt neceſſaria ſimpliciter ad cognitionem prædicamentorum, non tamen de poſt prædicamen-

Rep. tis, cum ſint ad meliorem notitiam ¶ Dices contra, Simplicium, Ammonium, & Porphyrium; Vnde habetis, ꝙ ideo poſt prædicamenta debeut ſequi, quia faciunt ad bene eſſe, & non ſunt neceſſaria ſimpliciter; quoniam ſi hoc eſt fortaſſe, liber Porphyrij poſſet eſſe poſt librum prædicamētorum; ſiquidem valet non ad notitiam neceſſariam, vt omnes concedunt, ſed ad meliorem notitiā & ad bene eſſe. ¶ Amplius quæret Aliquis quodnam ſequeretur inconueniens, ſi Ariſt. poſtquam determinaſſet de Antepredicamentis, & ipſa poſt prædicamenta immediatè pertractaſſet; Idcirco mihi videtur non aliter ſoluendum, ſed aliquod ijs contra dixere addere, vt omnes contra ipſos, & noſmetipſos dubitationes abſoluamus, & dicimus in ſequentibus, poſt prædicamētis Ariſtotelem aſsignare diſtinctionem; ſcilicet, quot modis prius, quot modis ſimul, quæ diſtinctiones haberi non poſſunt, nec emergūt, niſi ex aliquo, iam dubitato, declarato, & præſuppoſito; vnde non potuit Ariſt. à principio declarare quot modis motus, quot modis oppoſitio, cum adhuc nullā feciſſet men-

Dub. tionē de motu, & oppoſitione, & ſimul. ¶ Sed Dices contra; Ariſt. in Antepredicamentis etiam diſtinctiones multas aſsignat; ſcilicet in ſubiecto eſſe multifariam; dici inſuper, quædam ſunt in ſubiecto, &c. Et reſpondet Ariſt. nō declarare, & diſtinguere modos eſſendi in; ſed expoſitores, at ipſum dicimus diffinire eſſe in; Ad ſecundum dicimus eſſe numerationem, ſeu diuiſionem; quæ non eſt diſtinctio; differt. n. diſtinctio, & diuiſio; quoniam diuiſio eſt eorum, quæ ſunt ſub eodem genere, & per conſequens eſt vniuocorum; diſtinctio autem eſt eorū, quę non continentur ſub eodem genere, & eſt Equiuocorum; vnde largo modo diſtinctio poteſt dici diuiſio; non tamen è contra; quoniam de ea pertractat Boetius, ſub hoc nomine diuiſionis. ¶ Amplius Dicimus, & fortiùs poſt prædicamenta, hac de cauſa, non præmiſſi; quoniam præſuponunt notitiam prædicamentorū, (vt declarabitur) & omne illud, quod pro ſui notitia, aliquod præſupponit, eſt poſterius tractandū illo, quod præſupponitur, ſed poſt prędicamenta præſupponunt notitiam prædicamentorum; ergo minor probatur; nam Ar. cap. de oppoſitis, dicit, quatuor modis dici, primo modo, dicitur ad aliquid; Dicas (quęſo) quomodo hunc primum modum cognoſces, ignorato habitu, & priuatione, & quomodo ſe habeant in prædicamento, Ampliùs ignorato ad aliquid, & exemplificat vt dimidium duplo, quæ omnia declarata ſunt in prædicamentis; idem exemplificat de ſcibili, & ſcientia; Ampliùs facit mentionem de numero declarato in cap. quantitatis; Adhuc de colore, & qualitate, & multis alijs, quæ tu ibidem videre poteris; ac etiam in cap. de priori facit mentionem de oratione, quæ vera, & falſa dicitur ab eo, ꝙ res eſt, vel non eſt, & illud breuibus perſtringit, ex eo, quia fecit mentionem breuiſsimis verbis, cap. de ſubſtantia, in fine; & iccircò præſupponit illud tamquam declaratum. Similiter de ſimul facit mentionem de conuertentia relatiuorum; dū declarat, quæ ſunt ſimul natura verum etiam cap. de motu facit mentionem de paſsionibus, quas declarauit cap. de qualitate: Similiter cap. de habere nonne meminit magnitudinis, quantitatis, pluresq; alias adducere poſitiones, quæ cum potiùs faſtidium generent; ideò iſtæ auctoritates ſufficiant ex ijs ergo concludimus breuiter prędicamenta non poſſe pręcedere ante prędicamenta; quoniam illa faciunt ita cognoſcere prædicamenta, quod ſine Antepredicamentis, prædicamenta, iuditio meo intelligi non poſſent; (vt dictum eſt) in eorum expoſitione, ergo Antepredicamenta meritò primā obtinebant ſedem; poſt prædicamenta verò cum preſupponant iā declarata prędicamenta iure prædicamenta ſequuntur. ¶ Et nota, quod nos propriè diximus poſt prædicamenta præſupponere prædicamenta, iam declarata; quoniam ideò præmiſit prædicamenta poſt prædicamentis Ariſt. vt melius cognoſcamus poſt prædicamēta; quoniam tunc finalis, & principalis intentio eſſet de poſt prædicamentis; ſed quoniam poſt prædicamenta dependent, & emergunt ex prædicamentis ſimiliter Ar. in poſt prædicamentis quaſi diſſoluit quæſtiones emergentes

tes à prædicamentis declarans illas diſtinctiones; ergo ſicut illud declaratum non tendit Ad dubitationes, vt faciat melius cognoſcere dubitationes, ſed debet præcedere neceſſariò cũ dubitationes per ſe fieri non poſſint, niſi habeant originem, ex alia regula, declarata; vel ex aliquo declarato: Similiter diſtinctiones, & poſt prædicamenta quæ ſunt quaſi ſolutiones dubitationum emergẽtium ex prædicamentis, neceſſariò debent præſupponere prædicamenta, à quibus emergunt; ex his ſequitur ſolutio arduæ difficultatis, quæ ex noſtra poſitione prouenire poſſet; & eſt iſta; ſi poſt prædicamenta valent ad notitiam prædicamentorum; ergo præſupponuntur à prædicamentis, tamquam declarata, & per conſeques primo loco erant tractanda ex his; liquet ſolutio quòd poſt prædicamenta non ſunt propter notitiam prædicamentorum, ſed poſt prędicamenta ſunt ad remotionem dubitationum contingentium, eſſe prædicamenta; & ad clariorem intelligentiam, non quòd generent notitiam prædicamentorum; quoniam hoc attinet ad Anteprædicamenta, cuius meritò præceſſerunt prædicamenta, primamq́ue poſsiderunt ſedem, ſed bene ex poſt prędicamentis poſſumus diſſoluere, quæſtiones contingentes eſſe, illa habendo diſtinctiones quæ aptæ ſunt diſſoluere dubia, atque propriè remanere, & ſit maior eſt falſa, quæ dicit poſt prædicamenta valere ad notitiam; Et ſi ſic eſſet argumentum ſuum concluderet contra nos, & fortaſſe ſub illis ſimplicij verbis, hic ſenſus erat; videlicet, neq; ipſa ideſt poſt prædicamenta priùs docere, coactus fuit ob qualemcumq; notitiam eorum, quæ prius habenda erant, neque admiſit, vt illorum cognitio ignauia, iners, ac artis, Ingenijq; expers ipſi auditori relinqueretur.

Dub. ¶ Sed dices poſt prædicamentis primum deberi locum, Dicens ſic; diſtinctio priùs eſt habẽda aliquorum, quàm eorum doctrina 1. cæli 110. alioquin in multos meandros, erroreſq; incideremus, (vt cõtra antiquos loco allegato teſtatur Ariſt.) ſi ergo poſt prædicamenta diſtinctionem aſſignant, iure primo loco digna erunt.

Sol. ¶ Dicas, quòd tunc diſtinctio debet præcedere; quando diſtinctio non præſupponit illud pro ſui notitia, ſed cum iſtæ diſtinctiones præſupponant prædicamentorum doctrinam, non ab re factum eſt, vt vltimum poſsideant locum.

Alia ſol. ¶ Aliter Dicas, regulã hanc valere, quando debet aſsignari definitio, & diuiſio; tunc ſi illud nomen eſt æquiuocum, debet priùs diſtingui & deinde definiri; ſi quidem æquiuoca ſint prius diſtinguenda, & deinde diffinienda, (ſicut inuiolabiliter oſſeruauit Porphyrius in ſuis introductionibus) modò ſi iſtæ eſſent diſtinctiones prædicamentorum. v. g. quot modis dicitur ſubſtantia qualitas, &c. neceſſariò vt concludit ratio, poſt prædicamenta deberent primam ſedem obtinere; quoniam primò eſſent diſtinguenda, deinde deſfinienda, & vt quin nullus relinquatur cauillandi modus. Ar. quoniam prædicamenta omnia ſimul ſunt, æquiuoca diſtinxit, in decem (vt patet in vltimo cap. de Anteprædicamentis) ſed nos loquimur de ſingulo prędicamento; quoniam ſingulum prædicamentum ſubſtantia, vel quantitas, vel aliud aliorum, ſi diceretur pluribus modis, vt priùs, ſimul, motus, tunc primo loco tractaſſet Ariſt. verùm quoniam non ſunt prędicamentorum diſtinctiones; ſed eorum, quæ inſeruiunt prędicamentorum doctrinæ, meritò vltimũ ipſis aſsignauit: & tradidit locum. ¶ Vel Dicas, quòd ſi Ariſt. à principio poſuiſſet ipſa poſt prædicamenta, tunc; cum non eſſent prædicamentorum diſtinctiones, (vt ſecunda aſſeruit reſponſio) vnuſquiſque non indigne potuiſſet arbitrari, fruſtra eſſe poſita, quod non contingit. poſtquàm ſciuerimus relatiua eſſe ſimul ſubſtantiam; quandam eſſe priorem, quandam verò eſſe poſteriorem; & hæc tertia videtur potius confirmatio ſecunde reſpoſionis.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas, quòd regula intelligitur in nominibus plura ſignificantibus æquiuoca, non autem vniuoca? vnde homo, & aſinus ſignificantur ab animali: non tamen animal eſt prius diſtinguendum. quoniam illa plura vniuoce ſignificant.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas, quòd tunc ſequeretur; quando illa prædicamenta ſingula per ſe dicta eſſent æquiuoca. v. g. ſi ſubſtantia fuiſſet æquiuoca, vel quantitas, vel qualitas, hæc ſatis de hac difficili dubitatione, cum licentia, quòd ſi aliter aliquando occurret, aliter dicemus.

De Titulo nomine, ſeu libri inſcriptione.

ET quoniam titulo minus eluceſcente, ſæpè à ſcopo aberramus, & ex titulo quandoque intentio clareſcit, ſicut patet in libro de cælo; in quibus ſane titulus confirmat, atque declarat intentionem. Ideo præſentis libri prædicamẽtorum Inſcriptionem, & eius cauſam quærere oportet. pro cuius inueſtigatione eſt Notandum, quòd charegoria, ſi græcam vocem ſeruare volumus: idem eſt latine, quòd prædicatio: vt Argyropolus ſæpè hoc modo exponit: quoniam chategoreo præter alia duo, ſignificat ſcilicet demonſtro, & prædico, ex quo chategorema, quod eſt prædicatum. & chategoria verbale nomen, (quod eſt demonſtratio, & prædicatio) duo ſignificat apud græcos;

cos: ſcilicet enunciationem ſimplicem: vt Franciſcus eſt homo. & prædicatorum ordinem, vt homo, animal, viuens, & alia: vtrumqne enim dicitur prædicatio. ideo Latini ad remoueodam ęquinocationem, enunciationem vocant cathegnricam: ideſt prædicatoriam propoſitionem, & ſeriem prædicamentorum vocant prædicamẽtum: ex quo prædicamentum eſt prędicamentorum ordinatio, quorum ſuperiora de inferioribus quidditatiue p̄dicantur. veluti ſeries illa, quæ in arbnre Porphyrij ante oculos poſita eſt. veluti hnmo, animal rationale, animal, corpus animatũ, corpus, ſubſtantia, tamen hic eſt Notandũ: ꝙ Diuus Aug. in ſuis cathegorijs aliã verbi ſignificationẽ ſequutus, (ait) cathegorias ſic appellari: ꝙ ſunt quædam rerum demõſtrationes ante oculos poſitę. ergo p̄dicamentũ non ſupponit, (vt non nulli credunt) pro generaliſsimo, ex quo Porphy. in cap. de ſpecie, (inquit) quòd in quocunque prædicamento, eſt quoddam ſummum genus, & infima ſpecies, & Ar. 5. met. 12. aſſerit, quòd eadem genere ſunt, quorum eadem eſt prædicamenti figura. vnde manifeſtũ eſt; ꝙ prædicamentũ vocatur diſpoſitio illa, & linea prędicamentorũ. & ideo hoc eſt ſubiectum huius libri.

Dub. ¶ Sed ſi quis aſsignat, dicens, ſi prædicamentum eſt huius libri ſubiectum, ergo nihil hic conſideratur, niſi quia eſt prædicamentum: ſed hic tractatur de ſingulis prædicamentis. ergo ſingula ſunt prædicamenta.

Sol. ¶ Dicas negando conſequentiam. quoniam hic nihil conſideratur in ordine ad prædicamentum, ideſt tamquam ponibile in prædicamento: concluditur ergo, ꝙ cathegorię, ideſt prædicamenta, dicuntur. quoniam ipſa de omnibus alijs generibus, & ſpeciebus, & indiuiduis prædicantur. Sed hic eſt Notandum: ꝙ hoc vocabulũ chategoria, ſiue prædicamentũ, eſt triplex. vno modo ſumitur pro quolibet, quod de alio p̄dicatur; vt homo: capra, bos, albũ, nigrũ, currere, ſtare; qua ſignificatione vſus eſt Diuus Gregorius homilia 2. dicẽs, Ioannẽ Baptiſtã ad ſe veniẽtibus reſpõdiſſe prædicamenta vitę .i. verba vitæ, verba ſ. veritatis, & iuſtitię, & hoc modo omnia vocabula, quę in ordine quolibet prædicamentali ponuntur, p̄dicamenta appellari poſſunt. Alio modo prædicamẽtũ ſumitur ꝓ tota illa collectione, & coordinatione generũ, & ſpecierum, ſub vno genere generaliſsimo ſecundum ſuum ordinem diſpoſitorum. vt tota illa coordinatio generum, & ſpecierum. Tertio modo, prædicamentum accipitur ſpecialiter, pro eo, quod eſt ſummum in aliquo prædicamẽtali ordine: ſcilicet pro primo, tantũ & generaliſsimo genere; & in hac ſignificatione ſumitur prædicamentũ, cũ dicitur, homo eſt ſub prædicamento ſubſtantiæ: ideſt ſub illo prædicamento, qđ eſt ſubſtantia. ſic dicimus eſſe primũ prædicamentũ: quantitatẽ ſecundũ prędicamentũ: & ſic de ſingulis. In ꝓpoſito igitur, cũ dicimus librũ iſtũ pertractare de p̄dicamentis: accipiendũ eſt p̄dicamentũ, vel ſecũdo vel tertio modo. tractat. n. liber iſte de primis decẽ generibus, atq; etiã de totis coordinationibus, quorũ iſta ſunt capita, quę ſequuntur:

Dub. ¶ Sed Dices, ſi iſte liber tractat de his, quæ prædicantur, & ſubiiciũtur; & de ijs, quæ ſubijciunť tantũ. quarè intitulať, & inſcribitur de prędicamẽtis & nõ de ſubiectis? vel de p̄dicatis quę p̄dicãtur tantũ, quæ. n. ſubijciuntur, tantũ, ſunt primę ſubſtãtiæ, quę verò p̄dicantur tantũ, ſunt Genera generaliſsima, quę verò ſubijciunť, & p̄dicantur, ſunt genera ſubalterna.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ primæ ſubſtantiæ etiã ſunt prædicata, licet non ſecundũ ſe, tamen ſunt prædicata ſecundũ accidens, (vt inquit Ar. 1. priorũ cap. 23)

Alia ſol. ¶ Vel dicas, ꝙ & ſi primæ ſubſtãtiæ: quæ ſunt ſubiecta; hic pertractantur. tamen facta collatione plura ſunt illa, quæ hic p̄dicantur: quàm illa quæ ſubijciuntur. & quoniã inſcriptio, & titulus libri ſolet fieri àb his quę vt plurimũ cõſiderãtur in libro (teſte Auer. 1. cæli 38.) Ideo inſcribitur liber de prędicatis, & non de ſubiectis.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas quòd denominatio (vt plurimũ) fit à nobiliori. & aliquãdo à notiori. (2. de ani. 49. 1. cæl. 116) verũ quia prædicata ſunt nobiliora ſubiectis. qm̃ p̄dicata dicũt, & ſignificãt formã. ſubiecta verò materiã (vt 1. phy. 52. liquidò patet) & qm̃ forma eſt nobilior materia, (2. phy. t 2) Ideo ſequiť, ꝙ p̄dicatũ eſt nobilius ſubiecto, & per cõſequẽs liber iſte nõ ſine maximo artificio inſcribitur potius de p̄dicatis quàm de ſubiectis.

Dub. ¶ Dices ſi hic liber tractat de prædicamentis, de Antepredicamẽtis, & de poſt p̄dicamẽtis. quarè potius intitulať de p̄dicamẽtis, vt cõiter diciť liber prędicamentorũ? & nõ Anteprædicamentorum vel poſt prædicamentorum?

Sol. ¶ Rñdet Au. 1. cęl. 38. & dicit. ꝙ titulus, & libri inſcriptio, aliquando fit ab his, quæ vt plurimũ tractãtur. & qm̃ prædicamenta ſunt plura; quã Anteprædicamenta, & poſt prædicamẽta. ideo liber iſte intitulatur potius liber p̄dicamentorũ, quàm ante, vel poſt prædicamentorũ.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas, ꝙ denominatio, & libri titulus ſolet fieri à nobiliori, 2. de anim. 49. & 1. cæl. 116. & qm̃ nobilius eſt non habere ſuperius, quã habere inferins. ſed quoniã decẽ prædicamenta licet habeãt inferius, tamen nõ habẽt ſuperius: meritò ſunt nobiliora, & ab his, & nõ ab alijs, debet fieri huius libri inſcriptio.

Rep. ¶ Sed Dices contra. quoniã ſupra prędicamẽta datur ens, & bonũ; quæ prędicantur de iſtis. & ſic aliquando hæc dicuntur ſubiecta, & non ſemper prędicata. ¶ Dicitur, ꝙ debet ſic intelligi, videlicet, quæ prædicantur

dicantur tantū limitate in recta linea p̄dicamētali: cauſa huius inſcriptionis confirmatur. qm̄ Archita tarētinus paulo differēter librū ſuū inſcripſit ſic, de vniuerſalibus ſermonibus. i. de vniuerſalibus p̄dicatis, quæ ſemper p̄dicantur de ijs, quæ ſub ipſis ponuntur, & nūquam ſubijciuntur. Sed Simplicius notat vnū. cur iſte liber inſcriptus eſt, prædicamenta in recto caſu? ¶ Reſpondet, & dicit: quoniam conſuetudo eſt, ſepe in principio libri ſcribere nomina illius in recto, de quo eſt ſermo, ſicut apparet in libro, de quo habetur ſermo de Temiſtocle: inſcriptus eſt Themiſtocles, & ſimiliter ſermo de adminiſtratione, vel diſciplina ciuili, inſcriptus eſt ciuilis. Sed Nota, quòd hæc regula non eſt ſimpliciter vera, & Ideo cautè loqutus fuit Porphyrius, (cum dixit) ſepe, & non ſemper hæc de Inſcriptione, & eius cauſa.

De Libri Proportione.

ET ſi de proportione libri plura à nobis fuerunt dicta in libro prædicabilium, tamen aliqua nunc repetere, non eſt inutile. iuxta Dilucidiſsimi Themiſtij præceprum 3. phy. ſuper tex. 15. vbi iubet aliqua eſſe repetenda, non modo iterum, ſed ter, & quater, & ſi libuerit etiam ſæpius, vt difficultates aſſequamur. Ideo Tanti, viri ſententiam ſectantes, quia res eſt admodum difficilis, & maxime eſt vtilis: Ideo Iterum in hoc libro, quid eſt, proportio repetamus. denique quæ nam eſt proportio huius libri ad alios libros logices? dicimus igitur, quòd proportio, nil aliud eſt, niſi quædam comparatio vnius rei ad aliam rem in perfectione, & nobilitate. Ex quò, quando quæritur, quæ eſt proportio libri prędicamentorum ad alios libros logices, ideſt In quo gradu, in quo honore, reputatione, In qua dignitate, & exiſtimatione tenetur, exiſtimatur, & reputatur iſte liber prædicamentorum inter libros logices? ¶ Pro ſolutione eſt ſciendum, quòd liber poſt. inter omnes alios libros logices obtinet principatum, eſt nobilior, & perfectior, omnibus alijs, & ipſe eſt veluti Dominus, & Princeps. alij vero libri ſunt veluti ſerui, & ſubditi. vnde proportio libri poſt. eſt, ſicut proportio principatus ad illos, quibus dominatur, & principis adminiſtros, & ſicut ſubditi obediunt principi, & ſunt & reducuntur ad principem. (vt diximus in libro poſt.) ſic alij libri logices obediunt libro poſt. qui eſt finis, ad quem alij libri reducuntur, tamquam ad finem. & ſicut ſerui ordinantur, & reducuntur, & quidquid faciunt, non niſi propter dominum, & quoniam liber prædicamentorum eſt vnus ex libris logices. Ideo dicimus & firmiter tenemus, quòd liber prędicamentorum proportionatur, & comparatur, exiſtimatur, tenetur, & reputatur; veluti tenentur, omnes alij libri logices, preter librum, poſt, qui alij libri, reſpectu libri poſt ſunt veluti. ſubditi, miniſtri, & ſerui reſpectu domini, & veluti pars ad totum, & veluti Ianua, domus, denique ſicuti oculi ſeruorum In manibus dominorum, & ſicut oculi ancillę In manibus domine ſue, ita ſe habet liber prędicamentorum, & alij libri logices ad librū poſt: hæc Igitur eſt proportio præſentis libri.

De Via Doctrinæ.

VIA, de qua ſumus verba facturi, non eſt illa via, de qua loquitur Au. 3. phy 4. quæ eſt via ad rem: tamen eſt aliud ab ipſa re, nec eſt via, quæ eſt in rebus generabilibus per natuam, quæ eſt de ſpetie eius, ad quod terminatur. de qua Au. loquitur 2. phy. 14. 5. phy. 9. & 3. phy. 4. nec eſt via, quæ eſt inter potentiam, & actum. quam nominat Au. 5. phy. 9. nec eſt via legis, quę differ à lege phyloſophorum, de qua aperte loqnitur Au. in libro deſt. diſputatione 6. in ſolutione 6. dubij. nec eſt via doctrinæ, quæ dicitur demonſtratio ſimpliciter, nec demonſtratio propter qnid, nec demonſtratio quia, de quibus An. in prologo primi libri phyſicorum & 1. phy. 2. clarius 2. de anima 12. & 33. ſed de illa via doctrinæ loqui intendimus, qna Ar. vtitur, quando docet Anteprædicamenta, & prædicamenta, & poſt prædicamenta, & ipſorum conditiones, proprietates, attributa, & affectiones, pro cuius intelligentia eſt ſciendnm, quòd libri ſubiectum eſt notum; immo notiſsimum, vt teſtatur Ar. 1. poſt. 2. 70. 71. 72. 73. 74 75. clariſsimè tamen in tex. 76. & Au. 2. poſt. 33. 1. phy. vltimo 2. phy. 22. 26. 6. met. 1. 2. de anima 27. 29. ac 12. met. 5. & 3. cæli 4. quod cum ſit notnm, & in arte notiſsimum, non poteſt demonſtratione venari: ſed ſolum aliqua maneriæ diſciplinæ, veluti eſt exemplum, enthimema, inductio, vel quid nominis definitio: quo ſic ſtante, dicimus, quòd prædicamenta, (vt diximus) ſunt ſubiecta partialia in hoc libro. ideo ad eorum doctrinam, & declarationem non indigemus demonſtratione qua venatur naturaliter ignotum. Sed indigemus aliquo inſtrumento groſſo manifeſtante, & non probante, quod inſtrummentum notificans prædicamenta vocatur definitio; verum non definitio quid rei; ſed definitio quid nominis, quoniam in logica non dantur definitiones quid rei, quæ definitio quid nominis explicat ſolum nomen illis qui nunc incipiunt artem, vel ſcientiam, prædicata vero, affectiones, & illorum proprietates, immo ipſamet prædica-

men-

menta docet Ariſtot. vel per exemplum, vel per inductionem, vt patet in ſigulis prædicamentis; ex quibus patet clariſsime, quòd via doctrinæ, per quam Ariſtot. docet prædicamenta, alia non eſt, niſi diuiſio, vel diſtinctio, vel definitio quid nominis, vel exemplum, vel inductio, vt latè patet in ſingulis prædicamentis. non enim Ariſtot. per demonſtrationem venatur prædicamenta: quia ſunt nota, & hic præſupponuntur tamquàm nota, & ſubiecta. nec prædicamentorum proprietates; quoniam (vt dictum) in logica non fiunt demonſtrationes, ſed ſolum traduntur regulæ conficiendi demonſtrationes in alijs ſcientijs, vt inquit Auer. in æpit. log. cap. primo vnde concluditur, viam doctrinæ, qua in hoc libro vtitur Ariſtot. eſſe aliquam maneriem diſciplinæ ſupra nominatam, & nullam aliam viam de alijs prædictis, & hæc eſt definitio quid nominis, vt patet in Antepræducamentis, in prædicamentis, & poſt prædicamentis. vel exemplum, vel inductio, vt patet in ſingulis textibus, vel diuiſio, vt patet in ante prædicamentis cap. 2.

De Nomine Auctoris.

De nomine auctoris votum eſt, valde apud non nullos celebres viros ſuſpectum, an dominus, & auctor præſentis libri ſit Ariſtoteles, an Alter ex græcorum ſchola. aſſerunt enim non nulli, huius libri auctorem, non fuiſſe Ariſtotelem, & probant hoc pacto, quoniam mos eſt Ar. omnes ſuos libros componere ex duabus partibus, & illos in duas partes principales, & neceſſarias diuidere: ſcilicet in prologum, & tractatum, vt patet 3. rethoricorum cap. de partibus orationis; Sed hic liber non habet has duas neceſſarias, & principales partes, ergo ſignum eſt euidentiſsimum, quòd hic liber non eſt Ariſtotelis; Amplius conſuetudo eſt Ariſtot. in ſuis libris non facili ſed difficili oratione vti; in hoc autem libro non difficili, ſed maxima in dicendo vtitur facilitate, idem pluries repetendo, & ſe ipſum declarando, quod quidem in ſuis dictis non reperitur, nec in logica, nec in philoſophia. Sed (tantorum virorum habita pace) hæc opinio à veritate aliena eſſe videtur, quod quidem non nullis teſtimonijs verum eſſe probatur. quorum Primum eſt, locus Au, in Antepredicamentis cap. 1. vbi inquit, quòd iſte liber diuiditur in tres partes, ſcilicet in Antepræ dicamenta, in prædicamenta, & in poſt prædicamenta, quæ Antepræ dicamenta ſunt quaſi prologus, prædicamenta vero quaſi tractatus, in quibus prædicamentis præponuntur quædam, quæ

Confutatio.

ſunt præcognitiones, & præparamenta ad intelligentiam ipſorum prædicamentorum, quod confirmatur: quoniam Ar. in eiſdem Antepræ dicamentis cap. vltimo declarans quæ ſunt entia ſine complexione, numerat prædicamenta, quę nomerando ipſa proprio nomine nominat, & confuſo modo proponit: quod quidem eſt prohemij officium dicens, eorum, quæ ſecundùm nullam complexionem dicuntur, vnumquodque, aut ſubſtantiam ſignificat, aut quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut ſitum eſſe, aut habere, aut agere, aut pati, quibus numeratis nominatis, ac propoſitis; ſtatim poſtea illa incipit ſygillatim, & diſtincto modo declarare ipſa diuidendo, ipſaq; diffiniendo, & eorum communitates, & ſingulas ſingulorum prædicamentorum proprietates oſtendendo, & inquirendo: quod quidem eſt verum officium tractatus: quæ omnia à nobis dicta confirmat Ammonius, dicens in cap. de ſubſtantia: continuando prædicamenta cum Antepræ dicamentis, ſic inquit, cùm ea expoſuerit, quæ ad abſolutam perdicamentorum conferunt præceptionem. cumque proxime nos rudius, ac veluti in exemplis de ipſis quoque prædicamentis docuerit; nunc ad exquiſitam etiam prædicamentorum, & ipſorum enarrationem vertitur. quod etiam non ſolum Ammonij auctoritate, ſed etiam ratione comprobatur. nam illud eſt prohemium, in quo Ar. confuſo modo proponit res docendas, ſed (vt dictum in Antepræ dicamentis,) Ar. proponit res docendas, ergo Antepræ dicamenta ſunt præſentis libri prohemium; tractatus verò eſt ille, in quo diſtincto modo tractantur paſsiones eorum, quæ ſunt propoſita, & illa diuiduntur, & definiuntur; Sed in prædicamentis Ar. facit omnia hæc (vt patet) ergo prædicamenta ſunt tractatus huius libri, & per conſequens Ar. diuidit hunc librum in duas partes, ſcilicet in prohemium, & tractatum. (& vt probatum eſt) iſte liber cum diuidatur in has duas partes, liquidò patet: quod eſt Ar. & compoſitus, & fabricatus ab Ariſt. & proprius auctor, & dominus eſt Ariſt. quod à Porphyrio confirmatur in prologo ſui libelli; dum aſſerit, cùm ſit neceſſarium cryſaori ad eam, quæ eſt apud Ariſtot. prædicamentorum doctrinam: denotans clariſsimè hunc librum eſſe verum, & legitimum fructum ipſius Ar. cuius auctor Ariſtoteles nuncupatur, qui fuit philoſophus celeberrimus, ab ſtagira macedoniæ vrbe oriundus, patre Nichomacho medico ortus anno primo (ſi modo Apollodoro creditur) nonageſimę nonæ olympiadis, nempe antè aduentum Chriſti Saluatoris noſtri annis circiter octuaginta ſupra

tercentos. corporis forma non adeò conſpicua,voce enim gracili,exilibuſque cruribus, atque oculis puſillis: ſuit ingenio tamen pręclariſsimo natus: anno ætatis 17. Achademiam Platonis philoſophi Athenis tunc celeberrimi adiecit, à quo poſtquam annos viginti ſub eius diſciplina exegiſſet, diſſentire in multis cæpit: atque his pręſertim vniuerſalibus, vt in prologo ſuper Porphyrio adnotauimus. vnde Plato dicere ſolitus in me Ariſtoteles recalcitrat, non ſecus, ac in matrem pulli geniti, & Ariſtotelis amicus Platò, ſed magis amica veritas, vt 1. æthicorum cap. 7. in lyceo gymnaſio. annos tredecim publicè docuit: peripateticorum princeps dictus eſt, à paripate, in quod eſt deambulare. in more enim habuit deambulando docere: quamuis Ammonius à Platone affirmet morem illum emanaſſe: Alij tradunt locum in quo Ariſt. docebat peripaton: ideſt deambulatorium nuncupari: inde nomen traxiſſe. Anno ætatis ſuæ 63. dum in eubæa exularet, vita defunctus eſt. opera adeò ſcripſit multa, vt, quæ modo extant, minima ſit eorum pars, quorum copiam non habemus. de vniuerſis enim rebus diſſeruit; & ita diſſeruit, vt cunctas antea ſcientias diffuſas, atque confuſas ad perfectum excolnerit; vt iam modo vni Ariſtoteli ſcientias omnes naturales debeamus. tam & ſi cum fuerit alias diſertiſsimus, & eloquentiſsimus, vt ex eius libris rethoricorum conijcitur, tamen tum in alijs multis, tum maximà in methaphyſica obſcuritatem (vt ait Ammonius) affectauit: vt legentes ingenioſiores magis, quàm idoneos redderet, & ignauos auerteret. nam res quanto ſunt obſcuriores, tanto præſsius, dum intelliguntur, hærent memoriæ. & Ideo inquit Au. 1. phy. 35. 1. de gen. & cor. 38. q; ſermo Ariſt. eſt breuis; & ita eſt de quolibet verbo eius, & aduerte, quòd vtitur breuitate propter obſcuritatem, iuxta illud horatij, cum breuis eſſe laboro, obſcurus fio, vt in Alexandro refert Plutarchus, cum Ariſtotelem Alexander ſub accuſaret, quòd methaphyſicam ſcripſiſſet, atque vulgaſſet, qua ipſe cæteris præcellebat. reſpondiſſe fertur, illos libros perindè eſſe editos, ac ſi editi non fuiſſent. inſinnas rariſsimos fore, qui eos poſſent intelligere. ſcripta eius ad genera quatuor reducuntur: Prima.n.pars ad eloquentiam pertinet & theoricam, Altera ad ciuilem, & moralem diſciplinam: Tertia ad dialecticam ſpectat: Quarta verò ad ſecretorum naturæ contemplationem: ſcilicet ad philoſophiam naturalem, atque metaphyſicam, atque adeò liber iſte ad dialecticam pertinet, tam & ſi Iamblicus Philoſophus (vt hic Boetius refert) exiſtimet opus hoc falſo etiã Ariſtoteli aſcriptum; quippe quod nõ ab eo, ſed ab Archira Tarẽtino phitagorico æditũ cenſeat. At vero opinione hac reiecta, fides apud omnes probata eſt, opus eſſe Ariſt. vt breuitas ipſa, & ſubtilitas, & auctoritas manifeſtat, quæ cum reliquis eius operibus conſonant, quod quidem cum ſit per ſe notum, non indiget ratione demonſtratiua, ſed topica: Ideo ratione topica comprobatur ſumpta auctoritate ab Ariſt. 1. top. cap. 1. id eſt verum, quod dicunt omnes, plures, & ſapientes, & horum maxime famigerati: ſed omnes doctores græci nempè, latini, & arabes áſſerunt, hunc librum eſſe Ar. merito, & nos poſteri debemus credere, & firmiter defendere, quòd iſte liber eſt Ar. cũ maiori ſapientium, & ſenum parte quàm cum minimis paucis, & iuuenibus. iuxta illud Ariſt. non minus inhercãdum eſt expertis, & ſenioribus, vel prudentum opinionibus, atque ſententijs ſine demonſtratione, quàm demonſtrationibus ipſis 6. æthicorum cap. 13. ¶ Dices quarè oportet mentionem facere de nomine auctoris? ¶ Dicas ad extollendam doctrinam, & ad trahendos auditores ad beniuolentiam, & vt magis ſint attenti: quoniam ſi auctor fuerit vilis, & parui momenti, & minoris conditionis, grauitatis, & auctoritatis, & ſi fuerit aliquis homo rudis, atque ignorans: animus ſtudentium non monetur: non deſiderat Dub.
ab illo adiſcere; ſed illum ſpernit, & nullo modo illi adhibet fidem: quod non pertinet Sol.
ad ſcholares, nec ad ſcientiarum profeſſores: quoniam oportet adiſcentem credere 1. poſt. 17. & quoniam Ar. fuit ſapientiſsimus: Ideo in ſua ſcientia maxima ei eſt adhibenda, & præſtanda fides. inquit enim Au. quòd Ar. tres ſcientias inuenit logicam, naturalem, & diuinam. & nullus error inuentus eſt vſq; ad hæc tempora: quod eſt mille & quingentorum annorum, & talem diſpoſitionem eſſe in vno indiuiduo: potius eſt miraculoſum, quàm humanum, in prologo primi phy. 3. de anima 14. 3. meheo, vltimo, in media expoſitione 2. cæli 1. 12. met. 14. clarius 1. de gen. & cor. 38. compoſuit philoſophiam extraneam, 1. cæli 100. 4. phy. 87. verum etiam tanta fuit eccellentia Ariſt. qui primo inuenit, & ſciuit naturam primæ materiæ 1 rei tantum difficilis 1. phy. 79. cuius via eſt minoris ambiguitatis in philoſophia, & remotior à contradictione. Ideo ſubſtentati ſumus ſuper ſententiam eius, inquit Au. 2. cæli 1. auctoritate Alexandri, & 12. met. 18. ipſe quoque fuit primus ex græcis, qui poſuit cælum eſſe ingenerabile, & incorruptibile, 1. cæli. 20. 22. 2. cæli. 1. 2. & 3. & 102. quamuis fuerit opinio Chaldæorum. etiam primus, qui dixit modum, quo ſit generatio in ſubſtantia, & nullus antiquorum ante ipſum dixit illum. 3. cæli 68. & 12. met. 18. vltimo dica-

dicamus de Ar. quòd fuit regula in natura, & exemplar, quod natura inuenit ad demonſtrandam vltimam perfectionem humanam in materijs 3. de anima 14. conſimile 1. phy. in prologo 1. de generatione 38. & 5. metheo. cap. de iride. Amplius Au. 1. de gen. an. in digreſsione contra Galenum laudans Ariſt. ita ſcribit laudemus Deum, qui ſeparauit hunc virum ab alijs in perfectione, & appropriauit ei vltimam dignitatem humanam, quam non omnis homo poteſt in quacumque ætate attingere. & ipſe Ariſt. inueniſſe comprehendere veritatem ſimpliciter, aut in maiori parte, ſecundum quòd eſt poſsibile in natura humana 2. met. 1. 3. de anima 14. Amplius de laude Ariſt. dicendum eſt. Ariſt. opinio; ſumma varitas, pro vt ſuus intellectus fuit finis humani intellectus, quare præclare de Ar. dicitur, quòd ipſe creatus fuit, & nobis datus diuina prouiſione; vt non ignoremus poſsibilia ſciendi, vt inquit An. in libro deſt. deſtr. diſputatione 3. in ſolutione 13. dubij, verum etiam Ariſt. fuit princeps, quo perficiuntur omnes ſapientes poſt eum (licet differant in intelligendo verba eius) & in eo, quòd ſequitur ex eis, in libro de continuatione intellectus abſtracti cum homine. & 3. de anima 14. vnde dicitur ab Auerr. philoſophię pater. 1. colliget. 1. nos Igitur ad Ar. curramus ſicut filij ad patrem, & ab ipſo adiſcamus, (iuxta illud.) à boue maiori diſcit arare minor. his igitur peractis: Iam tempus eſt ad Ariſt. ſententias explanandas deuenire, ad quarum veram, & peripateticam expoſitionem Deus Optimus Maximus. noſtrum dirigat intellectum, tum ad veritatis inquiſitionem, cum ad communem ſtudentium vtilitatem.

FRANCISCI

FRANCISCI ANTONII VIVOLI PHILOSOPHI ET MEDICI NEAPOLITANI.

DILVCIDA EXPOSITIO IN ANTEPRAEDICAMENTA ARISTOTELIS.

CAPVT DE AEQVIVOCIS.

Textus primus. AEQVIVOCA dicuntur, quorum nomen ſolum commune eſt, ſecundum nomen vero ſubſtantiæ ratio diuerſa.

PRVDENTISSIMA, cunctarum rerum, parens, Natura cunctis, in rebus; ab ipſa, procreandis, ordinatè procedit; primò vnũ efficit, deinde aliud componit: & hinc paulatim ſuũ opus *Ordo obſeruãdus* ornatum, ac perfectum, reddit; quẽ quidem naturæ ordinem, Ariſt. primo de partibus animalium cap. primo ſcriptum reliquit, cuius ſingularis ac indubitata, hęc eſt ſeutentia. Membra quidem uon ſine ordiue oriri; ſed primo hoc, deinde illud: hoc enim modo omnia, quæ natura conſiſtunt, diſponuntur. Nos autem naturæ familiares ac inſectatores in ſingulis Ariſtotelis ſenteutijs explicandis, veluti alij illuſtres (logicæ & philoſophiæ dilucidatores, hunc ſumma cum diligentia ordinem obſeruabimus, vt. ſ. primò hoc, deinde illud; vſquequò noſtra perfecta reddatur oratio; Quapropter primo loco textus continuationem afferemus, eſt. n. hoc primum membrum: Secundò intentionem, eiuſque cauſam: Tertio diuiſionem: Quartò ſyllogiſmum, ex textu colligemus: Quintò verborum ponderationem; Sextò dubitationes, quæ ſunt quaſi ligamenta, quæ ex Ar. verbis oriuntur, afferemus earumque reſponſiones, quæ ſunt veluti earum diſſolutiones (teſte Auerr. 2. cæli 106.) explicabimus; quibus ſententijs, ſeu membris, ita (veluti à natura) à nobis, diſpoſitis, ac optimè declaratis; nulli dubium erit, per hunc modum (natura duce, & artis peritia) *Excuſatio.* qđ tota Ariſt. mens erit manifeſtà ac veluti lux meridiana dilucida ab omni enim obſcuritate, aliena; & à quacumque difficultate remota. His igitur ſuppoſitis, opere pretium eſt; vt ad textus intelligentiam deſceudamus: & quamuis græci; vt Porphyrius, Ammouius, & magnus magiſter Simplicius, laborioſiſsimi interpretes; & latini; vt Boethus, Caietanus; & inter Arabes, Auer. librum hunc ſatis doctè, eleganter, ac magiſtraliter expoſuerint; & in quo nihil intactum reliquerint temerarium fortaſſe videbitur; me illis quicquã addere, vel inter illos deiudicare: tamen, quia nullus ita ſcripſit, qui, in omnibus, ab omnibus approbaretur, (teſte Auguſtino in libro de Terinitate primo) ac etiam quia pleriſque, in locis, ab illis diſſentio; iccircò decreui hunc librum exponere; vt ſi aliqua ab alijs fortè tacta non fuerint; de noſtro agello adijciantur Superfluum euim eſſet, ea ſcribere, quę aliàs ſcripta fuere communemq; inſectari ſententiam: ſed pro tyronum vtilitate laborabimus & à uoſtro inſtituto nunquam diſcedemus; Quò igitur ad primum, pro continuatiouis intelligentia, eſt Notandum; quòd Ar. ſuum præceptum roborando in primo rethoricorum, & in libro de cælo, textu ſecuudo, inquit quòd omnia numero terminantur: Ideo ſolet iu principio ſuorum librorum, aliquãdo facere tria, aliquando duo, & aliquando vnum, tribus tẽporibus correſpondentia; præterito, preſenti, & futuro; iuxta illud, *Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahãtur.* Primum quidem facit, in primo libro Metheororum cap. 1. vbi tria facit, ſcilicet prẹteritorum memoriam renouat, ſequendo

tem-

tempus præteritum; præponit futura, ſequendo tempus futurum; & explicat præſentia, ſequendo tempus præſens; quod quidem meminit Ar. in libro de memoria, & reminiſcentia cap. 1. cum (inquit) memoria eſt præteritorum, ſenſus vero eſt præſentium, ſpes vero eſt futurorum; Secundum patet ex 3. cæli r. 2. de gen. & cor. 1. 4. metheo. 1. & 8. phy. 45. vbi duo facit, rememorat prętereita explicat & pręſentia, continuando ſe ad præcedentia; quæ innuit Auer. 8. phy. 45. dum inquit, quòd Ar. continuat dicta dicendis, rememerando, quæ dicta ſunt; vbi maniſeſtè patet quòd ſequitur tempus præteritum, & tempus præſens: Tertium quoq; patet in hoc libro in quo ſacit vnum tantùm, ſcilicet explicat præſentia, ponendo intentionem, ſequendo tempus præſens; vnde ſumas quòd continuatio correſpondet tempori; & omnia fiunt cum tempore: nam ſicut tempus præſens copulatur, cum præterito: (vt inquit Ar. cap. de quantitate) ſic liber, cum libro; caput, cum capite; & tandem textus, cum textu continuantur: Cum verò præſens non habeat præteritum, cum quo poſsit continuari; tunc non poteſt fieri continuatio; ſed ſolum aſsignatur intentio: & quoniam iſte liber non habet librum præcedentem: ideo nec liber, nec caput, nec textus habent continuationem, quæ eſt rerum præteritarum memoria: & ſequitur Intentio, quæ eſt narratio rei docendę, ſequendo tempus præſens. Nos igitur Ar. inſectantes, derelinquimus, continuationem; quæ ſignificat tempus præteritum; & explicabimus intentionem; amplectentes tempus præſens: Sed antequàm ad intentionem deſcendamus; eſt Notandum, quòd Iſte liber (vt diximus) diuiditur ic tres partes vniuerſales; ſcilicet in Antepræ dicamenta, in prædicamenta. & in poſt prædicamenta: tunc dicimus, quòd intentio Ar. in hac prima parte libri, eſt tractare de Antepraedicamentis; & hæc eſt intentio vniuerſalis: Intentio verò particularis, in hoc textu, eſt aſsignare definitionem; ſeu deſcriptionem; (vt alij dicunt) æquiuocorum, vel explicatur, quæ ſunt æquiuocata, vel aſsignare regulam, cognoſcendi æquiuoca: quoniam æquiuocorum non eſt definitio, (vt patet ex Auer. in æpit. log. cap. de æquiuocis & 4. meta. 2.) cauſa verò intentionis vniuerſalis eſt: quoniam cognitio Antepręedicamentorũ valde cõfert ad notitiam prædicamentorum, quæ Antepraedicamẽta diuiduntur in tres partes: (vt diximus) quoniam tria facit, & ipſa tria declarat Ariſt. Antepraedicamenta enim in prima parte, quę continet res, quæ in nomine, & non in ratione communicant, & talia ſunt Aequiuoca; quæ vero in nomine, & ratione communicant; talia ſunt Vniuoca; res tandem quæ in nomine, & ratione quodammodo conueniunt; ſed transformatione differunt, talia Denominatiua appellantur; quorum ſcilicet æquiuocorum, vniuocorum, & denominatiuorum; tres, præmittit, definitiones, ſeu tres regulas quibus ipſa cognoſcantur In ſecunda parte ibi, (eorum quę ſunt) duas diuiſiones, in tertia, ibi, (Diuerſorum) duas regulas, ex qua particulari diuiſione, Nota quòd Antepraedicamenta numero ſunt ſeptem; tamen tria in genere; ſeptem quidem in ſpecie: cauſa verò intentionis particularis eſt, hæc ſcilicet, quarè Ar. aſsignat definitionem, ſeu regulam cognoſcendi æquiuoca? quoniam cognitio æquiuocorum eſt valde vtilis, ad prædicamenta: quoniam prædicamenta, ſunt æquiuoca, & æquiuocè dicuntur: Ideo Ar. vt facilius intelligantur, prius tractauit de æquiuocis; vt ſciamus naturam æquiuocorum, poſtea de Vniuocis: Sed pro maiore Intelligentia, diuiditur iſte textus in tres partes. In prima tradit definitionem, ſeu deſcriptionem æquiuocorum, vel (& melius) regulam cognoſcendi æquiuoca; In 2. (ibi, vt animal) exemplificat, quæ ſint æquiuoca; In tertia, ibi, (ſi enim) probat quòd homo verus, & homo pictus habent idem nomen; Sed antequam ad verborum expoſitionem deſcendamus; eſt Notandum, quòd In hoc textu adeſt definitum; quod eſt ly (æquiuoca) & adeſt definitio, quæ continet omnes partes ſequentes; & quoniã, quando definitum eſt multiplex, tenetur artifex, prius illud diſtinguere in ſua ſignificata, & deinde illius aſsignare definitionem; & quoniam æquiuoca ſunt multa, & plura; (vt patet per verba Ar. in textu) quando dicit (æquiuoca) in numero plurali, non dicit æquiuocum in ſingulam. Ideo nos, periti artificis munere, vtentes, prius videbimus, quot ſunt æquiuoa, & quot modis dicuntur; quoniam non decet veritatẽ inueſtigantem vti verbis ambiguis; (teſte Ar. 1. cæli 110.) deinde determinabimus, quæ æquiuoca definit in hoc textu Ariſt. verùm antequàm diſtinguamus æquiuoca, oportet prius declarare hoc nomen (æquiuoca) quoniam Inter gręcos lucidiſsimus Themiſtius aſſerit, quòd præcognitio quid nominis 1. ſcire nomen rei primo poſt 2. eſt neceſſaria, ſine qua ad ſcholas fruſtra ſic aditus ipſa enim eſt caput, principium, ſons, & origo, totius noſtræ cognitionis; dicimus igitur quod æquiuoca (teſte Auer. in Epit. log. cap. 2.) dicuntur illa quæ ſignificant rem, plus quàm vnam vt hoc nomen (canis) ſignificat canem lamabilem, & ſydus cæleſte; Vel Dicas quòd nil aliud eſt dicere (æquiuoca) niſi plures res vno nomine ſeu vna voce æqualiter vocatas voce

Diuiſio textus.

qui-

quidem æquiuoca, æquiuocante v. g. canis marinus, canis terreſtris, & canis cæleſtis ſunt plures res, æqui. i. vno nomine, æqualiter vocatæ quæ vox æquiuocans, vno & eodem nomine, vocat, & ſignificat plura æquiuocata; Declarato igitur hoc nomine, ſcilicet (æquiuoca) oportet videre, quot modis dicantur; vt certò ſciamus quæ æquiuoca, in hoc textu definit, ſeu deſcribit. Ar. Dicimus igitur quòd Alia ſunt æquiuoca æquiuocantia, veluti ſunt voces ſignificantes; vt hæc vox (canis) dicitur æquiuocum quid æquiuocans. i. plura vocans, plura importans, pluraq; ſignificans; ſignificat enim ſydus cæleſte, canem marinum, & canem terreſtrem: Alia ſunt æquiuoca æquiuocata, & ſunt res ſignificatæ & vocatæ, per illas voces ſignificantes, vt ſydus cæleſte, & canis terreſtris, ſeu domeſticus, quæ ſunt res, & ſignificantur, ab illa voce, (canis) Alia ſunt æquiuoca à fortuna ſiue a caſu, vt cum forte fortuna, & ſine vlla animaduerſione, & ſine vllo conſilio, res diuerſæ idem nomen conſequuntur; veluti quando ſunt plures homines habitantes in diuerſis locis; vt Franciſcus habitat Neapoli; & Aſcanius habitat Romæ; & Franciſcus generat filium; & Aſcanius generat filium; & tàm Franciſcus, quàm Antonius Imponit hoc nomen, ſcilicet (Philippus) ſuo filio; certum eſt quod hoc nomen, eſt æquiuocum: quoniã ſignificat duos filios, filium nempè Franciſci, & filium Antonij: Alia ſunt æquiuoca à conſilio; vt ſi cuilibet ſeruos quouis nomine placeat appellare: Alia ſunt æquiuoca à memoria; vt quando pater eſt mortuus, qui vocabatur Petrus, & deinde hoc idem nomen Imponitur filio, ob patris memoriam; Alia ſunt æquiuoca à ſpe; vt aliquis pater imponit hoc nomen ſuo filio, ſcilicet (Ariſtoteles) ſperans filium ſuum alterum Ariſtotelem euaſurum, & ſicut dicimus de Ar. ſic etiam poſſumus dicere de omni alio excellentiſsimo viro, tàm in literis, quàm in armis: Alia ſunt æquiuoca ab analogia, ſeu à proportione; vt cum ab alicuius rei proportione, aliquod appellamus v. g. pes, quem habet homo, eſt verus pes; ad cuius ſimilitudinem, & proportionem dicimus pes lecti, pes domus, pes montis, pes cryptæ, pes ſcalæ: Alia dicuntur æquiuoca ab vno v. g. cum orti ab aliquo, quæcumque ab illo proueniunt, illius appellatione vocamus; vt medicum volumen, & medicum pharmacum: Alia ſunt æquiuoca ad vnum v. g. exercitium dicitur ſanum, quia conſeruat ſanitatem, potio dicitur ſana, cibaria ſana, quia inducunt ſanitatem, ſignum ſanum, quia nuntiat & ſignificat ſanitatem; dicitur etiam ſanum, id quod recipit ſanitatem; vt eſt corpus mundum ab humoribus (vt Inquit Au. 4. met. 2.): hæc omnia dicuntur, æquiuoca ad vnum; quoniam omnia reſpiciunt, vnum finem, ſcilicet futuram ſanitatem: Alia ſunt æquiuoca ab vno: & hæc duobus modis; vno modo ab vna exemplari cauſa, vt homo pictus deſumitur, ab homine vero: Alia ſunt æquiuoca ab vna cauſa efficiente, à qua ſumũt nomen, vt medicum ſcalpellum, a medicina; & lira muſica, à muſica: Alia verò ſunt æquiuoca pura: Alia analoga ijs. Igitur & tot modis dicuntur æquiuoca: quiſque certus ſit quòd Ar. hic definit æquiuoca pura (vt inquit Auer.) æquiuocata, & non æquiuoca analoga (vt inquiunt Græci) & nota, quòd dicit Ar. (æquiuoca) in plurali, & non in ſingulari (æquiuocum) cauſa eſt, quoniam nõ poteſt vnũ eſſe æquiuocũ, & ipſum eſſe ſibi ipſi æquiuocum; ſed in multis rebus: quoniam aliud alij æquiuocum eſt, vel quoniam vnum eſt nomen, res autem plures: ideo in plurali, & non in ſingulari, definiuntur æquiuoca: (Dicuntur) non pro prædicantur, (vt pluries ſumit Ar.) & præcipuè in Antepredicamentis cap. 2. & in cap. de ſubſtantia 1. poſt. 4. & 33.) nec pro, appellantur, ſeu vocantur (vt patet In cap. de ſubſtantia, in primis verbis) nec pro ſignificantur; ſed pro explicantur: & Nota, quòd dixit (dicuntur) in plurali, & non in ſingulari (dicitur) ſicut reperitur in lingua greca, vbi reperitur (æquiuoca dicitur: quoniam & ſi multa ſint æquiuoca; tamen quatenus ſunt æquiuoca; ſunt vnum; quoniam vnum eſt nomen, quod de multis prædicatur; Vel dicendum: quia mos eſt græcorum, in neutris nominibus ſi tertiæ perſonæ verbis iungantur ſingularẽ numerum pro plurali, vſurpare: v. g. dicendo Pueri currit, vel libri deprauatus eſt, vel arbores non germinauit: rectè etiam dixit Ar. dicuntur: & non dixit, ſunt; quoniam ſæpè loquitur ſecundum opinionem antiquorũ, vnde exponas, ſic, æquiuoca dicuntur ſ. ab antiquis; Vel dicas, quod æquiuoca æquiuocata, quę hic definit Ar. ſunt entia realia, quæ entia realia ſunt, & non dicuntur, & quo ad eorum eſſe; & vt ſunt, non pertinet ad Logicum conſiderare; ſed quò ad dici: & Ideo dixit (dicuntur) & non dixit (ſunt) Vel dicas, quod ideo dixit (dicuntur) & non dixit (ſunt) difiniẽdo per (dici) & non per eſſe; quoniã non poſſunt definiri vera definitione, data per verum genus, & per veram differentiam; ſed ſolum poſſunt deſcribi aliqua deſcriptione, ſeu notificatione notificante nomen; quoniam non habent genus, nec differentiam, quibus poſsint definiri; ſed in eorum definitione, ponitur aliquod, quod tenet locum generis, & aliquod, quod tenet vicem differentiæ.

¶ Vel Dicas, quod hoc verbum (dicuntur) conuenit conceptibus, & vocibus; res verò dici prohibentur; ſed ſignificantur, conceptus

Quot modis æquiuoca dicuntur.

Verborũ expoſitio

Alia expoſitio.

Alia expoſitio.

Alia expoſitio.

Alia expoſitio.

ceptus dicnntur, ideſt enuntiantur; voces dicuntur ideſt proferuntur, (quorũ ſolum nomen commune eſt) ideſt quæ æquiuoca habent vnum, & idem nomen, ſolum commune, non proprium, ideſt, quæ in ſolo nomine cõueniunt: Sed Dices, quid Intelligit Ar. per ly *Petitio.* (nomen?) Reſpondet Ar. 1. Perihermenias cap. de nomine; & dicit, quòd nomen eſt vox ſignificatiua ad placitum: verũm Nota, quòd Ar. hic non accipit nomen, vt eſt pars orationis diuiſa à verbo; quoniam in verbis, & in participijs, & in multis alijs, eſt æquiuo- *Petitio.* catio: Dicas quomodò in nomine eſt æqui- *Reſpõſio.* uocatio? Dicas, hoc nomen. v. g. prædicabile eſt æquiuocum; quia plura ſignificat ſ. Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, & Accidens, & omnia nomina, quæ plura ſignifi- *Alia pet.* cant, æquiuoca dicuntur: Iterum Dices, quomodò in verbo etiam reperitur ęquiuocatio? *Reſpõſio.* Dicas, hoc verbum (habeo) eſt æquiuocum; quoniam plura ſignificat, & primò ſignificat poſsidere; vt ego habeo pecuniã, i. ego poſſideo pecnniam, & domum, & literas, & arma, & calceamenta: ſignificat etiam intelligere; vt ego habeo te; ideſt, ego intelligo te; & hoc verbum (ſero) ſignificat plura; & ideo eſt æquinocum; nam ſignificat portare; vt ſeruus fert, onus; ideſt, ſeruus portat onns; & boua verſus domini domũ: ſignificat etiam dicere; vt ego ſero lectionem; ideſt, dico lectionem: Et hoc verbum complector, eſt æquiuocum; quoniam etiam plura ſignificat; nam ſignificat actionem; vt quando dico ego complector te; ſignificat etiam paſsionem; vt quando dico, ego complector à te; & ſimiliter omnia verba, quę multa ſignificant, æquiuoca dicuntur: & etiam in hoc nomine oratio; quoniam hoc nomen, oratio plura ſignificat ſcilicet orationem cathegoricam, hypoteticam, affirmatinam, negatiuam, veram, ſalſam, vniuerſalem, particularem Indefinitam, ſingularem, & illam quæ eſt vna, & illam quæ eſt plures; illam quæ eſt compoſita, & illam quæ eſt ſimplex, & in ſyllogiſmo etiam reperitur æquiuocatio; nam hoc nomen ſyllogiſmus ſignificat ſyllogiſmum perfectum, imperfectnm, & demonſtratiuum, (vt patet in libro Poſt.) nec non & topicnm (vt patet in libro Topicnm) ſimiliter & elenchũ (vt patet in libro Elenchorum) reperitur etiam æquinocatio in præpoſitione; vt hæc præpoſitio (ex) eſt æqniuoca, quia plura ſignificat, primò ſignificat materiam, vt ſemen, eſt materia animalinm, & plantarum, (vt Inquit Ar. 1. phy. 62. 82. 2. phy. 28. 31. 5. met. cap. de elemento 8. met 12.) quibus in locis ſemper definit materiam per ly ex quo. Significat etiam canſam efficientem; vt res artificiales, ſunt ex artifice, & ſabricatore v. g. domus, ſignificat etiam formam; vt homo eſt ex corpore, & anima; ex corpore tamquàm ex materia; & ex anima tamquàm ex forma: Significat etiam reſolutionem 5. met. cap. 24. vt quando ex toto fiunt partes; vt lapides fiunt ex domo; ideſt, ex diſſolutione domus, & ſyllabæ ex dictionibus, & literæ ex ſillabis: Significat etiam finem; vt homo comedit, vt viuat: Significat etiam ordinem, ſeu Poſt & hoc vel ſecundum tempus, vel ſecundum motum; vt album fit ex nigro; cum tranſmutatione ſubiecti; & ex ægroto fit ſanum; ideſt corpus, ex, ideſt, poſt ægrotum fit, ſanum; album fit, ex nigro; ideſt, corpus poſt album, fit nigrum; & dies fit ex nocte; ideſt, per motum ſolis, dies fit, poſt noctem; (vt patet in cap. de ſubſtantia & 1. phy. 43.) omnia; quæ docet Ar. 1. de gen. an. cap. 18. 2. met. 7. & An. 8. phy. 4. clarius 5. met. cap. de ly (ex) tandem Porphyrius ex puero factus eſt vir; ideſt poſt puetum, ſactus eſt vir; & ex iunene, ſenex; & poſt iuuenem, Antonius ſactus eſt ſenex: ſimiliter, in hac præpoſitione (IN) reperitnr æquinocatio; nam aliquando ſun itur pro valde; v. g. in difficile eſt; ideſt, valde difficile; ſumitur pro (non) vt inperfectum; ideſt, non perfectum; ſumitur etiam pro intra; vt in flumine; ideſt, intra flumen; ſumitur ſimiliter pro infra; vt in diebus; ideſt, infra dies ſtatutos; ſumitur etiam pro (AVT) vt tu promittis mihi centum in mille; ideſt, aut milie; Sumitur pro (AD) vt multas litteras ſcripſi in te; ideſt, ad te; Sumitur etiam pro ante; vt in te perueni; ideſt, ante te peruem: Alio modo ſumitur pro (poſt) vt ſeruus venit in dominum; ideſt, poſt dominum: Alio modo pro (vel) vt vis bonnm agere iu malum; ideſt vel malum? Alio modo pro (cum) vt in quò eſt diſcordia tua; ideſt, cnm qno eſt diſcordia tua: Alio modo pro (donec) vt ineram domi dum id feci, ideſt, donec, vel dũ eram domi id feci. Alio modo pro (erga) vt dicimus quantns eſt amor meus in te; ideſt, erga te: Alio modo ſnmitur pro (contra) vt ego committo in legem; ideſt, contra legem: Alio modo ſumitur pro (ſub) vel (ſupra) vt ego aſcendo in pauimentum; i. ſupra pauimentũ: Alio modo pro (per) vt ego adiuro in meam fidem; ideſt, per meã fidem: quo pacto etiã ſumpſit Ar. 1. poſt. 4. cum dixit, quorundam verò in hunc modũ, ideſt, per hunc modũ diſciplina eſt; & ſe ipſum expoſuit 1. poſt. tex. 1. & 1. de par. an. cap. 1. cum dixit in hunc modum. *i.* per hunc modũ diſponuntur Similiter hęc propoſitio (apud) eſt æquiuoca, quoniam ſignificat cauſam finalem: vt cũ dicitur, ſeruus eſt apud dñm qm̃ ſeruus eſt propter dominum, & reduciur ad dñm, tanquàm ad finẽ ad quem ſeruus, dirigiť, & ordinaur; & quicquid facit ſeruus: facit propter dñm; ſicuti

etiam eſt vxor pro ter virũ; Sgnificat etiam cauſam efficientem; vt cum dicitur, filius eſt apud patrem, qui generat, qui producit filium; Sgnificat etiam cauſam formalem; vt cum dicitur, ignis eſt apud cælũ quod cælum eſt forma ignis; quia continet ignem; vt inquit Ar. 4. cęl. 35. Significat cauſam materialem, vt aer eſt apud aquam; i. aer fit ex aqua; vt materia, vt teſtatur Ar. 2. de ge. & cor. tex. 25, 26. & ſicut diximus de his; ſic etiã poſſumus dicere de alijs præpoſitionibus; In accidentibus etiã reperitur ęquiuocatio; vt cum dicimus (acutum) poſſumus intelligere acutum ſaporẽ, acutum odorem, & acutam vocem; immo etiã in articulis reperitur æquiuocatio; vt cũ dicimus (hæc) in ſingulari ſignificaret hęc mulier per genus fœmininũ; & in plurali, & pro genere neutro vt cum diceremus hæc corpora; & etiã quãdo profertur in plurali, ſignificat caſum nominatiuũ, accuſatiuum, & vocatiuũ; ſimiliter (hoc) in ſingulari ſignificat nominatiuum, accuſatiuũ, vocatiuum, & ablatiuũ; ſimiliter hęc vox (terminus) ſignificat plura; vt ſubiectũ, & prædicatum 1. Priorũ cap. 1. patet clarũ eſt igitur quonam pacto in nomine, in verbo, oratione, propoſitione, in ſyllogiſmo, in ſubſtãtia, in accidente, in terminis; in articulis reperiatur æquiuocatio; Ex quo patet etiam clariſsimè ꝙ recte dixit Ar. (æquiuoca) in plurali, & non (æquiuocũ) in ſingulari. Sed dices quid intelligit Ar. per ly (ſolum?) Pro quo nota quod ly (ſolũ) & ly (tantũ) ſunt duæ dictiones exuluſiuæ, & habent duo ſignificata, primò .n. ſignificant vnitatem; vt ſolus Deus, ideſt vnus & ſolus Deus; ſola luna; ideſt vna luna; ſolus ſol, i. vnus ſol, ſolus mundus, i. vnus mundus; ſola terra, i. vna terra; ſola fœnix, ideſt vna fęnix, Significat etiã diuiſionem, diſtinctionem, ſeparationẽ, & differentiã vnius ab altero. v. g. hæc dictio (ſolũ) vt Frãciſcus poſsidet calceamenta ſolò: Antonius poſsidet calceamenta; & arma: modò Franciſcus diſtinguitur, & differt ab Antonio: qm̃ Franciſcus poſsidet ſolũ calceamenta: Antonius verò poſsidet calceamenra, & arma: vnde ly (ſolum) facit differre æquiuoca, ab vniuocis: qm̃ æquiuoca habent ſolũ nomen cõmune, & nõ habẽt definitionẽ illius nominis cõmunis: ſed vniuoca habent nomen cõmune, & definitionẽ nominis cõmunis: quo modo loquendi vſus eſt Ar. 3. phy. 3. cũ dixit eorũ quæ ſunt; Alia ſunt actu ſolum; Alia verò actu, & potentia, 11. met. cap. de motu; vnde ſumus, ꝙ in hoc textu ly (ſolũ non ſumitur, pro vt dicit vnitatẽ, & cõuenientiã; ſed diuiſionẽ, diſtinctionẽ, ſeparationẽ, & differentiam æquiuocorũ ab vniuocis: Dices quid per ly (cõmune) pro quo ſciendum, ꝙ ly (communne) dicitur illud quod omne & totũ eſt cõmune; ſed partes illius non ſunt cõmunes; ſed ſunt vnicuiq; propriæ; veluti tota, & vniuerſa terra, quæ ſecũdùm totũ eſt cõmunis omnibus hominibus; ſed ſecundũ partes eſt vnicuiquè propria 4. phy. Alio modo dicitur commune, ꝙ non diuiditur in partes; ſed ſecundũ totũ in vſum à multis ſumit; vt equus, vel ſeruus, qui in multis. v. g. fratribus in vſum venit: ſimiliter & molendinus: Alio modo dicitur cõmune, id, quo vtendo cuiquè fit propriũ; ſed poſt vſum in cõmune relinquitur; vt equs locandus dũ eſt in ſtabulo, omnibus eſt cõmunis; dum verò aliquis eo vtitur actu, tunc fit proprius illi, & poſt vſum relinquitur, & iterũ fit cõmunis; cathedra etiã. in qua legũt plures doctores, antequàm aliquis in illa legat vacua eſt, & cõmunis fit omnibus lectoribus; quãdo verò aliquis lector actu in illa legerit, tunc eſt, & fit propria illi lectori; lecta vero lectione relinquit ab illo, & fit cõmunis; Alio modo dicitur (cõmune) ꝙ nõ eſt ſingulare, ſed eſt exẽplar omnibus ſingularibus habentibus illam formã, 3. met. vlt. 12. met. 4. 1. de ani. 8. Alio modo dicitur (cõmune) in cauſando, vt Deus 1. met. c. 2. Alio modo cõmune in pdicando, vt ens, vel animal, de quo meminit Ar. 1. perihermenias c. 5. Alio modo (cõmune) in diſtribuendo, vt ſunt ſigna diſtributiua, vt omnis, nullus; Alio modo dicitur cõmune ſecundũ totũ quod non eſt diuiſum in partes; ſed in vno, & eodẽ tẽpore in ſingulos venit, vt ſonus, vel vox pconis, vel vox lectoris vel cõcionatoris ſonus quidẽ vel tubę, vel cornu, vel cãpanæ, quę tota venit ad aures ſtudentiũ, & auditorũ, & non vna pars vocis venit ad aures vnius, & alia ad aures alterius, ſed tota vox ſimul, & cõmuniter, & ad omnes aures omniũ illorũ hominũ ſiue ſtudentiũ venit. vt in 2. de ani. c. de ſenſibus rectè declarat Ar. His ſic ſtãtibus, quiſquè pro cõperto habere poteſt ꝙ Ariſt. accipit in hoc textu ly (cõmune) vltimo modo dictũ; Vel dicetẽ, ꝙ Ar. per ly (cõmune intelligit idẽ q. d. æquiuoca dicũtur, quorũ ſolũ nomen cõmune. i. idem, (vt ſe ipſum exponit) dũ dxit quorũ idem eſt nomen, ſecundũ nomen verò ratio ſubſtantię diuerſa, cum igitur Ariſt. declaraſſet conuenientiam omnium æquiuocorũ, cũ vniuocis; quoniã tàm æquiuoca quàm vniuoca habent idem nomen commune; nunc vt cõpleat definitionem æquiuocorum ponit differentiam; per quam æquiuoca differũt ab vniuocis; dicens, quòd licet æquiuoca conueniat cum vniuocis in nomine communi; tamen differunt; quoniam ſecundùm illud nomen commune habent diuerſam ſubſtantiæ rationẽ; Dices quare Ariſt. primò declarauit conuenientiam, inter æquiuoca, & vniuoca & poſtea differentiam? Dicas qm̃ ſic conſuetudo fuit Ar. (vt patet in cap. de ſubſtantia) primò decla-

Dubitatio.

Sol.

Petitio.

Reſpõſio.

declarare cõuenientiam inter primas, & ſecundas ſubſtantias: quoniam nulla ipſarũ eſt in ſubiecto; & poſtea declarare differẽtiã earũ. quoniã prima ſubſtantia non prædicatur de ſubiecto; ſecunda verò vtique; cum dicit (commune eſt omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe &c.) ſimiliter in 2. phy. 16. primo ponit conuenientiam, inter Philoſophum naturalem, & Mathematicum, & deinde ponit differentiam in tex. 18. ſeruando legẽ, quam omnis definitio habere debet in qua primò ponitur genus, in quo definitum conuenit cum alijs; vt homo, & æquus; deindè ponitur differentia, per quam vnũ definitum differt ab alio (dicendo ſic) homo eſt animal rationale, per ly animal, quod eſt genus, homo conuenit cum equo, & alijs, & per ly rationale, homo differt ab eqno & alijs dũ ſ. aſſerit, differentia eſt, qua differũt à ſe ſingula; namq; homo, & equus, ſecundùm genus nõ differunt, ſumus enim animalia nos, & equi; ſed additum rationale diuidit nos, ab illis; Quem ordinem in definitione oſſeruatũ videas ab Ar. 2. poſt. 78. 6. top. in primo loco definitionis, in 7. met. 43. 4. phy. 8. clariſsimè 1. de anima tex. 6. Patet igitur cauſa, quare Ar. primò ponit conuenientiã, inter æquiuoca, & vniuoca; deinde differentiam; Iterum Dices quid intelligit Ar. per ly (ratio) vbi Notandum, ꝙ multis modis repetitur vſitatum hoc nomen in dictis Ar. & primo modo pro inductione (vt patet 1. phy. 43.) ſumitur etiam pro Doctrina demonſtratiua (vt patet 2. phy. 55.) ſumitur etiam pro Probatione (vt patet 8. phy. 22.) ſumitur pro medio inferendi concluſionẽ (vt patet 2. poſt. 97.) ſumitur pro Virtute animæ noſtræ (vt in 2. & 3. de anima per totum patet) ſumitur pro Argumento in diſputationibus; ſumitur pro Oratione; (vt patet in definitione ſyllogiſmi 1. priorũ 1. top. & primo elenc. cap. 1. & in libro de motu ani. cap. 4.) ſumitur pro Definitione 4. met. 28. 7. met. 42. 2. phy. 5. 60. 65. 79. & in cap. de ſubſtantia clariùs 2. phy. 12. 2. de anima) ſumitur etiam pro Forma 1. phy. 60. 69. 66. 2. phy. 10. 28. in libro de ſomno & vigilia cap. 3. ſumitur quoq; pro Syllogiſmo 2. cæli. 3. ſumitur pro Intellectu 1. phy. 48. 49. ſumitur pro Deſcriptione; Dicas igitur quòd Ar. per ly (ratio) Intelligit Deſcriptionem, & Definitionem: Dices ſi per ly (ratio) Intelligit deſcriptionem, & definitionem, quarè potius dixit (ratio) & non dixit (deſcriptio) vel (definitio?) Dicas quoniam ly (ratio) eſt genus ad definitionem, & ad deſcriptionem, vt patet 1. top. cap. de termino 2. poſt. 30. 31. & quoniam qui dicit genus, licet non expreſſè, dicat ſpecies, tamen tacitè illas dicit; Tantò magis, quoniam Ar. fuit amator breuitatis, quod potuit explicare per vnum noluit explicare per duo; dicens enim (ratio.) dixit vtramque; Ratio enim dicitur de definitione, & de deſcriptione, vt inquit Auerr. in Epit. log. cap. de rebus compoſitis, vbi inquit ꝙ Ratio dicitur de Definitione & de Deſcriptione & de Sermone neutro, & 1. phy. 65. Ar. cum dixit, diſſolues enim rationes, in rationes eorũ ideſt, deſcriptiones, quod etiam innuit Porphyrius, in cap. de ſpecie, quando dixit (iccircò neceſſè eſt, in vtrorumque rationibus, ideſt deſcriptionibus vtriſque vti.) ¶ Dices quarè definitio dicitur ratio? Dicas quoniam definitio eſt inſtrumentum intellectus, qui Intellectus 1. phy. 48. & 49. Ratio appellatur ab Ar. & 7. met. 2. nam (ſicut vulgo dici ſolet) ſcriptura Platonis eſt manus Platonis; quia illa ſcriptura fit à manu Platonis; ita Definitio dicitur Ratio; quoniam fit ab intellectu, qui eſt ratio. Dices quarè Ar. dixit (ratio ſubſtantiæ) & non dixit (ratio) ſolum? Dicas quoniam cum Ratio dicatur tot & tantis modis, (vt dictum eſt ſupra) ſi Ar. non addidiſſet illam particulam; ſcilicet (ſubſtantiæ) tunc intelligentis animus eſſet dubius, ac turbatus, ſemper enim dubitaret de qua nam ratione Ar. loqueretur; vt ſi dicerem homo eſt animal; ſi non adderem rationale; vtique animus intelligentis dubitaret; an homo eſſet animal rationale, vel irrationale; Ad denotandum igitur Ar. ꝙ non loquitur de omni Ratione; voluit addere illam particulam (ſubſtantiæ) & vt faciliùs intelligatur, exemplum eſt in promptu; nam cum multæ ſint drachmæ ſcilicet argenti auri æris ferri aut plumbi ſi quis diceret, da mihi drachmã, ſtatim quis dubitaret, quam dracmam ille peteret ſed ſi auri adiungeret, dicens da mihi drachmam auri; tunc clarè diſtingueret, quam dracmam cupit; ſic igitur Ariſt. voluit dicere (ratio) non abſolutè, ſed (ratio ſubſtantiæ) diſtinctè loquens, & non confuſè ¶ Sed Dices quarè Ar. in cap. de ſubſtantia dicit (ſolùm ratio) & non addit ly (ſubſtantiæ) quando dixit (vniuoca autem ſunt quorum & nomen commune eſt, & ratio eadem) Dicas quod Ar. iam ſupponit in hoc textu ea dixiſſe; multa .n. non dicuntur, quæ dicta Iterum ſupponuntur; Vel Dicas ſed primò Nota ꝙ definitio eſt duplex, 1. poſt. 2. & 2. poſt. 32. Alia quid nominis, Alia quid rei, denotans Ar. ꝙ loquitur de definitione quid rei, addidit ly (ſubſtantiæ) ¶ Dices iterum cur dixit (ſecundùm nomen?) Dicas quoniam tunc eſt bona definitio, quando eſt cognata, & proportionata ſuo definito, & ſuo nomini determinato, v.g. ſi definio hominem, dicerem ſic, homo eſt animal rationale; hæc definitio eſt propria, cognata, & proportionata, ſecundùm nomen hominis; ſimiliter animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis;

Petitio. Reſpõſio. Dub. Sol. Petitio. Reſpõſio. Petitio. Reſpõſio. Petitio. Reſpõſio. Alia Reſponſio. Petitio. Reſpõſio.

hæc definitio eſt cognata huic nomini; ſcilicet animali, inquantùm eſt animal; ſed ſi dicerem homo eſt ſubſtantia animata ſenſitiua; hæc definitio non eſt cognata homini; quoniam non eſt ſecundùm nomen hominis; i. determinata homini vel ſi dicerem animal eſt animal rationale; mortale; hæc definitio non eſt cognata huic nomini, ſcilicet animali; quia non eſt aſsignata ſecundùm nomen animalis; quò animal ſed ſecundum nomen hominis; ex quo non licet accommodare definitionem vni, quæ competit & eſt cognata, alteri; quoniam definitio eſt propria, & proprium primo top. cap. de proprio non comperit alteri, niſi illi, cuius eſt proprium; definitio enim, quæ competit homini ſecundùm nomen hominis, non competit animali, ſecundùm nomen animalis; nec è contra (teſte Ar. 1. poſt. 38. & 39. & 4. phy. 45.) vbi docet quòd id, quod per ſe & propriè competit generi, non comperit ſpeciei, nec è contra, & Ideo dixit Ariſt. (ſecundùm nomen commune) ad differentiam nominis proprij, & ſequitur (Diuerſa) Dices cur Ariſt. dixit diuerſa, & non dixit non eadem, vel differens ratio? Dicas propterea quia nos habemus tria vocabula primũ ſcilicet (non eadem) ſecundum (differentia) tertium (diuerſa) quæ ſe habent veluti ſuperiùs, & inferius; nam hæc dictio (non eadem) includit entia, & non entia 10. met. 10. v. g. cum dicimus hyrcoceruum, lapidem, & chymeram, eſſe non eadem; illa dictio (diuerſa) & (differentia) includit ſolum entia; ſed Nota, quòd diuerſa ſunt illa, quæ quamuis re differant; tamen voce, & nomine conueniunt, v. g. ſydus cæleſte, & animal latrabile, & piſcis marinus, quàm vis realiter differant tamen quoniam nomine, & in voce hac canis cõueniunt; Ideo diuerſa appellantur, ex quo ſequitur, quòd quæcumquè ſunt diuerſa, non eadem ſunt; ſed non è contra; illa verò dicuntur differentia, quęcumquè in aliquo cõmuni vniuoco conueniunt; ſed differunt proprijs, & ſpecificis differentijs, v. g. homo, & bos dicuntur differentia; quoniam conueniunt in nomine vniuoco; ſcilicet in animali; vtrumque enim animal dicitur differunt verò rationabilitate, & irrationabilitate, (teſte Porphyrio cap. de differentia) Vnde dicimus quæcumque ſunt differentia, ſunt diuerſa; tamen non è contra, ſimiliter quæ ſunt diuerſa, non ſunt eadem, & non è contra; vnde patet, quòd diuerſum differt à differẽti; quoniam diuerſum eſt per ſuam eſſentiã; ſed differens eſt per aliquid exiſtens in eſſentia, (vt patet in Aepit. met. tractatu primo cap. de differre, & ex Ariſt. 5. met. cap. de diuerſo, imò differens ſuſcipit magis & minus, ſed diuerſum non, vt etiam ſiquet in æpit. met. tractatu. 3.) & ſic rectè dixit Ar. (diuerſa) & non alio modo accomodando hoc nomen, ſcilicet diuerſum ipſis æquiuocis; vnde ſi dixiſſet non eadem, vel differens; nec commodè nec aptè, nec bene dixiſſet; Verùm, eſt Notandum, ꝙ ideo dixit Ar. (diuerſa) denotando, quòd æquiuoca ſunt ſpecie diuerſa; quoniam illa, quæ habent diuerſas definitiones, ſunt diuerſa in ſpeciè; vt homo, & bos; (veluti patet in hoc libro cap. 4. & 4. met. 28.) vbi inquit Ariſt. & clariùs Au. in com. ꝙ diuerſarum rerum, diuerſæ ſunt definitiones) Sed Dices contra; nam æquiuoca habent vnam definitionem, (vt patet in hoc textu) & tamen ęquiuoca ſunt diuerſa; ergo diuerſorum eſt vna definitio, & non diuerſæ definitiones. *Dubitatio.* ¶ Dicas ꝙ Ar. hic definit æquiuoca in genere .i. in communi, & in vniuerſali, & non in particulari. *Sol.* Sed Dices ꝙ hæc ponderatio non valet, quoniam ab Ar. dicũtur diuerſa æquiuoca æquiuocata, ſicut ſupradicta ponderatio concludit, quòd diuerſæ ſunt illæ res, quæ ſunt æquiuocæ, modò Ariſt. In tex. loquitur de definitione, (vt clarè patet) quando dicit (ratio ſubſtantiæ ſecundum illud nomen eſt diuerſa) *Dub.* Dicas ſupponendo vnum ex Auer. primo Phy. 5. & 7. met. 40. quòd definitio, & definitum ſunt idem; nam ſi definitiones ſunt diuerſæ, res etiam definitæ ſunt diuerſæ; & ſi res definitæ ſunt diuerſæ, etiã diffinitiones ſunt diuerſæ, 4. met. 28. & 1. cæl. 19. quo ſtante, ſi res æquiuocæ æquiuocatæ, ſunt diuerſæ, etiam definitiones ſunt diuerſæ, & è contra; & ſic ruit dubitatio. *Sol.* Nota etiam, ꝙ aliud eſt dicere diuerſum, & diuerſiuocum; nam illa ſunt diuerſiuoca, quæ circa idem ſubiectum verſantur; ſed habent diuerſa nomina; vt aſcenſus, & deſcenſus, qui fit in ſcala. Illa verò ſunt diuerſa, quæ in omnibus differunt; ſcilicet ſubiecto, & nomine; vt homo, bos, capra, & leo; & ideo Ar. non conſiderat de multiuocis; quoniam multiuoca dicuntur illa, quæ habent multa nomina, & vnũ ſignificatum; vt Marcus, Tullius, Cicero, & enſis, ſpata, & gladius, quæ multiuoca, alio nomine ſynonima appellantur, quæ in doctrina demonſtratiua non vſitantur, (teſte Auer. 1. phy. 1. 4. phy. 129. & 1. cæli 1.) & ratio eſt; quoniam in ſcientia nil debet eſſe ſuperfluum; ſicut in natura; (vt placet Ar. 1. cæli 32. Deus & Natura nihil fruſtra faciunt & 1. phy. 50. 56. ac etiam. 3. de par. an. cap. 4. fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora) & ideò mos eſt ſapientum verba onerare ſententijs, & non ſententias verbis; tamen aliquando conceditur in ſcientia demonſtratiua, vti ſynominis; verùm non vt ſynonima ſunt; ſed expoſitiuè & ſpecificatiuè in quantum vnum eſt expoſitiuum alterius; & vnum declarat

reli-

reliquum, (teſte Auer. 4. phy. 45.) cum dicit, ꝙ ad exponendum quandoquè licet vti nominibus ſynonimis; ſed Nota ꝙ non ſine cauſa dixit Au: quòd ſynonima non vſitãtur in ſcientia demonſtratiua; quoniam in arte poetica, vel oratoria, non ſolum licet, ſed eſt neceſſarium; & Plato aſſeruit, ꝙ non eſt habenda de nominibus cura, quibus magnarum rerum cura proponitur; (vt inquit Galenus 3. de differentijs febrium cap. 7. & Au. 1. phy. 1.) dum inquit nominum non eſt magna ſollicitudo, quod quidem inter græcos dilucidiſsimus Themiſtius primo de anima cap. 29. aſſerere videtur, nec non Platonis ſententia fuit quod ſi ſynonima neglexerimus, magis diuites ad ſenectutem perueniemus; vel poteſt dici ꝙ nomina ſynonima ſunt duplicia; quædam ſecundùm rem ſolùm, & non ſecundùm definitionem; tunc dicimus, quòd ſcientia demonſtratiua vtitur ſynonimis, ſæcundùm rem tantùm, & non ſecundùm definitionem; Notandum aliud ꝙ hæc tria, ſcilicet (æquiuoca, æquiuocatio, & æquiuocè) ſunt inter ſe valde differentia; nam æquiuoca ſunt res ipſę, æquiuocatio verò eſt ille reſpectus ſecundũ quem nomine communicant; æquiuocè, prædicatio ipſa, quæ eſt de rebus ſed iterum Dices hæc propoſitio

Dub. eſt ne æquiuoca? ſcilicet Troyanos viciſſe Græcos; videtur quòd ſic quoniam vnum nomen eſt commune duplici ſenſui; vnus enim ſenſus eſt, quòd Troyani ſuperarunt Græcos; Alter verò ſenſus eſt, quod Græci ſuperarunt Troyanos hæc præpoſitio (non)

Ibis redibis non morieris in bello.

Similiter Aio te Aeaciden Romanos vincere poſſe;

¶ Dicas ꝙ maxima eſt differentia inter ambiguitatem & æquiuocationẽ; nam ipſa ambiguitas dicitur in ipſis complexis, quæ alio nomine dicitur amphibologia; & hęc non inuenitur niſi in vocibus ſimplicibus: ex quo ſoluitur dubitatio, quòd in præpoſitionibus non inuenitur æquiuocatio; ſed potius ambiguitas, ſeu amphibologia. Et ne mireris ſi aliter diximus in præcedentibus, ſcilicet ꝙ in præpoſitione reperitur æquiuocatio; nam æquiuocatio, & ambiguitas, & amphibologia ſunt idem ſubiecto licet ratione differãt.

Vt animal, & homo, & quod pictum eſt horum enim ſolum nomen commune eſt ſæcundum nomen verò ſubſtantiæ ratio diuerſa.

Quid faciat Ar. in hac 2. parte textus, Innuit illa particula (vt) nam cùm in prima parte aſsignaſſet æquiuocorũ definitionem, ſeu deſcriptionem, per duas conditiones, vnam quidem affirmatiuam, quæ ponebatur loco generis per quam æquiuoca conueniunt cum vniuocis, & aliam negatiuam, quæ tenet locum differentię, per quam æquiuoca differunt ab vniuocis in hac parte textus, exemplo illuſtrat atque manifeſtat, quæ ſint æquiuoca. Sed Aliquis poſſet dicere ò Ariſt. quæ ſunt æquiuoca: Reſpondet, & dicit (vt) ideſt. v. g. (homo) ſcilicet verus qui eſt propriè homo (& ille qui pictus eſt) i. & homo pictus, non verus quia non viuus & dicitur impropriè homo q̃m quo ad actum primum ſolum & non quo ad actũ primum, & ſecundum, habet hominis figuram, effigiem, imaginem, & ſolùm ſimulacrum veri hominis eſt hi namquè duo homines ſcilicet verus & pictus habent idem nomen commune. Sed Dices quod eſt hoc nomen commune? Reſpondet Ar. & dicit (animal) q. d. eſt nomen commune, ad hominem verum, & ad hominem pictum; nam vterque dicitur animal i. dicimus enim homo verus. eſt animal, & homo pictus eſt animal; Sed Nota quòd illud animal, quod prædicatur de homine vero, non eſt illud animal, quod prędicatur de homine picto; nam animal, quod prædicatur de homine vero, habet diuerſam definitionem ab animali, quod prędicatur de homine picto; quoniam illud eſt ſubſtãtia animata ſenſitiua, hoc vero non eſt ſubſtantia animata ſenſitiua; ſed eſt ſimilitudo ſubſtantiæ animatę ſenſitiuæ, varijs, diuerſis, & pluribus, coloribus coloratum, atque depictum (horum. n. ſolum) ideſt hominis veri, & hominis picti ſolum (nomen commune eſt) ideſt conueniunt in nomine communi; ſcilicet in animali, ſecundum nomen commune i ſubſtantię vero ratio diuerſa, Vnde rectè dixit Ar. ſolùm nomen commune; quoniam nil aliud commune, & idem ſecum habent, niſi quòd ambo vocantur animal, & in hoc nomine, ſcilicet in animali conueniunt; ſed definitio animalis non eſt communis vtriſque, neque ęqualiter competit ambobus illis.

Si enim quis aſsignet quid ſit eorum vtrumq; quo animal eſt, propriam aſsignabit vtriuſq; rationem.

In hac tertia parte textus Ar. probat, ꝙ homo verus; & homo pictus habent idem nomen ſolùm q. d. Ar. ſi vis ſcire ꝙ tàm homo pictus, quàm homo verus eſt animal, ecce ſignum, nam (ſi quis) ideſt, ſi aliquis (aſſignet) ideſt interoget (quid ſit vtrumque) ideſt quid eſt homo pictus, & quid eſt homo verus; ſtatim Reſpondebit quòd eſt animal, per quam quidem Interogationem patet, quòd homo pictus, & homo verus habent

ſolum

ſolum nomen commune, quod eſt ly (animal) & ſic (propriam) aſsignabit vtriuſque rationem. q. d. & ſecundùm illud nomen commune propriam aſsignabit vtriuſque rationem; ideſt, homo verus eſt ſubſtantia animata ſenſitiua; & homo pictus eſt imago, effigies, figura. illius veri hominis animal ſcilicet varijs coloribus depictum. Ex quibus omnibus iam clarè patet, quòd æquiuoca conueniunt in nomine communi, ſcilicet in hoc nomine animali; differunt vero per definitionem animalis; quod Innuit Ar. in illis verbis ſupradictis, quando dixit (ſecundùm nomen) ideſt, per illud nomen ſubſtantiæ ratio diuerſa; eſt vbi nota ly (ſecundum) quod non ſumitur prout eſt conſequens primum, ſed ſumitur pro (per) Hęc igitur eſt tota textus expoſitio communis ſęcundũ omnium votum hęcq; omnibus doctoribus placuit: Ego tamen pro faciliori æquiuocorum intelligentia, aliter dicerem ab Ariſtotelica tamen maeſtate ſemper veneranda numquam ſed pro tyronibus, diſcedendo, per quam noſtram expoſitionem clarè habebis æquiuoca & vniuoca, ſupponendo vnum ex Ariſt. 7. met. 35. 39. & clariùs 4. meteor. cap. vltimo vbi inquit quòd illa talia dicuntur verè vniuocè quorum membra ſuo funguntur opere, & addo vel quæ habent facultatẽ ſeu potentiam faciendi ſuum opus, non tamen aliquo impedimento, impeditum v. g. oculus, qui actu videt in luce, vel qui non actu videt (vt quando videlicet dormit, vel quando in tenebris) habet tamen facultatem, & potentiam videndi; illa verò dicuntur æquiuocà, & verè talia, quæ carent ſuo opere; non enim faciunt opus ſuum proprium. v. g. oculus, quando non videt, caret potentia & facultate videndi, veluti eſt oculus cęcus, vel mortuus, cereus, quidem vel lapideus, aut depictus, vt aſſerit Ariſt. 2. de anima 8. & 9. 2. de gen. ani. cap. 1. ſerra quoque ferrea facit ſuum opus quando. ſ. dentata fuerit, ſecat, at ſerra lignea vel cerea, non ſecat, quoniam non habet vim & facultatem ſecandi; eſt tamen imago ſerræ; clarius Ar. 1. de par. an. cap. 1. inquit, quòd humo mortuus, quàmquam habeat figurę hominis formam eandem tamen homo non eſt; ſimiliter manus, ęnea, aut lignea vel ferrea vel picta, licet habeant commune nomen, quoniam dicitur manus, quia ſuo officio non fungitur ſcilicet non apprehendit, neque Medicus pictus artem medendi exercet, ac etiam membra hominis mortui, vt tibiæ, pedes, oculi, manus, æquiuocè dicuntur 4. meteo. vltimo. quę omnia cũ operatione careant non ſunt, ſicut prius erant, quorum omnium exemplum affert Ar. 4. meteo. vltimo de cadaueribus virorum, quæ inueniũtur in ſepulchris, poſt multos annos mortuorum, quæ videntur dormire; quoniam figura ex aliqua cauſa occulta non fuit in illis corrupta; tamen caro eſt corrupta, nam dum tanguntur In cinerem vertuntur; veluti de Tulliula Marci Tullij Ciceronis filia legitur, euenit enim vt poſt multos annos in ſepulcro reperta, & cũ eleuata eſſet in cinerem cecidit; Neapoli etiam obſeruauimus eueniſſe de quodam viro mortuo per multos annos, quorum non erat memoria, & in ſepulcro ſeruato, illius enim figura ferè nulla ex parte mutata erat, verum cum tactus fuit mox in cinerem verſus eſt, quæ omnia teſtatur Ariſt. ibidem ſic dicens velut veteratorum mortuorum corpora, quæ cum tanguntur in ſepulcris ſubito in cineres reuertuntur. Ex quibus ſumitur, ꝙ qui habet figuram hominis, vel alterius, non dicitur vniuocè homo, ſed æqiuoce; vt patet de homine picto de quo Impropriè dicitur homo, quia ſ. non ſeruat naturam hominis, nec habet actus proprios, nec proprias hominis operationes, non enim diſcurrit, non ratiocinatur, non intelligit, nec ſpeculatur, vt fecit & facere poteſt homo verus, qui propriè & vniuocè homo dicitur, quia omnes actus, omnes proprias operationes ad illũ pertinentes habet propriam ſ. naturam quippe hominis;

Expoſitio æquiuocorum propria.

Dub. ¶ Sed circa ordinem Anteprædicamentorum, dubitatur, quare Ariſt. præpoſuit æquiuoca vniuocis, & non vniuoca æquiuocis?

Sol. ¶ Dicas ꝙ Ariſt. ſeruauit ordinẽ naturæ, tractãdo prius de æquiuocis, deinde de vniuocis, qui ordo naturæ vt in poſt prædicamẽtis cap. de priori eſt à ſimplicioribus; & quoniam æquiuoca ſunt ſimpliciora vniuocis; quoniam æquiuoca ſolum in nomine conueniunt, ſed vniuoca conueniunt tum in numine, tum etiam in definitione; & quoniam vnum eſt ſimplicius quàm duo; Ideo æquiuoca ſunt ſimpliciora vniuocis, & per conſequens Ariſtotel. ab æquiuocis tanquàm à ſimplicioribus ſumpſit exordium.

Replica. ¶ Sed Dices contra, nam ſi ſimplicia præcedunt compoſita (vt 2. cæli 22. patet) vniuoca ſunt ſimpliciora, quàm æquiuoca: quoniam vniuoca habent vnam naturam; æquiuoca verò naturam diuerſam habent,

Sol. ¶ Dicas ꝙ Ar. ſi habuiſſet hunc reſpectum vtique prius conſideraſſet de vniuocis, & deinde de æquiuocis; ſed habuit alium reſpectum, primo enim tractat de æquiuocis, tamquàm de illis, quæ parùm faciunt ad ſuum propoſitum; deinde de vniuocis, quæ rectè magis faciunt ad ſuum propoſitum.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas quoniam prædicamenta primò conueniunt inter ſe, vt ſunt æquiuoca in vno æquiuoco, ſcilicet in voce entis, deinde differunt inter ſe, vt ſunt genera vniuoca; ſicut ergo prædicamenta primò conueniunt, vt

æquiuo-

æquiuoca, deinde differunt vt vniuoca, meritò Ar. ſequens conuenientiam, quæ præcedit differentiam, fuit contentus prius cepiſſe ab æquiuocis, quàm ab vniuocis: *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas, quoniam ſcientiæ non vtuntur æquiuocis; vt 4. meta. 2. inquit Au. ſed æquiuoca traduntur i vt ipſa euitentur; & ne ignorantia ipſorum impediat cognitionem æquiuocorum; ſicut agricola volens arare terram prius extirpat, & remouet nociua, ſcilicet lapides, ſpinas, & alia impedientia, & poſtea bonum ſemen ſeminat, quem ordinem ſeruat Ar. quando alicuius quæſiti veritatem inuenire vult prius obijcit falſis opinionibus, ipſas confutando, & remouendo, & deinde cõmodiùs meliùs, & facilius ſeminat aut colligit inueniendo veritatem cuius cauſam aſsignat. Aue. 3. meta. 1. aſſerit enim opiniones falſas eſſe quaſi herbulas ſemen & veritatem impedentes quæ prius excerptæ commodiorem, & faciliorem exhibent aditum, & viam, ad acquiſitionem ſcientiæ, & veritatis. Vnde Galenus dixit, quòd opiniones falſæ ſunt ſicuti ſpinæ in via, quæ cum fuerint remotæ, commodiorem, & planiorem, habebimus aditum; vnde ſicuti in via prius ſpinæ remouendæ ſunt, Ita ante vniuocorum notitiam, & ſequentium, primò vt extirpentur æquiuoca neceſſarium eſt *Dub.* ¶ Amplius Dubitatur, ſi Ariſt. voluit cępiſſe ab æquiuocis, & non ab vniuocis, quare incipit à diffinitione, & non à diuiſione? quoniam diuiſio eſt lux, & dux, definitionis; Regulę enim ad inueniendam definitionem eſt ipſa diuiſio, & compoſitio 1. poſt. 1. & Auer. 2. poſt. cap. de diuiſione 3 phy. 22. 2. de anima 2. 1. de anima 5. & 6. *Sol.* ¶ Respondet Cicero & dicit quoniam omnis inſtitutio, quæ de aliqua re ſuſcipitur, debet à definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit, de quo diſputatur. *Replica.* Dices iterum contra, nam mos eſt Ar. incipere ſua dicta à diuiſione (vt patet in cap. de quantitate & cap. de oppoſitis & de priori.) *Sol.* ¶ Pro ſolutione Nota, quòd diuiſiones non ſunt neceſſariæ in ſcientia, ex natura ſcientię ſed inducũtur ab authoribus, propter debilitatem diſcretiuæ ſcholarium (vt inquit Au. 1. colliget. cap. 1.) & ideo Ar. Incepit hunc librum à definitione definiendo, & non à diuiſione diuidendo. *Dub.* ¶ Præterea dubitatur, ſi præter æquiuoca, vniuoca, & denominatiua, dantur etiam Diuerſiuoca, Diſperata, & Multiuoca; quare Ariſt. non tractat de his, ſicut conſiderat de prædictis, ſcilicet æquiuocis, vniuocis, & denominatiuis? ¶ Dicas, verum varij varias ſolutiones protulerũt; quidam vnam, quidam duas, alij alias: Dicunt igitur quidam, quòd mos eſt Ariſt. vti, abbreuatione, (vt inquit Au. 2. phy. 6. 35. 1. de gener. & cor. 38.) Ideo ſequens morem ſuum, cõtentus fuit ſolum de æquiuocis vniuocis & de denominatiuis tractare, & non de alijs, gratia breuitatis. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas (vt inquit Porphyrius) Ariſtoteli ipſis non erat opus & non faciebant ad rem, eorum verò quæ ad rem faciebant mentionẽ fecit. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas quòd conſiderando de his in actu poteſtate, & de his alijs etiam conſiderauit. *Alia ſol.* ¶ Vel dicas, quòd in docendo prædicamenta, vtitur ſolum his tribus, ſcilicet vniuocis, æquiuocis, & denominatiuis, & non alijs. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas, quoniam conſiderando de his tribus, conſiderat de alijs; cauſa eſt; quoniam oppoſitorum eadem eſt ſcientia primo priorum cap. 1. 8. phy. 8. & 11. met. cap. 3. 2. top. cap. 2. cum enim aliquis perfectè cognouerit, quid ſint æquiuoca, quæ in ſolo nomine conueniunt, & differunt in definitione, facillime ex ſemetipſo, ſcire poterit, quid ſint multiuoca, quæ conueniunt definitione, & differunt nomine; ac etiam qui cognouerit quid ſint vniuoca, quæ tùm nomine, tùm quoque definitione conueniunt, certò ſciet, & diuerſiuoca, quæ contrario modo ſe habẽt. Differunt enim nomine, & definitione ipſa diuerſiuoca; cum ergo æquiuoca, multiuoca, vniuoca, & diuerſiuoca, contraria ſe habeant, cognito vno contrario, facilius ſuũ contrarium cognoſcitur, 2. de anima 65. meritò igitur Ar. de æquiuocis vniuocis, & de denominatiuis, ſolùm & non de alijs verba fecit. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas quòd ſola hæc, & non alia ſunt vtilia ad explicationem præcamentorum: *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas, quòd hæc duo, ſcilicet multiuoca, & diuerſiuoca, potius ad ornatum loquendi modum attinent, quàm ad logicam, quæ puris, abſolutis, & ſimpliciſsimis vocabulis, & nominibus, rei veritatem inuenire quærunt; & ideo inquit Simplicius de mente Syriani, ꝙ Ar. multiuoca, & diuerſiuoca pertractare prætermiſit: quoniam ipſe Ar. in libris Poeticæ, & Rethoricæ, ad quos attinet habere ſermonem de his ea ibi declarat, quid ſcilicet ſint, diuerſiuoca, & multiuoca: dimiſit autem in parte; quoniam non eſt inſtitutum, & opus logicum dicere aliqua per plura nomina, & ornatè loqui, ꝙ quidem confirmat Aue: 1. phy. 1. dum inquit, ꝙ nomina ſynonima non ſunt vſitanda in doctrina demonſtratiua & clarius 1. cęli 1. & 4. phy. 45. *Alia Dub.* ¶ Amplius Dubitatur ſi Ariſt. 1. cæli 110. inquit, ꝙ æquiuoca prius ſunt diſtinguenda, & poſtea definienda, quare in hoc textu ſubito definit æquiuoca, & ipſa non diuidit? *Sol.* ¶ Dicas, quoniam intentio ſua non eſt hic declarare aliquod nomen æquiuocum, ſicut fuit 1. cæli, volens enim ibi declarare corruptibile, & generabile, dixit ne in foueam cum antiquis incidamus, dicendum eſt, prius, quot modis dicitur corruptibile,

& ge-

& generabile; & quoniam hic non intendit
declarare aliquod nomen æquiuocum; tunc
oſſeruaret regulam ſuam: ſed vult nobis de-
clarare, quid eſt illud, quod nos æquiuocum
Dub. vocamus. ¶ Præterea Dices, æquiuocorum
non eſt definitio, neque deſcriptio; (vt pa-
tet in æpir. log. cap. 2. & clarius 4. meta. 2.
vbi inquit Au. de æquiuocis non conſiderat
vna ars: cur igitur Ar. ipſa definit, & con-
Sol. ſiderat? ¶ Dicas ꝙ æquiuoca æquiuocantia
non habent definitionem; ſed æquiuoca æ-
Replica. quiuocata. ¶ Sed Dices contra, Motus qui-
dem eſt æquiuocus, 3. phy. 4. 5. & anima eſt æ-
quiuoca, 2. de anima 7. & tamen Ar. vtriuſ-
que ſcilicet motus & animæ, vt in locis ci-
tatis, in tex. 6. motus, & in tex. 5. animæ de-
Sol. finitionem poſuit. ¶ Dicas quòd duplex eſt
æquiuocum aliud purum; aliud quaſi æqui-
uocum, quod analogum appellatur; tunc
dicitur, quòd æquiuocorũ quæ purè dicun-
tur æquiuoca non eſt definitio, modò motus
& anima ſunt quaſi æquiuoca; ideſt, analo-
ga; & ideo eorum eſt definitio; nam ſcien-
tia eſt de vniuoco, vel de analogo, 1. poſt. 179.
refert Ar. 3. phy. 5. 2. de anima 7. 4. meta. 2.
quæ definitiones analogæ intrant in artibus
demonſtratiuis Auer. 3. phy. 4. & 2. phy. 8.
Dub. ¶ Iterum dices, quare Ar. tractat de æqui-
Sol. uocis & non de æquiuocatione? ¶ Dicas
quoniam tractãdo de æquiuocis inſimul tra-
ctat de æquiuocatione, quæ ex rebus æqui-
uocis conſequitur, ſuum ſequendo præce-
ptum, ſcilicet, ꝙ ſicut Natura quod poteſt
facere per pauciora, non facit per plura, 1.
phy. 50. 56. 3. de part. an. cap. 4. ſic & Ars
naturæ imitatrix 2. phy. 22. 79. 4. met. 48.
Dub. ¶ Vel Dicas cum Pophyrio quoniam non po-
teſt cognoſci rerum æquiuocatio, niſi res
Dub. æquiuocæ quòd ſint cognoſcantur. ¶ Dices,
quarè potius de æquiuocis, & non de æqui-
uocatione; ſi tractando de vno, tractat etiam
Sol. de altero? ¶ Dicas, quoniam ſicut accidens
fundatur in ſubiecto, & non poteſt exiſtere
ſine ſubiecto (vt in Antepædicamentis cap.
2. patet) ſic non poteſt cognoſci ſine ſubie-
cto, quod confirmat Ariſt. 2. met. 4. vbi in-
quit, quòd ſicut res ſe habet ad eſſe, ſic ſe ha-
bet ad cognoſci; exemplum eſt in promptu;
color enim odor, & ſapor, ſunt accidentia;
quæ ſunt in pomo, & tamen non poteſt vide-
ri color, non odorari, odor, nec guſtari, ſa-
por ſine pomo tamquàm ſine ſubiecto; opor-
tet igitur vt prius ſit ſubiectum; deinde ac-
cidens; ſimiliter æquiuocatio; cum ſit acci-
dens, non poteſt eſſe ſine æquiuocis, tam-
quàm ſine rebus, in quibus fundatur æqui-
uocatio; & ſic prius oportet; vt ſint æquiuo-
ca, deinde æquiuocatio; tamen principalis
intentio Ariſt. eſt agere de æquiuocatione ſe-
cundaria verò intentio eſt de æquiuocis: &
quoniam, (vt dictum) æquiuocatio non po-
teſt declarari, ſine æquiuocis, in quibus ſun-
datur; Ideo Ariſt. fuit coactus tractare de
æquiuocis, tamquèm de rebus, In quibus
fundatur æquiuocatio: ¶ Vel aliter Dicas, *Alia ſol.*
ptimò ſupponendo vnum, ꝙ res pro vt ſigni-
ficantur, & voces, pro vt ſignificant, ſunt re-
latiuæ, & vnum relatiuum non poteſt intel-
ligi, nec ſciri, ſine altero: & quoniam res
ſicut ſe habent ad eſſe, ſic ſe habent ad co-
gnoſci 2. meta. 4. ſic principalis intentio Ar.
eſt de vocibus; ſecundaria eſt de rebus; ſed
non de quibuſcumq; vocibus; ſed de ſigni-
ficantibus res, vt rectè dicunt doctores vt
inter græcos Simplicius, Ammonius, & Por-
phyrius; Inter latinos verò Boethus: Dici-
mus etiam intentionem eſſe, de rebus, pro
quanto a vocibus ſeu per voces ſignificantur
vnde patet, ꝙ æquiuoca, æquiuocata, hic de-
finiuntur, non pro vt res ſunt; quoniam hoc
pertinent ad Methaphyſicum, ſed quatenus
hæ res communiter vnico nomine ſignifican-
tur, vnde nomen illud, eo quia ſignificat res
illas omnes vno, & æquali nomine propter
hoc æquiuocum nomen appellatur æquiuo-
cans: ¶ Sed Dices contra, nam æquiuoca, *Replica.*
de quibus Ar. hic conſiderat, non ſunt res,
ſed ſunt voces: quod probatur ſic, quoniam
voces dicuntur, æquiuocæ ergo æquiuoca
ſunt voces, & non res, in quibus fundantur
æquiuocatio, tamquam accidens in ſubiecto.
¶ Reſpondetur, ꝙ quando dicit Ariſt. æqui- *Sol.*
uoca dicuntur; intelligitur hoc pacto; ideſt,
ſignificantur; ideſt, æquiuoca æquiuocata,
quæ ſunt res, dicuntur, ſignificantur, ex-
primuntur per voces æquiuocas, æquiuocan-
tes ſignificãtes, & exprimentes, illas res. v. g.
hæc vox canis eſt æquiuoca æquiuocans, di-
cens, explicans, exprimens res iſtas æqui-
uocas æquiuocatas; ſcilicet, canem mari-
num, canem cæleſtem, & canem terreſtrem;
¶ Sed Dices, inquit Ar. ꝙ animal eſt nomen *Dub.*
commune, deinde dicit, ꝙ animal eſt propria
ratio; cum inquit horum enim ſolùm nomen
commune eſt; deinde dicit; ſi quis aſsignet,
quid ſit eorum vtrumq; quo animal eſt, pro-
priam aſsignabit vtriuſq; rationem; vnde
ſequitur ꝙ ſi æquiuoca conueniunt in nomi-
ne communi, quod eſt animal, conueniunt
etiam in definitione, quod eſt de ſatto con-
tra Ariſt. ¶ Hanc dubitationem nemo teti- *Sol.*
git vnde forte aliquis poſsit dicere, ꝙ ly ani-
mal, non eſt ratio perfecta, & propria; ſed
imperfecta, & impropria. Quæ ſolutio, non *Conf.*
placet quoniam inquit Ariſt. in tex. ꝙ ſi quis
aſsignat, quid ſit eorum vtrumq; quo ani-
mal eſt, propriam aſsignabit vtriuſque ra-
tionem, modò animal non eſt ratio, ſed eſt
pars rationis, nec animal eſt proprium, ſed *Solutio*
eſt commune 2. phy. 28. ¶ Ego tamen dice- *propria.*
tem,

rem, quòd textus Ar. intelligitur ſic ſcilicet,
ſi quis aſsignabit, quid eorum vtrumq; eſt
Reſpondetur, ꝙ eſt animal, & ſecundum hoc
nomen, ſcilicet, inquantum eſt animal aſſi-
gnabit propriam vtriuſq; rationem; nam ho-
mo eſt animal, quod eſt ſubſtantia anima-
ta, ſenſitiua, & pictum eſt animal, quod eſt
imago, exemplar, effigies, figura, ſimula-
crum varijs, diuerſis, ac pluribus, coloribus
depictum; & ſic tam hominis veri, quàm ho-
minis picti; ſecundum nomen commune, aſ-
ſignabit aliquis vtriuſq; propriam rationem;
Dub. ¶ Sed Dices, ꝙ homo verus, & homo pictus,
non ſunt duo, æquiuoca; ſed potius vniuoca;
quod probatur ſic, illa .n. dicuntur vniuoca,
quæ habent idem nomen, & illius nominis
communis definitionem, ſed homo verus, &
homo pictus habent idem, nomen commu-
ne, quod eſt animal, & illius nominis com-
munis, ſcilicet animalis, habent eandem de-
finitionem, ergo ſunt duo vniuoca, & non æ-
quiuoca; minor probatur; quoniam ſi homo
pictus eſt animal, & animal eſt ſubſtantia,
animata, ſenſitiua; ergo homo pictus eſt.
ſubſtantia animata, ſenſitiua; quoniam re-
gula eſt Ar. in Anteprædicamentis cap. 3. ꝙ
id, quod prædicatur de prædicato, prædica-
Sol. tur etiam de ſubiecto illius prædicati: ¶ Di-
cas, quòd licet hęc duo conueniant in nomi-
ne communi; tamen differant ſecundùm de-
finitionem illius nominis; quoniam animal,
quod prædicatur de homine picto, non eſt il-
lud met animal, quod prædicatur de homine
vero; quoniam (vt dictum eſt) animal quod
prædicatur de picto, eſt imago animalis ve-
ri, facta ex pluribus, varijs, & diuerſis, figu-
Dub. rata, coloribus; ¶ Præterea ſi æquiuoca di-
cuntur illa, quę conueniunt in nomine, habent
idē nomen, & diuerſam definitionē; tunc ſe-
queretur, ꝙ homo, & bos, eſſent æquiuoca;
ꝙ eſt contra Ar. in cap. de vniuocis; conſe-
quentia probatur; quoniam homo, & bos, eſt
animal: ecce ꝙ habent idē nomen; ſed habēt
diuerſam definitionē; nā homo eſt animal ra-
Sol. tionale; bos verò eſt animal mugibile: ¶ Di-
cas, ꝙ duplex eſt nomen; aliud cōmune, quod
eſt animal: aliud vero propriū, & peculiare,
vt eſt homo, & bos; tunc dicimus, ꝙ homo, &
bos, habent diuerſam definitionem, ſecundū
nomen proprium, ſcilicet, inquantū homo,
& inquantū bos; ſed ſecundùm nomen com-
mune, quod eſt animal, habent eandē defini-
tionem; & ideo dixit Ariſt. ſecundum nomen
commune, ratio ſubſtantiæ eſt diuerſa, ad dif-
Dub. ferentiā nominis proprij: ¶ Sed Dices, quo-
modo cognoſcitur, quādo definitio datur ſe-
cundùm nomen propriū, & quando datur ſe-
Sol. cundùm nomen commune? ¶ Dicas, ꝙ quan-
do definitio conuertitur cum ſuo definito,
tunc illa definitio eſt ſecundùm nomen pro-
prium; vt homo eſt animal rationale, & ani-
mal rationale eſt homo: quando verò non
conuertitur, tunc eſt ſecundùm nomen com-
mune; vt homo eſt ſubſtantia, animata ſen-
ſibilis: non enim hæc definitio conuertitur
cum homine: quia non poſſumus dicere con-
uertibiliter ꝙ ſubaſtantia ſenſibilis animata
eſt homo. ex quibus nota ꝙ vnius rei poſſunt
eſſe duæ definitiones; vna ſecundùm nomen
proprium; Alia ſecundùm nomen commu-
ne; vt animal rationale eſt definitio hominis;
vt homo & ſubſtantia animata, ſenſitiua, eſt
definitio hominis ſed nō eadem ſed inquan-
tū eſt animal; ¶ Vel Dicas ꝙ vna eſt ſpecifica;
alia verò generica, vti patet in 2. de anim. 2.
& 12. 33. ¶ Dices contra, quoniā homo non Replica.
eſt nomen proprium, ſed eſt nomen commu-
ne pluribus vt inquit Porphyrius in cap. de
genere & ſpetie. quoniam prędicatur de om-
nibus indiuiduis; vt Plato eſt homo; ſortes
eſt homo: ¶ Dicas, ꝙ ly homo, eſt nomen pro- Sol.
prium, reſpectu animalis, quod eſt genus; ſed
eſt nomen commune ad indiuidua, ſub ipſo
contenta: hæc igitur de æquiuocis dicta ſa-
tis. Operepræcium eſt modò ad vniuoco-
rum declarationem me conferre.

Vniuoca vero dicuntur, quorum Tex. 2.
& nomen cōmune eſt, & ſecundùm
nomen eadem ſubſtantiæ ratio,

Ab inſtituto nō diſcedentes, eo ordine, cir-
cà huius ſecundi textus, expoſitionē, proce-
demus; quē in pcēdēte ſeruauimus Primò. n.
erit cōtinuatio; Secūdò intentio, & cauſa in-
tētionis; Tertiò diuiſio textus; quartò verbo
rū pōderatio; ſimul annectendo dubitatio-
nes, & earū ſolutiones: ſed primò, eſt Notā-
dū, ꝙ relatiua habent hanc legē, vt cognito
vno, ſtatim cognoſcit & alterū vt Ar. inquit
primo de par. an. 1. & in cap. de relatiuis; ra-
tio eſt, qm̄ relatiua ſunt ſimul; & qm̄ ſicut
res ſunt apud naturā. ſic debēt ſciri, & cogno
ſci Ar. 2. met. 4. & Au. 1. poſt. 41. & 2. poſt 94. 1.
cęl. 2. ars. n. imitat naturā 2. phy. 22. & 4. met.
27. quem ordinē ſeruauit Porphyrius, qui cū
Prędicabiliū declaraſſet Genus, ſtatim fecit
mentionē de ſpecie; qm̄ genus, & ſpecies ſunt
relatiua; (vt per ipsū patet in cap. de ſpecie.
ſimiliter fecit Ar. 1. poſt. tex. 7. primò. n. cōſi-
derauit de ſcire; & poſtea ſtatim de ſcibili in
tex. 8. quoniam ſcientia, & ſcibile ſunt rela-
tiua, (vt in cap. de ad aliquid inquit Ar.) ve-
rum etiam Ar. 2. Phy. 3. definiuit naturam,
tamquàm vnū relatiuum, & in textu 4. ſta-
tim definiuit habens naturā, tanquàm aliud
relatiuum; & quoniam æquiuoca, & vniuoca
ſunt relatiua, meritò Ar. ſeruans ordinē rela
tiuorū, idem hic obſeruat poſtquam. ſ. in tex-

 tu prę-

in precedẽti tractauit de æquiuocis; ſine aliquo interuallo, placuit ſibi, (ne relatiuorum natura defraudetur) ſtatim nulla poſpoſita mora tractare de vniuocis, ipſa definiendo, & per exempla manifeſtando; cauſa intentionis eſt, (vt dictum eſt) quoniam ſicut relatiua ſunt ſimul in natura; ſic oportet, vt ſimul, & ſine medio, conſiderentur, & ordinentur ab arte, & ſcientia; ne ipſorũ lex peruertatur: ¶ Vel quia cognitio vniuocorum eſt neceſſaria; propter prædicationem generum, quæ vniuocè prædicantur: ¶ Diuiditur ergo textus iſte in tres partes, in quarum prima tradit definitionem vniuocorũ; in ſecunda ibi (vt animal) exemplo illuſtrat, quæ ſunt vniuoca; in tertia ibi (ſi quis) probat, ꝙ homo, & bos habent idem nomen. Circa primum; ne tractando de æquiuocis laboremus in æquiuocis; eſt ſciendum, quòd vniuoca dicuntur duobus modis; vniuoca vniuocantia; & vniuoca vniuocata: dicuntur vniuocantia quoniam vno communi, eodem, & æquali nomine vocant, & plura ſignificant; ſcilicet, hominem, bouem, capram, & leonem, quæ plura vocata, & ſignificata, vocantur vniuoca vniuocata; Ariſtot. in hoc textu intelligit vniuoca vniuocata, quæ ſunt res ſignificatæ vocatæ ab illa voce vniuocã vniuocante: ¶ Dices tu petens ab Ariſt. ſi vult in hoc textu definire vniuoca vniuocata, petes ab eo quæ nam ſunt iſta? ¶ Reſpondet Ariſt. dicens; vniuoca vniuocata dicuntur illa, quorum & nomen commune eſt, & ſecundùm nomen eadem etiam eſt ſubſtantiæ ratio; vnde rectè dixit, (dicuntur) & non dixit (ſunt) denotando, quòd vniuoca, vniuocata cum ſint entia realia; hic non conſiderantur, vt entia ſunt; quoniam ſic pertinet ad Methaphyſicum; ſed hic conſiderantur ſecundùm dici, & ſignificari; modo logicali, non autem modo reali: ¶ Vel Dicas, ꝙ dixit, (dicuntur) & non dixit (ſunt) quoniam non poſſunt vniuoca definiri vera, definitione data per verum genus, & per veram differentia; ſed ſolùm poſſunt deſcribi aliqua deſcriptione, ſeu explicatione: ¶ Sed dices contrà; nam Ar. in cap. de ſubſtantia inquit ſic, (vniuoca ſunt) & non dixit vniuoca, (dicuntur) ergo per ly. (Dicuntur) debet exponi (ſunt) Vel dicere oportet; quòd Ariſt. ſibi contradicit; ſed vt pateat vera noſtra textus expoſitio, & vt Ariſtoteles à contradictione remoueatur eſt dicendũ, quòd ideò dixit, (ſunt) & non dixit (dicuntur) quoniam vult innuere quòd vniuoca ſunt entia realia, & res reales, quæ ſunt; Sed dices, & quarè hic dicit, (dicuntur) & non dicit, (ſunt) Dicas, quoniam per ly (dicuntur) oſtendit modum conſiderandi; nam hic conſiderantur vniuoca, ſub verbo dici, & vt dicuntur, & non ſub verbo eſſe; & vt ſunt; Quod quidem probatur hac ratione; nam modus conſiderandi ſumitur à modo diffiniendi, ſed æquiuoca, & vniuoca in logica definiuntur per dici, & non per eſſe ergo ſic conſiderantur; ſcilicet vt dicuntur, & non vt ſunt; Quod quidem, alia ratione, comprobatur, eorum quæ ſimul ſunt, eædem ſunt definitiones; ſed vniuoca, & æquiuoca ſunt ſimul; quoniam ſunt relatiua; ergo eædem ſunt definitiones; ſed æquiuoca definiuntur per dici, & non per eſſe; ergo vniuoca debent definiri per dici; & non per eſſe; & ideo Ariſt. dixit vniuoca, (dicuntur) & non dixit vniuoca (ſunt) (quorum) ſcilicet vniuocorum definitio ponitur (&) vbi nota ly (&) ſumitur vno modo coniunctiuè; Alio modo expoſitiuè, & explicatiuè, pro ideſt, ſicut ſumpſit Porphyrius, in definitione generis, & ſpeciei, hic Ariſt. accipit coniunctiuè dicens (quorum (&) ideſt nomen commune eſt) ideſt quę habent non ſolùm nomen commune, ſicut ſunt æquiuoca; ſed etiam habent eandem rationem; ideſt, definitionem ad differentiam æquiuocorum, (ſecundùm) non vt eſt conſequens primum, ſed pro per, ideſt, per illud nomen commune, quaſi dicat habent ſuſcipiunt definitionem illius nominis communis, q. d. Ariſt. de vniuocis prædicatur nomen commune, quod eſt genus; vt animal, & etiam de illis prædicatur definitio illius nominis communis, v. g. homo, & bos habent idem nomen commune, quod eſt animal; quoniam homo eſt animal, & bos eſt animal, quæ quidem vox, animal prædicatur de homine, & de boue, & definitio animalis, quæ eſt ſubſtantia animata, ſenſitiua prædicatur enim hæc de homine, & de boue; & ſic homo, bos & leo ſunt nomina vniuoca, & quæcunque aliæ ſpecies contentæ ſub animali ſunt vniuocæ, ¶ *Dices* quòd Ariſtot. non debebat tractare de vniuocis; quoniam tractando de Aequiuocis, tractauit etiam de Vniuocis, quod probatur; quoniam Aequiuoca, & Vniuoca ſunt eadem; nam æquiuoca habent etiam idem nomen commune; ergo vniuoca conueniunt cum vniuocis; & vniuoca cum æquiuocis. ¶ Dicas, quòd licet vniuoca, & æquiuoca habeant vnum nomen commune, & conueniant in illo; tamen differunt per differentiam; quoniam æquiuoca habent ſolùm nomen commune cum Vniuocis, & communicant in nomine ſolùm; ſed vniuoca habent non ſolùm nomen cõmune; ſed etiam definitionẽ illius nominis cõmunis, & ſic differunt. Dices quare Ar. definiuit vniuoca in plurali, & non in ſingulari? ¶ Dicas, quoniam ſicuti res ſunt ſic definiuntur, & ſic conſiderantur, & quo-

Alia cauſa intentionis.

Diuiſio textus.

Dub.

Sol.

& quoniam vniuoca ſunt multa, & non vnum Ideò Ar. definiuit ipſa in plurali, & non in ſingulari, quæ Ideò ſunt multa, & plura, propter materiam, & ratione materiæ, (vt inquit Auer. in æpit. met. tractatu quarto columna octana) ¶ Dices, cum. iſta vniuoca ſint valde difficilia quærerem exemplum, quæ ſunt iſta vniuoca ¶ Reſpondet Ar. & aſſignat exemplum dicens.

Petitio.

Vt animal, & homo, atque bos, communi enim nomine horum vtrumq; animal nuncupatur, & eſt ratio ſubſtanntiæ eadem.

Et quoniam exempla magis mouẽt, quàm verba, ideo quaſi ad petita reſpondens Ar. in hac 2. parte textus exemplo declarat, quę ſunt vniuoca Poſtquàm Vniuocorum aſsignauit definitionem, dicere enim poſſet aliquis ſi tu o Ar. dixiſti, quòd vniuoca dicuntur illa, quæ habent nomen commune, & etiam habent & recipiunt definitionem illius nominis communis, da mihi quæſo exemplum, quæ ſunt & quomodò vocantur? Reſpondet Ar. ꝙ ſi tu neſcieris, quæ ſunt vniuoca, ſumas exemplũ (vt) ideſt v. g. homo, & bos, & non ſolùm homo, & bos, ſed omnes ſpecies, ſub eodem genere, cõtentæ ſunt vniuocæ; vt leo, capra, equus canis, & alia quoniã habent idem nomen cõmune, quod eſt (animal) & habent etiam, & recipiunt eandem rationem .i. definitionem ſubſtantiæ; Dices iterum quare animal eſt nomen commune ad hominem & bouem? Reſpondet Ariſt. & dicit (enim) pro quia ſignum redditiuum cauſæ (vtrumquę horum.) ideſt, tàm homo quàm bos nuncupatur, hoc nomine animal ſequitur deinde (& eſt ſubſtantiæ ratio eadem) q. d. Ariſt. (&) ideſt, non ſolum (vtrumque horum) vt homo, & bos appellatur animal; ſed etiam (ratio ſubſtantiæ) ideſt, definitio animalis eſt eadem, ideſt, competit eiſdem, quibus ſcilicet competit hoc nomen animal ſcilicet homini, & boui, v. g. dicimus bos eſt animal, homo eſt animal, ſicut enim animal hoc nomen eſt commune homini, & boui; & de his prædicatur; ſic etiam definitio animalis eſt communis homini, & boui, & de his prędicatur nam ſicut dicimus homo eſt animal, & bos eſt animal; & definitio animalis, quæ eſt ſubſtantia animata, ſenſitiua, dicitur de homine eſt. n. homo ſubſtantia, animata ſenſitiua; ſimiliter bos, & leo, & equus, & alię ſpecies hanc eandẽ retinent, definitionẽ, quod quidẽ ex Ar. regula patet in Antepræ dicamẽtis cap. 3. cum inquit quando alterũ de altero ꝑdicatur, vt de ſubiecto, quæcunq; prædicantur, de prædicato prædicantur etiam de ſubiecto illius prædicati, vt animal prædicatur de homine, & definitio animalis prædicatur etiam de homine, dicendo homo eſt ſubſtantia animata ſenſitiua.

Si quis .n. aſsignet vtriuſq; rationem, quid vtrumq; eſt, quò animal eſt, eandem aſsiguabit rationem.

In hac tertia & vltima parte textus poſtquàm Ar. Vniuocorum tradidiſſet definitionẽ, ſeu potius regulã illa cognoſcendi, & exẽplo manifeſtauit, quæ ſint vniuoca, & dixit, vt homo, & bos; vult nunc probare, ꝙ tàm homo, quàm bos, eſt animal, & ſimul eſt ſubſtantia, animata, ſenſitiua. & ad corroborandam ſuam intentionem, ꝙ vniuoca dicuntur illa, quæ habent idẽ nomen & habent etiam definitionem illius nominis, dicit (ſi) q. d. ponatur caſus ꝙ (quis) ideſt, aliquis homo, vt ſortes (aſsignet) ideſt, interrogabit (quid vtrumque) ideſt quid eſt homo, vel quid eſt bos, (quò animal eſt aſsignabit) .i. reſpondebit ꝙ eſt animal, quod quidem animal eſt nomen commune (vtriuſque aſsignabit rationem) q. d. Ar. aſsignando, ꝙ eſt animal vna & eadem definitione ſeu ratione (aſsignabit vtriuſque) ſcilicet hominis, & bouis, (rationem) ideſt, definitionem, dicas vt lubet quoniam, ſicut animal eſt commune nomen vtriſq; ſcilicet homini, & boui; ſic etiam definitio animalis, quæ eſt ſubſtantia, animata, ſenſitiua, eſt definitio communis vtrique conueniens .ſ. homini, & boui; nam, ſicut dicimus, homo eſt animal, ſic etiam dicimus, homo eſt ſubſtantia, animata, ſenſitiua, ſimiliter bos, eſt animal, & eſt ſubſtantia animata, ſenſitiua; & ſic nomen eſt commune, & definitio illius nominis eadẽ eſt & communis, boui, & homini; ¶ Dices ſi homo eſt animal rationale, & bos eſt animal mugibile; quæ ſunt diuerſæ & non eedem definitiones; quonam pacto dicit Ar. ꝙ homo, & bos, habent eandem definitionem? ¶ Dicas, ꝙ homo, & bos, habent diuerſas definitiones ſecundùm nomen propriom, ſcilicet vt homo & vt bo; ſed vnam & eandem ſecundùm nomen commune, quod eſt animal; vnde poſſumus dicere, quòd homo & bos ſunt æquiuoca ſecundùm nomen proprium, & ſunt vniuoca ſecundùm nomen commune; nam vt dictum homo vt homo eſt animal rationale; vt verò eſt animal, eſt ſubſtantia, animata, ſenſitiua. vnde Nota, quòd licet homo ſuſcipiat definitionem animalis; tamen non primò ſed in quantùm eſt animal; & ſic per aliud, & per accidens; nã id, quod Primò & per ſe competit generi, per accidens competit ſpeciei, 1. poſt 38. vt ſenſibile, primò competit animali 2. de anima 17. & 2. de

par. an. cap. 8. & 3. de par. anim. cap. 4. ſed
clariùs in libro de Iuuẽtute & Senectute cap.
1. & poſtea per accidens competit homini,
& omnibus ſpeciebus, contentis, ſub ani-
mali; Quod quidem verificatur ex Ar. 5. phy.
1. ꝙ id quod eſt tale per aliud, illud eſt tale
per accidens; ſed homo eſt ſubſtantia, ani-
mata, ſenſitiua, inquantum eſt animal, ergo
per aliud; & ſic per accidens, rectè igitur
Ariſt. inquit in textu dum dixit (ſi quis enim
aſsignet vtriuſque rationem quid vtrumque
eſt quo animal eſt, eandem aſsignabit vtriuſ-
Dub. que rationem:) ¶ Dices, quomodò eſt poſ-
ſibile, quòd ſi quis aſsignet quid eſt homo,
vel bos; & aliquis reſpondebit eſt animal, re-
ſpõdendo eſt animal aſsignat eandem ratio-
Sol. nem?) ¶ Dicas ꝙ dicendo eſt animal; dicit
etiam animalis definitionem; quoniam defi-
nitio & definitum ſunt idem 1. phy. 5. & 7.
met. 40. vnde ſi aliquis dicit, homo eſt ani-
mal, implicitè dicit homo eſt ſubſtantia, ani-
mata, ſenſitiua, quæ eſt definitio animalis;
& ideò inquit Ariſt. ſi quis aſsignet vtriuſq;
rationem; ideſt, definitionem, quò animal
eſt, quod animal eſt idem nomen commune;
ad hominem, & bouem, eandem; ideſt, illius
eiuſdem nominis communis aſsignabitur ra
tio; ſcilicet ꝙ homo eſt ſubſtantia, animata,
Petitio. ſenſitiua; ¶ Dices quid intelligit Ar. per ly
(eandem) Nota, ꝙ ly (idẽ) plura habet ſigni-
Reſpõſio. ficata, 1. top. & 5. meta. cap. de eodem, &
clarius Auer. in epit. meta. tractatu primo.
Vno enim modo dicitur (idem) ſubiecto 1.
phy. 60. 66. 79. vt color, ſapor, & odor, in po-
mo; vel albedo, & dulcedo, in lacte; & Pri-
uatio cũ Materia prima: Alio modo, (idem)
genere; vt homo, & bos; (vt in cap. de dif-
ferentia inquit Porphyr.): Alio modo (idẽ)
ſpecie, vt Socrates, & Plato: (vt inquit ip-
ſe met. Por. in cap. de ſpecie. Alio modo
(idem) accidente; vt lac, & calx, in albe-
dine: Alio modo (idem) numero; quibus ſic
ſtantibus cum dixit Ar. (eandem) dicas, ꝙ
intelligit eandem in genere, & in communi.
Dub. ¶ Sed Dices, dictum fuit ab Ar. cap. de æqui-
uocis, quòd non ſolùm in nominibus repe-
ritur æquiuocatio; ſed etiam in verbis; vel-
lem igitur nunc ſcire; ſicut in nominibus re-
peritur vniuocatio, reperitur ne etiam in
Sol. verbis? ¶ Dicas ꝙ vtique, nam hoc verbum
alterare eſt vniuocum, quoniam qui deal-
bat, & qui denigrat, habet eandem definitio-
nem; ſi enim volumus definire ipſum alte-
rans dicimus ſic, alterans eſt id quod habet
in ſeipſo principium mutandi aliud in aliud,
quod conuenit tàm illi, qui dealbat, quàm
illi, qui denigrat; & ſic patet, ꝙ in verbo re-
peritur vniuocatio; Notandum eſt etiam ꝙ
Ar. definiens vniuoca, ſeruat illum met ordi-
nem, quem ſeruauit definiendo æquiuoca;
primò enim in definitione æquiuocorum po-
ſuit genus, per quod vnum definitum conue-
nit cum alio; vt homo per genus conuenit
cum equò: (teſte Por. cap. de differentia)
ſecundò poſuit differentiam, per quam vnum
definitum differt ab alio definito; vt canis à
capra, per latrabilitatem; ſic æquiuoca, &
vniuoca conueniunt; quoniam vtraque ha-
bent idem numen commune differunt, quo-
niam æquiuoca ſecundùm nomen commune
habent diuerſam definitionem; vniuoca ve-
rò ſecundùm nomen commune habent ean-
dem definitionem ¶ Sed Dices, iſtæ duæ con- *Dub.*
ditiones ſunt nè ambæ neceſſariæ ad defini-
tionem vniuocorum, & æquiuocorum; ſci-
licet, Genus, Differentia &c. ¶ Dicas, ꝙ ſic; *Sol.*
quoniam ſi non haberent iſtas duas condi-
tiones, ęquiuoca non eſſent in eſſe æquiuoco;
& vniuoca non eſſent ineſſe vniuoco; quod
probatur ſic; illæ & tot conditiones requi-
runtur ad æquiuoca, & vniuoca, conſtituen-
da, atque diffinienda, quibus non exiſtenti-
bus, vel vna ipſarum non exiſtente, & alia
remanente, non exiſtunt æquiuoca, nec vni
uoca; ſed deſtructis, & remotis, ambabu
iſtis conditionibus, vel vna ipſarum, & ali.
remanente, deſtruuntur, & nõ exiſtunt æqui
uoca, nec vniuoca; ergo ambæ conditione
ſunt neceſſariæ ad vniuoca, & æquiuoca, dif
finienda, & conſtituenda; minor probatur
quoniam, ſi diceremus æquiuoca dicuntur il
la quorum nomen ſolùm commune eſt, & no
diceremus aliam conditionem; ſcilicet, ꝙ
ſecundùm illud nomen commune ratio ſub
ſtantiæ eſt diuerſa; vtique æquiuoca non po
nerentur in eſſe æquiuoco, ſed vt ponantur i
eſſe ęquiuoco, neceſſe eſt ponere ambas con
ditiones; dicendo æquiuoca dicuntur, quo
rum nomen ſolùm commune eſt, & ſecun
dùm illud nomen commune, ſubſtantiæ ra
tio diuerſa eſt; ſimiliter dicendum eſt, de vni
uocis; nam ſi diceremus ſolum vniuoca di
cuntur, quorum nomen commune eſt, & non
diceremus aliam conditionem; ſcilicet & ſe
cundùm nomen eadem eſt ſubſtantiæ ratio
vtique vniuoca non ponerentur in eſſe vni
uoco; ſed vt ponantur in eſſe vniuoco, neceſ
ſe eſt nominare vtraſque conditiones, dicen-
do vniuoca dicuntur illa, quorum & nomen
commune eſt, & ſecundùm nomen commu-
ne eadem eſt ſubſtantiæ ratio, quòd quidem
etiam comprobatur ex vigore definitionis;
quoniam in qualibet definitione, genus, &
differentia, ſunt partes neceſſariæ, ſine qui-
bus definitio fieri non poteſt, 7. met. 43. ſed
prima conditio in definitione æquiuocorum,
& vniuocorum. tenet locum generis, & ſe-
cunda tenet locum differentiæ; ergo ſicut
genus, & differentia, ſunt duo neceſſaria in
definitione, & non ſunt abſque altera, ſed
ambæ,

ambæ; ſic igitur iſtæ duæ conditiones (vt dictum eſt) tenent locum generis, & differentiæ, clarè ſequitur, ꝙ ambæ ſunt neceſſariæ ad hoc, vt conſtituant æquiuoca in eſſe æquiuoco, & vniuoca in eſſe vniuoco. Sed Nota ꝙ non ſolùm æquiuoca differunt ab vniuocis per vltimam particulam poſitam in definitione æquiuocorum, & vniuocorum; ſed etiam differunt in hoc; quoniam æquiuoca recipiunt contradictionem; dicendo ſic; animal pictum eſt animal; & non eſt animal; ſed vniuoca non recipiunt contradictionem; quoniam non poſſumus dicere homo eſt animal, & non eſt animal: ¶ Sed aliquis circa

Dub. ordinem ab Ar. ſeruatum. Dubitabit; quare Ar. prius de æquiuocis conſiderauit, & poſtea de vniuocis; ſi ars, & natura, totum oppoſitum petebant? hęc dubitatio fuit mota in textu præcedenti, ſed quia iterum data eſt, nobis occaſio; ideò iterum ſoluatur, prius enim de vniuocis, deinde de æquiuocis ordo expoſtulabat, quod probatur ſic inquit enim Ar. in cap. de Priori, quòd vnum eſt prius quàm duo, & vnum eſt prius quàm multum, ex qua auctoritate inſurgit ratio talis; ſicut ſe habet vnum ad multum, & ſimplex ad copoſitum; ſic ſe habet vniuocum, quod dicit vnum, ad æquiuocum, quod dicit multum: ſed vniuocum ſe habet vt vnum; & æquiuoca ſe habent vt multum; & vnum præcedit multum; ergo vniuocũ debet præcedere æquiuocum; nam ſicut, ſe habet res ad eſſe, ſic ſe habet in ordine ad cognoſci, ſed in rerum natura vnum eſt prius multo, & ſimplex compoſito, (vt inquit Ar. 2. cęl. 22.) ergo Ar. iure debebat prius conſiderare de

Sol. aliorum. vniuocis, & poſtea de æquiuocis. ¶ Dicunt aliqui quòd logicus non ſolum conſiderat prædicabilia diffinitiuè & ſecundùm ſe, eo modo, quo conſiderantur in libro Por. & in libro top. ſed etiam conſiderat ea; vt ſunt entia, & vt habent ordinem adinuicem; nam ſi prædicabilia, vt ſunt entia, ſunt æquiuoca; tamen vt habent ordinem, ſunt vniuoca; & quoniã prædicabilia prius ſunt entia, quàm habeant ordinem adinuicem, & priùs habent vnum ordinem, quàm plures; Ideo Ar. priùs conſiderauit de æquiuocis, quàm de vniuocis, non obſtante, ꝙ priùs ſit vniuocum, quàm æquiuocum; Hæc igitur eſt ſolutio aliorum; & valeat quantum valere poteſt; vide tamen quæ diximus ad hanc dubitationem in textu præcedenti; ſumite igitur tyrones totius textus ſententiam (vniuoca) ſcilicet vniuocata (dicuntur) ideſt, explicantur, addatis vos illa (quorum) ideſt, de quibus (&) ideſt, non ſolùm (nomen commune) eſt ideſt, genus, vniuocum. Dixit autem (commune) quoniam communiter & æqualiter, non ſecundùm magis, & minus (eſt) ideſt, pręHdicatur (&) ideſt; ſed etiam (eſt) ideſt prædicatur (ratio ſubſtantiæ) ideſt, definitio eadem, ideſt, eiuſdem generis, eſt ſcilicet, nominis communis, v. g. homo, & bos, de quibus prædicatur nomen commune, vniuocum, quod eſt genus, vt animal communiter, æqualiter, non magis de homine, & minus de boue, (vt rectè inquit Por. cap. de differentia) de quibus non ſolùm prædicatur animal, quod eſt genus, ſed etiam definitio animalis, quæ eſt ſubſtantia animata, ſenſitiua, dicendo homo, & bos eſt animal, & vtrumq; eſt ſubſtantia animata, ſenſitiua: ¶ Sed Dices, per nomen

Petitio commune poſſumus ne intelligere aliud, ꝙ genus? ¶ Dicas; quòd præter genus poſſu-

Sol. mus intelligere ſpeciem, ſpecialiſsimam; vt eſt homo, qui prædicatur de pluribus, vt de Franciſco, & Antonio, de quibus non ſolùm prædicatur homo, qui eſt nomen commune, ſed etiam definitio hominis, vt Franciſcus, & Antonius eſt animal rationale, quæ expoſitio eſt Ar. in cap. de ſubſtantia, dum inquit ſecundarum ſubſtantiam; ideſt generis, & ſpeciei, quæ ſunt ſecundæ ſubſtantiæ & ratio prædicatur, & nomen; adde tu de primis ſubſtantijs: Nota aliud, quòd per ly nomen commune, non ſolum poſſumus intelligere genus, & ſpeciem; ſed differentiam; quoniam hoc nomen differentia, eſt commune pluribus indiuiduis, & definitio differentiæ etiam pręd icantur de indiuiduis, dicendi Petrus, Martinus, eſt greſsibilis; & ratio quoque greſsibilis prædicatur de Petro, & de Martino; vt Petrus, & Martinus, eſt greſsibilis, Petrus per terram pedibus deambulat, & Martinus pedibus per terram deambulat; ecce clariſsimè patet, quòd Genus, Species, & differentia, & eorum definitiones prædicantur de ſubiectis, & quòd hoc ſit verum, audias quæſo Ar. in cap. de ſubſtantia, vbi ſic inquit, (Ineſt autem ſubſtantijs, & differentijs, omnia vniuocè prædicari; omnia enim quæ ab his prædicantur ſumuntur, aut de indiuiduis prædicantur, aut de ſpeciebus, vnde paulò inferius ait. (ſimiliter autem, & differentia & de ſpeciebus, & de indiuiduis prædicantis, & rationem quoque ſuſcipiunt primæ ſubſtantiæ ſpecierum, & generum, & ſpecies generis: quæcunq; enim de prædicato dicuntur, eadem & de ſubiecto dicentur; ſimiliter autem rationes differentiarum ſuſcipiunt & ſpecies, & indiuidua: vniuoca, autem ſunt, quorum & nomen commune eſt, & ratio eadem, quare omnia, quæ à ſubſtantijs, & differentijs ſunt vniuocè prædicantur) Quid clariùs exponere Ar. per Ar. reddendo auctorem ſui ipſius ex expoſitore; hęc ſint dicta, pro vniuocorum expoſitione; tamen poſſumus dicere aliter & breuius cum

eodem Ariſtot. (ſicut diximus in cap. de æquiuocis (q; illa dicuntur æquinoca, quæ carent propria operatione, vt oculus cæcus carens viſione vnde equiuocè dicitur oculus; ſimiliter pes, manus, & cætera membra, quãdo carent propria operatione æquiuocè talia dicuntur, partes verò vniuocè dicuntur illæ, quæ habent ſuam propriam operationem, vt oculus, quando videt, & non eſt priuatus ſua operatione, quam expoſitionem docuit nos Ar. 2. de anima 8. 1. de par. an. cap. 1. ex quibus fiat hæc ratio illa dicuntur vniuoca, quę habẽt propriam operationem, vt oculus, quando videt; homo viuus quando diſcurrit, & pes quando ambulat; quando vero non; tunc æquiuoca appellantur; Et ſcias, quòd non ſine maximo artificio Ariſt. dixit, quòd animal eſt nomen commune, & non dixit genus, ad denotandum, q; genus non vt genus & vt eſt ſecunda intentio, & definitio generis ſed vt eſt prima intentio prędicatur de homine, & boue; ſed animal, vt animal, vt .ſ. eſt prima intentio, prædicatur de homine, & boue, & definitio animalis non autem generis, vt eſt ſecunda intentio; non enim dicimus, homo, bos eſt genus; nec dicimus homo, bos eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie; ſed dicimus homo, bos eſt animal, homo, bos eſt ſubſtantia, animata, ſenſitiua, ¶ Sed Dices contra; nam homo nõ eſt animal, ergo animal nec ut prima intentio, nec vt ſecunda intentio prædicatur de homine, quod probatur, nam Ar. 2. de anima 16. inquit, quòd illa, quæ non mouentur, neq; mutant locum ſunt animalia; ſed homo mouetur, & mutat locum; ergo homo non eſt animal. ¶ Dicas, q; quando Ar. ibi aſſerit; quòd illa ſunt animalia, quæ non mouentur neq; mutant locum non per hoc negat, quòd illa quæ mouentur, non ſunt animalia; quoniam ibi loquitur contra antiquos qui credebant, q; plant animalia, vt oſtree, conchæ, & alia lapidibus affixa, non eſſent animalia; Ariſt. vero inquit quòd non ſolum, quæ mouentur, vt eſt homo, canis, &c. ſunt animalia; ſed etiam, quæ non mouentur, veluti ſunt zoophyta; ¶ Sed Dices, ſi illa, quæ non mouentur, ſunt animalia; tunc ſequeretur, q; montes, lapides, & plantæ, quæ non mouentur eſſent animalia; ¶ Dicas, quòd illa, quæ non mouentur, & habent ſenſum, illa ſunt animalia; montes, verò lapides, & plantæ, non habent ſenſum, licet non moueantur. & ſic non ſunt animalia. ¶ Dices contra; nam Ar. 8. met. 8. Inquit, quòd homo non eſt animal; Dicas, quòd non eſt animal materialiter, ſed eſt animal formaliter.

Replica. (beside "animata, ſenſitiua, ¶ Sed Dices contra")
Sol. (beside "go homo non eſt animal. ¶ Dicas")
Replica. (beside "uentur, veluti ſunt zoophyta; ¶ Sed Dices")
Sol. (beside "tæ, quæ non mouentur eſſent animalia; ¶ Dicas")

Denominatiua verò dicuntur, quæcumque ab aliquo, differentia caſu, ſecundùm nomen habent appellationem; *Tex. 3.*

Et quoniam Aequiuoca, Vniuoca, & Denominatiua, valde ad explicanda Prædicamenta conferunt; ideo Poſtquam Ariſt. aſſignauit duas definitiones; vnam Aequiuocorum; ſecundam Vniuocorum, in hoc tex. aſſignat tertiã quæ eſt Denominatiuorum, quæ ſunt media inter Aequiuoca, & Vniuoca: ¶ Cauſa intentionis eſt, vt compleat numerum eorum, quæ ſunt vtilia ad intelligentiam prædicamentorum: ¶ Diuiditur iſte textus in duas partes; in prima aſſignat definitionem Denominatiuorum; in ſecunda ibi (vt à grammatica) duobus exemplis; vno in anima; alio in corpore, declarat, quę ſunt Denominatiua, quorum aſſignat definitionem; quò igitur ad primum, pro verborum intelligentia, eſt Notandum, q; Denominatiua dicuntur duobus modis: Alia enim ſunt Denominatiua denominantia, ſeu ſignificantia, vt rectè aiunt Doctores; Alia verò ſunt Denoinatiua denominata, ſeu ſignificata; quo ſtante: Dicit Ar. (Denominatiua verò) poſtquam (nota enim eſt cõtinuationis) q. d. Ar. definita ſunt Aequiuoca æquiuocata, & Vniuoca vniuocata; oportet nunc definire Denominatiua, non denominantia; ſed Denominatiua denominata, & ſignificata (dicũtur) ideſt, ſignificantur, ſeu vt ab alijs ſic definiuntur, (quæcunque) vbi Nota, ſignum diſtributiuum, & vniuerſalitatis; ideſt omnia illa, (quæ ab aliquo differentia) ideſt, quæ differunt (caſu) ſecundùm nomen habent appellationem, q. d. Ar. Denominatiua denominata, ſeu ſignificata, quæ ſunt in caſu recto nominatiuo (denominantur) accipiunt nomen, & appellationem à Denominatiuis denominantibus, & ſignificantibus in caſu ablatino, & ſic caſu differunt; ¶ Dices, ò Ariſt. da exemplum quæ ſunt hæc denominatiua? ¶ Reſpondet eſemplificando dicens. *Petitio.* *Sol.*

Intentio. (beside "corum; ſecundam Vniuocorum, in hoc tex.")
Cauſa intentionis. (beside "ca: ¶ Cauſa intentionis eſt")
Diuio ſex (beside "ligentiam prædicamentorum: ¶ Diuiditur")

Vt à grammatica grammaticus, & à fortitudine fortis. *Tex. 4.*

Poſtquam Ariſt. aſſignauit definitionem Denominatiuorum, ſeu regulam cognoſcendi Denominatiua; in hac 2. parte tex. exemplis declarat, quæ ſunt Denominatiua q. d. ſi neſcieris, quæ ſunt hæc Denominatiua denominata, quæ fuerunt ſupra definita; affero exemplum (vt) ideſt v. g. (à grammatica)

ſta) quæ pertinet ad animam, tamquam à caſu ablatiuo appellatur Grāmaticus ab hoc enim nomine habet appellationem; ideſt, appellatur, & denominatur; adde tu homo grammaticus vt Priſcianus, q. d. Ar. ſi fortè non intelligis, quæ ſunt Denominatiua, per hoc exemplum datum de grammatica, quæ pertinet ad animam; affero aliud exemplum de fortitudine, quæ pertinet ad corpus (vt) i. v. g. (à fortitudine) adde tu hercules appellatur fortis, & dicitur fortis; & ſic de alijs late patet. Vt à candore candidus; à iuſtitia iuſtus, & ſic de cæteris. Si quis verò cupiet ſcire quid ſit Fortis, petat ab Ar. in ſua Phyſiognomia cap. 9. per totum.

Dub. ¶ Dices, quomodo Denominatiua conferunt ad intelligentiam Prædicamentorum?

Sol. ¶ Dicas, hoc clarum eſſe ex his, quæ dicuntur in Prædicamento Qualitatis; non enim poſſemus intelligere ea, quæ ibi dicit Ar. ni prius ſciremus quæ ſunt denominatiua; ſimiliter Vniuoca, & Aequiuoca ſunt vtilia ad ea, quæ dicuntur in Prædicamento ſubſtantiæ, quando dicit ineſt autem ſubſtantijs, & differentijs omnia vniuocè prædicari; ſimiliter Aequiuoca conferunt ad prædicamenta; & maximè cum inquit Ariſt. in Prædicamento Subſtantiæ, quòd accidentia ſunt in ſubiecto, & prædicantur de ſubiecto ſecundùm nomen, & non ſecundum rationem;

Petitio. ¶ Sed quæret aliquis, quid intelligit Ariſt. per ly Denominatiua, quæ ab Auer. in Epit. log. cap. de Translatiuis translatiua vocantur?

Sol. ¶ Dicas, ſed prius pro intelligentia, eſt Notandum, quòd in denominatione, tria requiruntur; primum enim requiritur denominans; ſecundò denominatum; & tertiò denominatiuū:

Quot requiruntur in denominatione.

¶ Dices, quod eſt denominans? ¶ Dicas, quòd eſt id, quod nominat aliquod; ideſt, dat nomen alicui; ideſt, à quo aliquod denominatur; v. g. albedo nominat, ſeu dat nomen Cygno, per quàm albedinem Cygnus dicitur, & nominatur albus; ſimiliter Coruus à nigredine; vnde ſumas, quòd Denominatiuum non eſt aliud, niſi qualitas in abſtracto; vt dulcedo, amaritudo, albedo, nigredo, à quibus ſubiecta dicuntur, & nominantur qualia:

Petitio. ¶ Iterùm dices, quod eſt Denominatiuum?

Reſponſio. ¶ Dicas, quòd Denominatiuum eſt accidens concretum, quod prædicatur denominatiuè de ſuo ſubiecto; vt album, nigrum; dicitur enim nix alba, carbo niger, & ſanguis rubeus: ¶ Iterum Dices, quod eſt Denominatum? ¶ Dicas, quòd Denominatum eſt ſubiectum, de quo prædicatur accidens concretum; vt ſi diceremus homo albus, ly homo eſt denominatus ab albedine; patet igitur, quod eſt denominans, quod eſt accidens in abſtracto, vt albedo; quod eſt denominatum, quod eſt accidens in concreto; vt album; & quod eſt denominatum quod eſt ſubiectum, quod; ſuſcipit; ex; quibus ſumatur textus expoſitio: (Denominatiua) ideſt, nomina concreta; vt album, nigrum, dicuntur illa, quæ ſunt differentia ab aliquo; ſcilicet; nomine denominante abſtracto, ſolo caſu; ideſt, ſola terminatione; quoniam conueniunt in principio dictionis, & differunt in fine; vt à iuſtitia dicitur iuſtus; ambæ .n. voces ſunt ſimiles in principio vt iu, & ui & u. differunt .n. quoniam Denominatiua ſunt in caſu nominatiuo; denominantia ſunt in caſu ablatiuo, & ſecundum illud nomen concretum habent appellationem; & de ſubiecto prædicantur; quoniam nomina denominatiua, ſiue abſtracta non prædicantur de ſubiecto; ſed concreta non enim Sortes eſt grammatica in abſtracto; ſed Sortes eſt grammaticus in concreto; Sed Nota quòd Denominatiua dicuntur tribus modis; Quędam enim ſunt denominatiua voce tantum, & ſunt illa, quæ ita ſe habent, quòd denominans, & denominatiuum habent eandem naturam; vt homo, & humanitas; animal, & animalitas; homo enim habet eandem naturam, cum humanitate; ſimiliter animal cum animalitate; homo enim dicitur ab humanitate, animal ab animalitate: Alia verò ſunt Denominatiua ſignificatione tantùm, quæ ita ſe habent, quod denominans, & denominatum conueniunt in ſignificato; ſed nō conueniunt in nomine; nam aliud nomen imponitur denominanti, & aliud denominatiuo; ita, quòd non conueniunt in principio, nec differunt in fine; vt virtuoſus, (vt ita loquar) & ſtudioſus; ſtudioſus enim dicitur ille, qui operatur ſecundùm virtutem; ſimiliter hæc vox barbara (virtuoſus) conueniunt enim in ſignificato; ſed non in voce; quoniam à virtute non dicitur virtuoſus, nec à vino denominatur vinoſus, ſeu à vino ſitate, ſed ab ebrietate, vt ſe declarat Ar. in cap. de qualitate: Alia verò dicuntur Denominatiua ſecundùm vocem, & ſecundùm ſignificatum; & ſunt illa, quę conueniunt in voce; in principio; ſed differunt in fine à denominante, & dicunt aliam naturam à natura denominantis; quoniā denominans dicit accidens; ſed denominatiuum dicit ſubſtantiam, quæ habet illud accidens; vt albedo, & album; nigredo, & nigrum; quibus ſic ſtantibus; vt ſtudentium animus ſit certus, & non dubius, Ariſt. in hoc textu loquitur ſolùm de illis denominatiuis, quæ ſunt denominatiua ſecundùm vocem, & ſecundùm ſignificatum, quæ ſunt denominatiua denominata; quæ ſunt res exiſtentes extra animam; ſed ne detur locus dubitandi; ſi Ar. hic defiuit denominatiua denominata, quæ ſunt res exiſtentes extra animam; ergo Ar. in logica conſi-

derat de rebus; quod eſt falſum: ¶ Dicitur, ꝙ non conſiderat de illis; vt ſunt, ſed conſiderat de illis; vt dicuntur, non enim vt habent rationem eſſendi; ſed vt habent rationem dicendi, & prædicandi, & ideo dixit in textu Denominatiua denominata (dicuntur) ideſt, ſignificantur à Denominatiuis denominantibus; (Quæcunq;) ideſt, omnia tàm illa, quæ reperiuntur in Prædicamento accidentis, quàm etiã in Prædicamento ſubſtantiæ, (vt rectè inquit Au. 4. met. com. 3. & 3. met. 16.) quibus in locis inquit ꝙ denominatiua nomina ſignificant ſubſtantiam, & accidens (ab aliquo ſolo differentia caſu) Nota hanc artem, non enim hic Ar. exprimit aliquid determinatè, per quod dat intelligere, ꝙ denominatiuum aliquando denominatur à concreto, v. g. igneum, & terreum deriuantur ab his concretis, quæ ſunt ignis, & terra, & aliquando ab abſtracto; vt album, & calidum deriuantur ab his abſtractis, quę ſunt albedo, & nigredo, & quòd denominatiua non ſolùm reperiuntur in prædicamento accidentis ſed etiam in prædicamento ſubſtantiæ, teſtis eſt Au. in libro Deſtruct. deſtruct. diſp. 6. in ſolutione 6. dubij, vbi inquit, quòd denominationes ſubſtantiales deriuantur à denominationibus accidentalibus; nec non in eodem libro in diſp. 5. in ſol. 4. dub. inquit, quòd denominationes ſubſtantiales verificantur de denominato; dicimus enim, ꝙ homo eſt animal, ſed denominationes additæ, non verificantur de denominato, niſi denominatiuè; dicimus enim, quòd homo non eſt ſapientia, ſed ſapiens; & ibidẽ inquit Auer. ꝙ denominationes, quibus anima denominatur prudens, volens, & mouens, ſecundùm philoſophos, non ſunt denominationes, additæ ſupra ſubſtantiã animæ, ſed ſunt denominationes ſubſtantiales, patet igitur per hæc Auer. verba, quòd noſtra textus expoſitio eſt vera, quòd Ar. non ſolùm loquitur de denominatiuis, quæ ſunt in Prædicamento Accidentis, ſed etiam de his, quæ ſunt in prædicamento Subſtantiæ;

Petitio. ¶ Dices quid intelligit Ariſt. per ly (caſu) ¶ Dicas, quòd non ſumit Ariſt. (caſu) quo ſunt facta monſtruoſa, (vt inquit Au. 8. phy. 46.) nec intelligit id, quod eſt caſu factum, quod eſt ſemper oppoſitum ei quod fit à natura, (vt inquit ibidem Auer. & 7. met. 22.) nec intelligit caſu facta, quæ rarò fiunt, & citò corrumpuntur, (vt inquit Auer. 1. cæli. 135. 138. 3. phy. 48. 77. & 1. cæl. 35.) nec intelligit caſum, qui non reperitur in ſempiternis 2. cæl. 33. nec intelligitur caſus, qui non reperitur in corporibus cęleſtibus, (vt 2. cęl. 34. 2. phy. 46. & 48. nec intelligitur caſus, qui reperitur in poſsibilibus, & non in neceſſarijs; (vt teſtatur Au. 2. phy. 46. & 48.) nec intelligitur caſus, vt eſt inopinatæ rei euentus; (vt 2. phy. 81.) ſed ly (caſu) hic ſumitur pro nominatiuo, & pro ablatiuo; vt à fortitudine dicitur fortis; Vel Dicas, quòd hic ſumitur caſus, veluti ſumitur apud antiquos; ſcilicet, pro nominum transfiguratione; ſeu pro diſsimilitudine nominum; v. g. à facundia dicitur facundus; ſed Nota, candide lector, quòd aliter hic, & aliter in cap. de Relatiuis; nam ibi inquit Ar. quòd Relatiua cum conuertuntur, caſu differunt; v. g. id, quod ponitur in caſu nominatiuo, ponitur in caſu ablatiuo; quando Relatiua cõuertuntur, vt ſenſus ſenſibilis ſenſus; & ſenſibile ſenſu ſenſibile; & genitiuus ponitur in caſu nominatiuo; verùm Nota, quòd aliquis habet nomen alicuius rei, & denominatur ab illa re; quando participat illam rem; v. g. Franciſcus participat phyloſophiam; Ideo dicitur phyloſophus, & non ſolùm requiritur, vt participet illam rem; ſed etiam requiritur nominis transfiguratio, ſeu diſsimilitudo; vt medicus dicitur à medicina; medicus enim & medicina non eiſdem ſyllabis terminantur; requiritur etiam vt participet nomine; v. g. ſi aliquis participat virtute, non dicimus illum eſſe virtuoſum; ſed dicimus illum eſſe ſapientem, vel ſtudioſum; Ex quibus clariſsimè patet, quòd quando aliquis denominatur ab aliquo, requiruntur Tres conditiones, quarum prima eſt, vt participet illam; ſecunda conditio eſt, vt habeat nomen illius; tertia conditio eſt, vt fiat transfiguratio nominis; & cum non fit transfiguratio nominis: tunc non poteſt denominari; v. g. Midea participat muſicam, & habet nomen à muſica tanquàm à nomine ſubſtantiuo, & vocatur muſica; tamen hæc appellatio non eſt denominatiua, ſed potius æquiuoca; quoniam & ſi participet muſica, & appellatur muſica; tamen quia non adeſt nominis transfiguratio, & diſsimilitudo; Ideo nulla eſt hæc denominatio; nec poteſt dici denominatiuè; quoniam adſunt eædem ſyllabæ; quoniã ab eadem ſyllaba incipiunt, & in eandem ſyllabam finiunt; v. g. incipiunt à ſyllaba (mu) & finiunt in ſyllabam (ca) Ideo denominatiua dici non poſſunt muſica enim non dicitur à muſica; ſed à muſica dicitur muſicus; quæ muſica, & muſicus, licet incipiant, & conueniant in eadem ſyllaba; ſcilicet in (mu) tamen finiunt in (ca) & in (ſcus) vt muſica, & muſicus; & hic Nota, ꝙ Ideò dixit Ar. ꝙ Denominatiua differunt à ſuo principali; ſcilicet ab illo, à quo ſumunt appellationem ſolo caſu; quoniam non differunt in principio; nec in ſignificato; ſed differunt ſolùm in fine; vt muſicus non differt in principio; quia tam muſicus, quam muſica incipiunt à (mu) nec differunt in ſigni-

Notandũ,

gni-

gnificato; quia habent idem ſignificatum; ſed differunt in fine; quia muſicus deſinit in (cus) & muſica deſinit in (ca) Tres igitur curioſe ſtudens requiruntur conditiones ad perfectam denominationem, quarum ſi vna deficit, denominatio fieri non poteſt, quarum Prima eſt vt Aliquis participet rem, à qua vult denominari; Secunda vt habeat nomen illius rei; Tertia vt fiat nominis tranſfiguratio.

Tex. 4. Eorum quæ dicuntur, Alia quidem ſecundùm complexionem dicuntur; Alia verò ſine complexione.

Fuit dictum, quòd Antepraedicamenta diuiduntur in tres partes, in prima Ar. aſsignat tres definitiones; in ſecũda duas diuiſiones; in tertia duas regulas; vnde continuatur præſens textus ad præcedentes; hoc pacto; poſtquam Ar. aſsignauit tres definitiones trium definitorum; ſcilicet, Aequiuocorum, Vniuocorum, & denominatiuorum, quæ definitiones ſunt veluti præcognitiones ad Prædicamenta, quibus declaratis; nunc Ariſt. aſsignat duas diuiſiones; vnam in hoc textu; Aliam verò in textu ſequenti, cauſa intentionis eſt; quoniam intentio Ariſt. eſt habere notitiam de Prædicamentis, & quoniam omnis notitia fit ex præexiſtenti cognitione 1. poſt. tex 1. 2. poſt. 102. clariùs 6. top. in 1. loco definitionis clariſsimè 1. met. 48. & 6. etich. cap. 4. Idcò Ar. nunc præmittit iſtas duas diuiſiones, tanquàm dirigentes præcognitiones deſeruientes ad doctrinam, & ſcientiam Prædicamentorum, quam quidem conſuetudinem ſeruatam ab Ariſt. comperimus in 3. phy. tex. 3. vbi volens habere notitiã de motu, præmittit quaſdam diuiſiones, & in 2. libro de anima volens habere ſcientiam de anima, præmittit in ſecundo textu quaſdam diuiſiones, ſine quibus nec motus nec animæ definitio nec

Diuiſio textus. ſcientia haberi poteſt: ¶ Diuiditur tamen iſte textus ſet, pro maiori, & faciliori intelligentia in duas partes; in prima facit, vnam diuiſionem eorum, quæ dicuntur; in 2. ibi (ea igitur) exemplo manifeſtat ea, quæ diuiſit, quò igitur ad primum (eorum) ideſt, earum vocum, (quæ dicuntur) non dixit (ſunt) denotans, quòd hic non loquitur de rebus, ſeu de effectibus; quæ res, & effectus ſunt; nam hoc verbum ſum, es, eſt, competit rebus; hoc verbum (dici) tribuitur vocibus, (vt rectè animaduertit Ariſt. 2. phy. tex. 1. dum inquit, eorum ideſt, effectuum, qui ſunt Alia ſunt natura, alia verò ab alias cauſas (Dicunrur) Notandum quòd hoc verbum apud Ariſtotelem ſumitur pluribus modis & primo modo pro appellantur vt patet in cap. de ſubſtantia in textu primo Alio modo pro prædicantur vt ibidem patet & 1. poſt. 4. & in Antepraedicamentis cap. 2. & 3. 1. poſt. 32. Alio modo pro deriuatur vt Dialectica dicitur à dia, quod eſt duo Alio modo pro ſignificari, ſeu pro ferri, ſeu exprimi per vocem ſignificatiuam Dicas quòd hic Ar. ſumit ly dicuntur, vltimo modo. q. d. (eorum) i. earum vocum, quæ dicuntur, ideſt exprimuntur (Alia dicuntur ideſt appellantur voces (ſecundum complexionem) ideſt complexe complexione, verbali à verbo, ligare ligamento coniuncte vna cum altera coniunctione verbali, copula verbali, (Alia verò) ideſt aliæ voces (dicuntur) ideſt exprimuntur ſine complexione ideſt incomplexe ſine complexione, & ligamento verbali quæ voces incomplexe ſunt diuerſe à vocibus complexis vt inquit Ariſtoteles in tex. per illam particulã quando dicit (alia) quæ innuit alietatem & diuerſitatẽ quomodo loquendi vſus eſt 1. poſt. 2. 2. phy. 1. & 3. phy. 3. & Nota quòd dixit dicuntur propter coniunctiones articulos & præpoſitiones quæ per ſe non dicuntur nec aliquid ſignificant ſed voces ſunt, quæ cum alijs aliquid ſignificant ſed hic eſt Notandum quòd Ariſt. in Antepraedicamentis cap. vltimo dicit ſic (eorumquæ ſine nulla complexione dicuntur) hic verò non dicit ſine nulla, ſed dicit ſine complexione. ¶ Dicas quòd ideo ibi dixit ſine nulla complexione denotando quòd plures ſunt complexiones vt ibi nos dicemus. ¶ Sed Dices, quererem exemplum de vocibus complexis, & incomplexis? Reſpondet Ariſtoteles, & inquit.

Ea igitur quæ ſecundum complexionem dicuntur, ſunt vt homo currit, homo vincit; Ea vero, quæ ſine complexione dicuntur, ſunt, vt homo; bos; currit; vincit;

Hæc eſt ſecunda pars tex. in qua Ariſtot. ſe ipſum continuat ad præcedentem; dicens (igitur) ideſt, poſtquam (nota enim eſt continuationis) q. d. quia fecimus diuiſionem eorũ, quæ dicuntur; & videntur quodammodo difficilia; ideò oportet dare exẽpla quaſi volens dicere, ſi tu neſcis, quæ ſunt illa, quæ dicuntur ſecundùm complexionem ſunt hęc;

ſcilicet, (vt) ideſt, v.g. hæc propoſitio (homo currit) & inſuper (homo vincit) & hæc duo exempla ſufficiunt quoniam late patet in omnibus ſimilibus. ideſt, quæcunq; oratio, ſeu propoſitio, ſeu enuntiatio, quæ fit ex ſubiecto. copula, & prædicatu vel ſaltem ſubintellecta copula dicitur vox complexa; vt Petrus Aromatarius ſupple eſt; Aſcanius eſt Vexillarius; Viuolus eſt Phyloſophus; vbi animaduertas ꝙ ſiue habeat prædicatũ explicitum, ſiue habeat prędicatũ implicitum dicitur complexá vox; vt homo currit, & homo vincit.

Dub. ¶ Dices ſi propoſitio habens prędicatũ explicitum, & propoſitio habens prędicatum implicitum, ſunt propoſitiones, & voces ſecundùm complexionem, quarè Ar. potius dedit exempla de oratione habente prædicatum implicitum, quàm de oratione habente prædicatum explicitum? dicendo potius homo currit, & non dicendo homo eſt currens, & dicendo potius homo vincit, & non dicendo homo eſt vincens?

Sol. ¶ Hæ enim ſunt minutiæ quæ eſſent relinquendæ tamen pro neotericis dixit ad denotandũ, ꝙ quælibet oratio eſt vox cõplexa; ſiue habeat prædicatum explicitum, ſiue habeat prædicatum implicitum; & ne aliquis crederet, ꝙ ſola propoſitio, quæ habet prædicatum explicitum, dicatur vox complexa; tãtò magis, quoniam prædicatum illud notum eſt apud omnes, habens .ſ. prædicatum explicitum tũc .n. clarius eſt ꝙ vox complexa eſt; ſed dubium erat apud aliquos quodammodo de oratione habente prædicatum implicitum; & Nota, ꝙ Ar. Ideò voluit dare duo exempla, & non vnum, propter dubios de propoſitione habente prædicatum implicitum, qui non credebant, quòd propoſitio habens prędicatum implicitum, ſit vox complexa.

Dub. ¶ Iterum Dices, quę ſunt illa, quæ dicuntur ſine complexione?

Sol. Reſpondet Ariſt. dicens (ea verò quæ ſine complexione dicuntur) q. d. Ar. (verò) ideſt, poſtquam data ſunt exempla de voce complexa; oportet dare exempla de voce incomplexa; quaſi diceret ſi quis neſciuerit, quę ſunt voces quę dicũtur ſine complexione, ſine copula verbali, afferuntur exempla (vt) .i. v.g. (homo) .i. hoc nomen abſolutè ſumptum, eſt vox ſine cõplexione, ideo vox incõplexa; vt, bos, & per conſequens, quodlibet nomen abſolutè ſumptũ, eſt vox incomplexa, & ſine complexione.

Petitio, ¶ Sed aliquis dicet, ò Ar. ego per tua ſic clara aſsignata exẽpla, bene intellexi, quæ ſunt voces, ſine complexione; tamen vellem ſcire, an ſola nomina dicuntur voces ſine complexione, an etiam verba?

Reſp. Reſpondet dicens aduertas ꝙ non ſolum nomina, ſed etiam verba dicuntur voces, ſine complexione; & dat exempla dicens, (vt) .i. v.g. (currit) hoc verbum dicitur vox ſine cõplexione; & q. d. non ſolùm hoc verbum currit ſed etiam (vincit) dicitur vox incomplexa, & ſine complexione, & non ſolùm hæc duo vocabula ſed quælibet alia vox quam abſolutè protuleris, ſine nomine, & ſolitariè ſumptam, dicetur vox incomplexa, & ſine complexione; ex quibus patet ꝙ nomina abſolutè prolata, ſine verbo, & verba abſolutè prolata, ſine nomine, omnia dicuntur voces ſimplices, incomplexæ, & ſine complexione?

¶ Quæret aliquis, quid intelligit Ar. per ly (complexionem.) cùm complexio dicatur multis modis; (vt innuit Ar. in Antepredicamentis cap. vltimo, dicens (eorum, quæ ſecundùm nullam complexionem dicuntur) & prima complexio dicitur illa, quæ eſt ſecundùm magis. & minus, in eadẽ ſpecie de qua loquitur Au. 2. de gen. & cor. 53. & quamuis hic nõ ſit locus tamen dicimus ꝙ Alia eſt complexio æqualis, & inæqualis quę dicit temperatura de qua meminit Auer. 2. colliget cap. 1. Alia eſt complexio temperata, de qua Auer. 2. colliget cap. de complexionibus membrorũ officialium; Alia eſt complexio iuuenis, & pueri, de qua ibidem Au. Alia ſunt nouem complexiones, de quibus loquuntur medici, quarum vna eſt temperata, aliæ vero octo ſunt intemperatę; quilibet certus ſit, ꝙ Ar. per ly (complexionẽ) nullam iſtarum intelligit, niſi illã, quæ fit per copulam verbalem; vt ſum, es, eſt; *Dub.* [in margin]

¶ Sed Dices, quarè Ar loquutur in numero plurali, dicens, ꝙ quædam ſunt voces complexę, & quædam incõplexæ, & non in ſingulari?

¶ Dicas, quoniã voces complexę & incomplexæ ſunt plures, & dicuntur tribus modis; ſcilicet vno modo ſecundùm nomen tantùm, & non ſecundùm rem: Alio modo ſecundùm rem, & non ſecundum nomen: Alio modo ſecundùm rẽ, & ſecundùm nomen ſimul; exemplum, vt Neapolis quæ eſt vna dictio incomplexa ſecundùm nomen; ſed eſt complexa ſecundùm rem, quia ſignificat nouã ciuitatem; incomplexa vero vox ſecundùm rem, & non ſecundùm nomen eſt, vt æquiferus; Incomplexa autem ſecundùm nomen, & ſecũdùm rem, vt Antonius, Petrus, & Plato, lego, amo, curro; complexa denique ſecundùm rem, & nomen ſimul, vt homo eſt, animal currit, bos vincit, de quibus complexis, & incomplexis re, & nomine hic loquitur Ariſt. *Sol.* [in margin]

¶ Dices quando Ariſt. dedit exempla de incomplexis dixit, vt homo, bos, currit, vincit, quæ omnia ſunt voces ſimplices; ex quo dicebamus, quòd voces ſimplices ſunt incomplexæ; vellem ſcire ſi valet dicere, vox ſimplex notat rem ſimplicem; & vox compoſita notat rem compoſitam? *Petitio,* [in margin]

¶ Dicas, quòd non omnis vox ſimplex notat rẽ ſimplicem; nec omnis vox compoſita, notat rẽ cõpoſitã; *Sol.* [in margin]

nam

nam hæc vox eſt compoſita;ſcilicet Areus pa
gus;ideſt, Martius Sericus, & hæc vox eſt
compoſita;ſcilicet Coruipera; ſimiliter hęc
vox Neapolis; ideſt, noua ciuitas, & non ſi-
gnificat rem compoſitam; ſed rem ſimpli-
cem; vox autem ſimplex; vt curro, curris,
omniaque verba primæ, & ſecundæ perſo-
næ, ac etiam tertiæ, de certa perſona ſerun-
tur; vt tonat, fulgurat; pluit, Intelligitur
Iuppiter, nam hæc omnia ſunt pronuntia-
tione ſimplicia; ſed ſignificato, compoſita.
Dub. ¶ Sed Dices, ſi hæc dicta eſſent vera, tunc
ſequeretur, quòd exempla adducta ab Ar. in
tex. quando dixit, vt currit, vincit, non
ſunt ad propoſitum; quoniam verba, quæ
ſunt in tertia perſona non dicunt ſimplici-
tatem; ſed compoſitionem; vt homo cur-
Sol. rit, bos vincit? ¶ Dicas, quòd exemplo-
rum, non attenditur verificatio; ſed ſolùm
manifeſtatio; non vt ita ſint; ſed vt addi-
ſcentes facilius addiſcant ſecundo de anima
Dub. 63. Auer. ¶ Dices, quarè Ariſt. exempli-
ficauit de complexo affirmatiuo, dicens ho-
mo currit, & non de complexo negatiuo,
Sol. dicens, homo non currit? Dicas quòd e-
xemplificando de affirmatiuo, exemplifica-
uit de negatiuo; quoniam affirmatio con-
tinet negationem; non enim dicitur affir-
matio, niſi reſpectu negationis, & non di-
citur habitus, niſi reſpectu priuationis.
Dub. ¶ Sed Dices contra; quoniam negatio eſt
prior affirmatione, quoniam prius eſt non
eſſe, deinde eſt eſſe, prius enim tu non fuiſti;
Sol. & poſtea fuiſti. ¶ Dicas, quòd negatio eſt
prior affirmatione, prioritate, & ordine na-
turæ, ſed non prioritate & ordine doctrinæ;
& nobilitatis;hic autem Ar. non ſeruauit or-
dinem naturę, ſed ordinem nobilitatis,quod
patet eſſe verum, quoniam affirmatio dicit
eſſe,negatio autē dicit non eſſe; & quoniam
eſſe eſt nobilius, & melius ipſo non eſſe, (vt
patet in 2. de de gen. an. cap. 1.) meritò Ar.
Confirmatio. priùs de complexo affirmatiuo, quàm de ne-
gatiuo,eóq; magis,quoniam affirmatio dicit
formam; negatio dicit priuationem; forma
dicit bonum; priuatio dicit malum, 1.phy.
81. quod probatur etiā hac ratione; id, quod
dicit bonum,dicit id,quod eſt per ſe,id verò,
quod dicit malum, dicit id, quod eſt per ac-
cidens; & quoniā,id quod eſt per ſe, eſt prius
& nobilius eo, quod eſt per accidens (teſte
Ar. 2. phy. 66. 4. phy. 43.clarius 8.phy.39.)
igitur rectè Ar. propter dictas cauſas, & ra-
tiones voluit priùs de complexo affirmati-
uo, quàm de complexo negatiuo exemplifi-
care. ¶ Dices, quarè Ar. priùs conſiderauit
Dub. de complexo compoſito,quàm de complexo
Sol. ſimplici? ¶ Dicas propter eaſdem cauſas ſu-
Alia ſol. per aſsignatas. ¶ Vel Dicas, quia complexa
ſunt compoſita, in complexa ſunt ſimplicia;
quæ compoſita ſunt nobis notiora 1.poſt.12.
1.phy.3.& 6.top. cap.3. & 3. cæl. 61.& quo-
niam notiora ſunt præferenda, hac de cauſa
Ar. prius verba fecit de complexo, deinde
Replica. de incomplexo. ¶ Dices contra, nam inquit
7. met. 31. quòd compoſitum eſt poſterius
ſuis partibus, & partes ſunt priores ſuo
compoſito; vnde arguitur ſic;ſicut res ſe ha-
bet ad eſſe, ſic ſe habet ad cognoſci 4. meta.
2. ſed compoſitum eſt poſterius, & ſimplicia
ſunt priora; ergo compoſitum poſterius de-
bet cognoſci, & ſimplicia prius, (vt patet
ex Ariſt. 1. phy 1.) ſed complexum eſt com-
poſitum, & incomplexum eſt pars, & ſim-
plex; ergo prius Ar. tenebatur de incomple-
xo, deinde de complexo ſermonem facere.
Cõfirmatio. ¶ Quod confirmatur ex Ar. 2.cęli 22.cum.d.
quòd priùs natura in vnoquoque genere eſt
Sol. vnum multis, & ſimplex compoſito. ¶ Di-
cas, quòd eſſe eſt duplex; aliud eſt eſſe apud
doctrinam; Aliud eſt eſſe apud Naturam;
tunc dicitur, ꝙ compoſita, & complexa ſunt
priora ſimplicibus, & incõplexis ſecundùm
doctrinam; ſimplicia verò partes, & incom-
plexa ſunt priora ſecundùm naturam; igi-
tur rectè Ariſt. ſe habuit primum de comple-
xo, poſteriùs de incomplexo, verba face-
re. ¶ Vel Dicas, quoniam quando diuidi-
mus aliquod in plura; ſemper debemus relin-
quere primam partem; & debemus alterius
ſecundam diuidere, ne in arte cadat iteratio;
Ar. hic facit diuiſionem, in complexa, & in
incomplexa, relinquit complexa, & nõ am-
plius ipſa diuidit; ſed accipit incomplexa, &
ipſa diuidit; (vt patet in Antepredicamen-
tis cap. vltimo, cum dicit eorum, quæ ſe-
cundùm nullam complexionem dicuntur;
vnumquodq;, vel ſubſtantiam ſignificat &c.
Dub. ¶ Dices, ſi Ariſtot. facit diuiſionem in com-
plexa, & in incomplexa, quæ iſtorum deſer-
Sol. uiunt doctrinæ prædicamentorum? ¶ Dicas,
quòd ſolùm incomplexa, & non complexa.
Replica. ¶ Dices, ergo Ariſt. non debebat nominare
complexa, ſi non deſeruiunt doctrinæ præ-
Sol. dicamentorum;ſed ſolum incomplexa. ¶ Di-
cas, quòd nominauit complexa, vt faceret
diuiſionem bimembrem; quoniam cùm di-
uiſio non eſt bimembris, vel reducibilis ad
bimembrem, non eſt bona diuiſio; Ideò fa-
cta diuiſione, in hæc duo; ſcilicet, incom-
plexa, & in incomplexa; reliquit complexa,
tanquàm nõ deſeruientia ad ſuū propoſitum,
& tractauit de incomplexis, quæ deſeruiunt
doctrinæ prędicamentorū;& Ideò in vltimo
Antepredicamento mentionē fecit ſolùm de
incomplexis; ſed in libro Perihermeniaa de
complexis; quia illi doctrinæ deſeruiunt, &
Dub. ibi locus erat. ¶ Sed iterum Dices, quarè
Ar. exemplificando De affirmatiuo potius de
dit exemplum, in propoſitione indefinita,

dicendo ſic) vt homo currit) & non in propoſitione vniuerſali, vel particulari, dicendo, omnis homo currit, vel aliquis homo currit? ¶ Nota pro ſolutione, quòd propoſitio eſt triplex, (vt patet primo priorum cap. 1. Alia enim eſt vniuerſalis, vt omnis homo eſt animal; Alia eſt particularis, vt aliquis homo eſt animal; Alia eſt propoſitio indefinita, vt homo eſt animal; quæ ideò dicitur indefinita, ideſt indeterminata, quia caret omni ſigno, tàm vniuerſali negatiuo, vt ly (Nullus) quàm vniuerſali affirmatiuo, vt ly omnis, quàm eti ſigno particulari, vt ly (aliquis) vel melius quia indefinitè, & indeterminatè ſignificat; vndè dicunt logici, quòd propoſitio indefinita, nec eſt vniuerſalis, nec particularis, ſed poteſt eſſe vniuerſalis, vel particularis; ſecundum quòd ſibi additur aliquod ſignū vniuerſale, vel particulare; actu enim non eſt vniuerſalis, nec particularis, ſed potentia eſt vniuerſalis, vel particularis; quibus ſic ſtantibus, dicitur, quòd Ar. aſsignando exemplum de complexo, & in complexo, per propoſitionem indefinitam, dedit exemplum per propoſitionem vniuerſalem, & particularē.

Sol.

¶ Sed Dices contra, nam inquit Ar. 1. Perihermenias cap. 5. quòd hæc propoſitio, homo eſt animal, eſt vniuerſalis, & homo currit, bos vincit, eſt vniuerſalis; ergo Ar. in hoc textu, non exemplificauit in propoſitione indefinita; ſed in propoſitione vniuerſali.

Replica.

¶ Dicas, quòd hæc propoſitio eſt vniuerſalis tamen non eſt vniuerſalis vniuerſaliter; quoniam licet ſubiectum huius propoſitionis ſit vniuerſale; tamen non eſt cum ipſo poſitum ſignum vniuerſaliter ſignificatiuum, quod eſt ly (omnis) dicendo omnis homo currit; vnde ſequitur, quòd Ar. exemplificando de propoſitione indefinita, exemplificauit de propoſitione vniuerſali; ſed nō exemplificauit de propoſitione vniuerſali vniuerſaliter.

Sol.

¶ Dices, vox complexa, de qua hic loquitur Ar. dicitur vno modo, vel pluribus modis?

Petitio.

¶ Dicas, quòd dicitur pluribus modis, & primo modo, eſt illa, quæ ex pluribus dictionibus ſignificatiuis rectè vnitis componitur, v. g. homo rubeus; Alia eſt vox complexa, quæ conſtat ex duabus dictionibus & inter illas duas dictiones, mediat dictio (&) dicendo, Franciſcus, & Antonius; Alia eſt, quando dicimus Petrus, vel Paulus; Alia eſt vox complexa, quando per continuatiuam coniunctionem complexa fit v. g. ſi dies eſt, lux eſt, vel quando dicimus, & dies eſt, & lux eſt; Alia eſt vox complexa ſecundum cognationem, vt quando accidens prædicatur de ſubſtantia, vt lignum eſt album; Alia eſt quando prædicatū vnitur cum ſubiecto per copulam verbalem, vt homo eſt currens.

Reſpōſio.

¶ Dices, de qua voce complexa loquitur hic Ar.?

Dub.

¶ Dicas, de voce complexa, vltimo modo dicta; ſcilicet, quando prædicatum vnitur ſubiecto, per copulam verbalem, de qua etiam loquitur in cap. de Oppoſitis, & vt illa, quæ ibi dicuntur de facili intelligantur; Ideò de hac loquitur in hoc textu Ar. ¶ Dices, dictum eſt in textu, quòd ly (homo) & ly (bos) eſt vox incomplexa, & ſimplex; hoc videtur falſum; quoniam id, quod eſt complexum, & compoſitum non eſt incōplexum, & ſimplex; ſed ly (homo, & bos) eſt vox complexa; ergo non incōplexa, quod probatur, quoniā eſt compoſita ex pluribus ſyllabis, & literis.

¶ Dicas Quòd complexio non conſiſtit in compoſitione literarum, vel ſyllabarū, ſed conſiſtit in compoſitione vocum ſignificatiuarum, modo ly homo, licet ſit vox compoſita ex pluribus literis, & ſyllabis, non per hoc dicitur vox complexa, ſed quando hæc vox, ſcilicet homo eſt, vnita cum alia voce ſignificatiua; vt cum dicitur homo eſt animal; tunc dicitur complexa; cum verò abſolutè profertur ſine alio; tunc eſt vox ſimplex, & incomplexa. Sed Nota, quòd quando ſunt plures voces ſignificatiuæ, & non ſunt rectè ordinatæ, & vnitæ, non dicitur vox complexa; vt ſi diceremus, homo, leo, bos, equus, ſine vlla coniunctione; ſed quādo vna vox per aliquam coniunctionem vnitur, cum alia, tunc ſit vox complexa, vt quando adiectiuum coniungitur cum ſuo ſubſtantiuo; vt homo muſicus, vel quando nomen demonſtratiuum, coniungitur cum re demonſtrata, v. g. hic homo, vel quando poſsidens vnitur cum re poſſeſſa, dicendo ſtudium Viuoli, vel quando duo in eodem caſu ſimul ad inuicem pertinentia, vt animal homo, vel virgo prudentia. Demùm nota, quòd ſicut multitudo lapidum, & lignorum non facit ædificium, niſi partes fuerint, debito ordine, vnitæ, & cōpoſitæ; ſic multitudo dictionū non facit terminum complexum, niſi fuerint optimè ordinatæ, & benè vnitæ, debito ordine.

Sol.

¶ Sed Dices, ſi illa vox eſt complexa, quæ conſtat ex pluribus dictionibus per ſe ſignificatiuis; tunc ſequeretur, quòd vox incomplexa, eſſet complexa; quoniam Reſpublica eſt vox incomplexa, & tamen conſtat ex pluribus dictionibus.

Dub.

¶ Dicas, quòd Reſpublica, & corpus animatum, & omnia nomina compoſita, vt equiferus, non ſunt voces cum complexione, ſed ſine complexione; quoniam licet componantur ex partibus per ſe ſignificatiuis ſeparatim; tamen in illa cōpoſitione non ſignificant illud, quod priùs ſignificabant, & ſi ſignificant, non ſignificant per ſe, ſed per accidens, (teſte Ar. 1. Peri hermenias cap. de nomine, & verbo.

Sol.

Eorum,

Eorum, quæ ſunt, Alia de ſubiecto aliquo dicuntur; in ſubiecto verò nullo ſunt.

Poſtquam Ar. fecit primam diuiſionem in complexa, & in incomplexa, in hoc tex. facit aliam diuiſionem, in ſubſtantiam, & accidens; dico in ſubſtantiam vniuerſalem, & particularem; ſimilitee in accidens vniuerſale, & particulare; cauſa intentionis eſt; quoniam poſt hanc diuiſionem in quatuor membra, aliam faciet in decem. ¶ Dices, ſi hæc eſſet diuiſio, vtique non eſſet in quatuor membra, & illa in decem; qnoniam omnis diniſio ad hoc, vt ſit optima, debee eſſe bimembris. ¶ Dicas, gloſando hanc propoſitionem; ſcilicet, quòd omnis diniſio debet eſſe bimẽbris, vel reducibilis ad bimembrem. ¶ Diniditur iſte textus in quatuor partes; quoniam quatuor facit Ac. & primò in prima parte declarat primum membrum diuiſionis in 2. ibi (Alia antem in ſubiecto quidem ſunt) declarat ſecundum membrum, in 3. ibi (Alia verò de ſubiecto dicunt) declarat tertium membrum, in 4. ibi (Alia neq; in ſubiecto ſunt) declarat quartum membrum diuiſionis; prima igitur pars præſens diuiditur in duas partes, in prima facit, quod dictum eſt; in 2. ibi (vt homo exemplo declaeat primum membrum diuiſionis, inquit igitur Ar. faciens cotam diuiſionem, quòd eorum, quæ ſunt; alia de ſubiecto dicuntur, in ſubiecto verò non ſunt; Alia verò in ſubiecto ſunt, ſed de ſubiecto non dicuntue; Alia in ſubiecto ſunt, & de ſubiecto dicuntur; Alia nec in ſubiecto ſunt, nec de ſubiecto dicuntur; Quantùm ad peimum, Inquit Ar. (eorum, quę ſunt) aduertas, qnòd non dicit, (Dicuntur) ſicut dixit in cap. de Vuiuocis, Aequiuocis, & Denominatiuis, nec dixit (ſiunt) denotando, quòd in hoc libro conſiderat de rebus; tamen non peimaria inecntione.; ſed ſecundaria intentione, primaria tamen de vocibus, res ipſas, ſignificantibus; (vt eectè inquit Boethus) (Alia) ideſt, quædam (de ſubiecto) Dices, de omni, vel de aliquo ſubiecto? Reſpondet, & dicit non de omni, ſed (de aliqno) q.d. non de ſubiecto vniuerſali, ſed de ſubiecto particulari, & ſingulaei, (Dicuntur) ideſt, prædicantur. ¶ Dices, o, Ar. iſta, quæ de aliquo ſubiecto prędicantur, vellem ſcire ſunt in ſubiecto necne? ¶ Reſpondet Ae. & dicit ꝙ (in ſubiecto non ſunt) ¶ Dices, ſi in ſubiecto non ſunt, vellem ſcire, vtrum ſune in aliquo ſubiecto, vel ſunt in nullo ſubiecto? Reſpondet, & dicit (in ſubiecto verò nullo ſunt) ideſt non inſunt ſubiecto, nec recipiuntur in ſubiecto. ¶ Dices, ſi ſune quædam, quæ de aliquo ſubiecto prædicantur, & in nullo ſubiecto ſunt, declara mihi, quæ ſunt iſta? ¶ Reſpondet Ariſt. & dicit.

Vt homo de ſubiecto quidem dicitur quodam homine, in ſubiecto verò nullo eſt.

In hac 2. parte tex. Ar. exẽplo declaeat, quæ ſunt illa, quæ de aliqno ſubiecto prædicãtur, & in nullo ſubiecto ſunt, & quaſi diceret ſi neſcis, quæ ſunt ecce exemplum (vt) ideſt, v. g. (homo) ideſt, ſpecies (quidem) peo certe (Dicitur) ideſt, prædicatur q. d. non de homine ſcilicet de ſpecie, de ſubiecto vniuerſali; ſed de (quodam homine) ideſt de particulari homine, de ſingulari; & indiuiduo; ideſt, de Franciſco, Aſcanio, & Hieronymo; dicendo quidam homo, ideſt, Franciſcus eſt homo, qui homo cùm ſit ſpecies, & ſubſtantia communis, & vniuerſalis, in nullo ſubiecto eſt, ad differentiam accidentis, quod eſt in ſubiectn, ineſt ſubiecto, & recipitue in ſubiecto; ſiue fuerit vniuerſale, ſiue pacticulare; reſolutè igitur dicas, quòd pee ea quæ peædicantur de aliquo ſubiecto, & ſunt in nullo ſubiecto, nil aliud intelligit, niſi ſpeciem. Dices tu ſolus homo, ſola ſpecies humana, prædicatue de aliquo ſubiecto, & in nullo ſubiecto eſt, an plures ſpecies? *Petitio.* ¶ Dicas, quòd non ſolus homo peædicatue de aliquo ſubiecto, & in nullo ſubiecto eſt; ſed omnes ſpecies peædicãtue de ſuis indiuiduis, & non ſunt in illis. ¶ Dices, quarè Ae. dixit (vt homo) & non dixit vt bos, vel vt equus? *Petitio.* ¶ Dicas, qm̃ homo eſt nobiliſsima ſpecies omnium ſpecierum, & quoniam ignobile continetur ſub nobili, & eſt peius illo, & quod dicitur de nobiliori, dicitur etiam de ignobiliori; meritò Ariſt. dedit exemplum de homine qui eſt ſpecies nobiliſsima; quoniam exemplificando de homine, intelliguntur omnes aliæ ſpecies, vt bos, equus, canis, & ceteræ; ſpecies & dando exemplum de ſolo homine; quod exemplum (licet) numero ſit vnum, tamen virtute continet multa, ac ſi eſſent decem millia & Nota, quòd dixit Ar. quòd homo prædicatue (de ſubiecto) excludendo accidentia, quæ non prædicantur de ſubiecto, ſed prædicantur in ſubiecto; quod quidem non ſine eatione dictum eſſe, puto; quoniam id, quod eſt peoprium alicui, nõ competit alteei, ab illo; 1. top. cap. de proprio: ſed prędicari in ſubiecto eſt proprium accidentis ergo non competit alteei ab accidente; nam ſicut res eſt apud natueam; ſic prædicatur; ſed accidens apud natueam eſt in ſubiecto; ergo in aete in ſubiecto prædicatur; & ſi prędicatur in ſubiecto, non prædicatur de ſubiecto; (vt rectè reperitur ab Ar. 1. cæl. 3.)

Reſp.

& E

& ſi aliquando reperitur, quòd accidens prædicatur de ſubiecto, (vt patet 1. poſt. 33. & 148. & 149.) eſt intelligendum in ſubiecto; & Ideò inquit Ar. (Alia) denotandò, quòd illa, quæ prædicantur de ſubiecto, ſunt alia; ideſt, diuerſa; & multum differentia ab illis, quæ ſunt, & prædicantur in ſubiecto; & quantò (in) differt à (de) tantò accidentia differunt à ſubſtantijs; vnde ſumas, quòd prædicatum eſt duplex; aliud in ſubiecto, vt accidens, ſiue fuerit commune, vt album; ſiue proprium, vt riſibile; & aliud prædicatum de ſubiecto, veluti Species, & Genus, Differentia ſpecifica, Definitio ſpeciei, & Differentia generis, quæ prædicatorum diuiſio ſumitur ab Ar. 1. Perihermenias cap. de verbo, quandò dixit (& ſemper eorum, quæ de altero dicuntur) Nota ly eſt, vt eorum, quæ de ſubiecto, vel in ſubiecto ſunt. ¶ Sed Dices, dictum eſt, quòd ſubſtantia non eſt in ſubiecto, cuius oppoſitum aſſerit Ariſt. in cap. de ſubſtantia, vbi inquit, (non conturbent nos ſubſtantiarum partes, quæ ita ſunt in toto, quaſi in ſubiecto ſint) per quæ verba clarè patet, quòd ſubſtantia eſt in ſubiecto, & per conſequens, ſubſtantia eſt prædicatum in ſubiecto, & non de ſubiecto. ¶ Dicas, quòd aliquod eſſe in ſubiecto, ſumitur dupliciter; vno modo, vt pars ſubiecti; Alio modo, vt non pars ſubiecti; vt paulo inferius patet, & in cap. de ſubſtantia; tunc dicitur, quod ſi ſubſtantia eſt in ſubiecto, non eſt in ſubiecto; vt non pars ſubiecti, veluti eſt accidens, ſed eſt in ſubiecto, vt pars illius ſubiecti, ad differentiam accidentis, quod eſt in ſubiecto, & non eſt pars ſubiecti. Dices, quarè Ariſt. faciens hanc diuiſionem incæpit à ſubſtantia, & non ab accidente, & ſi à ſubſtantia, quare à ſubſtantia vniuerſali, & non à ſubſtãtia ſingulari? ¶ Dicas, quòd incæpit à ſubſtantia, tanquàm à nobiliori ipſo accidẽte 2. de anima 2. & incæpit à ſubſtantia vniuerſali, & non à ſingulari, quoniam (vt ipſe met inquit 1. phy. 4. 57. 3. phy. 2.) ab vniuerſalibus eſt incipiendum 2. de gen. & cor. 51. clariùs 1. de par. an. cap. 1. vbi inquit, quòd facilius eſt ſingularia conſiderare, quando de vniuerſalibus acceperimus primùm; & quoniam Ar. de vtraq; ſubſtãtia tàm vniuerſali, quàm ſingulari verba facit; ideò primùm ab vniuerſali deſcendendo ad ſingularem, (veluti clara eſt ſententia 1. phy. 4.) vnde ab vniuerſalibus, ad ſingularia deſcendere oportet. ¶ Dices, Quid intelligit Ariſtot. per ly de ſubiecto? ¶ Dicas, (vt ipſemet ſe exponit primo phy. 14.) quòd per ly ſubiectum, intelligitur ſubſtantia, vnde, quando, inquit, alia prædicantur de ſubiecto, intelligas tu; ideſt, de ſubſtantia; dat cauſam in 1. phy. 62. & dicit (propterea quòd ſola ſubſtantia de nullo alio dicitur ſubiecto; ſed alia omnia de ſubſtantia; ideſt, de ſubiecto dicuntur.)

Dub.

Sol.

Petitio.

Sol.

Petitio.

Sol.

Tex. 6.

Alia autem in ſubiecto quidem ſunt; de ſubiecto autem nullo dicuntur; in ſubiecto verò eſſe dico, quòd cùm in aliquo ſit, non ſicut quædam pars, impoſsibile eſt eſſe ſine eo, in quo eſt.

Poſtquam Ar. fecit diuiſionẽ eorum, quæ ſunt in quatuor membra; & primò declarauit primum membrum; in hoc textu declarat ſecundum membrum diuiſionis; primum membrum fuit declaratum per duas conditiones; ſcilicet, per dici de ſubiecto, & non eſſe in ſubiecto; dicens, quòd alia ſunt, quæ prædicantur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto; nunc declarat aliud membrum per duas alias conditiones; ſcilicet per eſſe in ſubiecto, & non prædicari de ſubiecto; dicens, quod alia ſunt, quæ ſunt in ſubiecto, & non dicuntur de ſubiecto; cauſa intentionis eſt, vt hæc diuiſio ſecundùm omnes ſuas partes ſit clara & manifeſta; inquit igitur Ar. (Alia autem) autem pro ſed q. d. præter illa, quæ prædicantur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto, ſunt quædam alia; ideſt, diuerſa ab illis, quæ habent aliam naturam ab illis; ſcilicet, (quæ prædicantur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto.) ¶ Dices, quæ ſunt hæc diuerſa ab his? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (quæ ſunt in ſubiecto, & non prædicantur de ſubiecto;) quoniam illa, quæ prædicantur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto, ſunt ſubſtantiæ vniuerſales; hæc verò, quæ ſunt in ſubiecto, & non prædicantur de ſubiecto, ſunt accidentia particularia, quæ habent aliud eſſe aliam naturam à ſubſtantijs vniuerſalibus, quæ prædicantur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto; quoniam prædicari de ſubiecto, & non eſſe in ſubiecto, dicit ſubſtantiam; ſed eſſe in ſubiecto, & non prædicari de ſubiecto, dicit accidens; & quantò ſubſtantia eſt alia, & diuerſa ab accidente, tanto prædicari de ſubiecto, & non eſſe in ſubiecto, eſt aliud, diuerſum, & differt ab illo, quod eſt in ſubiecto, & non prædicatur de ſubiecto. ¶ Dices, ò Ariſtoteles, quid ſibi vult ly eſſe in ſubiecto, & quid ſignificat? ¶ Reſpondet, & dicit (in ſubiecto verò eſſe dico) q. d. ſi tu neſcis, quid ſibi vult ly eſſe in ſubiecto, (Dico) ideſt, declaro, explico hoc, quod tibi videtur difficile, & obſcurum, quòd eſſe in ſubiecto, nil aliud eſt, niſi, quando aliquod eſt in aliquo, & non eſt ſicut quædam

pars

pars illius, (impoſsibile eſt eſſe ſine eo, in quo eſt,) q. d. Ar. non ſolum requiritur, ꝙ illud, quod eſt in ſubiecto, non ſit pars illius ſubiecti; ſed etiam impoſsibile eſt, vt illud ſit, & exiſtat ſine ſubiecto, in quo eſt; Sed Nota, quòd aliquod eſſe (in) ſumitur pluribus modis; (vt patet 4. phy. 23.) primo modo ſumitur, vt digitus in manu, & omnino, vt pars in totò; Alio modo, vt totum in partibus Alio modo, vt genus in ſpecie; Alio modo, vt ſpecies in genere; Alio modo, vt forma in materia; Alio modo, vt Rex in Regno; Alio modo, vt in vaſe, & in loco; Alio modo, dependenter, quibus ſignificatis ſic ſtantibus, Dicas reſolutè quòd illud, quod eſt in ſubiecto, & impoſsibile eſt eſſe ſine ſubiecto; non eſt pars ſubiecti; & non eſt in ſubiecto, vt pars ſed ineſt ſubiecto i. dependet à ſubiecto, & conſeruatur à ſubiecto, & in ſubiecto, de ſe, & ex natura ſua exiſtere non poteſt, quod declarat Ar. in cap. de ſubſtantia; dum inquit, non exiſtentibus primis ſubſtantijs, impoſsibile eſt, aliquid aliorum eſſe; clariùs, quando dicit, (non conturbent autem nos ſubſtantiarum partes, quæ ita ſunt in toto, quaſi in ſubiecto ſint, ne forte cogamur eas non eſſe ſubſtantias confiteri non enim ea, quæ ſunt in ſubiecto, dicebantur, vt partes ineſſent alicui) ex quibus pulchrum formarunt aliqui diſticon iſtud.

Sunt partes, Totum, Species, genera atq; calores.
Ignis, Rex Regno, res fine; locoq; locatum.

Sed hic eſt Notandum, ꝙ illud, quod eſt in ſubiecto, non eſt, ſicut quædam pars; ſcias, ꝙ pars nè æquiuocatio nominis te decipiat, dicitur pluribus modis, quædam enim ſunt partes ſecundùm qualitatem (7. met. 33. & 5. met. 30) & quædam ſunt partes ſecundùm quantitatem: (vt 1. phy. 5. 36 & 7. met. 35.) partes enim ſecundùm qualitatem ſunt materia, & forma (4. phy. 20. 3. cæli 12. & 5. met. cap. de parte) partes verò ſecundùm quantitatem; ſunt partes integrales; vt caput, collum, thorax, brachium; quædam verò ſunt partes ſimilares, vt caro, ſanguis, lac, medulla, adeps, ſeuum; Quædam verò ſunt partes diſsimilares, vt oculus, naſus, caput, brachium, pes; (vt patet 1. de hiſtoria anim. cap. 1. 4. metheo. vltimo 2. de par. an. cap. 2. 2. cæl. 1. & 5. met. cap. de parte & 1. de hiſtoria animal. cap. 7.) his ſic ſtantibus, certè dicas, quòd illud, quod eſt in ſubiecto, non eſt in ſubiecto, (vt quædam pars) ideſt, vt nulla pars; non eſt in ſubiectu; vt pars ſecundùm qualitatem, quoniam non eſt nec materia, nec forma, nec eſt in ſubiecto, vt pars ſecũdùm quantitatẽ, nec vt pars ſimilaris, nec vt pars diſsimilaris, ſed vt eſt purũ accidens, quod eſt in ſubiecto, dependet à ſubiecto, ſuſtentatur per ſubiectum, conſeruatur in ſubiecto, & non poteſt eſſe ſine ſubiecto, & nullo modo eſt pars illius; Quod quidem doctiſſimè annotauit Auer. 2. de anima 4. & 2. phy. 4. quando dixit, (ſic) hoc enim proprium eſt formæ, vt ſit ſubſtantia in ſubiecto, & differt ab accidente; quoniam accidens nõ eſt pars ſubſtantiæ compoſitæ forma autem eſt pars ſubſtantiæ compoſitæ; quoniam pars ſubſtantiæ eſt ſubſtantia (1. phy. 70. 2. de anima 4.) accidens non eſt ſubſtantia; ergo accidens, quod eſt in ſubiecto, non eſt ſicut pars illius ſubiecti, quod confirmatur ſic; quoniã pars, quando ſeparatur à toto, poteſt per ſe moueri (4 phy. 32. 8. phy. 27. & 1. de anima 37. verum etiam 5. phy. 17.) accidens verò ideò non ſeparatur à ſubiecto; tanquam per ſe nec moueri, aut exiſtere poſsit, & dato, & nõ conceſſo, quòd accidens ſeparatetur à ſubiecto, non moueretur per ſe; quoniam illud, quod per ſe mouetur, eſt corpus (6. phy. 32.) ſed accidens non eſt corpus, nec eſt ſubiectum; ſed ſemper natura ſua eſt aptum natum eſſe in corpore, & in ſubiecto; ſequitur igitur (vt patet per ſuam definitionem 1. top. cap. de accidente) quod eſt in ſubiecto, & non eſt pars ſubiecti. ¶ Sed quæres, quid intelligit Ariſt. per ly (non ſine) Pro notitia eſt ſciendum, quòd ly (non ſine) dicitur tribus modis; vno modo, pro vt eſt, neq; nocens, neq; iuuans; vt quando dicimus non ſine vmbra, quod eſt in lumine, corpus; non enim corpus vmbra quaque viuit, aut nocet; Alio modo, quòd ex neceſsitate, eſt, vt inſtrumentũ, veluti cum dicimus Achilles verum, ſe ſtrenuum præſtitit; ſed non ſine lancea; neceſſariò enim illi lancea opus erat ad ſtrennitatem; non enim ſtrenuum nudus demonſtrare ſe poterat. Alio modo, quod ad impedimentum eſt, vt cum dicimus, qui in hyeme nauigauit, ſeruatus eſt; ſed non ſine periculo, (vt bene notat Ioannes Grammaticus 2. de anima 12.) hic ſumitur ly non ſine, vt denotat neceſsitatem, q. d. Ariſt. quòd accidens, impoſsibile eſt, eſſe ſine eo, in quo eſt; hoc eſt, accidens neceſſariò eſt in ſubiecto, & non poteſt eſſe ſine ſubiecto (4. met. 25. 1. phy. 14. 39. & 7. met. 2.) & ideo (dixit Ariſt.) impoſsibile eſt, eſſe ſine eo in quo eſt ideſt ſine ſubiecto, in quo eſt, ad differentiam illius, quod eſt in vaſe, vel in loco; quoniam id, quod eſt in vaſe, vel in loco, poteſt à vaſe, & à loco ſeparari; v. g. triticum, quod eſt in modio, poteſt ſeparari à modio; ſimiliter pecunia, quæ eſt in marſupio, & vinum, quod eſt in dolio. ¶ Dices contra, nam Socrates non eſt accidens, ſed eſt ſubſtantia, & tamen ſemper eſt in loco, & in tempore, ergo eſt in aliquo, & tamen Socrates non eſt pars loci, nec temporis, & ſine loco eſſe non poteſt.

¶ Dicas', quòd licet Socrates ſit in loco, &
non poſsit eſſe ſine loco; tamen poteſt per-
mutare locum, & eſſe præter locum, in quo
fuit, & poteſt exiſtere, & eſſe per ſe, ſed acci-
deus non per ſe ſubſiſtit, nec poteſt mutare
locum, ſed ad hoc vt ſit, & exiſtat indiget ſu-
Rep. biecto, in quo eſt. ¶ Sed Dices contra, nam
accipiatur aliqua res odorifera, & teneatur
in manu, odor qui eſt accidens, exiſtens in
illa re odorifera, remanet in manu, ergo
odor, qui eſt accidens, poteſt eſſe ſine ſubie-
cto, & migrari de ſubiecto in ſubiectum.
Sol. ¶ Dices, quòd duplex eſt ſubiectum; aliud,
in quo fuit: Aliud, in quo eſt; tunc dicitur,
quòd accidens poteſt eſſe ſine ſubiecto, in quo
fuit, ſed non poteſt eſſe ſine ſubiecto, in quo
eſt; & non poteſt eſſe ſine ſubiecto in quo eſt;
non actu, ſed intellectu, imaginatione, & co-
gitatione; (teſte Porphyrio in cap. de acci-
Rep. dente.) ¶ Dices contra, nam ſi hæc ſolutio
eſſet vera, tunc ſequeretur, quòd qualitas
extra ſubſtantiã migrabit, ſequeretur etiam,
quòd accidens aliquo tempore eſſet abſque
omni ſubiecto, ſine illo, in quo fuit, & ſine
illo, in quo eſt; probatur; nam ſi odor eſt,
in muſco ſtante in arca, vel in alio loco; &
ego tranſeo per illum locum, ille odor ſepa-
ratur à muſcò, & tranſit ad nares; Ego quæ-
ro, dum odor ille venit ad nares, non ne eſt
ſine muſco, & ſine naribus, dum eſt in via;
ergo clarè ſequitur, quòd aliquo tempore
odor, qui eſt accidens, eſt ſine omni ſubiecto;
Sol. tàm in quo fuit, quàm in quo eſt: ¶ Dicas,
quòd non eſt ſine omni ſubiecto, quoniam
quando illa res odorifera eſt in aliquo loco,
aer circundat illam rem, & ille odor inficit
illum aerem tangentẽ, & circundantem rem
odoriferam, vel muſcum, vel pomum, qui
aer ab illo odore infectus, inficit alium ae-
rem, & ille aer infectus inficit alium; & ſic
per partem, poſt partem aeris infectam, aer
ille peruenit ad nares, & ſicut dicimus de
odore; vt eſt tus ſic etiã dicimus de fætore, vt
fætida, quæ enim emittunt odorem, multa
ſunt vt lignum aloes, ambra, myrrha, ſtyrax,
contra, vero allea, cæpæ, & raphani, dum
ſunt in ventre; exalat ex his quidam fœtor
prauus, vnde dicimus, quòd ille odor, qui
eſt accidens, eſt ſine pomo, citro, vel muſco;
tamen non eſt ſine omni ſubiecto; quoniam
eſt in aere, qui eſt corpus (2. phy. 1. & 3. cœ-
Rep. li 1. 2. de anima 3. & 3. met 17.) ¶ Sed Dices
contra, nam ſi odor exiſtens in re odorifera
inficeret aerem, & ille aer infectus defert il-
lum odorem ad nares, tunc ſequeretur, quòd
res odorifera remaneret ſine odore, & per
conſequens remaneret ſubiectum ſine acci-
Sol. dente, quod eſt falſum, ¶ Dicas, quòd ſi il-
le odor particularis ſeparatur, qui peruenit
ad nares, non tamen ſeparatur illa natura
odora, ſeu illa facultas, & potentia exiſtens
in re odora, quæ ſemper habet vim emitten-
di odorem, vel fetorem; & ſic non ſeparatur
illa facultas, quæ eſt actus primus, ſeu illa
aptitudo, habitudo, & potentia; ſed ſepa-
ratur operatio, ſeu actus ſecundus, v. g.
quando homo ridet, ille riſus ſeparatur ab
homine, ſed facultas ridendi non ſeparatur
ab homine, ſed ſemper producit nouum, &
nouum riſum. ¶ Dices, ſubiectum eſt duplex; *Petitio.*
Aliud eſt ſubiectum formæ, ſeu ſubiectum ex
quo, veluti eſt materia prima; Aliud eſt ſu-
biectum accidentis; in actu, ſeu in quo, ve-
luti eſt corpus compoſitum (2. phy. 4. 2. de
anima 4. 1. phy. 63. 5. phy. 7. & 8. clarius in
libro de ſubſtantia orbis cap. 1.) quãdo dicit
Ar. impoſsibile eſt eſſe ſine ſubiecto. De quo
ſubiecto loquitur. ¶ Dicas, quòd intendit *Reſp.*
de ſubiecto accidentis, in quo, & in actu exi-
ſtente, (vt inquit Au. 2. de anima 4. dum, in-
quit, ſubiectum formæ eſt materia prima, ſu-
biectum accidentis eſt ens in actu.) Sed No-
ta, vt pluriès diximus, quòd licet accidens
ſit in ſubiecto; & forma ſit in ſubiecto, ta-
men differenti modo, quoniam forma eſt in
ſubiecto, vt pars ſubiecti, accidens verò
eſt in ſubiecto, & non vt pars ſubiecti,
quoniam pars ſubiecti non eſt, forma ve-
ro eſt in ſubiecto, & complet, conſtituit,
perficit, informat, actuat ſubiectum; ac-
cidens verò completur, conſtituitur, per-
ficitur, informatur, actuatur à ſubiecto;
tandem forma per informationem eſt in ſu-
biecto; accidens verò inhærenter eſt in ſu-
biecto. ¶ Dices ſi Ar. per ea; quæ dicuntur *Dub.*
de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto intelligit
ſubſtantias vniuerſales, & per ea, quæ ſunt
in ſubiecto, & non prædicantur de ſubiecto
intelligit accidentia particularia, quarè non
dixit, & nominauit ſubſtantias vniuerſales;
& accidentia particularia? ¶ Dicas, quòd *Sol.*
Ar. fecit hoc, vt magis rei naturam explica-
ret; quoniam magis manifeſtatur natura ip-
ſius vniuerſalis, per dici de ſubiecto, quàm
per hoc nomen; ſcilicet, vniuerſale; ſic etiam
& natura ſubſtantiæ, per non eſſe in ſubie-
Alia ſol. cto. ¶ Vel Dicas quoniam Ariſt. delectatur
obſcuritate; ad reijciendos rudes, & ad al-
liciendos ſapientes, & Ideò obſcuritate po-
tius contentus fuit dicendo primo modo,
quàm ſecundo modo, ¶ Amplius, Dicet Ali- *Dub.*
quis, quare Ar. declarat quid ſibi vult eſſe in
ſubiecto, & quid eſt prædicari de ſubiecto, &
non declarat, quid eſt non eſſe in ſubiecto, &
quid eſt non prædicari de ſubiecto? ¶ Dicas, *Sol.*
quoniam declaratis his, declarantur, & in-
telliguntur alia; quoniam qui cognoſcit eſ-
ſe in ſubiecto, cognoſcit etiam non eſſe in
ſubiecto, & qui cognoſcit prædicari de ſu-
biecto, cognoſcit etiam non prædicari de

ſubie-

ſubiecto, iuxtà illud per hábitum cognoſcimus priuationem; & per eſſe cognoſcitur non eſſe; ſicut per malum cognoſcitur bonum; & per paupertatem cognoſcuntur diuitiæ; & per ægritudinem cognoſcitur ſanitas; deniquè vnum contrarium cognoſcitur per aliud; (vt in libro de ſenſu & ſenſili cap. 2. latè patet; latiùs 1. cæli 101. 2. cæli 49. 39. 40. latiſsimè tamen 3. de anima 21. & 35.) ¶ Sed, (ne nil intactum remaneat) contra id, quod dicit Ariſt. arguitur, probando, quòd accidens, poſsibile eſt, eſſe ſine ſubiecto, & probatur ſic, quando enim ſunt duo ſimul iuncta, & vnum ſeparatur ab alio, & poteſt per ſe exiſtere, aliud etiam ſine alio per ſe exiſtere poteſt (8. phy. 37.) ſed ſubſtantia, & accidens ſunt duo ſimul iuncta, & quando ſubſtantia ſeparatur ab accidente; ſubſtantia poteſt exiſtere per ſe, ſine accidente, pari modo accidens poteſt exiſtere per ſe, abſque ſubſtantia, & per conſequens poſsibile eſt, eſſe accidens ſine ſubiecto, & ſine ſubſtantia. ¶ Dicas, quòd quando ſunt duo, quorum vnum non dependet ab alio; tunc vnum poteſt exiſtere abſque alio; modò accidens dependet à ſubſtantia, & nullo modo poteſt eſſe nec exiſtere abſque ſubſtantia; Ideò accidens, impoſsibile eſt, eſſe abſque ſubſtantia; & ſic intelligitur Ariſtot. ¶ Dices, ò Ariſtot. iam aſsignaſti exemplum de his, quæ dicuntur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto, vt homo prædicatur de quodam homine; da mihi modò (quæſo) exemplum de his, quæ ſunt in ſubiecto, & non prædicantur de ſubiecto? ¶ Reſpondet Ariſt. non negando, ſed affirmando, & dicit.

Dub. *Sol.* *Dub.* *Sol.*

Vt quædam grammatica in ſubiecto quidem eſt in anima, de ſubiecto verò nullo dicitur.

Poſtquàm Ariſtot. nominauit ſecundum membrum diuiſionis dicens; quòd quædam ſunt in ſubiecto, & non prædicantur de ſubiecto; nunc declarat per exempla nominando illa proprio nomine. Diuiditur hæc pars tex. in duas partes; in prima dat exemplum de his, quæ inſequuntur animam, quæ dicuntur ſpiritualia; in 2. parte ibi (& hoc album) dat exemplum de his quæ inſequuntur corpus; quo ad primum, poſſet quis dicere ò, Ariſtot. adeò obſcurè loquutus es; vt vix percipi poteris; diuiſiſti enim, quòd alia ſunt in ſubiecto, & non prædicantur de ſubiecto; vellem ſcire, quæ, & quot ſunt iſta? Reſpondet quaſi Ariſtot. dicens quòd ſunt duo; quædam, quæ inſequuntur animam; & quædam, quæ inſequuntur corpus. Dices, quæ ſunt illa, quæ inſequuntur animam? quæ ſcilicet ſunt in ſubiecto & non prædicantur de ſubiecto? Reſpondet, & dicit (vt) ideſt verbi gratia (grammatica) Dices tu, quænam grammatica? in vniuerſali forte? aut quædam grammatica in particulari? Reſpondet & non quidem grammatica in vniuerſali, ſed quædam grammatica in particulari; adde tu in ſubiecto eſt, & de nullo ſubiecto prædicatur. ¶ Dices ſi Ariſtot. loquutus eſt in plurali; dicens, alia ſunt in ſubiecto & non dicuntur de ſubiecto; quarè nunc dat exemplum in ſingulari, dicendo vt quædam grammatica? (Dicas, quòd dedit exemplum in ſingulari, & non in plurali; ac ſi illud vnum exemplum repreſentaret multa; & infinita exempla nam ſicut dixit; vt quædam grammatica; dixit etiam tacitè reliqua licet non expreſsè, vt quædam philoſophia; quædam medicina, & quædam muſica, quòd exemplum licet fuerit vnum in actu, continet tamen plura in potentia, & virtute. Dices, ò Ariſt. quando dicis, quòd quædam grammatica eſt in ſubiecto, & non prædicatur de ſubiecto quæſo quo modò loqueris dubitatiuè an aſſertiuè? Reſpondet & d. (quidem) denotando certitudinem q. d. certè loquor aſſertiuè, indubitanter; ſine vllo dubio, alios docendo, ꝙ quædam gramatica, & non ſolùm quædam grammatica; ſed etiam dico omnia alia accidentia particularia in abſtracto ſumpta, quæ ſunt in ſubiecto, & non prædicantur de ſubiecto, & Nota, ꝙ Ideò dixit Ariſt. ꝙ quædam grammatica eſt in ſubiecto, & non dixit prædicatur de ſubiecto denotando per ly (in) ſubiectum inhæſionis in quo ineſt, reſidet & adhæret. Sed dices hoc ſubiectũ, in quo eſt quædam grammatica, quod dicit ſubiectum, in quo, & non ſubiectum, de quo, quomodò vocatur? (Reſpondet Ar. & dicit (in anima) q. d. ꝙ ſubiectum grammaticæ, & cuiuslibet ſcientiæ proprio vocabulo vocatur (anima) in qua anima eſt, & ineſt hoc accidens particulare, quod vocatur (quædam grammatica) & Nota, ꝙ non ſine cauſa dixit Ar. ꝙ quædam grammatica eſt in ſubiecto, denotando, quòd quædam grammatica, & omnia accidentia habent ſolùm ſubiectum, in quo, & non habent ſubiectum, de quo; quod clariſsimè patet, quando d. in anima, & non dicit de anima. Dices, iterum, ò Ariſt. iam certus ſum, ꝙ quædam grammatica eſt in ſubiecto; vellem ſcire quædam grammatica prædicatur ne de ſubiecto? Reſpondet quod non dicens (De ſubiecto verò nullo dicitur) quaſi dicat non ſolùm quædam grammatica non eſt in ſubiecto (verò) ideſt, ſed etiam quodlibet aliud accidens particulare.

Petitio *Reſp.* *Petitio* *Reſp.*

culare, in abſtracto, de nullo ſubiecto prædicantur, dixit de nullo; quoniam non habent ſubiectum ex quo, nec habent ſubiectum de quo; ſed tantùm habent ſubiectum in quo. ¶ Dices, quòd prædicari de ſubiecto dicitur duobus modis, vno modo ſecundùm nomen ſolum; Alio modo ſecundùm nomen, & ſecundùm rationem; (vt patet in cap. de ſubſtantia) quando dixit Ar. quòd quædam grammatica non prędicatur de ſubiecto quo modò intelligitur? Dicas, quòd quædam grammatica, & quodlibet accidens particulare in abſtracto non prędicatur de ſubiecto, nec ſecundùm nomen, nec ſecundùm rationem, veluti teſtatur Ar. in cap. de ſubſtantia quando dixit (eorũ quæ in ſubiecto ſunt in plurimis quidem neque nomen neque ratio prædicatur de ſubiecto) ¶ Dices, quarè Ar. potius dedit exemplum de grammatica, dicendo vt quædam grammatica, & non de albedine, (dicendo vt quædam albedo, vel quædam nigredo?) Dicas, ꝙ cùm duplex ſit accidens in abſtracto; aliud enim ſine corpore, ſeu ſpiritnale, & immateriale; Aliud verò corporale, ſeu materiale; vt oſtenderet, ꝙ datur hoc accidens duobus his modis dictum; ideò dedit exemplum de grammatica; & non de albedine. ¶ Dices, & ſi datur hoc accidens dupliciter dictum, quare prius dedit exemplum de accidente ſpirituali inſequente animã, & non de accidente corporali inſequente corpus? Dicas, quoniam ſequutus eſt ordinem nobilitatis; nam ſicut anima 2. de anima 2. & 3. de anima 14. eſt nobilior corpore ſic accidentia, quę in ſequuntur animã ſunt nobiliora accidentibus, quæ inſequuntur corpus, vt quædam grammatica eſt nobilior quadam albedine. ¶ Sed adhuc curioſus quæret quare dedit exemplum potius de grammatica, quàm de logica, vel de philoſophia dicendo quædam logica, vel quædam philoſophia, vel de alijs? Dicas quoniam ſequutus eſt ordinem naturæ, qui ordo naturæ eſt ab imperfectioribus & prioribus & quoniam grammatica eſt prior, & imperfectior, Ideò de grammatica, & non de logica, nec de philoſophia, nec de alijs voluit dare exemplum. Sed Nota, ꝙ non ſolùm accidentia in abſtracto particularia ſpiritualia inſequentia animam ſunt in ſubiecto, & non prædicantur de ſubiecto; ſed etiam accidentia particularia inſequentia corpus, de quibus nõ exemplificauit Ar. quoniã exemplificando de ſpiritualibus, dedit etiã exemplum de corporalibus. ¶ Dices accidens particulare eſt duplex; aliud in abſtracto, vt quædam grammatica; & quædam albedo; Aliud in concreto, vellem ſcire ſolùm accidens in abſtracto eſt in ſubiecto, & non prædicatur de ſubiecto, an accidens in abſtracto, & in concreto? Reſpondet Ar. q. d. non ſolùm in abſtracto, ſed etiam in concreto, eſt in ſubiecto, & non prædicatur de ſubiecto. Dices, Da mihi exemplum de accidente in concreto; Reſpondet Ar. & dicit.

Dub.

Sol.

Petitio.

Reſp.

Petitio.

Reſp.

Et hoc album in ſubiecto quidem eſt corpore: omnis enim color in corpore eſt; de ſubiecto autem nullo dicitur.

In hac ſecunda parte Ar. dat exemplum de accidente particulari in concreto, quod eſt in ſubiecto, & non prædicatur de ſubiecto quaſi dicat (&) ideſt, non ſolùm quædam grammatica, quæ eſt accidens particulare in abſtracto non prædicatur de ſubiecto, ſed etiam (hoc album) quod eſt accidens particulare in concreto, (in ſubiecto quidem eſt) Dices, in quo ſubiecto in anima, vel in corpore? Reſpondet Ariſt. & dicit (in corpore) tanquàm in ſuo determinato ſubiecto, & proportionato; quoniam proportionata accidentia debent applicari ſuis proportionatis ſubiectis; ſicut enim grammatica applicatur animæ; ſuo proportionato, debito, & determinato ſubiecto; ſic etiam hoc album corpori, ſuo tanquàm proportionato ſubiecto; Sed Nota verba Ariſtot. dicit enim; quòd hoc album eſt in corpore, ſed non in omni corpore; ſed in tali particulari corpore in diuiduo, vt hoc album in hoc corpore, vnde exponas textum, hoc modo; videlicet, vt hoc album eſt in corpore, ideſt, in hoc particulari corpore; ſimiliter quædam grammatica eſt in anima; ideſt, in quadam anima; nam ſicut ſe habet vniuerſale ad vniuerſale; ſic ſe habet particulare ad particulare, v. g. accidens vniuerſale eſt in ſubiecto vniuerſali, ſic accidens particulare eſt in ſubiecto particulari. ¶ Dices, quarè Ar. dedit vnum exemplum de accidente in abſtracto, quando dixit, vt quædam grammatica, & alterum in concreto, quando dixit vt hoc album? Dicas, vt denotaret; quòd accidens in abſtracto nullo modo de ſubiecto prædicatur, nec eſſentialiter, nec naturaliter; ſed accidens in concreto, ſi non prædicatur de ſubiecto eſſentialiter, tamen prædicatur de ſubiecto naturaliter. Sed Dices, quarè Ariſt. exemplificando de accidente in concreto, non dixit, & hoc grammaticum correſpondens accidenti in abſtracto, quando dixit vt quædam grammatica, ſicut dixit & hoc album? ¶ Dicas, quoniam intendit hic dare exemplum de accidente corporali, quod inſequitur corpus, modò tam ly quædam grammatica, quàm ly hoc grammaticum,

Reſp.

Dub.

Sol.

Petitio.

Sol.

maticum, ſignificat accidens in corporale,
Dub. ſpirituale, quod inſequitur animam. ¶ Iterũ dices, ſi tam accidens in abſtracto, quàm accidens in concreto eſt in ſubiecto cui magis competit eſſe in ſubiecto? ¶ Dicas ꝙ
Sol. magis competit accidenti in concreto, quàm accidenti in abſtracto. ¶ Præterea, inquit
Dub. Ariſt. quòd hoc album eſt in corpore, & in ſubiecto; ſi hoc eſſet verum, tunc ſequeretur, quòd corpus eſſet in corpore & ſubiectum eſſet in ſubiecto, quod probatur ſic, quoniam album nil aliud eſt, niſi ſubiectum, in quo eſt albedo, (vt 2. poſt. 148. & 149. inquit Au.) ergo ſi hoc album eſt in hoc corpore; ſequitur, quòd corpus eſt in corpore, & ſubiectum eſt in ſubiecto, quod eſt contra
Sol. Ariſt. 2. de anima 4. & 4. phy. 13. ¶ Dicas, ſubiectum eſſe in ſubiecto propriè, eſt impoſſibile, ſed in propriè ratione accidentis, poteſt admitti. ¶ Dices, quarè Ariſt. dixit,
Dub. & hoc album eſt in corpore, loquendo in obliquo, & non dixit, & hoc album eſt corpus, loquendo in recto? ¶ Dicas, quoniam
Sol. natura accidentis eſt eſſe in alio, & in corpore ſubiecto, & non eſſe corpus, aliud, & ſubiectum, quod probatur his rationibus, ſi accidens eſſet corpus, tunc ſequeretur, quòd quando accidens eſſet coniunctum & adiunctum corpori, augeret, corpus & cum auferetur à corpore illud minueret; ſed neque coniunctum cùm corpore, neque additum corpori auget, neque amotum, aut ablatum à corpore, dimminuit corpus; ergo accidens non eſt corpus. ¶ Amplius ſi accidens eſſet corpus, ſequeretur, quòd vnus locus ſimul eſſet capax multorum corporum, quod eſt impoſsibile, & contra Ariſt. 2. de anima 69. vbi inquit. quòd non eſt poſſibile in eodem ſimul duo eſſe corpora, quod quidem exemplo manifeſtatur, quoniam in pomo eſt dulcedo, color, & odor, ſi enim hæc eſſent corpora non haberent vnum locum, tantò magis, quoniam vnum corpus penetraret aliud corpus, quod eſt contra
Petitio. Ariſt. 4. phy. 23. ſed Dices quarè Ariſt. poſtquàm nominauit ea, quæ dicuntur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto; quæ ſunt ſubſtantiæ vniuerſales, ſubito nominauit ea, quæ ſunt in ſubiecto, & non prædicantur de ſubiecto, quæ ſunt accidentia particularia?
Reſp. ¶ Dicas, (ſed prius pro ſolutione, Nota) ꝙ oppoſita habent hanc legem, ſcilicet quòd iuxtà ſe poſita magis eluceſcunt, & facilius declarantur, & vnum fit lucidum, per alterum; vt nigrum vicinum albo; & turpe pulcro; magis eluceſcit; (vt teſtatur Ar. 3. de anima 25. & Au. in com. 28. eiuſdem libri ac etiam 1. cæli 101. & 2. cæli 40. clarius 3. de anima 85. clariſsimè in Epit. log. cap. de diffinitionibus, cuius concluſionem poſuit Ariſt. in libro de ſenſu & ſenſili cap. 3.) & quoniam ſubſtantiæ vniuerſales prædicantur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto; accidentia verò particularia ſunt in ſubiecto, & non prædicantur de ſubiecto; de facto ſunt oppoſita; ideò Ariſt. poſt ea, quæ prædicantur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto, nominauit ea, quæ ſunt in ſubiecto, & non *Dub.*
prædicantur de ſubiecto. ¶ Dices, quòd accideus particulare prædicatur de ſubiecto, dicendo ſic, nix eſt hoc album. ¶ Dices, ꝙ *Sol.*
accidens particulare aliud eſt in abſtracto, vt quædam grammarica, aliud in concreto, vt hoc album; tunc dicitur, quòd accidens particulare in concreto prædicatur, ſed accidens particulare in abſtracto non prædicatur, & ſi accideus in concreto prædicatur, non prædicatur eſſentialiter, ſed prædicatur naturaliter.

Alia verò de ſubiecto dicuntur, & in ſubiecto ſunt. *Tex. 8.*

Cum numeraſſet, & exemplo declaraſſet ſecundum membrum prędictæ diuiſionis, in hoc textu numerat & exemplo declarat tertium membrum prędictæ diuiſionis; Ideò,
¶ Diuiditur iſte textus in duas partes; in prima facit, quod dictum eſt; in ſecunda ibi (vt *Diuiſio textus.*
ſcientia) exemplo declarat tertium membrum, quò igitur ad primum, inquit Ariſt. (Alia) quaſi dicat præter illa duo membra dicta, & declarata, eſt tertium membrum; ſcilicet, (Alia) ideſt, quædam rectè dixit alia oſtendens differentiam, & diuerſitatem à duobus prædictis, quæ (dicuntur) ideſt, prædicantur (de ſubiecto) adde tu, in actu exiſtente (&) ideſt, non ſolùm prædicantur de ſubiecto, ſed etiam (in ſubiecto ſunt.)
¶ Dices, quæ ſunt hæc, quæ prædicantur de ſubiecto, & ſunt in ſubiecto? ¶ Dicas, *Petitio. Reſp.*
quòd ſunt accidentia vniuerſalia. ¶ Dices, *Petitio.*
quomodò cognoſcitur, quòd ſunt accidentia? ¶ Dicas, quòd cognoſcitur per illam particulam, quando dixit Ariſt. (& in ſubiecto ſunt) quoniam accidentia ſunt in ſubiecto (teſte Ariſt. 1. top. & Porphyrio cap. de accidente.) ¶ Iterum dices, & quomodò cognoſcitur, quòd ſunt vniuerſalia? ¶ Dicas *Reſp. Petitio. Reſp.*
quod cognoſcitur, per id, quando d. Ariſt. (de ſubiecto dicuntur) quoniam id, quod de ſubiecto prædicatur eſt vniuerſale (vt Inquit Ariſt. 5. met. cap. de eodem & 1. Perihermenias cap. 5. clarius 1. de par. an. cap. de genere.) ¶ Quæres, quæ ſunt hæc accidentia vniuerſalia, quæ ſunt in ſubiecto, & prædicantur de ſubiecto? ¶ Reſpondet Ar. *Petitio. Reſp.*
dans exemplum, quod (quidem) ideſt certè eſt vnum inter alia (vt) ideſt v. g. (ſcientia)

Petitio
quæ eſt in ſubiecto. ¶ Dices; in quo ſubiecto eſt hoc accidens vniuerſale; quod vocatur

Resp.
ſcientia? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (in anima): tamquàm in ſubiecto apto, nato ac diſpoſito ad recipiendum hoc accidens, quod eſt ſcientia, in qua anima tamquàm in materia reſidet, & conſeruatur ſcientia; vt forma, (vt aſſerit Ar. 2. de anima 24. & 4. phy. 32. nec non Auer. in libro deſt. deſtruct. in diſp. 3. in ſol. 13. dubij.) (De ſubiecto verò dicitur) q. d. Ariſt. & ſcientia; quæ eſt in ſubiecto, de ſubiecto prædicatur.

Petitio
¶ Dices, de quo ſubiecto prædicatur; de illo, in quo eſt ſcilicet de anima, vel de alio ſubiecto, ab illo, in quo eſt?

Resp.
¶ Reſpondet Ariſt. quòd non prædicatur de ſubiecto, in quo eſt; ſcilicet, de anima, ſed prædicatur de alio ſubiecto.

Petitio
¶ Dices, quomodò vocatur illud ſubiectum, de quo prædicatur?

Resp.
Reſpondet Ariſt. & dixit (vt) ideſt, v. g. vocatur (grammatica) Dices, quomodò ſcientia prædicatur de grammatica an vt accidens de ſubiecto, vel vt genus de ſpecie? ¶ Dicas, vt genus de ſpecie (vt inquit Ar. in cap. de Qualitate.)

Dub.
¶ Dices, hoc videtur inconueniens, quoniam vnũ non poteſt eſſe prædicatum in ſubiecto, & prædicatum de ſubiecto: quoniam prędicatum de ſubiecto eſt ſubſtantia, & prædicatum in ſubiecto eſt accidens.

Sol.
¶ Dicas; quòd non eſt inconueniens reſpectu diuerſorum; nam inquantùm ſcientia eſt in anima, ſic dicit accidens, ſed inquantùm prædicatur de grammatica, ſic dicit ſubſtantiam.

Dub.
¶ Dices, quòd ſcientia non eſt accidens vnierſale, nec particulare; inquit enim Auer. 12. met. 51. quòd ſcientia nec eſt vniuerſalis; nec particularis,

Sol.
¶ Reſpondet ipſe met. Auer. ibidem, & in libro deſt. deſt. diſp. 13. in ſol. primi dubij & in diſputatione 6. in ſolutione 3. dubij. clariùs in diſp. 12. in ſol. 2. dubij & dicit, quòd ſcientia eſt duplex; Alia eſt ſcientia dei; Alia verò eſt ſcientia noſtra, quæ eſt in nobis; tunc dicitur, quòd ſcientia dei, nec eſt vniuerſalis, nec particularis; ſed ſcientia noſtra poteſt dici vniuerſalis, & particularis, ¶ Sed Dices, ſi ſcientia eſt in anima, tamquàm in ſubiecto, cum anima ſit multiplex, ſcilicet vegetatiua, ſenſitiua, appetitiua, ſecundum locum motiua, & Intellectiua, (2. de anima 27.) In qua anima eſt ſcientia? non eſt dicendum in anima vegetatiua; quoniam planta haberet ſcientiam, vt populus & quercus in quibus ſola vegetatiua ineſt (2. de anima 31.) non in anima ſenſitiua, quoniã bos, canis, & equus, haberent ſcientiam, & per conſequens omnia bruta; ſed ſcientia eſt ſolũ in anima intellectiua, quæ reperitur in homine, hæc enim anima eſt proprium, & peculiare ſubiectum, in quo ipſa ſcientia reſidet, & ineſt, (2. de anima 32. 4. phy. 24. & 25.)

Dub.
¶ Dices ſi ſola anima rationalis eſt propria ſedes, in qua reſidet ſcientia; quarè Ar. dixit ſcientia eſt in anima, & non dixit ſciẽtia eſt in anima rationali?

Sol.
¶ Dicas, quoniam quando eſt aliquod nomen plura ſignificans, ſemper eſt accipiendum pro nobiliori ſignificato. Auer. 8. phy. 77. & quoniam anima rationalis, eſt excellentior qualibet alia; ideò Ar. dixit in anima, & non dixit in anima rationali:

Dubitatio facta per Antoniũ Amantheam.
¶ Sed quidam meus diſcipulus moribus quidem & literis decoratus, qui vocatur Antonius Amanthea genere Conſentinus Calopalatenſis, contra dicta ingenioſè, ac ſubtiliter poſtquàm legerim, ita fuit argumentatus, ſi anima eſſet ſubiectum tunc ſequeretur, quòd anima eſſet materia; conſequentia eſt clara, (vt in 1. phy. ac in 2. de anima 35. clariùs 3. de anima 19. vbi inquit Ar. quòd ſubiectum eſt materia 1. phy. 69. 2. phy. 4. 1. phy. 52. quod de facto eſt contra Ar. 2. de anima 2. 25. 12. met. 14. vbi inquit quòd anima eſt forma, & actus, clariùs 2. de anima 36. & 37.) modò id quod eſt materia & potentia, non eſt forma, & actus: (2. phy. 12. 1. de anima 6.) immò valde differunt (12. met. 8. 21. & clarius 8. met. 15. 7. met. 31. clariſsimè tamen 5. phy. 9. & 14.)

Sol.
¶ Reſpondet huic pulcherrimę dubitationi Auerroes 2. de anima 24. dicens, quòd anima non eſt verè materia, ſed eſt quaſi materia, & ſcientia non eſt forma, ſed eſt quaſi forma; modo id; quod eſt quaſi tale, non eſt verè tale; ſed eſt ſimile tali; anima igitur eſt veluti materia, & eſt quaſi materia, & ſubiectum reſpectu ſcientię, quæ eſt in ipſa, & perficit ipſam ſicuti, ſanitas quæ eſt in corpore, perficit corpus, licet non eſſentialiter, ſed accidentaliter: ¶ Sed eſt Notandum, quòd ſcientia eſt in anima; veluti accidens in ſubiecto; non vt forma in materia; valde .n. differt id, quod eſt in ſubiecto, ab eo, quod eſt vt forma in materia; quoniam forma, quando eſt in materia, eſt coniuncta cum materia, & facit vnum per ſe; quod verò eſt in ſubiecto, non facit vnum per ſe, vnam ſubſtantiam cum ſubiecto, veluti album quod eſt in corpore, ſed vnum per accidens.

Alia ſol.
¶ Vel Dicatur, quòd materia eſt duplex; alia in qua, de qua loquitur Ar. 2. phy. 22. quando dicit, quòd colera, & flegma ſunt in quibus eſt ſanitas; Alia eſt materia, ex qua, de qua loquitur Ariſtot. 1. phy. 82. 5. met. cap. de elemento 1. de gen. & cor. 14. 2. phy. 28. tunc dicitur, quòd anima non eſt materia ſiue ſubiectum ex qua; ſed eſt materia, in qua ineſt ſcientia, quæ materia, in qua dicitur ſubiectum inhæſionis, & non dicitur ſubiectum compoſitum.

Replica per eundem Antonium.
¶ Sed iſte curioſus diſcipulus hac ſolutione non acquieuit, & ideo ſimiliter ita ingenioſè replicauit, dicens,

nam

nam 2. phy. 70. inquit Ar. quòd ſæpè forma finis, & efficiens, coincidunt, materia verò nunquam, veluti eſt anima, (2. de ani. 36.) quæ anima eſt forma, finis, & efficiens; ſed anima eſt forma (vt ibidem & 2. de anima 2, & 25.) patet ergo ꝙ anima nullo pacto poteſt eſſe ſubiectum, & materia.

Sol. ¶ Dicitur, (veluti dictum fuit ſuprà) concedendo, quòd anima non eſt verè ſubiectum; ſed eſt quaſi ſubiectum, (vt inquit Aue. & Ioannes Grammaticus 3. de anima 24.)

Alia ſol. ¶ Vel Dicas, ꝙ materia, ex qua non concidit cum forma; ſed materia, in qua, concidit cum forma, (veluti rectè ſcripſit Aue. 1. de gen. & cor. 53. cum dixit, ꝙ anima eſt materia artis medicinæ.)

Dub. ¶ Iterum iſte diligens probat animam eſſe verè ſubiectum, & materiam; nam accidens arguit ſubiectum in actu compoſitum ex materia, & forma, (2. de anima & 2. phy. 4.) ſed ſcientia eſt accidens; (vt patet in hoc textu;) ergo arguit ſubiectum, & verè materiam; ſed ſcientia eſt in anima; igitur anima eſt verè, & non quaſi ſubiectum.

Sol. ¶ Reſpondetur, quòd accidens, eſt duplex; aliud corporale; aliud ſpirituale: tunc dicitur, ꝙ accidens corporale arguit verè ſubiectum compoſitum, quod eſt corpus; ſed accidens ſpirituale arguit ſubiectum, quod non eſt compoſitum; ſed ſimplex ſubiectum eſt anima.

Rep. ¶ Sed non acquieſcens, iterum Replicauit, dicens, ſi corpus eſt verè ſubiectum compoſitum, anima eſt corpus (1. de anima 75.) ergo anima eſt verè ſubiectum, & non quaſi, & veluti ſubiectum.

Cõfirmo. ¶ Quod confirmatur; nam id quod eſt ex elementis, eſt corpus, (vt patet per totum proceſſum primi libri de cęlo) ſed anima eſt ex elementis (1. de anima 75.) ergo eſt corpus, & verè ſubiectum, & verè materia, & non quaſi ſubiectum.

Sol. ¶ Reſpondetur, quòd quando dicit Ar. quòd anima eſt corpus, vt ſanguis, vel ignis, vel aer, vel aliquid talium, non loquitur ſecundùm mentem propriam, ſed refert opinionem antiquorum; quoniam Ar. 2. de gen. & cor. 45. accuſat antiquos dicentes, ꝙ anima eſt ex elementis.

Rep. ¶ Sed iſte iuuenis iterum arguit, dicens, quòd anima eſt corpus; nam ſubſtantia prima, vt ſortes eſt corpus; ſed anima eſt ſubſtantia prima (7. met. 39.) ergo anima eſt corpus.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ ſubſtantia prima eſt duplex; Alia ſimplex; Alia compoſita tunc dicitur, quòd anima non eſt ſubſtantia prima compoſita; ſed eſt ſubſtantia prima ſimplex.

Rep. ¶ Sed iſte ſubtilis iterum arguendo contra hanc ſolutionem, ſic dixit id, quod mouetur eſt corpus, & eſt ſubſtantia prima compoſita, vt ſortes (8. phy. 83. 1. cæli 99. 6. phy. 32.) ſed anima mouetur (4. phy. 32.) ergo anima eſt corpus, & ſubſtantia prima compoſita, non ſimplex.

Sol. ¶ Cui ſatisfecimus, quòd ſi anima moueretur per ſe; tunc eſſet corpus, & ſubſtantia compoſita; ſed quia mouetur per accidens, vt forma ad motum corporis, (iuxta dictum Ar. 2. top. loco 24.) vbi inquit motis nobis, mouentur omnia, quæ ſunt in nobis 8. phy. 27. 4. phy. 32.) & quoniam anima eſt in corpore (2. de anima 4. & 26. ideò moto corpore, mouetur anima, quæ eſt in corpore, vt mota naui, mouentur omnia, quæ ſunt in naui.

Rep. ¶ Sed iſte curioſus, non contentus, redarguit, Dicens, contra; nam 1. de anima 66. inquit Ar. quòd anima penitus non mouetur, (inquit Auer. in com.) nec eſſentialiter nec accidentaliter anima mouetur.

Sol. ¶ Reſpondetur, quòd non mouetur per accidens reducibile ad per ſe; ſed mouetur per accidens non reducibile ad per ſe.

Alia dub. ¶ Sed præter dicta Dubitatur, nam inquit Ar. ꝙ ſcientia eſt in anima; hoc videtur falſum; quoniam ipſe met inquit 4. met. 14. quòd accidens accidenti non ineſt; ſed vtrumque ineſt tertio; quemadmodum dulcedo non ineſt albedini; nec albedo ineſt dulcedini; ſed tàm dulcedo quàm albedo ineſt tertio; ſcilicet, lacti, quod eſt tertium; ſed ſcientia (vt ipſe inquit in textu) eſt accidens & anima (vt probatur) eſt accidens; ergo ſcientia non eſt in anima; aliter ſequeretur, quòd accidens ineſſet accidenti; id enim, quod eſt in alio, eſt accidens (vt patet in tex.) ſed anima eſt in alio; ſcilicet, in corpore 2. de anima 2, & 26. ergo anima eſt accidens.

Sol. ¶ Reſpondetur negando maiorem; quoniam multa ſunt in alio, quæ non ſunt accidentia (vt patet 4. phy. 23. (nam materia eſt in compoſito; forma eſt in materia, quæ non ſunt accidentia (3. phy. 65. Auer.) ſed limitando maiorem, dicimus quòd, id, quod eſt in alio inhæſiuè (vt ita loquar) vel inhærenter, & per inhærentiam; id dicitur accidens, modò anima eſt in alio; ſcilicet, in corpore, per informationem informando corpus, & vt principium, & pars corporis, & ſic anima non eſt accidens.

Rep. ¶ Contra, nam omnis ſubſtantia, aut prima, aut ſecunda; ſed anima non eſt ſubſtantia prima; non ſecunda; ergo anima non eſt ſubſtantia, (vt liquidò patet in cap. de ſubſtantia.)

Sol. ¶ Dicas, quòd anima (licet) non ſit ſubſtantia compoſita, veluti eſt prima, & ſecunda; tamen eſt ſubſtantia ſimplex; nam in cap. de ſubſtantia Ar. diuidit compoſitam, in primam, & ſecundam.

Rep. ¶ Dices contra, nam ſententia eſt Galeni, & omnium medicorum, in libro de locis affectis cap. 6. quòd anima eſt temperamentum qualitatum, & ipſam cum his immutari,

Cõfirmo. quod cõfirmat in libro ſeptimo de vſu partium cap. 8. vbi clarè fatetur ſe ignorare animę naturam, & in libro, quòd mo-

res

res ani mi temperaturam corporis inſequantur, dubius eſt, & inclinare videtur, quòd ſit temperies; eo, quòd ſit animæ mutatio in
Sol. ebrietatibus. ¶ Dicas in hoc, negando Galeni ſententiam, ſequentes Ar. votum; animam non eſſe temperiem, nec eſſe quantitatem, (vt Zenocrates) nec proportionem, (vt alij) nec aliquid aliorum, ſed eſſe ſubſtentiam; nec omnem ſubſtantiam; non enim eſt ſubſtantia compoſita; ſed eſt ſubſtantia ſimplex; nec eſt omnis ſubſtantia ſimplex; non enim eſt materia; ſed eſt ſub-
Rep. ſtantia ſimplex, quæ eſt forma, (2. de anima 2. 25. 12. met. 14.) ¶ Sed Dices contra; nam ſicut ſubſtantia non eſt accidens (2. de anima 2.) ſic quod eſt accidens, non eſt ſubſtantia; id enim quod verè eſt nulli accidit (1. phy. 27. & 30. Ar.) ſed anima eſt accidens; ergo anima non eſt ſubſtantia: minor probatur; nam id, quod aduenit enti in actu, eſt accidens (2. phy. & 2. de anima 4. ſed anima aduenit enti in actu; (vt patet per definitionem animæ 2. de anima 5. 7. 8.) quæ eſt talis; ſcilicet anima eſt actus primus corpo-
Aliorũ Sol. ris phyſici, organici, potentia vitam habentis) ergò anima eſt accidens. ¶ Multi multipliciter reſpondent; & dicunt, quòd licet verum ſit, quòd anima aduenit enti in actu,
Alia ſol. tamen non enti exiſtenti in actu abſolutè, ſed in parte. ¶ Alij dicunt, quòd anima aduenit enti in actu ordinabili ad vlteriorem a-
Alia ſol. ctum; ſcilicet; ad animam; & ſic anima non eſt accidens. ¶ Alij dicunt, quòd tunc anima eſſet accidens, quando adueniret enti in
Alia ſol. actu non reducibili ad vlteriorem & perfectiorem actum. ¶ Alij Dicunt, quòd anima ſi adueniret enti exiſtenti in actu perfecto, & vltimato; tunc eſſet accidens; & quoniam anima non aduenit enti; corpori, organizato in actu completo, perfecto, & vltimato, exiſtenti; Ideò anima remouetur à nomine
Dub. accidentis, & reponitur in genere ſubſtantiæ. ¶ Amplius, ſi in anima eſt ſcientia, in anima etiam eſt ignorantia, immò priùs eſt ignorantia & deindè eſt ſcientia; quoniam nemo natura eſt ſapiens; (6. Ethicorum cap. 13.) vnde anima eſt ſubiectum ſcientiæ, & ignorantiæ; quoniam eadem eſt materia contrariorum (4. phy. 84. & 2. cæli 18.) quarè Ariſt. potiùs dixit ſcientia eſt in anima, & non dixit ignorantia eſt
Sol. in anima? ¶ Reſpondetur quoniam exempla debent dari per notiora, & quoniam ſcientia eſt notior ignorantia; quoniã ſcientia dicit habitum, & ignorantia dicit priuationem; & quantò habitus eſt notior priuatione, tantò ſcientia eſt notior ignorantia; & ideò potiùs exemplificauit de ſcientia, quàm de ignorantia.

Alia verò neque in ſubiecto ſunt, neque de ſubiecto aliquo dicuntur. *Tex. 9.*

Poſtquàm Ar. nomine communi, & traſcendenti nominauit tria membra prædictæ diuiſionis, & per multa exempla declarauit in hoc textu, nomine communi (vt ſolet) nominat quartum membrum prædictæ diuiſionis, & ipſum exemplo declarat; cauſa intentionis eſt, vt diuiſio ſit perfecta, non diminuta. ¶ Diuiditur iſte textus in duas partes; in prima facit id, quod dictum eſt: in. 2. ibi (vt quidam homo) exemplo declarat quartum membrum diuiſionis; quò igitur ad primum (Alia) q. d. Ar. dictum eſt quòd ſunt quædam, quæ prædicantur de ſubiecto, & non ſunt in ſubiecto; quædam, quæ ſunt in ſubiecto, & non prædicantur de ſubiecto; & quædam, quæ ſunt in ſubiecto, & prædicantur de ſubiecto; vt compleatur diuiſio, & vt numerentur, & nominentur omnia membra diuiſionis, ſunt quædam (Alia) idest, diuerſa ab omnibus alijs prædictis habentia diuerſam, variam, & aliam naturam, ab illis.
¶ Dices tu, ò Ar. quæ ſunt iſta? ¶ Reſpon- *Petitio.*
det Ar. & dicit (quæ neque in ſubiecto ſunt, *Reſp.*
neque de ſubiecto aliquo dicuntur.) idest, quæ non inſunt non inhærent ſubiecto, non indigent ſubiecto, vt ſint, vt exiſtant; ad differentiam eorum, quæ ſunt in ſubiecto, & non poſſunt eſſe, nec exiſtere, abſque ſubiecto, (neque de aliquo ſubiecto dicuntur) nequè idest, non ſolùm, non ſunt in ſubiecto, ſed etiam non prædicantur de ſubiecto (aliquo) idest, nullo, rectè quidem dixit de nullo ſubiecto dicuntur, ad differentiam eorum, quæ prædicantur de ſubiecto. ¶ Dices, da mihi (quæſo) exemplum, quæ ſunt illa, quæ non ſunt in ſubiecto, nec prædicantur de ſubiecto, nec indigent ſubiecto, nec quò ad inhærentiam, nec quò ad prædicationem? ¶ Reſpondet huic curioſæ petitioni, & dicit,

Vt quidam homo, & quidam equus, nihil enim talium neque in ſubiecto eſt, neque de ſubiecto aliquo dicitur.

In hac 2. parte textus Ar. exemplo declarat in rebus animatis, tàm in rationalibus, quàm in irrationalibus; quæ ſunt illa, quæ neque in ſubiecto ſunt, neque de aliquo ſubiecto dicuntur; q. d. ſi tu neſcis, quæ ſunt illa, quæ neque in ſubiecto ſunt, neq; de ſubiecto prædicantur, ecce duo exempla in

rebus

rebus animatis; ſed primum exemplum eſt in rebus animatis, rationabilibus; & ſecundum exemplum eſt in rebus animatis irrationabilibus; primum eſt tale (vt) ideſt v.g. (homo) Dices, homo in communi; vt eſt ſpecies, vel in particulari) Reſpondet Ar. & d. (quidam) ideſt in particulari; ideſt, vnus ſingularis homo, vna perſona certa, ſignata, hic, & nunc; vt ſortes viuus, non vt quidam homo, qui elapſis annis apparuit in cęlo barbatus, ignitum baculum in manu ferens (vt ſcribit Plinius) Dices, da mihi aliud exemplum? Reſpondet Ar. & dicit (vt) ideſt, v.g. (equus) non in communi; ſed (quidam) in particulari, vnus equus. Dices, ò Ar. ſolus homo ſingularis, vt ſortes; & ſolus equus particularis, vt morellus, non eſt in ſubiecto, nec prædicatur de ſubiecto, vel etiam ſunt alia talia? Reſpondet, & dicit, (nihil) ideſt, nullum (talium) ideſt, prædictorum nominatorum, nec aliquid aliud tale; ſcilicet, nec nullum aliud, quod eſt tale; ideſt, ſingulare, particulare, & indiuiduum; vt quidam bos, quidam leo, quædam capra neque in ſubiecto eſt, neq; de ſubiecto (aliquo) ideſt, de nullo ſubiecto dicitur; & vt vnico verbo complectar q. d. Ariſt. non ſolùm quidam homo, & quidam equus, ſed omnia ſingularia ſubſtantiæ quæcumq; ſunt nec in ſubiecto ſunt, nec de ſubiecto prædicantur;

Dub. ¶ Dices, quarè Ar. non dedit exemplum de nominibus, proprijs, dicendo; vt ſocrates; ſicut dedit exempla de nominibus, communibus? *Sol.* ¶ Dicas, ad. de notandum, q quando nos ignoramus nomina propria, poſſumus vti nomine communi vnito cùm pronomine demõſtratiuo, vt ſi ignoramus, quòd filius Petri vocatur, Aſcanius; poſſumus dicere, quidam homo. *Petitio.* ¶ Iterum Dices, quarè ſubſtantia ſingularis; vt Petrus non eſt in ſubiecto? *Reſp.* ¶ Dicas quoniam non eſt accidens, vel quia non eſt forma, quod accidens, & forma eſt in ſubiecto; licet differenti modo; (vt diximus ſupra) *Petitio.* ¶ Iterum Dices; & quare non prædicatur de ſubiecto? *Sol.* ¶ Reſpondetur, quoniam ſubſtantia ſecunda eſt illa, quæ prædicatur de ſubiecto, vel accidens vniuerſale, modò ſubſtantia prima, non eſt ſubſtantia ſecunda, nec eſt accidens vniuerſale; Ideò non prædicatur de ſubiecto. ¶ Dices, ò Ar. dictum eſt, quòd indiuidua ſunt illa, quæ non ſunt in ſubiecto, nec prædicantur de ſubiecto; vellem ſcire, quæ indiuidua ſubſtantiæ an indiuidua accidentis) Reſpondet Ar. & dicit.

Tex. 10. Simpliciter autem quæ ſunt indiuidua, & vnum numero de ſubiecto nullo dicuntur, in ſubiecto autem nihil aliqua prohibet eſſe, quædam enim grammatica in ſubiecto eſt; at de ſubiecto nullo dicitur.

Cùm Ariſt. compleuit diuiſionem, in hoc textu concludit, & concludẽdo ampliat ſuam ſententiam, dicens (Simpliciter) pro quo eſt notandum, quòd ly (Simpliciter) in doctrina Ar. multis modis capi ſolet, & ne decipiamur in verbis, neceſſe eſt, vt diſcurramus per eius doctrinam, inueniendo modos, quibus dicitur ly (Simpliciter) Primo igitur modò ſumitur, pro vt eſt commune quodam ad id, quod eſt eſſentialiter, & accidentaliter (veluti patet 8. phy. 46. Alio modo ſumitur, pro vt diſtinguitur contra ſecundum quid, 1. phy. 62. 1. de gen. & cor. 18.) Alio modo ſumitur pro ruditer, & in coſiderate (3. de gen. an. cap. 6. (Alio modo, vt diſtinguitur contra multipliciter (2. de anima 61.) (vt Notauit Porphyrius in cap. de genere, cum dixit videtur autem neque genus neque ſpecies ſimpliciter dici) Alio modo pro naturaliter, & ſecundùm naturam (vt 1. phy. 2. & 1. poſt. 12.) Alio modo pro vt diſtinguitur contra per accidens (1. phy. 75. & 2. phy. 54.) Alio modo pro manifeſtè (vt patet 1. de anima 13.) Alio modo pro principaliter (2. de anima 40. & 41.) Alio modo pro neceſſario (2. phy. 57. Alio modo pro ſine diſtinctione, & indiſtinctè (2. de anima 55.) Alio modo pro ſemper (2. phy. 55. & 57.) Alio modo pro actu; Alio modo pro potentia (1. poſt. 4.) Alio modo ſumitur pro vno modo (2. de anima 57.) Alio modo pro communiter, & vniuerſaliter, (2. phy. 61.) his igitur modis, quibus ſumitur, ly (Simpliciter) ſic ſtantibus; ſcias, q Accipit ſimpliciter, pro vniuerſaliter, & communiter, q. d. non ſolùm quidam homo, & quidam equus non ſunt in ſubiecto, nec prædicantur de ſubiecto; ſed (Simpliciter) ideſt, omnia, quæ ſunt indiuidua, vniuerſaliter, & communiter loquendo. *Simpliciter quot modis ſumi poſſit.* ¶ Dices indiuidua ſunt duplicia; ſubſtantiæ, & indiuidua accidentis (1. poſt. 33.) quæ indiuidua intelligit Ar. an omnia indiuidua ſubſtantiæ ſolùm, an omnia indiuidua, tàm ſubſtantiæ, quàm accidentis? *Petitio* ¶ Alij dicunt, quòd Ariſt. intelligit ſolùm omnia indiuidua ſubſtantię; Bona quidem eſt hæc expoſitio; tamen altius penetrat Ariſt. nos tamen cum ipſo altiſſime penetrantes, aliter dicimus; primæ tamen expoſitioni non contradicentes; dicimus igitur quòd per ly ſimpliciter Ar. intelligit, non ſolùm omnia indiuidua, & quæ ſunt numero ſubſtantiæ; ſed etiam indiuidua accidentis, quod denotat illa particula) Simpliciter) in qua ſignificat, & denotat Ariſtot. *Sol.*

quòd

quòd loquitur ampliatiuè dicens, ſimpliciter; ideſt, vniuerſaliter omnia; quæ ſunt indiuidua, & vnum numero. q. d. ſiue fuerint ſubſtantialia, ſiue indiuidua accidentalia, ampliatiuè loquendo (de ſubiecto nullo dicuntur) rectè dixit vnum numero; quoniam vnum dicitur multis modis; Ideò oportet videre, quot modis dicitur; quoniam vnitatis neglecta diſtinctio fuit cã erroris apud multos, & inter alios, apud Anic. (vt inquit An. 10. met. 5. & 8. 4. met. 3.) ideò ne nos in foueam incidamus, ſicut alij oportet diſcurrere, quot modis ſumitur ly (vnum) in doctrina Ar. quod ſummoperè contra antiquos notat quoque An. 1. phy. 71. 73. Primo modo ſumitur vnum genere; Alio modo vnum ſpecie; Alio modo vnum numero; Alio modo vnum ratione; Alio modo vnum accidente: his igitur ſic ſtantibus; ſi indiuidua ſunt illa, quæ ſunt vnum; vellem ſcire, qua vnitate? Reſpondet Ar. rectè dicens, quæ ſunt indiuidua (&) non copulatiuè, ſed expoſitiuè, pro ideſt, vnum non genere, non ſpecie, non ratione, non accidente; ſed quæ ſunt vnum numero q. d. quæcumque ſunt indiuidua (&) ideſt, vnum numero, ſiue fuerint indiuidua, ſubſtantiæ, ſiue fuerint indiuidua accidentis, de nullo ſubiecto prædicantur.

Hoc verbum vnũ, quot modis dici poſſit.

Dub. ¶ Sed Dices, quòd licet indiuidua ſubſtantiæ de ſubiecto non prædicentur; tamen indiuidua accidentis de ſubiecto prædicantur, dicendo cignus eſt hoc album. *Sol.* ¶ Dicas, ꝙ indiuiduum accidentis eſt duplex; aliud in abſtracto, vt hæc albedo; Aliud in concreto; vt hoc album; tunc dicitur, quòd indiuiduum accidentis in abſtracto, non prædicatur, ſed indiuiduum accidentis in concreto prædicatur de ſubiecto. ¶ Sed Nota, quòd non ſolùm indiuiduum accidentis in abſtracto non prædicatur, ſed etiam in concreto; Notando primò vnum, quòd prædicari de ſubiecto intelligitur duobus modis; vno modo naturaliter tantum; Alio modo naturaliter, eſſentialiter; tunc dicitur, quòd nullum indiuiduum accidentis; ſiue in abſtracto; ſiue in concreto prædicatur de ſubiecto naturaliter, eſſentialiter; vnde rectè inquit Ar. quando dicit, ꝙ omnia indiuidua tàm ſubſtantiæ, quàm accidentis de nullo ſubiecto prædicantur; ſed indiuidua accidentis in cõcreto prædicantur de ſubiecto naturaliter tantùm, & non eſſentialiter.

Dub ¶ Dices, quarè dixit Ar. omnia indiuidua non prædicantur de ſubiecto, & non dixit, neq; ſunt in ſubiecto? *Sol.* ¶ Reſpondet Ar. & dicit, quòd (Nihil prohibet) ideſt non prohibetur, nec vetatur ab arte, nec à natura (Aliqua ſuppletũ, indiuidua eſſe in ſubiecto. *Petitio.* ¶ Dices, quæ indiuidua ſunt in ſubiecto. *Reſp.* ¶ Inquit, indiuidua accidentis, & iterum dices quæ nam indiuidua accidentis an in concreto, an in abſtracto? Dicas, quòd vtrunque, tamen Ar. dat exemplum de indiuiduo accidentis in abſtracto; v.g. (quædam grammatica eſt in ſubiecto, & de nullo ſubiecto dicitur) ex quo Nota, ꝙ ambæ propoſitiones vniuerſales contrariæ, ſunt falſæ, ſcilicet omnia indiuidua ſunt in ſubiectó, & nulla indiuidua ſunt in ſubiecto, ambæ verò ſub contrariæ, ſunt veræ; ſcilicet, quædam indiuidua ſunt in ſubiecto; & quædam indiuidua non ſunt in ſubiecto.

Dub. Vtrũ indiuiduũ prædicari poſſit.

¶ Sed circa dicta videtur Ar. ſibi ipſi aduerſari quoniam 1. priorum cap. 23. inquit, quòd indiuidua ſubſtantiæ prædicantur, vt hic veniens eſt Callias; *Sol.* Reſpondet ipſemet & dicit, ꝙ ſi prædicatur, non prædicatur ſecundùm ſe; ſed prædicatur ſecundum accidens. *Rep.* ¶ Dices, contra, inquit enim Au. 1. poſt. 33. quòd indiuidua ſubſtantiæ non prædicantur de ſubiecto; nec eſſentialiter; nec accidentaliter. *Sol.* ¶ Dicas, quòd prædicari accidentaliter, intelligitur duobus modis, vno modo reducibile ad per ſe; Alio modo non reducibile ad per ſe: tunc dicitur, quòd indiuiduum ſubſtantiæ non prædicatur de ſubiecto per accidens reducibile ad per ſe; ſed prædicatur per accidens non reducibile ad per ſe. *Rep.* ¶ Sed Dices contra, nam omne per accidens reducitur ad per ſe. ¶ Dicas, quòd intelligitur ſic, omne per accidens reducitur ad per ſe, non, quòd prædicatum per accidens poſsit eſſe prædicatum per ſe, ſed id; quod eſt per accidens, tamquam in perfectum reducitur ad id quod eſt per ſe; tamquam ad perfectum.

Dub. ¶ Iterum Dices, id quod eſt vnum numero pluribus (12. met. 14.) & quod eſt commune pluribus, de ſubiecto prædicatur (1. perihermenias cap. 5. 5. met. cap. de eodem) ſed indiuiduũ ſubſtantiæ eſt vnum numero; ergo de ſubiecto prædicatur. *Sol.* ¶ Dicitur, quòd vnum numero dicitur duobus modis; vno modo poſitiuè; Alio modo priuatiuè; tunc dicitur, quòd vnum numero priuatiuè, eſt commune pluribus, & prædicatur de pluribus; ſed indiuiduum ſubſtantiæ, quod eſt vnum numero poſitiuè, non eſt commune pluribus, & non prædicatur de pluribus.

Dub. ¶ Iterum Dices, color, odor, & ſapor, hæc ſunt vnum numero, quia ſunt in vno pomo in numero, & tamen hæc omnia de ſubiecto prædicantur? *Sol.* ¶ Dicas, ꝙ vnum numero intelligitur duobus modis; vno modo vnũ numero; ideſt, vnum ſubiecto (vt 1. phy. 60. 66. 79.) Alio modo vnum numero vnitate numerali tunc dicitur, ꝙ ſi odor, color, & ſapor, ſunt vnum numero; non ſunt vnum numero, vnitate numerali; ſed ſunt vnum numero; ideſt, ſubiecto. accidens.n. non eſt accidenti accidens niſi quia vtrumq; eidem accidit 4. met. 14. clariſsimè inquit Ar.

Quan-

Tex. 11. Quando alterum de altero prædicatur, vt de ſubiecto; quæcumque de eo, quod prædicatur dicuntur; omnia etiam de ſubiecto dicentur.

Et quoniam Ar. nominauit eſſe in ſubiecto quod competit accidentibus, & prædicari de ſubiecto, quod competit ſubſtantijs vniuerſalibus, & non eſſe in ſubiecto, nec prædicari de ſubiecto, quod competit ſubſtantijs particularibus; Ideò Poſtquàm declarauit, quid eſt eſſe in ſubiecto, & dixit, quòd illud eſt in ſubiecto, quod non eſt pars ſubiecti; & impoſsibile eſt eſſe ſine ſubiecto in quo eſt; in hoc textu aſsignat regulam cognoſcendi, quid eſt prædicari de ſubiecto: cauſa intentionis eſt; quoniam vult definire ſubſtantiam primam per negationem vtriuſque; ſcilicet per non eſſe in ſubiecto, nec prædicari de ſubiecto; ne definitio ſubſtantiæ primæ detur per ignota, ſed per nota; nam cum nos ſciuerimus, quid eſt eſſe in ſubiecto; ſtatim cognoſcemus, quid eſt non eſſe in ſubiecto; & cum cognouerimus, quid eſt prædicari de ſubiecto; ſubitò cognoſcimus, quid eſt non prædicari de ſubiecto; quoniam vnum contrarium declaratur per alterum, (3. de anima 25. Ariſt. & 21. Auer.) quibus declaratis; deinde diffiniet ſubſtantiam primam, in capite de ſubſtantia, per non eſſe in ſubiecto, nec prædicari de ſubiecto, dicens ſubſtantia prima eſt illa, quæ nec eſt in ſubiecto, nec prædicatur de ſubiecto. ¶ Dices, quarè Ariſtot. prius declarauit, quid eſt eſſe in ſubiecto, & poſtea quid eſt prædicari de ſubiecto? Dicas, quoniam eſſe in ſubiecto, dicit accidens, ſed prædicari de ſubiecto dicit ſubſtantiam (1. Perihermenias cap. de verbo Ariſtot. & 1. poſt. 148. Auer.) & quoniam accidens eſt notius ſubſtantia (1. phy. 17. & 1. de anima 11. Ideo Ariſt.) ſequens ordinem ſecundùm notius, placuit ſibi primò declarare, quid eſt eſſe in ſubiecto, & deinde, quid eſt prædicari de ſubiecto; non obſtante, quòd ſubſtantia nobilitate, & excellentia, eſt prior accidente (2. de anima 2. Auer.) Ideò pro maiori intelligentia, Diuiditur iſte textus in duas partes; in prima ponit regulam cognoſcendi prædicata, declarando, quid eſt prædicari de ſubiecto; in 2. ibi (vt homo) exemplo manifeſtat ſuam regulam; quò igitur ad primum, inquit Ariſt. (Quando alterum) ideſt, prædicatum (de altero) ideſt, de ſubiecto prædicatur; rectè quidem dicit de altero, ideſt, de ſubiecto innuens, quòd loquitur de prædicatis ſubſtantialibus ſignificantibus ſubſtantiam ſubiecti, & non de prædicatis accidentalibus, quæ ſunt in ſubiecto, non denotantibus ſubſtantiam ſubiecti; verùm Nota, quòd hic Ariſt. non intelligit de ſubiecto inhæſionis. nec de ſubiecto propoſitionis, nec de ſubiecto attributionis: ſed de ſubiecto ſubalternationis, (Quæcumque) Nota ſignum vniuerſaliter ſignificatiuum; ideſt, omnia prædicata, quæ (Dicuntur) ideſt, prædicantur (De eo, quod prædicatur) ideſt, de prædicato; tamen non tamquam de prædicato; ſed tamquam de ſubiecto (omnia etiam de ſubiecto dicentur) q. d. omnia prædicata, quæ prædicantur de illo prædicato, dicentur & prædicabuntur de ſubiecto illius prædicati. ¶ Dices illa, quæ prædicantur de prædicato illa met prædicantur de ſubiecto illius prædicati; vel alia & diuerſa? ¶ Reſpondet Ariſt. non in hoc textu, ſed declarat ſe in capite de ſubſtantia, vbi dicit ſic (Quæcumque de prædicato dicuntur eadem, & non diuerſa prædicata de ſubiecto dicentur:) ¶ Sed Nota, quòd licet eadem prædicata, quæ prædicantur de prædicato, prædicentur etiam de ſubiecto illius prædicati; tamen non eodem modo; quoniam animal rationale prædicatur de homine ſubſtantialiter, & conuertibiliter; tamen quando prædicatur de quodam homine, de quo prędicatur homo, prædicatur ſolùm ſubſtantialiter, & non conuertibiliter; ſimiliter ſubſtantia animata, ſenſitiua, prædicatur ſubſtantialiter, conuertibiliter, & per ſe de animali; tamen prædicatur ſolùm ſubſtantialiter de homine, & non conuertibiliter; cauſa eſt quoniam prædicata, quæ primò, & per ſe, conueniunt ſuperiori, non primò, ſed per accidens competunt inferiori (1. poſt. 38. & 4. phy. 45.) ¶ Dices, ſi Ar. per ly (alterum) intelligit prædicatum, & per ly (de altero) intelligit ſubiectum; quarè non dixit ſic, quando prædicatũ prædicatur de ſubiecto; ſicuti dixit, quando alterum prædicatur de altero? ¶ Dicas quòd non niſi maximo cum artificio, & artis peritia; ad denotandum, quòd prædicatum debet eſſe alterum, & diuerſum à ſubiecto, & valde differens ab illo, quod notauit Ariſt. iterum 1. perihermenias cap. de verbo, quando dixit, quòd verbum ſemper eſt nota eorum; ideſt, prædicatorum, quæ de altero; ideſt, de ſubiecto prædicantur, dicendo, homo eſt animal; non autem homo eſt homo; animal enim, quod prædicatur de homine, eſt alterum ab homine. ¶ Sed Dices, ſi prædicatum debet eſſe alterum, & diuerſum, à ſubiecto: quomodò intelligitur ly alterum, & diuerſum? Dicas, quòd Ariſt. intelligit ſuperius, & inferius, quæ ſunt alterum,

Petitio.

Reſp.

Dub.

Reſp.

Dub.

& alterum; non dixit aliud de alio; quoniam aliud dicit diuerſitatem eſſentialem, & alterum dicit diuerſitatem accidentalem; vt ergo Ariſt. oſtendat, quòd ſuperius, & inferius accidentaliter differunt; ideò dixit, quando alterum de altero; ideſt, ſuperius prædicatur de inferiori, differunt, dico accidentaliter penès latiorem modum intelligendi; ſuperius enim ampliorem habet modum, quàm inferius, (vt inquit Por. in cap. de ſpecie, dum inquit ꝙ ſpecies, quæ eſt quid inferius colligit multa, ſed genus quod eſt ſuperius colligit plura quàm ſpecies) ¶ Dices, quod nam eſt ſuperius? ¶ Dicas, quòd eſt genus, & eſt ſpecies; tamen genus eſt ſuperius, ad ſpecim, & ſpecies eſt inferior, vt homo eſt animal, animal enim quod eſt genus, ſuperius prædicatur de homine ſpecie inferiori; & ſpecies etiam dicitur quid ſuperius ad indiuidua, vt Franciſcus eſt homo; & ſic homo, qui eſt ſpecies dicitur quid ſuperius reſpectu indiuidui, & dicitur quid inferius reſpectu generis; rectè igitur dixit Porphyrius in cap. de ſpecie, cum dixit, quòd ſpecies eſt totum & pars, tamen reſpectu diuerſorum quoniam reſpectu generis dicitur pars, ſed reſpectu indiuiduorum dicitur totum; Ex quibus Nota contra Porphirium, (ſicuti in noſtra expoſitione ſuper Prædicabilia adnotauimus) dicentem indiuiduum prædicari de ſe ipſo, vt ſortes eſt ſortes; in hac enim propoſitione patet, quòd prædicatum non eſt alterum à ſubiecto; ſed vnum & idem eſt prædicatum, & ſubiectum, quod quidem quantùm abborret Auer. 1. priorum cap. 7. clarè patet; dicens, quòd prædicatio eiuſdem de ſe ipſo, eſt in fine abhominationis, & eſt nugatoria 10. met. 8. & 4. met. 3. non enim eſt prædicatio artificialis; quoniam non deſeruit arti, nec ſcientiæ; ſed potius prohibetur ab arte, & à ſcientia, quorum omnium firmam concluſionem reliquit Ariſt. 7. met. 59. cum dixit quærere igitur quarè ipſum eſt ipſum, nihil eſt quærere, & præter hæc eſt ratio demonſtratiua, quæ talis eſt; omnis prædicatio naturalis, eſt triplex; prima, quando ſuperius prædicatur de inferiori; vt genus de ſpecie; dicendo homo eſt animal; albedo eſt color; vel triangulus eſt figura: Secunda, quando cauſa prædicatur de cauſato; vt homo eſt rationalis: Tertia quando accidens prædicatur de ſubiecto; vt homo eſt albus; vel homo eſt riſibilis; (vt teſtatur Auer. 1. poſt. 148. & 149. clarius In Epit. log. cap. de demonſtratione) hoc ſtante pro maiori, duco minorem; ſed quando idem prædicatur de ſe ipſo; vt homo eſt homo, non prædicatur vt ſuperius de inferiori, nec prædicatur, vt cauſa de cauſato, nec vt accidens de ſubiecto, (vt vnicuique in logica perito eſt manifeſtum) ergo non debet dici, nec debet nominari prædicatum; rectè igitur Ariſt. nobis infallibilem reliquit methodum; dicendo, quando alterum prædicatur de altero, & non dixit, quando idem prædicatur de eodem. ¶ Dices, contra, nam hoc videtur de facto contra Ariſt. 1. top. cap. 7. vbi apertè fatetur idem prædicari de ſe ipſo, & per conſequens non videtur, quòd prædicatum debet eſſe diuerſum à ſubiecto, ibi enim inquit ſic (vnumquodque talium ſiue idem de ſe ipſo, ſiue genus dicitur) *Rep.*

¶ Reſpondetur, quòd quando idem prædicatur de ſe ipſo, dicendo bonum eſt bonum, non eſt prædicatio eiuſdem de ſe ipſo, ſic exponendo illa verba; videlicet, bonum idem ſubiectum, vt ſortes, in quo eſt bonitas, eſt bonum, ex qua expoſitione latiſsimè patet, quòd bonum non prædicatur de bono, tamquàm de ſe ipſo, ſed de ſubiecto, cui accidit bonitas; & ſic prædicatum ſemper debet eſſe diuerſum à ſubiecto; quoniam bonum, quod eſt prædicatum, eſt accidens; & ſubiectum, de quo prædicatur, eſt ſubſtantia; & quantò accidens eſt diuerſum à ſubſtantia; tantò bonum, quod eſt prædicatum, eſt diuerſum à bono, quod eſt ſubiectum. *Sol.*

¶ Sed Dices, contra; nam non ſolùm idem prædicatur de ſe ipſo, ſed etiam quod magis importat; idem per ſe prædicatur de ſe ipſo; dicit enim Ar. 5. met. 23. ſic homo ſecundùm ſe, eſt homo; ex qua auctoritate liquidò patet, quòd prædicatum non debet eſſe diuerſum à ſubiecto, *Rep.*

¶ Dicas, quòd hęc propoſitio homo eſt homo, non eſt propoſitio per ſe; ſed potius dicitur propoſitio identica, quæ non deſeruit ſyllogiſmo, nec arti, nec ſcientiæ, quod teſtatur Ar. 7. met. 59. cum dixit, quærere in re ſimpliciter, vt quarè homo eſt homo, nihil eſt quærere, & eſt nugatio. *Sol.*

¶ Dices, contra; nam ad huc dubitatio remanet; nam inquit Ar. homo eſt homo, eſt ſecundum ſe; ergo eſt per ſe, ergo illa propoſitio, in qua idem prædicatur de ſe ipſo, eſt artificialis, & deſeruit arti, & ſcientiæ quoniam propoſitiones, quæ ſunt per ſe 1. poſt. 30. 31. ſunt demonſtratiuæ, *Rep.*

¶ Dicas, quòd aliud eſt dicere per ſe, & aliud eſt dicere ſecundùm ſe quoniam nil aliud ſignificat ſecundùm ſe, niſi ex propria ſua natura; vnde quando dicit Ariſt. homo ſecundùm ſe eſt homo, intelligitur ſic; ideſt, homo ex propria ſua natura eſt homo; ſed non eſt per ſe in primo modo, nec in ſecundo modo dicendi per ſe; (veluti patet 1. poſt. 30. 31. 7. met. 21.) *Sol.*

¶ Dices, contra; nam Ariſt. non facit *Rep.*

dif-

differentiam inter ly ſecundùm ſe, & per ſe; vnde ſequitur, quòd ſi hæc propoſitio, homo eſt homo, eſt ſecundum ſe; ergo eſt per ſe, & per conſequens eſt artificialis, deſeruit arti, & ſcientiæ; probatur, nam 1. priorum cap. 23. inquit Ariſt. quòd ſubſtantia prima prædicatur de ſubiecto ſecundùm accidens, ſed non ſecundùm ſe, vbi per ly ſecundùm ſe intelligit per ſe, q. d. quòd ſubſtantia prima non prædicatur per ſe; ſed prędicatur per accidens. *Sol.* ¶ Dicas; quòd hæc duo ſcilicet per ſe, & ſecundùm ſe differunt ad inuicem, veluti ſuperius, & inferius; nam valet dicere per ſe, ergo ſecundùm ſe; ſed non valet dicere ſecundùm ſe, ergo per ſe; & quamuis ſint duo ad inuicem differentia tamen Ariſt. multotiens confundit vtendo ly per ſe, pro ly ſecundùm ſe, & ly ſecundùm ſe, pro ly per ſe; (veluti luce clariùs patet 1. cæli 5. 4. meteo. 21.) ſumitur etiam pro abſolutè, ſine alio (etiam 4. meteo. 27.) *Alia dub.* ¶ Sed iterum Dices, motus auctoritate Boetij dicentis, quòd nulla eſt maior propoſitio, quàm illa, in qua idem de ſe ipſo prædicatur; ſi (vt credo) fides eſt adhibenda tanto viro; omnia, quæ dicta ſunt videntur falſa. *Sol.* ¶ Dicas, quòd ly prædicatur non ſumitur, pro vt dicit prædicatum, ſed pro enuntiatur; & ſic quando dicitur, nulla eſt verior propoſitio, quàm illa, in qua idem enuntiatur de ſe ipſo quis enim poterit cōtra dicere Petrus eſt Petrus, & homo eſt homo, & animal eſt animal? *Dub.* ¶ Dices, ſi prædicatum debet eſſe diuerſum à ſubiecto, tunc poterimus dicere, homo eſt canis; quoniam canis eſt quid diuerſum ab homine. *Sol.* ¶ Dicas, quòd quando dicitur, quòd prædicatum debet eſſe diuerſum à ſubiecto, Intelligitur hoc modo, vel vt ſuperius de ſuo inferiori, vt ſpecies de indiuiduo; vt homo eſt animal, & Petrus eſt homo, vel cauſa de cauſato, vt homo eſt rationalis, vel accidens de ſubiecto, vt ignis eſt calidus, vel coruus eſt niger, (vt de ſubiecto) *Subiectū quot modis ſumi poſsit.* Nota, quòd ſubiectum ſumitur pluribus modis; ne propter eius multiplicitatem decipiamur; Primo modo ſumitur ſubiectum, vt diſtinguitur contra materiam; quoniam materia reſpicit futura; ſubiectum verò præſentia; Alio modo ſumitur, pro quocumque termino poſitiuo, & forma motus; ſiue ſit terminus à quo, ſiue ſit terminus ad quem; ſicuti ſumitur 5. phy. 7. Alio modo ſumitur ſubiectum, de quo præcognoſcitur, quid, & quia (1. poſt. 2. & 76.) Alio modo ſumitur ſubiectum, pro eo, de quo aliquid dicitur (vt patet 1. priorum cap. 1.) & Nota, quòd hoc ſubiectum de quo alterum dicitur, eſt duplex; aliud in quo, & Aliud de quo; ſcias, quòd Ariſt. hic loquitur de ſubiecto, de quo, & non de ſubiecto, in quo; & Ideò Ariſt. loquitur hic de ſubiecto, de quo quoniam reſpicit prædicata ſubſtantialia, quæ dicunt ſubſtantiam, & quiditatem ipſius, quæ prædicata ſubſtantialia ſunt ſuperiora, & prædicantur de ſubiecto, vt de inferiori, veluti quando ſpecies prædicatur de indiuiduo, vt ſortes eſt homo; & quando genus prædicatur de ſpecie, vt homo eſt animal, & animal eſt corpus animatum, & corpus animatum eſt corpus, & corpus eſt ſubſtantia; & hoc non ſolùm eſt verum in prædicamento ſubſtantiæ; ſed etiam in omnibus alijs prædicamentis; vt hæc albedo eſt albedo; & albedo eſt color, quæ albedo, prædicatur de hac albedine, & dicit ſubſtantiam illius, & color, vt genus prædicatur de albedine, vt de ſpecie, & dicit ſubſtantiam illius, & hoc eſt illud, quod dicebat Porphy. in cap. de ſpecie, quando dicebat (de quibus prædicatur ſpecies, prædicatur etiam genus illius ſpeciei, vſque ad genus generaliſsimum; nam ſi verum eſt dicere, Socratem hominem, hominem autem animal, animal autem ſubſtantiam, verum eſt dicere, & Socratem hominem, hominem autem animal, animal autem ſubſtantiam, verum eſt dicere, & Socratem animal dicere atque ſubſtantiam) aſsignando cauſam, dicit ſic; (ſemper enim cum ſuperiora de inferioribus prædicantur; ſpecies quidem de indiuiduis prædicabitur, genus autem & de ſpecie, & de indiuiduo; dicitur enim generaliſsimum quidem de omnibus ſub ſe poſitis generibus, & ſpeciebus, & indiuiduis; ſolùm autem ſpecies de omnibus indiuiduis) quod etiam Ariſt. confirmat in cap. de ſubſtantia; dum inquit (Similiter autem & differentiæ & de ſpeciebus, & de indiuiduis prædicantur, & rationem quoquè ſuſcipiunt primæ ſubſtantiæ ſpecierum, & generum; & ſpecies generis, quæcumque enim de prædicato dicuntur; eadem & de ſubiecto dicentur) quod quidem etiam confirmat in eodem cap. de ſubſtantia, quando dixit ſolùm enim hæc ſcilicet ſpecies, & genera eorum, quæ prædicantur primam ſubſtantiam indicant; & Ideò dixit Ariſt. (vt de ſubiecto) denotando, quòd illud, quod prædicatur eſſentialiter prædicatur. ¶ Vel aliter dici poteſt, ſed pro eius intelligentia eſt ſciendum, quòd quando prædicatum prędicatur de ſubiecto; ad hoc vt propoſitio ſit vera, ſubiectum debet eſſe, debet exiſtere ſiue dicas ſubſiſtere, vnde quando dicit Ar. (quando alterum prędicatur de altero, vt de ſubiecto) debet intelligi ſic ideſt de re exiſtente, & ſubſiſtente non de re abſente. ¶ Vel Aliter Dicas quòd quando Inquit Ar. ſic (quando alterum prædicatur de altero) ly alterum ſignificat duo;

nam ſignificat prædicatum, & ſignificat ſubiectum; quando enim dicit alterum prædicatur de altero, ne credas alterum; ideſt, prædicatum prædicatur de altero; ideſt, de prædicato, voluit ſe exponere, quid intelligit per ly (de altero) & dixit (vt de ſubiecto) v. g. ſi dico, ſortes eſt homo, & homo eſt animal, ly animal prædicatur de homine, qui homo prædicatur de ſorte; tamen ly animal non prædicatur de homine, inquantum homo eſt prædicatum, ſed prædicatur de homine, vt de ſubiecto. ¶ Dices, ergo vnum, & idem eſt ſubiectum, & prædicatum. ¶ Dicas, quòd diuerſo modo ſumptum, idem poteſt eſſe ſubiectum, & prædicatum, vt ly homo eſt ſubiectum, reſpectu animalis; ſed eſt prædicatum reſpectu ſortis. ¶ Dices, ô Ariſtot. vetus eſt tua conſuetudo, ſemper tuas regulas exemplo declarare; da mihi (quæſo) exemplum de hac regula, in ſuperioribus, tradita, ad cognoſcenda prædicata? ¶ Reſpondet Ariſt. aſsignando exemplum, & dicit.

Alia ſol. — *Dub.* — *Sol.*

Vt homo de homine quodam prædicatur; animal verò de homine; ergo & de quodam homine animal prædicabitur; quidam enim homo & homo eſt, & animal.

In hac 2. parte textus Reſpondens ad interogata, dat exemplum, per quod declarat regulam ſupradictam; quaſi dicat Ariſt. ſi tu neſcis, quomodò intelligitur illa regula, do exemplum (vt) ideſt, v. g. (homo) qui eſt ſpecies (prædicatur) eſſentialiter (de quodam homine) ideſt, de indiuiduo, de ſingulari, (& animal) quod eſt genus eſſentialiter prædicatur (de homine) ideſt, de ſpecie ergo ſequitur ex vigore regulæ ſupra aſsignatæ, quòd animal, quod eſt genus, prædicatur de quodam homine, dicendo ſic, quidam homo (vt ſortes) homo eſt, & non ſolùm homo prædicatur de ſorte, (&) ideſt, ſed etiam animal prædicatur de ſorte, & dicimus ſortes eſt homo, & homo eſt animal; igitur ſortes eſt animal; & homo eſſentialiter prædicatur de quodam homine, & animal, quod eſt genus, eſſentialiter prædicatur de homine; ergo eſſentialiter etiã prædicatur de quodam homine, quod clariſsimè ſcripſit Ar. in cap. de ſubſtantia, quando dixit (ſola enim hæc) ideſt ſpecies, & genera (eorum, quæ prædicantur primam ſubſtantiam indicant.) ¶ Vnde Nota, quòd hæc regula continet duas propoſitiones quarum; Prima, eſt talis, cum dicitur (quando alterum de altero prædicatur, vt de ſubiecto, quæcumque prædicantur de prædicato, prædicantur etiam de ſubiecto prædicati) vt Franciſcus eſt homo, eſt vera, quia homo dicit ſubſtantiam Franciſci; Secunda verò propoſitio eſt hæc, homo eſt animal, hæc etiam eſt vera, quoniam animal dicit ſubſtantiam hominis, ergo ſi animal dicit ſubſtantiam hominis, & homo dicit ſubſtantiam Franciſci, ſequitur, ꝙ animal dicit ſubſtantiam Franciſci; & ſic ambæ propoſitiones debent habere prædicata de ſubiecto; ideſt, eſſentialia; ſed ſi ambæ propoſitiones ſunt in ſubiecto; ideſt, habent prædicata in ſubiecto, & non de ſubiecto; vt ſortes eſt albus, & album eſt byſillabum; non valet dicere; ergo ſortes eſt byſillabum; vel ſi ſumitur Alia propoſitio de ſubiecto, & alia in ſubiecto, dicendo ſic, homo eſt albus; hæc eſt in ſubiecto, & album eſt color, hæc eſt de ſubiecto; quoniam color eſt genus, & eſſentia albedinis; ſequitur etiam falſum; quoniam homo non eſt color, vel accipiatur vna de ſubiecto, vt homo eſt animal, & Alia in ſubiecto, vt animal eſt triſillabum, non ſequitur, ergo eſt triſillabum; quoniam regula ſolùm eſt vera in prædicatis eſſentialibus, non in accidentalibus. ¶ Sed Dices, contra; nam in tex. ſuperiore Inquit Ariſt. ꝙ accidentia ſunt in ſubiecto & prædicantur de ſubiecto; ergo hæc regula non ſolũ eſt vera in prædicatis, de quo; ideſt, eſſentialibus; ſed etiã in prædicatis, in quo, ideſt, accidentalibus. ¶ Reſpondet Au. primo poſt. 149. ꝙ mos eſt Ar. vti ly de quo, pro in quo, vnde ſi ſupra dixit ꝙ accidentia prædicantur, de ſubiecto, ibi ſumpſit ly de ſubiecto, pro ly in ſubiecto. ¶ Iterum Dices, ſi hæc regula eſſet vera, tunc ſequerentur multa inconuenientia, & primum, ꝙ indiuiduum vt ſortes, eſſet ſpecies, veluti ſi dixerimus; Petrus eſt homo, homo eſt ſpecies, ergo Petrus eſt ſpecies; ſequeretur etiam, ꝙ Petrus eſſet genus, vt Franciſcus eſt homo, homo eſt animal, animal eſt genus, ergo Franciſcus eſt genus; ſequeretur, ꝙ ſortes eſſet differentia, vt ſortes eſt rationalis, rationale eſt differentia, ergo ſortes eſt differentia; ſequeretur etiam, ꝙ Antonius eſſet proprium; nam Antonius eſt riſibilis, riſibile eſt proprium, ergo Antonius eſt propriũ; ſequeretur etiam ꝙ eſſet accidens; nam Franciſcus eſt albus, album eſt accidens, ergo Franciſcus eſt accidens; ſequeretur etiam, ꝙ Iacobus eſſet rana, vel ranauottus; dicendo ſic, Iacobus eſt homo, homo eſt animal, animal eſt quædam ſubſtantia, quædam ſubſtantia eſt rana, vel eſt Grifo, vel lapis, ergo Iacobus eſt rana, Grifo, lapis, & omnia alia; abſurda hæc vnica di-

Notandum. — *Dub.* — *Sol.* — *Dub.*

ce diſtinctione ſoluuntur; hæc tamen vltima
ratio relinquatur inſoluta concludens pro-
poſitum; diſtinctio eſt talis ꝙ prædicata ſunt
duplicia, quædam eſſentialia, & quædam ac-
cidentalia ; ſiue tranſcendentia ; tunc dici-
tur, ꝙ regula eſt vera de prædicatis eſſentia-
libus, non autem de prædicatis accidentali-
bus, & tranſcendentibus, de quibus prædi-
cta argumenta concludunt ; nam Species,
Genus, Differentia, Proprium, & Accidens
ſunt ſecundæ Intentiones, quæ ſunt acciden-
tia prædicata, in quo, communia, & traſcen-
dentia non ſunt prædicata eſſentialia, & de-
quo & ſunt prędicata, in quibus variatur prę-
Rep. dinatio. ¶ Sed contra hanc regulæ deciſio-
nem arguitur ſic; inquit enim Au. t. 1. poſt.
1. ſ8. ꝙ accidentia prędicantur eſſentialiter,
& loquitur de accidentibus communiter di-
ctis; ergo non ſolùm regula eſt vera in præ-
dicatis eſſentialibus, ſed etiam in prædica-
Sol. tis accidentalibus. ¶ Reſpondet ibidem Au.
& dicit, ꝙ per ly eſſentialiter intelligit na-
turaliter; vnde quando dicit, ꝙ accidentia
communia prædicantur eſſentialiter, intel-
Rep. ligitur naturaliter, ¶ Sed Dices, contra;
nam ſi tu dicis, ꝙ regula non eſt vera de præ-
dicatis naturaliter dictis; ſed tantum de præ-
dicatis eſſentialiter dictis; ergo ſequeretur,
ꝙ non valeret regula, nec in prædicatis eſ-
ſentialiter dictis, quod probatur hoc modo,
quoniam prædicata eſſentialia ſunt natura-
lia, vt genus de ſpecie, (vt inquit Auer. in
Sol. Epit. log. cap. de demonſtratione.) ¶ Dicas,
ꝙ valet dicere prædicata eſſentialia ſunt na-
turalia, ſed non è contra; quoniam multa
ſunt prædicata naturalia quæ non ſunt eſſen-
tialia, Veluti ſunt accidentia communia.
Dub. ¶ Sed Dices, ꝙ hæc regula non eſt vera in
prædicatis eſſentialiter dictis; nam valet di-
cere, homo eſt riſibilis, ſed ea, quæ ponun-
tur in definitione riſibilitatis, non prædi-
cantur de homine ; quoniam riſibilitas eſt
aptitudo hominis ad ridendum, & tamen
non valet dicere, homo eſt aptitudo homi-
Sol. nis ad ridendum. ¶ Dicas, ꝙ regula ſolùm
eſt vera de prædicatis eſſentialibus, & qui-
ditatiuis; & ſubſtantialibus; non autem de
prædicatis, quæ prædicantur in ſubiecto, ve-
luti ſunt accidentia, ſiue fuerint propria, ſi-
ue fuerint communia, & quòd hoc ſit verum,
clariſsimè demonſtrant & verba, & exempla
Ariſt. in tex. nam quando exemplificat, non
exemplificat de prædicatis in & accidenta-
libus, ſed de prædicatis de & ſubſtantiali-
Rep. bus. ¶ Sed Dices contra, nam inquit Ar. in
cap. de ſubſtantia, ꝙ ſi quis aſsignet, quid
eſt prima ſubſtantia? euidentius aſsignabit
ſpeciem, quàm genus, & ſi quis aſsignet,
quid eſt homo? conuenientius aſsignabimus,
quòd eſt animal; patet igitur, quòd ſpecies
& genus, quæ ſunt prædicata per accidens,
& tranſcendentia, continentur in regula Ar.
¶ Dicitur, quòd ſpecies, Genus, Differen- Sol.
tia, Proprium, & Accidens, conſiderantur
duobus modis; vno modo vt ſunt primæ in-
tentiones; Alio modo vt ſunt ſecundæ inten-
tiones; tunc dicitur, quòd quando dicit Ar.
ꝙ ſi quis aſsignet, quid eſt prima ſubſtantia,
debemus dicere, ꝙ eſt ſpecies, non debemus
accipere ly ſpecies, vt eſt ſecunda intentio,
ſed vt eſt prima intentio, vt quid eſt Petrus,
dicitur, quòd eſt homo; ſumas igitur, quòd
hæc regula continet ſolùm prædicata quidi-
tatiua; id eſt, quæ ſumuntur in definitionibus
ſubiectorum, veluti ſunt omnia, quæ ſunt in
recta linea prædicamentali, vt ſubſtantia,
corpus, corpus animatum, animal, animal
rationale, homo; immò non ſolùm hæc regu-
la continet ea, quæ ſunt in recta linea prædi-
camentali, ſed etiam ea, quæ ſunt à latere;
veluti eſt differentia; nam ſicut dicimus, ho-
mo eſt rationalis, rationale eſt particeps in-
tellectus, ergo homo eſt particeps intelle-
ctus, quod quidem aſſerit Ar. in cap. de ſub-
ſtantia; quando inquit ratio quoq; differen-
tiæ de illo prædicatur, de quocumq; ipſa dif-
ferentia dicitur; vera igitur eſt regula in prę-
dicatis ſubſtantialibus; vt eſt ſpecies, genus,
(veluti ſe exponit Ar. in cap. de ſubſtantia,
quando Inquit ſecundarum ſubſtantiarū ſpe-
cies quidem de indiuiduo prædicatur, genus
verò, & de ſpeciebus, & de indiuiduis; ſimi-
liter autem & differentiæ & de ſpeciebus, &
de indiuiduis prædicantur, & rationem quo-
que ſuſcipiunt primæ ſubſtantiæ ſpecierum,
& generum, & ſpecies generis, quæcumque
enim de prædicato dicuntur eadem, & de ſu-
biecto dicentur, ſimiliter autem rationem
differentiarum ſuſcipiunt, & ſpecies, & indi-
uidua; Sed Nota, ꝙ non ſolùm hæc regula eſt
vera in prædicatis quiditatiuis, quæ ſunt in
recta linea prædicamentali, & in prædicatis,
quæ ſunt à latere, veluti ſunt differentiæ; ſed
etiam in prædicatis negatiuis, v. g. homo eſt
animal, animal non eſt inſenſibile, ergo ho-
mo non eſt inſenſibilis; ſimiliter homo eſt al-
bus, album non eſt nigrum, ergo homo non
eſt niger; ſimiliter homo eſt bipes, bipes non
eſt quadrupes; ergo homo non eſt quadru-
pes. ¶ Sed Dices, quòd hæc regula non eſt Dub.
vera in prædicatis negatiuis; quoniam ſi di-
cerem homo non eſt aſinus, & aſinus non eſt
rationalis, non ſequitur, ꝙ homo non eſt ra-
tionalis. ¶ Dicitur, quòd regula eſt vera in Sol.
prædicatis negatiuis; tamen requiritur, ꝙ
non ſint ambæ propoſitiones negatiuæ, ve-
luti patet in hoc argumento; Poteſt etiā hæc
regula adaptari prædicatis accidentalibus,
v. g. homo eſt albus, album eſt muſicus, er-
go homo eſt muſicus, ¶ Sed Dices, ſi hæc re- Dub.
gula

gula continet prædicata quiditatiua, & negatiua, & accidentalia, quarè Ariſt. dedit exemplum ſolùm de prędicatis quiditatiuis, & non de prædicatis negatiuis, nec de prædicatis accidentalibus? *Sol.* ¶ Dicitur; quòd regula eſt vera, primò, & per ſe, de prædicatis quiditatiuis, ſecundariò de alijs; & Ideò Ar. dedit exemplum de illis, quæ primò intenduntur. *Dub.* ¶ Iterum Dices, contra regulam aſſignatam; nam dictum eſt, quòd ſpecies prædicatur de indiuiduo, & genus de ſpecie, & definitio generis de genere, vt ſortes eſt homo, homo eſt animal; & animal eſt ſubſtantia animata, ſenſitiua, ergo ſortes eſt ſubſtantia animata, ſenſitiua; ſi hoc eſſet verum; ſequeretur. quòd ſubſtantia prima eſſet genus, & per ſe prædicaretur de ſubiecto, quod de facto eſt cõtra Ar. in cap. de ſubſtantia, vbi dicit, quòd à prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio clariùs 1. priorum cap. 23. clariſsimè 1 poſt. 4. & probatur ſic nam illud, quòd ſuſcipit definitionem alicuius, eſt illud; (vt patet in cap. de qualitate, quando dicit id, quod ſuſcipit definitionem trianguli & circuli, eſt triangulus, & circulus; ſed ſubſtantia prima ſuſcipit definitionem generis, (vt dictum eſt) ergo ſubſtantia prima eſt genus; & ſicut genus per ſe prædicatur (1. poſt. 30. 31. 35. 152. 153. 7. met. 11.) ſic ſubſtantia prima per ſe prædicatur. *Sol.* ¶ Dicitur, gloſando auctoritatem Ar. hoc pacto; videlicet, illud, quod ſuſcipit definitionem alicuius primò, tunc eſt illud; modo, licet ſubſtantia prima ſuſcipiat definitionem generis, & ſpeciei; quia non ſuſcipit illam definitionem generis, & ſpeciei primò. & per ſe; Ideò ſequitur, quòd ſubſtantia prima non eſt ſpecies, nec genus, & per conſequens, non prædicatur primò, & per ſe, & ſi prædicatur, non niſi per accidens, (vt teſtatur Ar. 1. priorum cap. 23.) *Dub.* ¶ Sed ſubtiliter dices, dictum eſt, ꝙ regula aſsignata eſt vera in prædicatis quiditatiuis, quæ accipiuntur in definitionibus ſubiectorum, hoc videtur valde falſum, quoniam prædicata, quæ ſumuntur in definitione ſubiectorum, ſunt prædicata per ſe (1. poſt. 30. 31. 35. 153. 154.) ſed homo, qui eſt ſubſtantia, quando prædicatur de ſubſtantia prima, vt de ſorte non prædicatur per ſe, nec in primo modo. nec in ſecundo modo dicendi per ſe; quoniam prædicata per ſe in primo modo, ſunt tria, vt genus, differentia, & definitio; nec eſt prædicatum in ſecundo modo; quoniam prædicata in ſecundo modo, ſunt accidentia eſſentialia (1. poſt. 31. 35.) modo homo, qui eſt ſpecies, nullum iſtorum eſt, (vt patet) ergo homo non prædicatur de ſorte, nec accipitur in definitione ſortis, & per cõſequens, hæc regula non valet in prædicatis quiditatiuis. *Sol.* ¶ Dicitur, quòd valet dicere prædicata per ſe ſunt quiditatiua, loquendo de prædicatis, quæ ſunt in primo modo dicendi per ſe; ſed non valet dicere prædicata quiditatiua, ſunt per ſe; quoniam multa ſunt prædicata quiditatiua, quæ non ſunt per ſe, veluti ſpecies, quæ prædicatur de indiuiduo, eſt prędicatum quiditatiuum; tamen non eſt, per ſe. *Dub.* ¶ Sed Dices; ſi ſpecies non prædicatur de indiuiduo per ſe, vt ſortes eſt homo, ergo prædicatur per accidens, quod eſt falſum; nam 1. poſt. 32. Inquit Ar. quæcumque prædicata, quæ non ſunt per ſe, in primo modo, nec in ſecundo modo, ſunt prædicata per accidens; ſed ſi ſpecies non prædicatur per ſe de indiuiduo, ergo prædicatur per accidens, quod eſt contra Ar. in cap. de ſubſtantia, quado dicit ſola enim hæc eorum, quæ prædicantur primam ſubſtantiam indicant, quaſi dicat, ſolùm ſecundæ ſubſtantiæ, vt genus, & ſpecies, indicant ſubſtantiam, & quiditatem primæ ſubſtantiæ. *Sol.* ¶ Dicitur; quòd hæc propoſitio, ſortes eſt homo, eſt per accidens inquantum non eſt per ſe; nec in primo modo, nec in ſecundo modo dicendi per ſe; ſed non eſt per accidens, inquantùm diſtinguitur contra quiditatem; quoniam licet, non ſit per ſe, tamen eſt prædicatum quiditatiuum. *Rep.* ¶ Dices contra; nam id eſt prædicatum per ſe, quod accipitur in definitione ſubiecti (1. poſt. 30. 31. 35. 153. 154. 7. met. 11. & in Aepit. log. cap. de demonſtratione) ſed ſpecies accipitur in definitione indiuidui, vt ſi diceres quid eſt ſortes, ſtatim Dices, eſt homo (vt inquit Ar. in cap. de ſubſtantia) ergo quando ſpecies prædicatur de indiuiduo, per ſe prædicatur. *Sol.* ¶ Dicas; quòd tunc eſt prædicatum per ſe quando accipitur in definitione ſubiecti vniuerſalis, vt animal accipitur in definitione hominis, modo ſpecies accipitur in definitione ſubiecti ſingularis, non autem in definitione ſubiecti vniuerſalis, & ſic remanet, quòd ſpecies, quando prædicatur de indiuiduo; vt homo de ſorte, non eſt prædicatum per ſe; ſed eſt prædicatum quiditatiuum. *Rep.* ¶ Sed dices contra; nam prædicatum quiditatiuum eſt per ſe (1. poſt. 30.) ergo ſi ſpecies eſt prædicatum quiditatiuum, eſt prædicatum per ſe. *Sol.* ¶ Dicas, quòd tunc prædicatum quiditatiuum eſt per ſe, quando eſt genus, ſed quando prædicatum quiditatiuum eſt ſpecies, non eſt prædicatum per ſe. *Rep.* ¶ Dices contra; nam ſi animal genus eſt prędicatum quiditatiuum & per ſe, ergo etiam ſpecies eſt prædicatum quiditatiuum, & per ſe; quoniam genus eſt ſpecies, (vt teſtatur Porphyrius in cap. de ſpecie) *Sol.* ¶ Dicitur, ꝙ licet genus dicatur ſpecies; tamen non eſt ſpecies ſpecialiſsima ſed eſt ſpecies ſubalterna, quam

ſpe-

ſpeciem ſubalternam nos dicimus eſſe prædicatum quiditatiuum, & per ſe, non autem ſpeciem ſpecialiſsimam, quæ ſolùm eſt prædicatum quiditatiuum, & non per ſe (vt omni perito in regulis quæ in libris Poſteriorum exhibentur manifeſtum eſt) ¶ Sed Dices contra; nam nullum accidens per ſe prædicatur, & quiditatiuè, ſed genus eſt accidens, ergo genus non eſt prædicatum quiditatiuum, nec per ſe; minor probatur (inquit enim Ar. 1. poſt. 33. quæcumque prædicantur de ſubiecto, accidentia ſunt, ſed genus prædicatur de ſubiecto, ergo eſt accidens. *Rep.*

Sol. ¶ Dicas, quòd accidens conſideratur duobus modis; vno modo, vt diſtinguitur contra ſubſtantiam; Alio modo, vt diſtinguitur contra primum; tunc dicitur, quòd genus eſt accidens; vt diſtinguitur contra primum; & inquantùm non exiſtit per ſe; ſed non eſt accidens inquantùm diſtinguitur contra ſubſtantiam,

Tex. 12. Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, Diuerſæ ſunt ſpecies, & differentiæ.

Poſtquàm Ariſt. docuit primam regulam, ſeu methodum, per quam poſſumus cognoſcere prædicata eſſentialia; in hoc textu vult docere aliam, & ſecundam regulam, per quam poſſumus cognoſcere; quando genera ſunt diuerſa, & non ſubalterna cauſa autem intentionis eſt; vt cognoſcamus coordinationes prædicamentorum eſſe impermiſtas; ita quòd, nec idem genus, nec eædem ſpecies, nec eædem differentiæ poſſunt poni in diuerſis prædicamentis, nec diſtincta genera; nec diſtinctæ ſpecies, nec diſtinctæ differentiæ poſſunt poni in eodem prædicamento, Diuiditur iſte textus in tres partes; in prima aſsignat regulam cognoſcendi genera diuerſa; in ſecunda ibi (vt animalis) exemplo manifeſtat, quæ ſunt genera diuerſa; in tertia ibi (ſubalternorum) aſsignat aliam regulam cognoſcendi genera ſubalterna, ſeu infert quoddam correlarium; quo igitur ad primum poſſet Aliquis dicere, ô Ariſt. tu dixiſti in 5. met. cap. de eodem & diuerſo, quòd dantur diuerſa, & dantur eadem, & cauſa eſt, quoniam non poteſt dici diuerſum, niſi reſpectu eius, quod eſt idem; ſi igitur datur diuerſum, datur etiam idem, quod patet 5. met. cap. de eodem, & differenti quando dicit Ar. quòd diuerſum dicitur oppoſitè ad id, quod dicitur idem (10. met. 10.) cum igitur diuerſum, & idem ſint oppoſita, meritò ſi datur vnum oppoſitum, neceſſe eſt, vt detur & alterum; & quoniam dantur diuerſa genera, diuerſæ ſpecies, & diuerſæ differentiæ; ſic etiam dantur eadem genera, eędem ſpecies, & eædem differentiæ da igitur, ô Ar. nobis regulam cognoſcendi, quæ ſunt iſta genera diuerſa? Reſpondet Ar. hic & in 1. top. cap. 13. quaſi dicens, quòd genera diuerſa, ſunt illa, quæ habent tres conditiones; & prima eſt; quòd non ſunt ſubalternatim poſita: Secunda conditio eſt, quòd habeant diuerſas ſpecies; Tertia conditio eſt, quòd habeant diuerſas differentias, quas quidem tres conditiones innuit Ariſt. quando dicit (Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpecies, & differentiæ: ¶ Sed quæres; quid intelligit Ar. per ly. (genera) pro quo, Nota, quòd inquit Porphyrius, quòd genus dicitur duobus modis; vno modo genus generaliſsimum: Alio modo genus ſubalternum: Dicas igitur, quòd Ar. hic ſumit generaliſſima, (vt ſe exponit 5. met. 33. vbi inquit, decem prædicamenta ſunt diuerſa, quæ prædicamenta ſunt genera generaliſsima) vnde exponas ſic; Diuerſorum generum generaliſſimorum. ¶ Sed Dices, contra; nam hæc expoſitio de facto eſt contra Ar. in textu; nam Ar. dat exemplum de generibus ſubalternis; quando dicit (vt animalis & ſcientiæ) modo animal non eſt genus generaliſsimum; ſed eſt genus ſubalternum (vt in cap. de ſpecie Porphyrius aperte manifeſtat.) ¶ Dicas, quòd Ariſt. dat exemplum de animali; tamen non accipit ly animal, vt eſt genus ſubalternum, & vt animal eſt; ſed pro vt eſt ſubſtantia, quę eſt genus generaliſsimum, & ſcientia eſt ad aliquid. ¶ Dices, nos habemus tria vocabula; Primum eſt Diuerſa; Secundum, Non eadem: Tertium Differentia; (vt patet 5. met. cap. de eodem) & diuerſo; quarè Ariſt. dixit (diuerſorum generum) & non dixit differentium generum, vel non eorundem generum, vel quarè non dixit, illa ſunt genera differentia, vel illa ſunt genera non eadem? ¶ Pro intellectu, eſt Notandum, quòd ly non eadem, includunt non entia; illa, quæ non ſunt, vt eſt chymera, & mons aureus, & hircocerũs, quæ omnia ſunt non entia; hæc enim ſunt non eadem (10. met. 10. vbi dicit, quòd diuerſum non dicitur in non entibus, ſeu non idem;) dicimus etiam leo, & chymera, leo, qui eſt ens, & chymera, quæ eſt non ens, non ſunt eadem; ſed diuerſa, & differentia, includunt ſolùm entia, quæ ſunt; vnde ſequitur, quòd illa, quæ non ſunt, non dicuntur diuerſa, nec differentia; illa autem dicuntur diuerſa, quæ quamuis re differant; tamen voce, ſeu nomine conueniunt; veluti ſydus cœleſte, & animal latrabile, & piſcis marinus, quamuis realiter differant, quoniam voce, & in hoc nomine, canis, conueniunt; ideo diuerſa appellantur; vnde, Nota, *Dub.* *Sol.* *Dub.* *Sol.*

ta, ꝙ quæcumque ſunt diuerſa, ſunt non eadẽ; ſed non è contra; illa verò dicuntur differentia, quæcumque in aliquo communi, vniuoco, conueniunt; ſed ſeparantur proprijs, & ſpecificis, differentijs; vt homo, & bos, dicuntur differentia; quoniam communicant in animali, nomine vniuoco; ſed differunt rationalitate, & irrationalitate; poſſumus enim dicere ꝙ quæcumque ſunt differentia, ſunt diuerſa; ſed non è contra; (vt rectè inquit Au. in Aepit. met. tractatu 3. quod confirmat Ar. 10. met. 12. vbi inquit, quòd differens, & diuerſum, differunt;) ex quibus patet vera, verborum, expoſitio; ſcilicet, genera generaliſsima ſunt diuerſa; quoniam re differunt; vt ſubſtantia, & qualitas; tamen conueniunt in voce, & in nomine; omnia enim entia dicuntur, (vt inquit Porphy. cap. de ſpecie.)
Petitio. ¶ Dices, quæ ſunt hæc genera
Resp. diuerſa? ¶ Reſpondet Ar. per primam conditionem, & dicit, ꝙ ſunt illa, quæ non ſunt ſubalternatim poſita, ideſt, ſunt illa, quorum vnum non eſt poſitum, ſeu ordinatum ſub altero. (vt rectè exponit Auer. & clariùs ſe exponit Ar. 1. poſt. 60.) ¶ Sed Dices, ego non habeo iſta genera, quorum vnum non ponitur ſub altero; declara mihi (quæſo) iſta? Pro intelligentia, eſt Notandum quòd inquit Au. in Aepit. log. cap. de rethorica demonſtratiua, clariùs 3. de anima 21. 1. top. cap. 8. quòd declaratio vnius contrarij, per reliquum contrarium, fit notior, & clarior; (vt lucidiſsimè teſtatur Ar. 3. de anima 25.) & quoniam genera, ſubalternatim poſita, ſunt oppoſita. & genera, non ſubalternatim poſita; Ideò vt clariùs intelligantur genera, non ſubalternatim poſita, oportet priùs declarare, quæ ſunt genera, ſubalternatim poſita; & vt faciliùs intelligamur, habeas præ oculis Porphyrij arborẽ, in qua ponebatur ſubſtantia; ſub ſubſtantia corpus; ſub corpore, animatum corpus; ſub corpore animato, animal; ſub animali; animal rationale; quæ omnia dicuntur genera, ſubalternatim poſita; ideſt, quorum vnum ponitur ſub altero; illa verò, quorum vnum non ponitur, nec ordinatur, nec collocatur ſub altero, non ſunt genera, ſubalternatim poſita; veluti animal, & ſcientia; non enim animal ponitur ſub ſcientia; nec ſcientia ſub animali, ex quibus fiat hæc ratio; illa ſunt genera diuerſa, quorum vnum non ponitur ſub altero; ſed ſcientia non ponitur ſub animali; nec animal ponitur ſub ſcientia; ergo animal, & ſcientia ſunt duo genera diuerſa; & ſic patet per primam conditionem, quæ nam ſunt genera diuerſa; ſed Dices, declara modò, ô Ar. per ſecundam conditionem, quæ ſunt genera diuerſa? Reſpondet Ar. & dicit (& diuerſæ ſunt ſpecies) q. d. non ſolùm genera Diuerſa dicuntur illa, quorum vnum non ponitur ſub altero; ſed etiam ſunt illa, (quorum diuerſæ ſunt ſpecies;) ideſt, quæ habent diuerſas ſpecies; adde tu, ſpecialiſsimas; quoniã ſpecies ſequuntur genera; ſi enim genera ſunt diuerſa, ſpecies etiam, quę ponuntur ſub illis generibus, ſunt diuerſæ: ecce modò, quòd genera diuerſa, ſunt declarata, per duas conditiones; declara mihi modò, o Ar. genera diuerſa, per tertiam conditionem? Reſpondet Ar. & dicit, (& differentiæ) q. d. non ſolùm genera diuerſa ſunt illa, quorum vnum non ponitur ſub altero, & quorum ſpecies ſpecialiſsimæ ſunt diuerſæ) (&;) ideſt, ſed etiam quorum differentiæ adde tu, ſunt diuerſæ; ſcilicet, tàm differentiæ diuiſiuæ, quam differentiæ conſtitutiuæ ſeu ſpecificæ: vnde clara eſt ſententia Ar. ſcilicet, illa ſunt genera diuerſa, quorum vnum non ponitur ſub altero; & quæ habent diuerſas ſpecies ſpecialiſsimas, & habent diuerſas differentias ſpecificas, diuiſiuas, & conſtitutiuas; (veluti ſe exponit Ar. 5. met. cap. de eodem & diuerſo, cum dicit, diuerſa verò dicuntur, quorum ſpecies ſunt plures;) Poſſumus etiam dicere illa eſſe genera diuerſa, quæ ponuntur in diuerſis prædicamentis; nam alia ſunt genera ſubſtantię; Alia ſunt genera quantitatis; Alia ſunt genera qualitatis; ſimiliter aliorum prædicamentorum. Dices, ô, Ar. da mihi exemplum de iſtis generibus diuerſis, quomodò vocantur, proprio vocabulo? huic petitioni Reſpondet, & dicit,

Vt animalis, & ſcientiæ, animalis enim differentiæ ſunt greſsibile, bipes, & volatile, & aquatile; ſcientiæ verò, nulla earum eſt; neque enim ſcientia à ſcientia differt in eo, quod bipes eſt.

Hæc ſecunda pars textus continuatur ad præcedentem, hoc modo cum Ar. aſsignaſſet regulã cognoſcendi, quando genera ſunt diuerſa; dicens, quòd tunc genera ſunt diuerſa, quando non ſunt ſubalternatim poſita, & habent diuerſas ſpecies, & diuerſas differentias; In hac 2. parte exemplo declarat prædictam regulam, & dicit (vt animalis, & ſcientiæ) q. d. ſi tu neſcis, quæ ſunt, & quomodo nominantur genera diuerſa, quæ non ſunt ſub alternatim poſita, & quæ habent diuerſas ſpecies, & diuerſas differentias; dico, quòd ſunt hæc ſcilicet (vt) ideſt v. g. animal, & ſcientia, cuius animalis, & ſcientiæ, diuerſæ ſunt differentiæ. ¶ Dices, quæ ſunt differentiæ. animalis per quas vnum animal differt

fert ab alio animali. ¶ Reſpondet, & dicit; (animalis enim differentiæ) ſunt hæ; ſcilicet, (greſsibile;) ideſt, pedibus deambulans; per quam greſsibilitatē, ſeu per pedum deambulationem, vnum animal, vt bos, vel equus, differt ab alio animali, quod non eſt greſsibile, & non pedibus deambulat; veluti ſunt vermes, & ſerpentes, qui nullo modo pedibus ambulant; Dices, ſolùm ly greſsibile eſt differentia animalis? Reſpondet, & dicit, (bipes) q. d. eſt alia differentia animalis, per quam vnum animal, differt ab alio animali; vt homo differt ab equo, boue, & cane, & ab alijs, quæ habent multos pedes, vt eſt formica, apis, & multa alia; Dices, ſolùm greſsibile, & bipes, ſunt differentiæ animalis? Reſpondet & dicit (& volatile) eſt alia differentia animalis, per quam vnum animal differt ab alio animali; vt ſunt aues, & aquila, quæ per volatum differunt ab boue, equo, & cane, quæ talia non volant; Dices, præter has differentias animalis eſt ne aliqua alia differentia, per quam vnum animal differt ab alio animali? Reſpondet, (&) ideſt, non ſolùm prædictæ differentiæ ſunt, per quas vnum animal, differt ab alio animali; ſed etiam (aquatile) adde tu, eſt alia differentia animalis, per quam vnum animal differt ab alio animali; vt piſces differunt à boue, cane, vrſo; quoniam eorum habitatio eſt In aqua. Dices per iſtas differentias ſupradictas, poteſt ne differre vna ſcientia ab alia ſcientia? Reſpondet, & dicit, (ſcientiæ) adde tu, quæ eſt aliud genus, & diuerſum ab animali (nulla earum eſt) ideſt, nulla iſtarum differentiarum, nec greſsibile, nec bipes, nec volatile, nec aquatile, competit ſcientiæ, quod patet; quoniam (nequè ſcientia à ſcientia differt in eo, ꝙ bipes eſt) nulla enim ſcientia differt ab alia ſcientia; quoniā vna ſcientia eſt bipes; alia vero non eſt bipes; nec vna ſcientia eſt greſsibilis; alia vero non eſt greſsibilis; nec denique vna differt ab alia; quoniam vna eſt volatilis; alia verò non. ¶ Dices, ſi genera diuerſa habent diuerſas differentias, & diuerſas ſpecies, quarè Ar. dedit exemplum de differentijs ſolum, & non de ſpeciebus? quoniam animalis ſpecies ſunt plures, & diuerſæ vt homo, bos, capra, equus, piſcis, ſpecies verò ipſius ſcientiæ ſunt grammatica, logica, rethorica, philoſophia medicina. ¶ Dicitur, quoniam exemplificando de differentijs, exemplificauit etiam de ſpeciebus; quoniam multoties Ar. confundit hec nomina; ſcilicet, differentiam, & ſpeciem, vt volatile eſt animal, & auis eſt animal, vel aquila eſt animal (vt patet in cap. de ſimul.) ¶ Dices, quare Ar. nominat tot, & tantas animalis differentias, vt greſsibile, bipes, volatile, & aquatile, non nè ſufficiebat nominare vnā iſtarum, quoniaam fruſtra fit per plura quod fit & poteſt fieri per pauciora (1. phy. 50. 56. & 3. de par. an. cap. 4.)? ¶ Dicitur, ſed; pro Intelligentia eſt Notandum, ꝙ non ſine maximo artificio, non vnam ſed plures nominauit animalis differentias, quoniam differentiæ animalis poſſunt diuidi in plures modos; vno modo à ſubſtantia animalis, vt rationale, & in rationale; Alio modo à tempore; vt mortale, & immortale; Alio modo à loco, in quo animalia commorantur; vt volucre, pedeſtre, bipes, aquatile; Alio modo à partibus corporis, vt habere pedes, & non habere quo ſtante, placuit Ariſt. dare exempla de differentijs, quæ ſumuntur à loco, & de illis, quæ ſumuntur à partibus, & vt nobis manifeſtum ſit, ꝙ dantur plures modi differentiarum, voluit nominare tot, & tantas; & Ideo non eſt in dictis mancus, nec ſuperfluus.

Subalternorum verò generum nihil prohibet eaſdem eſſe differentias; ſuperiora enim de ijs, quæ ſub ipſis, ſunt, generibus, prædicantur: quare quotcumq; differentię prędicati fuèrint, totidem & ſubiecti erunt.

Poſtquàm Ar. aſsignauit primā regulam cognoſcendi genera diuerſa; nunc aſsignat regulā, ſeu infert corrolariū cognoſcendi; quando genera ſunt eadē; Sed vt facilius hæc textus ſentētia, ab omnibus, percipiatur; eſt Notandū, ꝙ regula eſt Ar. 1. poſt. 99. vbi inquit, ꝙ ſicut ſe habet negatio ad negationē; ſic ſe habet affirmatio, ad affirmationē; ſed dictum eſt ſupra, ꝙ tunc ſunt genera diuerſa, quando non ſunt ſubalternatim poſita, i. quando vnū non ponit̄ ſub altero & quæ habent diuerſas ſpecies, & diuerſas differentias; ergo ſequitur hoc corrolarium, ꝙ tunc ſunt genera eadem, quando ſunt ſubalternatim poſita, & quando habent eaſdē ſpecies. & eaſdem differentias; quo ſtante, dicit Ar. (ſubalternorum verò generū) verò pro ſed. q. d. ſed ſi genera diuerſa ſunt illa, quæ nō ſunt ſubalternatim poſita, & quorū diuerſæ ſunt differentiæ, ergo ſubalternorū generum, quorum vnū ponitur ſub altero (nihil prohibet) i. non eſt abſurdum & à nullo prohiberi poteſt, vt nec ab arte, nec à natura, (eaſdē eſſe differentias) q. d. Ar. ſicut abſurdū eſt, & abſonū ab arte, & à natura ꝙ generum non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt, & non eædem differentiæ, ſic conueniens eſt, ꝙ ſubalternorum generum, eædem & non diuerſæ ſint differentiæ, ſed. ¶ Dices, quomodò probatur, ꝙ generum ſubalternorum eædem ſint differentiæ, probat Ariſt aſsignando cauſam, & dicit (ſuperiora enim

enim, pro quia; ſuperiora de ijs, quæ ſub ipſis ſunt generibus, prædicantur ideſt; quia genera, ſub quibus ponitur aliud genus, prædicantur de illo genere eſſentialiter v.g. corpus animatum prędicatur de animali; dicẽdo ſic; animal eſt corpus animatum; ſed in prædicatione eſſentiali, quæcunque ſunt differentiæ prædicati, eædẽ ſunt differentiæ ſubiecti: ergo quæcunq; ſunt differentiæ generum ſuperiorum, ſunt etiam, & generum inferiorum, ſubalternatim, poſitorum; Sed eſt Notandũ, ꝙ hæc regula eſt vera de differentijs, conſtitutiuis; non autem de differentijs diuiſiuis; vnde exponatur textus hoc modo; ſcilicet, quotcumq; differentię prædicati fuerint totidem, & ſubiecti erunt; ideſt, illæ differentiæ, quæ conſtituunt prædicatũ, illæmet conſtituunt ſubiectum illius, prædicati: ¶ Dices, da exemplum de differentijs, quæ conſtituunt prædicatum, & conſtituunt etiam ſubiectum illius prædicati? v.g. iſtæ differentiæ, ſcilicet, corporeum, animatum, ſenſibile deſiniunt, & conſtituunt animal quod eſt prædicatum de homine; dicendo animal eſt ſubſtantia, corporea, animata, ſenſibilis, iſtæmet differentiæ conſtituunt hominem, qui eſt ſubiectum animalis, quia poſſumus dicere. homo eſt ſubſtantia animata. corporea, ſenſibilis; verum Nota, ꝙ hæ differentiæ per ſe & primò conſtituunt animal, prædicatum, & conuertuntur cum animali; ſi verò conſtituunt hominem ſubiectum animalis; non primò ſed per ſe; tantum & hoc non ſine ratione; quoniam illa, quę competunt generi primò, non primò competunt ſpeciei (1. poſt. 38. & 4. phy. 45:), quoniam ſicut genus per ſe, & non primò prædicatur de ſpecie; ſimiliter differentiæ generis, per ſe, & non primò prædicantur, de ſpecie (vt 1. poſt. 30. 31. 7. met. 11. latiſsimè patet) quod quidem rectè innuit Porph. in cap. de Genere & de Differentia; Sed Nota aliud, ꝙ differentiæ diuiſiuæ ſuperioris, ſunt oppoſitæ, vel contrariæ; & contraria non conſtituunt aliquod vnum; quemadmodum rationale, & irrationale, diuidunt animal; dicendo ſic animalis aliud eſt rationale; Aliud eſt irrationale; quod rationale, & irrationale, non conſtituunt vnã ſpeciem; nõ.n. poſſumus dicere, homo eſt animal rationale, & irrationale; ſed benedicimus, ꝙ differentiæ, quæ diuidunt genus ſuperius, cõſtituunt inferiora in plurali; non vnũ inferius in ſingulari, vt rationale conſtituit vnam ſpeciem, ſcilicet, hominem, & irrationale conſtituit aliam ſpeciem; ſcilicet, bouem; vnde determinatè dicendum eſt, ꝙ differentiæ, quæ diuidunt vnum genus non conſtituunt vnam ſpeciem; ſed plures ſpecies, & ſic differentię, quæ ſunt diuiſiuæ ſuperioris in ſingulari, non ſunt conſtitutiuæ inferioris in ſingulari; ſed ſunt conſtitutiuæ inferiorum in plurali; (vt perbelle notat Por. in cap. de Differentia.) ¶ Dices, illæ differentiæ, quæ ſunt diuiſiuæ inferiorum, ſunt ne etiam diuiſiuæ ſuperiorum? ¶ Dicas, vtique, Indubitanter; nam ſicut dicimus, quòd animalis, quod eſt inferius, ad ſubſtantiam; aliud eſt rationale, & aliud eſt irrationale; ſic etiam poſſumus dicere; ꝙ ſubſtantiæ, quæ eſt ſuperior ad ipſum animal; alia eſt rationalis; alia verò eſt irrationalis. ¶ Dices, ꝙ cum ſint Quædam, quæ paſcuntur herbis; Alia quæ ſeminibus; Alia, quæ carnibus; iſtæ differentiæ; cui generi competunt. ¶ Dicas, generi ſub alterno, quod eſt auis; nam auium, quædam ſunt quæ ſeminibus; quædam, quæ herbis; aliæ, quæ carnibus veſcuntur; vt Vultur, & Miluus, & ideo in ſubalternis generibus, nihil prohibet eaſdem eſſe differentias.

Eorum, quæ ſecundùm nullam complexionem dicuntur, vnumquodquè aut ſubſtantiam ſignificat, aut quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut ſitum eſſe, aut habere, aut agere, aut pati. Tex. 13.

Ammonius continuat hunc textum ad præcedentes, hoc pacto, cum Ariſt. præbuerit partitionem, ſeu diuiſionem, complexorum in quatuor; videlicet, ſubſtantiæ vniuerſalis, & ſubſtantiæ particularis, & accidentis vniuerſalis, & particularis, nunc tradit partitionem, ſeu diuiſionem ſimplicium, in decem: Simplicius, Ammonij, diſcipulus, Alio modo continuat; & dicit, Poſtquam Ariſt. fecit diuiſionem, in minima, quibus minora ſumere non erat; nunc facit diuiſionem in plura, in qua diuiſio in plura fieri non poterat; videlicet poſtquam Ariſt. fecit diuiſionem, in quatuor; ſcilicet in ſubſtantiam vniuerſalem, & particularem, & in accidens vniuerſale, & particulare; nunc facit partitionem maximam, quæ fit in decem, qua diuiſione maior inueniri non poteſt & quoniam hi duo prenominati, viri ſunt grauiſsimi, qui non de facili accuſari poſſunt; niſi demonſtratiua ratione; Ideò habita eorum pace; hæc, quę dicunt, ſtare non poſſunt; quoniam omnis diuiſio (teſte Porphyrio capitulo de Genere, & de Specie) eſt generis, in ſpecies; quod confirmat Ariſtot. 7. met. 42. ſed prædicamenta non habent vnum genus; quoniam ſi prædicamenta haberent genus, vtique non

eſſent

eſſent ſolùm decem, ſed eſſent vndecim, vnde late patet, quòd Ariſtotel. in hoc textu non facit diuiſionem, nec (vt aiunt) partitionem; Sed potiùs & melius Ariſt. in hoc textu numerat prædicamenta, vnde non dicitur diuiſio, ſed potius prædicamentorum enumeratio: Amplius, ſi fides eſt adhibenda Boetio; omnis diuiſio debet eſſe bimembris, vel reducibilis ad bimembrem: hæc non bimembris, (vt patet) nec reducibilis ad bimembrem, (vt omni perito in logica eſt manifeſtum) ergo non eſt diuiſio, nec partitio: Nos igitur altius perſcrutantes, dicimus; quòd Poſtquàm Ariſtot. fecit paruam enumerationem, quæ fuit in quatuor; ſcilicet, in ſubſtantiam vniuerſalem, & particularem, & in accidens vniuerſale, & particulare; nunc facit quandam enumerationem maximam; ſcilicet in decem, qua maior inueniri non poteſt: quoniam prædicamenta non poſſunt eſſe vndecim, ideſt, non vltra decem, nullo modo genus excogitari

Petitio. poteſt. ¶ Dices, quarè Ar. hic numerat prædicamenta? ¶ Dicas, quoniam omnis peri-

Reſp. tus artifex debet pręcognoſcere ſua ſubiecta eſſe (vt Inquit Ar. 1. poſt. 2. 75. 76. 77.) & quoniam prædicamenta ſunt ſubiecta in hoc libro, (vt dictum eſt) in præcognitionibus ſupradictis; Ideò Ariſt. numerat ipſa, quæ numerando præcognoſcit ipſa eſſe, quæ prę-cognoſcendo eſſe, præponit ipſa tractanda, in hoc libro, conſideranda; veluti munus eſt periti artificis, præcognoſcere ſubiecta, & ipſa præponere, (veluti fecit Ar. 2. de anima 27. vbi volens loqui de vnaquaquè animæ virtute primo incæpit ipſas numerare, & eſſe ſecundum, quòd artifex ponit ſubiectum, ſuæ artis (vt rectè inquit Au. 2. de anima 21. & 27. & 29.) deinde cæpit perſcrutari de ipſis, & quoniam prædicamenta ſunt ſubiecta, in hoc libro; ideò Ariſt. in hoc textu primo ſupponit prædicamenta eſſe, numerando ipſa, quot ſunt numero determinato, & hoc non ſine cauſſa factum eſſe (puto) ab Ariſt. quoniam ſcibile debet eſſe finitum, de quo habetur ſcientia (1. phy. 35. 50.) & non infinitum, & quoniam prædicamenta ſunt ſcibilia, meritò Ariſt. numeranit prædicamenta, oſtendens, quòd non ſunt infinita, ſed ſunt finita, & numerabilia, puta decem quoniam ſi eſſent infinita, & innumerabilia; tunc non eſſent ſcibilia, & per conſequens, non eſſent ſubiecta in hoc libro, quæ Ariſt. numerando ipſa, & præponendo nominat, confuſo modo; ſicut mos ſuus eſt, ſemper in prologo libri, confuſo modo, præponere, & nominare ſubiectum, quod quidem non facit, ſine artificio; quoniam cognitio confuſa, & figurata de ſubiecto, præcedit, & prius debet aſſumi in prologo, quàm cognitio exacta, exquiſita, ac diſtincta, quæ de ipſo ſubiecto habetur in tractatu, quibus omnibus ſic ſtantibus; Alio modo dicimus, pro continuatione textus; Poſtquàm Ariſt diuiſit vo- *Alia cõtinuatio.* ces; dicens, quòd quædam dicuntur ſecundùm complexionem; ideſt, complexæ, ſeu compoſitæ, quædam verò ſine complexione, incomplexæ; ſeu ſimplices; & quoniam illæ, quæ dicuntur ſine complexione, ſunt plures; ideò in hoc textu, vult numerare illas; quot ſunt, & quæ nam ſint iſtæ voces incomplexæ, & numerando declarat, ꝙ non omnes ſignificant idem, ſed ſingula ſignificant diuerſa; Diuiditur ergo iſte textus in duas partes; in prima Ariſt. numerat illa, quæ dicuntur ſecundùm nullam complexionem; quæ ſunt Decem Prædicamenta; in ſecunda ibi (eſt autem) exemplo declarat, quæ ſunt illa, quæ ſunt incomplexa, ſeu quæ dicuntur, ſecundum nullam complexionem, vnde duo facit in hoc textu; primò narrat, quot ſunt incomplexa, & quæ ſunt incomplexa, quò igitur ad primum (eorum) ideſt, earum vocum (quæ dicuntur) optimè dixit, dicuntur; quoniam voces dicuntur, & exprimuntur, res verò ſunt, (ſecundùm nullam complexionem) ideſt, ſecundùm nullam compoſitionem, & quæ per ſe, ſecundùm ſe, & abſolute proferuntur, dico per ſe, & abſolutè; ideſt, non copulatæ, & mixtæ, cum alio; vt eſt, hæc vox ſcilicet homo quæ eſt vox incomplexa, non compoſita, non copulata, cum alio; ſed abſolutè prolata, (vnumquodque) ideſt, vnaquæque vox, per ſe Sed hic Nota, quòd licet ly vnumquodque ſit ſignum vniuerſale, tamen hic Ariſt. accipit, pro particulari, quaſi dicat quædam vox (aut) Nota, quòd ly, aut, ſumitur, pro ſiue (vt patet 1. phy. 1.) quando dixit aut Principia aut Cauſæ aut Elementa) ſumitur etiam vt eſt Nota ſolutionis, (vt patet 3. de anima 14.) ſumitur etiam, vt eſt nota diuerſitatis hic enim Ariſt. ſumit pro vt ſignificat diſiunctionem, & diuerſitatem, quæ diſiungit, & ſeparat vnam vocem, ab alia, q. d. Ariſt. quòd quædam vox ſignificat Subſtantiam, quæ Subſtantia eſt principium omnium generum, & Prima vox diuerſa, ab alijs incomplexa, (aut) ideſt, vel eſt alia vox, quæ ſignificat Quantum, & eſt Secunda vox diuerſa, à prima, quæ eſt menſura rerum (aut) pro vel alia vox ſignificat, Quale, & hæc eſt Tertia vox, quæ eſt inſtrumentum, & ratio, operandi (aut) pro vel eſt alia vox, quæ ſignificat Ad aliquid, & eſt Quarta vox, quę eſt comparatio vnius ad reliquum, (aut) pro vel, Alia eſt vox, quæ ſignificat Vbi, & eſt.

Qninta In ordine, quæ eſt locati cum loco (aut) vel alia eſt vox, quæ ſignificat Quando, & eſt Sexta vox, quæ eſt fluxus derelictus à tempore, (aut) vel alia vox ſignificat Situm eſſe, & eſt Septima vox, quæ eſt ordinatio partium in toto, (aut) vel Alia vox ſignificat (Habere) & eſt Octaua vox, quæ eſt adiacens per artem eorum, quæ circa corpus ſunt, (aut) vel Alia vox, quæ ſignificat Agere, & eſt Nona vox, quæ eſt diſpoſitio tranſmutandi aliud, (aut) vel alia vox, quæ ſignificat Pati, & eſt Decima, & Vltima vox, quæ eſt habitudo trauſmutaudi ab alio. ¶ Dices, præter has decem voces numeratas, dan-

Petitio. tur aliæ voces quæ ſignificent aliud pręter dicta? ¶ Tacitè Reſpondet Ar. ꝙ voces ſimplices in complexę, non ſunr plures, nec pau-

Reſp. ciores cauſa eſt, quoniam Decem ſunt ſignificata quæ ſignificantur ab his Decem vocibus; vnde oritur hæc ratio, quot ſunt ſignificata, quæ ſignificantur ab illis vocibus, tot ſunr voces ſignificantes illa ſignificata, ſed ſignificata, ſunr decem numero, non plura, nec pauciora; ergo Decem ſunt Voces ſignificantes numero, nec plures nec pauciores. ¶ Sed circa numerum Dubitatur; quoniam prædicamentum de Habere, & prædi-

Dub. camentum de Pati, ſunt vnum & idem, quoniam vr inquit Ar. in hoc textu, habere ſignificat calceatum eſſe, & armatum eſſe, ſignificat pati ideſt paſsionem; ergo idem eſt habere, & pati, & per conſequens Prædicamenta, & voces, iſtæ ſunt nouem, & non decem. ¶ Dicitur, quòd valde differt habere, & pati; nam quando dicir Ariſt. calceatum eſſe,

Sol. & armatuin eſſe, Intelligitur ſic; ideſt, habere calceamenta, & habere arma; & ſic, non ſignificat pari, & paſsionem; ſed ſignificar habere, & actionem; & quantò actio differt à paſsione; & paſsio ab actione; tantò prædicamentum de Habere, differt à Prædicamento de Pati; & Prædicamentum de Pati, à prædicamento de Habere; ex bac igitur ſolutione remaner firmum, & ſtabile, Prædicamentorum, numerũ eſſe denarium, quem numerum determinar Ar. in 1. top. cap. 4. & Porphyrius in cap. de ſpecie, cum dixit Decem igitur ſunt genera generaliſsima, & Ar. inquit, ſuut autem hęc numero Decem iuxta illud.

Magnus Ariſtoteles truncans cacumina rerum
In duo diuiſit quidquid in orbe fuit.

In duo quippe, nempe in ſubſtantiam & accidens. nam vnum eſt ſubſtantiæ reliqua vero nouen ſunt Accidentis. Sed Nota, ꝙ inquit Ar. in textu (ſecundùm nullam complexionem vbi per ly (nullam) innuit, quòd non ſolùm datur vna complexio; ſed plures, quarum Prima eſt iſta; ſcilicet, quando eſt vox ſimplex, & ſignificatum eſt compoſitum; vt (curro) vel (pluit;) Secunda complexio eſt, quando ſiguificatum eſt ſimplex, vox verò eſt compoſita, vt Martius vicus, & cornupera; Tertia complexio eſt, quando ſignificatum, & vox ſignificans, ſunt compoſita, vt cum dico Petrus ambular; Quarta complexio eſt, quando vtrumque; ideſt, tàm vox, quàm ſignificatum eſt ſimplex; veluti ſunt Prædicamenta; his ſtantibus, ſcias, ꝙ Ar. hic numerat incomplexa, ſecundùm nullam complexionem, quæ nec voce, nec ſignificato, ſunr complexa. ¶ Dices, tractare de *Dub.*
vocibus, non pertinet ad logicũ; ſed ad animaſticum 2. de anima 91. ergo Ar. in hoc libro non debet tractare de vocibus. ¶ Dici- *Sol.*
tur, ꝙ non eſt inconueniens, Logicum tractare de vocibus; & Animaſticum tractare de vocibus; tamen diuerſo modo; nam logicus tractat de vocibus; inquantùm ſignificant res; Animaſticus verò inquantum ſignificant conceptus.

Eſt autem Subſtantia quidem, vt in figura dicatur, vt homo, equus; Quantum autem, vt bicubitum, tricubitum; Quale, vt album, grammaticum; Ad aliquid, vt duplum, dimidium, maius; Vbi verò, in foro, in liceo; Quando autem, vt heri, ſuperiore anno; Situm verò eſſe, vt iacet, ſedet; Habere autem, vt calceatum eſſe, armatum eſſe; Agere verò, vt ſecare, vrere; Pati, vt ſecari, vri.

Continuatur hæc ſecunda pars textus, cum præcedente, hoc pacto, cum Ariſt. numeraſſet ea, quæ dicuntur, ſecundùm nullam complexionem, & ipſa, proprio nomine, nominauit; vt eſt, Subſtantia, Quantitas, Qualitas, Ad aliquid, Vbi, Quando, Situm eſſe, Habere, Agere, Pati; nunc vult exemplo declarare quid ſignificat hæc vox incomplexa; ſcilicet Subſtantia, & Quantitas, & Qualitas, & alia, quod innuit, per illam parriculam; quando dicir (vt in figura dicatur;) quò igitur ad primum poſſet dicere aliquis, ò Ar. ſi voces incomplexæ, & ſimplices, quæ ſunt abſolutæ ab omni complexione, ſunt numero decem, quarum prima vocatur (Snbſtantia;) vellem ſcire, quid nam ſignificat hæc prima vox; ſcilicet Subſtantia? Reſpondet Ariſt. q. d. ſi tu neſcis, quid

ſibi

ſibi vult hæc vox Subſtantia (quidem) pro
certè denotando certitudinem, ꝙ Subſtan-
tia ſic, (in figura;) ideſt, pro quodam exem-
plo (dicitur;) ideſt, declaratur per ſummā ſu-
perficialiter, & exemplariter, q. d. Ar. eſt an-
tē ſubſtantia; vt in figura; hoc eſt per exem-
plum; ſic dicatur Et Nota, ꝙ hoc modo lo-
quendi; qui dicitur in figura vtitur Ar. plu-
ribus in locis, & præcipuè 1. top. cap. de eo-
dem. 2. de anima 50. 7. met. 7. 2. de anima
11. 12. met. 20. vbi per ly figura Ar. intelli-
git exemplum, ne quis credat, ꝙ Ar. intel-
ligit figuram, quæ diuiditur, de qua 1. phy.
41. nec de figura, quæ eſt Qualitas in Quan-
titate, de qua 7. phy. 15. & in cap. de Quan-
titate, & Qualitate; nec de figura ſpherica,
de qua 2. cæli 22. nec de figura rotunda cir-
culari, quę eſt omnium figurarū capaciſsima,
& minimè paſsibilis, de qua loquitur Gale-
nus 4. de vſu partiū cap. 7. nec de figura cæli,
de qua 2. cæli 22. nec de figura prima, de qua
2. cæli 26. nec de figura terræ, de qua 2. cęli
108. nec de figura, cui nihil eſt contrarium,
de qua 1. cæli à 23. ad 32. & 3. cæli 74. nec
de figura acuta, de qua 4. cæli 44. meminit
Ar. & Au. Sed hic accipitur figura; ideſt, fi-
guraliter, & exemplariter; q. d. Ar. ꝙ hæc
prima vox, ſcilicet, Subſtantia, dicitur, de-
claratur in figura; ideſt, per hoc exemplum,
hoc modo; (vt) ideſt v. g. (homo, equus)
qui homo, & equus, ſunt ſubſtantiæ, & res ſi-
gnificatæ, ab hac voce ſignificante; ſcilicet,
ſubſtantia. ¶ Dices, hæc vox, ſcilicet, Sub-
ſtantia ſignificat ſolùm hæc duo; ſcilicet, ho-
minem, & equum; vel aliqua alia; præter
hæc? ¶ Dicas, ꝙ ſignificat multa ſiue plura,
vt lignum, lapidem, argentum, quæ breui-
tatis cauſa Ar. omiſit, & nominauit ſola hæc
videlicet equum, ſcilicet, & hominem, & late
Dub. patet ac ſi eſſent mille. ¶ Dices, ſi Ariſt. hic
tractat de vocibus, quarè dat exemplum de
Sol. rebus? ¶ Dicas, vt oſtendat, ꝙ non ſolùm de
vocibus; ſed etiam de rebus hic conſiderat;
tamen hoc ordine ſeruato; primò enim de
Dub. vocibus; & ſecundariò de rebus. ¶ Dices,
cum ſubſtantia dicatur duobus modis; Alia
ſenſibilis; Alia intelligibilis 7. met. 35. quan-
do dicit Ar. ꝙ homo, & equus, ſunt ſubſtan-
Sol. tiæ, de qua ſubſtantia intelligit? ¶ Dicas, ꝙ
intelligit de ſubſtantia ſenſibili, non de intel-
Dub. ligibili. ¶ Iterum Dices, cum ſubſtantia ſen-
ſibilis ſit duplex; Alia prima vt ſortes, Alia
ſecunda; vt homo quarè Ar. dat exemplum
Sol. de ſubſtantia ſecunda, & non de prima? ¶ Di-
cas, quoniam ſubſtantia ſecunda eſt vniuer-
ſalis, & ſubſtantia prima eſt ſingularis; &
quoniam qui dicit vniuerſale; virtute, & po-
tentia, dicit etiam ſingularia; ad hoc, vt Ar.
comprehendat, tàm ſubſtantias ſecundas,
quàm primas; Ideò potius dedit exemplum,

de ſubſtantijs ſecundis, quæ ſunt vniuerſa-
les, vt eſt equus, & homo; quàm de ſubſtan-
tijs primis, quæ ſunt ſingulares, vt eſt qui-
dam homo, & quidam equus. ¶ Dices, quarè *Dub.*
nominauit primò hominem, & poſtea equū?
¶ Dicas, quoniam homo eſt omnium anima- *Sol.*
lium nobiliſsimum, & prudentiſsimum 2. de
gen. an. cap. 4. vnde ratione nobilitatis, &
prudentiæ, prius nominauit hominem, quàm
equum. ¶ Vel Dicas, quoniam quamuis ho- *Alia ſol.*
mo ſit paruus corpore, & magnitudine; po-
tentia tamen, & honore, ſuperat omnia ani-
malia (vt 10. Aetich. cap. 9. aſſerit Ariſt.)
¶ Vel Dicas, quoniam homo, quodam mo-
do, eſt finis omnium, (2. phy, 24.) & quo-
niā finis primò intenditur (6. Aetich. cap. 3.)
Ideo prius nominauit hominē, quàm equum.
¶ Vel Dicas, quoniam animalium omnium,
maximè notum eſt homo (vt inquit Ar. 1. de *Alia ſol.*
gen. anim. cap. 6.) & quoniam notiora ſunt
priora (1. phy. 4. 57. 3. phy. 2. & 1. de gen.
& cor. 51.) Ideò Ar. ſeruando ordinem a no-
tiori, & a nobiliori; placuit ſibi prius nomi-
nare hominem, quàm equum. (quantum an-
tem) autem, pro poſtquam figura, & exem-
plo declarauimus primam vocem incomple-
xam; ſcilicet, quid ſignificat ly Subſtantia,
q. d. Ariſt. oportet modo dare exemplum de
ſecunda voce; ſcilicet, de quanto; & dico, ꝙ
hæc ſecunda vox ſignificat (Bicubitū;) ideſt,
duo, ſeu numerum binarium; vt duos aſſes,
duo modia frumenti; (tricubitum;) ideſt,
tria ſeu numerum trinarium, vt duos aſſes,
ſeu tria modia frumenti; (quale) ideſt, hæc
Tertia vox ſignificat albū; ideſt, albedinem,
quæ eſt in re ideſt, in ſubiecto habente albe-
dinem, vt eſt Cygnus, lac, camphora, & nix;
& Nota, ꝙ Ariſt. ſumit concretum; ſcilicet,
album, pro abſtracto; ſcilicet, pro albedine;
quoniam concretum eſt notius abſtracto;
(Grammaticum) ideſt ſcientia, quæ dicitur
Grāmatica, quæ eſt in anima habente Gram
maticam, tanquàm in ſubiecto: Sed Nota,
ꝙ qualitas eſt duplex; Alia, quæ inſequitur
corpus, vt eſt caliditas, frigiditas, humidi-
tas, & ſiccitas, album, nigrum, ſanum, &
ægrum; Alia, quæ inſequitur animam, velu-
ti eſt, Grammatica, Rethorica, Logica; ſi-
militer quæcumque aliæ ſcientiæ, & virtutes;
ſcias igitur, ꝙ Ar. dat exempla, tàm de quali
tate, inſequente corpus; quando d. (album)
quàm de qualitate inſequente animā, quan-
do dicit Grāmaticum. ¶ Dices, quarè prius *Dub.*
dat exemplum de qualitate inſequente cor-
pus? ¶ Dicas, quoniam qualitas, quæ in- *Sol.*
ſequitur corpus, eſt notior illa, quæ inſequi-
tur animam, vt album, eſt notius Grammati-
co. ¶ Vel Dicas, quòd primum genus, ſeu *Alia ſol.*
prima ſpecies qualitatis, vt eſt habitus, &
diſpoſitio dicitur eſſe animati, & competit

anima-

animato, inquantùm animatum; quoniam pro maiori parte, qualitates, primæ ſpeciei, reperiuntur in animatis; vt ſunt virtutes, & vitia,& ſcientiæ,(teſte Auer.in prædicamentis cap. de qualitate clariùs Ar. 5. met. 19. dum inquit maximè autem bonum, & malum ſignificant qualitatem in illis, quæ animata ſunt, & in illis maximè, quæ habent electionem) (Ad aliquid) q. d. Ar. hæc vox, ſcilicet, ad aliquid (vt) ideſt, v. g. (duplum) vt centum (dimidium) ideſt, quinquaginta, nam ly centum, dicit duplum, reſpectu quinquaginta, & quinquaginta, dicunt dimidiũ, reſpectu ly centum: & ſic duplum refertur ad dimidium, & dimidium refertur ad duplum; ſimiliter nihil per ſe, & abſolutè dicitur maius, niſi reſpectu minoris, & nihil dicitur minus,niſi reſpectu maioris, v. g. mons abſolutè conſideratus,& ratione ſui, non dicitur maior,nec minor,ſed reſpectu alterius, poteſt dici maior, & minor; (vbi verò) q. d. Ariſt. exemplum de alia voce ſcilicet de vbi, hoc eſt, ſcilicet, (in foro in liceo) quæ ſignificant locum. v. g. ſi fueris interrogatus, vbi fuiſti hodie mane? Dices, fui in foro, in liceo, in ſtudio, & hoc modo, ſumpſit Ariſt. 3. de par. an. cap. 4. quando dixit, vbi eſt principium alicuius virtutis, ibi eſt, etiam principium organi,ſeu inſtrumẽti illius virtutis: (Quando autem) q. d. Ar. hæc alia vox; ſcilicet, quando ſignificat tempus, (vt) ideſt. v. g. (heri) ſi enim aliquis interrogabit dicens, quando veniſti? Dices,hodie, vel heri, & quando ſumpſiſti poſſeſsionem domus, ruris, vel officij? Dices, ſuperiore anno; ideſt anno præterito: Sed Nota, ꝙ hæc non ſunt tempus,ſed connotant,& conſignificant tempus,vel præſens,vel præteritum,vel futurum: (Situm verò eſſe) q. d. Ar. hæc vox ſcilicet, Situm eſſe ſignificat (vt) ideſt. v. g. Iacet, ſedet: (Habere aut) q. d. hæc alia vox ſignificat (vt;) ideſt, v. g. calceatum eſſe, armatum eſſe; ideſt, habere calceamenta, habere arma, poſſeſsiones, pecuniam, & alia bona,

Dub. vt capras, boues, & cætera. ¶ Sed Dices, quare Ariſt. non fecit duo Prædicamenta; vnum de Habere, & aliud de Haberi; ſicut fecit duo prædicamenta vnum de Agere, &

Sol. aliud de Pati? ¶ Dicas, ꝙ Ideò Ar. fecit duo prædicamenta, vnum de Agere, & aliud de Pati; quoniam Agere,& Pati,ſunt duo oppo-

Rep. ſita. ¶ Sed Dices, à ſimili, nam ſi Ar. fecit duo prædicamenta de Agere, & Pati, quia ſunt oppoſita, ſic etiam de Habere, & Haberi; nam ſicut Agere, & Pati, ſunt oppoſita; quoniam vnum dicit actionem, & aliud paſſionem; (vt patet 1. de gen. & cor. 50. cum dixit, actiua, & paſsiua, ſunt contraria, & clarius 2. de anima 44. & in libro de ſubſtantia orbis cap. 1.) ſimiliter Habere, & Haberi dicit Actionem, & Paſsionem; ergo ſunt oppoſita, & per conſequens Ariſt. debebat facere duo prædicamenta; aliud quidem de Habere, & aliud de Haberi. ¶ Dicas, quòd Haberi refertur ad Prædicamentum Situs; nam id dicitur Haberi,quod dicit Situm; vt in horto arbores, vel arma in domo, veſtis in corpore, quod idem eſt, ac ſi diceres, hortum habere, & arbores ab ipſo Haberi, quæ omnia licet nobis pronuntiare, per Situm eſſe; nam multotiens dicimus, ego ſum amictus pallio; vel Franciſcus eſt armis circundatus; veluti ergo de Facere, & Pati, idem eſt Prædicamentum ſubiecto;ſed reſpectu eſt diuerſum;quoniam tunc dicimus facere,dum à faciente pati; vbi à patiente incipimus; ſimiliter dicimus Habere, & Situm eſſe, ſiue Haberi, ſunt eadem ſubiecto; ſed reſpectu ſunt diuerſa; nam Habere dicimus, cum initium ab eo, qui habet ſumpſerimus; ſed cum ab illo, quod Habere quis fertur, ſitum eſſe, ſiue Haberi; & Ideò Ar. dixit calceatam eſſe, & armatum eſſe, paſsiuè, & non actiuè; poſuit denotando vtrumque; & Habere, & Haberi; vt habere arma, & calceamenta, & haberi arma, & calceamenta; (Agere verò) q. d. Ar. hæc vox ſcilicet, Agere (vt) v. g. ſignificat (ſecare) vt quando ferra ſecat ligna, & tabulas, (& vrere) ideſt, vt quando ignis vrit, comburit ligna; & ſic agere ſignificat actionem: (Pati verò) hæc vox,ſcilicet, Pati ſignificat paſsionem; (vt) v. g. (ſecari,) vt lignum, & tabula, quando ſecantur à fer-

ra,& quando comburuntur ab igne. ¶ Dices, *Dub.*
quare Ar. priùs nominauit Prædicamentum de Agere, & poſtea Prædicamentum de Pa-
ti? ¶ Dicas, quoniam agens eſt honorabi- *Sol.*
lius paſſo (3. de anima 19. & 1. de anima 81.) & quoniam agens aſsimilatur Deo; & patiẽs aſsimilatur materiæ primæ, & quantò Deus eſt honorabilior materia prima, tãtò agens eſt nobilius paſſo; ſed vt tu candide lector in promptu habeas omnia prædicamenta; Nota hæc verba, In quibus reperies omnia prædicamenta, quæ ſunt hæc videlicet (Ariſtoteles, Magnus, Phyloſophus, Platonis diſcipulus, Legendo ſtudioſus, Hodie, Sedet, in Scholis, Coronatus,) quæ verba ſic interpretantur; ſcilicet Ariſtoteles eſt Subſtantia,quæ eſt Primum Prædicamentum; Maximus dicit Quantitatem, quæ eſt Secundum Prædicamentum; Phyloſophus dicit Qualitatem, quia philoſophia, eſt qualitas, quæ eſt Tertium Prædicamentum, Princeps dicit Relationem, quæ eſt Quartum Prædicamentum, quoniam princeps refertur ad principatum, ſicut dominus refertur ad ſeruum: Docens dicit Actionem,quæ eſt Quintum Prædicamentum; (Fatigatus) dicit Paſsionem, quæ eſt Sextum Prædicamentum

Sem-

ſemper dicit Quando, quod eſt Septimum Prædicamentum; In ſcholis dicit vbi, quod eſt Octauum Prædicamentũ; Sedet in ſcholis dicit Situm eſſe, quod eſt Nonum Prædicamentum Coronatus dicit Habitum, qui eſt Decimum & vltimum Prædicamentum. ¶ Dices, hæc decem Prædicamenta; ſeu decem Voces nominatæ, & exemplificatæ, abſolutè ſumptę, affirmant nę, vel negant? dicunt nè affirmationem, an negationem? ¶ Reſpondet Ar. & dicit.

Tex. 14. Singula autem eorum, quæ dicta ſunt, ipſa quidem ſecundùm ſe, in nulla affirmatione dicuntur, vel negatione; horum autem ad ſe inuicem complexione, affirmatio, vel negatio fit.

Poſtquam Ar. numerauit Prædicamenta, oſtendens quod nõ ſunt plura, nec pauciora, quàm decem, & ſigillatim, exemplificauit omnia Prædicamenta, confuſo modo, ipſa proponendo; nunc vult docere, quòd ſingula prædicamenta, ſi abſolutè, proferuntur, non dicunt affirmationem, neque negationem; idest, neque affirmant, neq; negant; & aſsignat cauſam, propter quam, ſingula Prædicamenta, quando tali modo proferuntur, nec affirmant, nec negant. Diuiditur ergo textus iſte in duas partes, in prima facit, quod dictum eſt; in ſecunda, ibi (omnis affirmatio) aſsignat cauſam, quare nullum Prædicamentum, ſecundum ſe, & abſolutè ſumptum, nec affirmat, nec negat; Inquit igitur Ar. ſic (Singula autem) q. d. ſi aliquis quæreret dicens, ſingula Prædicamenta nominata, quando abſolutè ſine aliquo alio verbo vel nomine proferuntur, vt ſi dicerem; Subſtantia, vel Quantitas, dicit nè affirmationem, vel negationem? ¶ Reſpondet Ar. & dicit, (autem) pro ſed, quilibet logicus debet; pro certo hoc ſcire, ꝙ (ſingula) ideſt, omnia Prædicamenta; adde tu, quæ (dicta ſunt) ſeu ſimplices voces, quæ nominatæ, & de quibus exempla data ſunt: Nota, quòd dicit Ar. (quæ dicta ſunt) denotando, quòd Prædicamenta ſunt Voces, quæ Voces dicuntur; & non ſunt (ipſa quidem) dicit quidem, pro certè, denotando certitudinem, (ipſa) ſcilicet, Prædicamenta (ſecundum ſe) non per ſe; ſed ſeorſum ideſt, abſolutè dicta ſumpta ſeu prolata, ſine verbo aut nomine aut aliqua copula verbali; (veluti ſumpſit Ar. 2. cæli 3. 4. meteo. 11. 27.) (in nulla affirmatione, dicuntur, vel negatione) ideſt, non dicunt affirmationem; neque negationem; hoc eſt, nec affirmant, nec negant. (horum autem) Dices, ò Ar. iſta Prædicamenta vtrum ſemper non affirmant, nec negant, vel aliquando ſic, & aliquando non? Reſpondet Ar. & dicit, ꝙ tunc non affirmant, nec negant, quando ſecundum ſe, & ſolitariè dicuntur (autem) pro ſed (quando horum ad ſe inuicem complexione;) adde tu, facta; ideſt, quando fuerit facta complexio; ſeu copulatio, aliqua & unio (horum) ideſt, Prædicamentorum; tunc affirmant vel negant. ¶ Dices, quomodò fit hæc complexio, ſeu copulatio, & vnio Prædicamentorum? ¶ Dicas hoc modo, quando vnum Prædicamentum coniungitur, vnitur, & copulatur, alteri; mediante copula verbali, quæ eſt ipſum verbum (vt inquit Ar. 1. Perihermenias cap. de verbo, cum dicit, ꝙ verbũ eſt nota eorum prædicatorum, quæ de altero dicuntur) dicendo ſic, ſubſtantia eſt longa; dicit affirmationem; ſubſtantia non eſt longa; dicit negationẽ: Sed ſi ly ſubſtantia abſolutè, prolata ſine verbo; vtique neque affirmationem dicit neque negationem; & Nota, ꝙ dicit Ar. (In nulla affirmatione, vel negatione) innuendo, ꝙ ſunt plures affirmationes; & plures negationes, ideſt, plures orationes affirmatiuæ, & plures negatiuæ, quæ numerò ſunt tres; prima eſt vniuerſalis affirmatiua vt omnis homo eſt animal ſecunda eſt particularis; vt aliquis homo eſt medicus; Tertia eſt oratio affirmatiua indefinita; vt homo eſt albus (vt patet 1. priorum cap. 1.) Similiter ſunt negationes, ſeu orationes negatiuæ; vt nullus homo eſt lapis; aliquis homo non eſt medicus; homo non eſt albus: Prædicamenta igitur, quando abſolutè proferuntur, in nulla affirmatione dicuntur, nec vniuerſali nec particulari, nec in indefinita, ſimiliter neque in nulla negatione, nec vniuerſali, nec particulari, nec indefinita. Sed Dices, ò Ar. ſi ſcire eſt per cauſam (vt patet 1. poſt. 7. 11. 48. 2. poſt. 48. clarius 2. phy. 27. 1. phy. 1. 8. met. 12. & 2. met. 4.) aſsigna mihi cauſam ſeu clarius dicas quando eſt hoc quòd prędicamenta abſolutè proferuntur, nullam dicunt affirmationem, nec nullam dicunt negationem, nec vniuerſalem, nec particularem, nec indefinitam? Reſpondet Ar. & aſsignat cauſam, & clarius ſe exponit dicens. Dub. Sol.

Omnis enim affirmatio, aut negatio, aut vera, aut falſa eſſe videtur; eorum autem, quæ ſecundùm nullam complexionem dicuntur, nullum, neque verum, neque falſum eſt; vt homo, album, currit, vincit.

Poſt-

Poſtqnam Ar. notificauit, ꝙ ſingula Prędicamenta, abſolutè ſumpta, in nulla ſpecie aſſirmationis, & negationis, reperiuntur, nec vniuerſali, nec particulari, nec indefinita, in hac 2. parte textus. probat, hoc eſſe verum, ſyllogiſmo facto, in ſecunda figura; Ideò hæc ſecnnda pars diuiditur in duas partes; in prima ponit maiorem; in 2. ibi (eorum) ponit minorem, relinquendo concluſionem, & non in meritò; quoniam præmiſſæ potentiæ continent concluſiouem, (vt teſtatur Au. in Epit. log. cap. de Retho. demonſtratiua) quò igitur ad primum, ponit maiorem, ſimul aſsignando cauſam, propter quam prædicamenta, abſolutè ſumpta, non alfirmant, neq; negant, & dicit (enim) pro quia q. d. ideò prædicamenta, abſolutè ſnmpta, non affirmant, neq; negant; qm̃ (omnis aſſirmatio) ideſt, quæcumq; ſpecies affirmationis; quæcumq; oratio affirmatiua, (aut) ideſt, vel (negatio) ideſt, qnæcumque ſpecies negationis, aut vniuerſalis, aut particularis, aut indefinita; (videtur eſſe) ideſt, eſt (aut) ideſt, vel vera, & dicit veritatem, (aut) ideſt, vel (falſa) ideſt, dicit falſitatem, v. g. hæc oratio affirmatiua, eſt vera; omnis homo eſt animal; & hæc eſt falſa; omnis homo eſt bos; & hæc oratio negatiua, eſt vera; nullus homo eſt bos; & hæc eſt falſa; nullns homo eſt bipes; ſimiliter, eſt particnlaris vera; aliquis homo eſt animal; & falſa; aliquis homo eſt lapis; ſimiliter, indefinita, vera; vt homo eſt animal; indefinita falſa; homo eſt lapis ſimiliter negatiua; homo non eſt lapis, vera; falſa verò homo non eſt animal, (eorum antem) autem; pro ſed nunc ponit minorem (nullum eorum, quę ſecundùm nullam complexionem dicuntur) ideſt, nnllum incoplexum, nullum prædicamentum abſolutè prolatum, ſecundùm nullam complexionem, aut vnionem, aliquam ſumptum; (nequè) ideſt, non (eſt verum) ideſt, non dicit veritatem, (nec falſum;) ideſt, nec dicit falſitatem; q. d. ergo ex his duabus præmiſsis; maiore, & minore, ſic poſitis, & ordinatis, ſequitur concluſio: ſcilicet nullum prędicamentum per ſe, & ſolitariè, ſnmptum (eſt affirmatio) ideſt, oratio affirmatiua, nec eſt oratio negatiua. Dices, dà exemplnm quomodò intelligitur, ꝙ prædicamentum, abſolutè ſumptum, non affirmat, nec negat? Reſponder, & dicit (vt) ideſt. v. g. hæc vox (homo) abſolutè ſumpta, ſine alia dictione aut additione; ſine complexione verbali; ſic nuda vox ipſa, ſeu dictio ipſa accepta, non affirmat, neque negat & ſequitur (album) hæc eaim vox album ſimiliter abſolutè ſumptum, non affirmat, neq; negat; & ſcias, ꝙ per ly homo Ariſt. intelligit prædicamentum ſubſtantiæ, & per ly album, intelligit prædicamentum qualitatis, quæ omnia per bellè declarat Ar. 9. met. vltimo, 1. Perihermenias cap. de oratione, quando inquit, ꝙ pars orationis ſignificat, vt dictio, ſed non vt affirmatio, vel negatio; ſed prędicamenta ſunt partes orationis; ergo prædicamenta, abſolutè ſumpta, ſignificant; vt dictio, & non vt affirmatio, & negatio. ¶ Dices, ſi prædicamenta ſunt, quædam ſimplices voces, & ſunt nomina: vellem ſcire quando verba abſolnte proferũtur ſine nomine affirmant vel negant? ¶ Reſpondet Ar. quaſi dicendo non ſolùm prædicamenta, quæ ſunt voces ſimplices, & nomina; ſed etiam verba; (vt currit, vincit) & quodliber aliud verbnm abſolutè, ſine nomine, prolatum, nec affirmat, nec negat, quod quidem Ariſt. declarat 1. Perihermenias cap. de verbo, quando dicit (neque) ſi ipſum ens dixeris nudum, ipſum enim nihil eſt, conſignificat autem compoſitionem quandam, quam ſine extremis, non eſt intelligere; & quid melius qnàm exponere auctorem per eundem auctorem? ex quibus omnibus colligatur hæc ratio, in ſecunda figura, quæ eſt talis; omnis affirmatio, vel negatio ſecundùm ſe eſt vera, vel falſa; ſed nullum decem Prædicamentorum, ſecundùm ſe, eſt verum, vel falſum; ergo nullum prædicamentum ſecundum ſe eſt affirmatio; vel negatio, quam rationem tanquàm veram confirmat Ar. in cap. de oppoſitis, & 1. Perihermenias cap. 1. cum inquit nomina igitur ipſa, & verba conſimilia ſunt ei, qui ſine compoſitione, & diuiſione eſt intellectui, vt, homo, vel, album, quando aliquid non additur illi dictioni neq; enim falſum, neque verum, adhuc eſt; ſignum autem huius, vt hyrcocernus quod videtur eſſe nomen compoſitum aliquid benè ſignificat; ſed nondum verum aliquid, vel falſum; ſi eſſe, vel non eſſe, illi addatur, vel ſimpliciter, vel ſecundum tempus; hinc dicebat Ar. 1. poſt. 14. ꝙ definitio non affirmat, nec negat, quoniam in ipſa non ponitur verbum; Verum Nota; ꝙ ſi in definitione ponitur verbum, non ponitur loco copulæ; ſed loco clauſulæ, & conditionis (vt teſtatur Auer. 2. poſt. 17.) vnde inquit 4. met. vltimo, ꝙ ſermo definitiuus, & affirmatiuus, non ſunt idem; quoniam in ſermone affirmatino ponitur verbum, ſed in definitiuo non ponitur verbum; verum ſi tu de hac re plura deſideras, & notatu digna vide noſtram expoſitionem, ſuper librum, poſt. tex. 14. Dub. ¶ Sed dubitabit aliquis dicens ſic, (ambulo) nonne me deambulante, ſignificat verum, & me non deambulante ſignificat falſum? Sol. ¶ Dicas, quòd ſi ly (ambulo) ſumitur abſque pronomine quod eſt (ego) aut actu, aut potentia, nec dicit verum, nec falſum; ſed ſi ſumitur pro vt potentia, compre-

prehendit hoc pronomen, quod eſt (ego) dicendo, ego ambulo, vel ambulat; ideſt, Franciſcus ambulat; hoc pacto bene veritatem *Dub.* dixerit vel falſitatem, Sed Dices, quare Ar. dixit (videtur) per quod verbum innuit dubitationem; nam aut Ariſt. eſt certus, quòd omnis affirmatio, aut negatio eſt vera, vel falſa; aut eſt dubius; ſi enim eſt certus, non debebat dicere (videtur;) ſed debebat dicere clarius ſic; videlicet, omnis affirmatio, vel negatio eſt vera, vel falſa, Pro ſolutione, eſt Notandum, quod ly (videtur) *Sol.* multa ſignificat; primo enim ſignificat apparentiam, & non exiſtentiam, veluti aurum pigmentum; videtur; ideſt, apparet in ſuperficie aurum, tamen non eſt aurum (1. Elenchorum cap. 1.) ſimiliter æs mercurio, ſiue argento, viuo fricatum apparet argentum; tamen non eſt argentũ; ſignificat etiam imaginem, vt paries apparet albus; ſignificat etiam opinionem, vt quid tibi videtur de hac re; ideſt, quæ eſt opinio tua de hac re; ſignificat etiam communem opinionem; vt ſi dicerem ſic, videtur omnibus; ideſt, hæc eſt opinio communis omnium, (vt patet 1. phy. 79.) ſumitur etiam pro conuenit, vt 2. de anima 21. ſumitur etiam pro certè, ſine dubitatione, indubitanter, vt dicit veritatem, & certitudinem in rebus veris, & famoſis, (vt patet 1. de anima 19.) quibus ſic ſtantibus; Dicas, quòd Ar. accipit ly videtur, pro vt dicit certitudinem, & veritatem, pro eſt, quaſi dicat, quod omnis affirmatio, vel negatio videtur; ideſt, eſt vera, vel falſa, (veluti ſumpſit Porphyrius in cap. de genere, quando dixit, videtur autem neque genus, neque ſpecies ſimpliciter dici, (veluti etiam 1. cæli & 3. cæli 1. & 2. *Dub.* de anima 21.) ¶ Dices, quòd videtur falſum id, quod dicit Ariſt. quando dicit, quòd quando fit complexio; tunc prædicamenta affirmant, vel negant; nam ego dico; Petrus in foro; hæc vox Petrus, vel Franciſcus in ſtudio, hæc vox Franciſcus, eſt complexa, cum foro; & tamen non affirmat, nec *Sol.* negat. ¶ Dicas, quòd non omnis complexio facit propoſitionem veram, vel falſam; ſed tantũ complexio verbalis, vt eſt verbum ſubſtantiuum, ſum, es, eſt, vel verbum adyectiuum, reſolutum per ſubſtantiuum vt ambulo, ambulas, ambulat, ſum es eſt ambulans vt Petrus in foro ambulat, Franciſcus in ſtudio legit; & ſic Petro ambulante in foro; vera eſt propoſitio; Petrus in foro ambulat; quo non de ambulante, eſt falſa; ex quibus late patet, quòd nulla alia complexio facit propoſitionem veram, vel falſam; niſi illa, quæ eſt verbalis, quod declarat Ar. 1. Perihermenias cap. 1. quando dicit nomina igitur ipſa ſimilia ſunt ei, qui ſine compoſitione, & diuiſione eſt intellectui, vt homo; vel album, quando non aliquid additur; ſcilicet, verbum, copula verbalis, neque enim falſum, neque verum, ad huc eſt; ſignum autem huius eſt, hyrcoceruus enim aliquid ſignificat, ſed nondum verum aliquid, vel falſum, ſi eſſe vel non eſſe addatur, vel ſimpliciter, vel ſecundùm tempus; omnia, quæ doctiſſime confirmat Ar. 3. de anima 21. quando inquit indiuiſibilium igitur intellectio, in ijs eſt, circà quæ non eſt falſum, hoc eſt, quando intellectus apprehendit res ſimplices, non dicit verum, nec falſum; quando verò intellectus vnam vocem componit, vnit, & copulat, cum alia voce ſimplici, mediante verbo; tunc dicit verum, vel falſum; ſi enim compoſitio erit conueniens enti. vt ſi dixero coruus eſt niger, propoſitio erit vera, & affirmatiua; ſi verò illa compoſitio non eſt conueniens enti, tunc erit falſa, vt ſi dicerem coruus eſt albus, quæ omnia reliquit Ar. 7. met. vltimo. ¶ Dices, *Dub.* ſi circa res ſimplices non eſt verum, nec falſum, quare Ariſt. in 3. de anima 21. dixit, ꝙ circa terminos ſimplices, non eſt falſum, & non dixit verum? ¶ Dicas, ex 1. cæli 101. 2. cæli 40. & in libro de ſenſu, & ſenſili cap. 2. clariùs 1. de anima 85. clariſsimè tamen in Epit. log. cap. de Reth. demonſtratiua Inquit Ar. quòd vnum oppoſitum ſit clarius, nec non facilius per ſuum oppoſitum intelligitur 3. de anima 25. Ar. & com. 21. Au. quo ſtante dicitur, ꝙ verum; & falſum ſunt duo oppoſita, (vt patet 5. met. cap. de falſo & 1. cæli 19. quando enim dixit Ar. ꝙ circa voces indiuiſibiles incomplexas, non eſt falſum) intelligitur etiam ſuum oppoſitum; ſcilicet, non eſt verum, ex quibus oritur hęc regula. ſ. quod vbi negatur, & aufertur vnum oppoſitum, negatur etiam & alterum; ſed à vocibus ſimplicibus negatur falſum, ergo ab ijs negatur verum, & vbi affirmatur vnum oppoſitum, affirmatur & reliquum, quod probatur ex Ar. 1. poſt. 99. ſicùt ſe habet affirmatio ad affirmationem ſic ſe habet negatio ad negationẽ. ¶ Vel Dicas, ꝙ veritas eſt duplex; Alia ſubſtantiua; Alia verò. quæ opponitur, falſo, inquit igitur Ioannes Grammaticus, ꝙ circa ſimplices voces adeſt veritas ſubſtantiua, & non veritas, quæ opponitur falſo; & Ideo Ar. in illo loco nominauit ſolùm falſum, & non verum. ¶ Vel Dicas, ꝙ circa ſimplices *Alia ſol.* voces, non eſt veritas compoſita, ſeu complexa, ſed eſt veritas ſimplex, & incomplexa. ¶ Sed contradicta Dices, quòd cir- *Rep.* ca compoſitionem eſt verum, & falſum; & non circa voces ſimplices, nam definitio eſt vox ſimplex, ſine verbo (1. poſt. 14.) & tamen definitio dicit veritatem (vt inquit Au. 1. poſt. in prologo) & quod magis importat,

quod Inquit Ar. ꝙ definitio eſt affirmatiua 2. poſt. 9. ergo non ſolùm circa voces compoſitas, & complexas, eſt affirmatio, & negatio, & veritas, & falſitas, ſed etiam circa voces incomplexas, ſimplices. ¶ Dicitur, ꝙ veritas eſt duplex; Alia, quæ opponitur non enti; Alia eſt, quæ opponitur falſo; tunc dicimus, ꝙ definitio dicit veritatem, quæ opponitur non enti; ideſt, notificat aliquid de eo, quod eſt (vt patet 2. poſt. 32. dum Inquit non entis non eſt quid, ſed entis eſt quid) ideſt, eius quod non eſt, non eſt definitio; ſed entis, qđ eſt, eſt definitio; ſed definitio nõ dicit veritatem, quę opponitur falſo. quę eſt ſecundum affirmationem, & diuiſionem; ideſt, negationem. ¶ Dices contra; nam 2. poſt. 16. 46. 47, & 1. poſt. 64. principium demonſtrationis dicit veritatem, quæ opponitur falſo, cum verbo, & copula verbali affirmat, & negat, ſed definitio eſt principium demonſtrationis, (vt ibidẽ patet) ergo definitio dicit veritatem, quæ opponitur falſo. ¶ Reſpondet Ar. & dicit, ꝙ definitio eſt triplex; Alia, quæ eſt principium demonſtrationis; Alia, quæ eſt tota demonſtratio; Alia, quę eſt concluſio demonſtrationis; tunc dicimus, ꝙ verum eſt, ꝙ definitio, quæ eſt principium demonſtrationis, dicit veritatem, & affirmationem cum copula verbali, non autem definitio, quæ eſt tota demonſtratio. ¶ Sed Dices contra; nam demonſtratio 2. poſt, 17, affirmat, affirmatione compoſita, cum copula verbali; ſed definitio eſt tota demonſtratio 1. poſt. 62. ergo definitio dicit affirmationem complexam, cum complexione, & copula verbali. ¶ Dicitur, ꝙ verum eſt, ꝙ definitio eſt tota demonſtratio materialiter ſumpta, non autem finaliter. ¶ Contra; vbi ponitur verbum, ibi eſt affirmatio compoſita, & complexa, ſed in definitione, quæ eſt tota demonſtratio, ponitur verbum; ergo dicit affirmationem complexam. ¶ Dicitur, ꝙ illud verbum, quod ponitur in definitione, ponitur loco clauſulæ, & conditionis, non autem loco copulæ, (2. poſt. 17.) quorum omnium concluſionem ſcripſit Au. 10. met. vltimo, cum dixit, ſermo affirmatiuus, & definitiuus, non ſunt idem; ſupple tu, ſine; quoniam vnus affirmat, vel negat; alter verò nec affirmat, nec negat; veluti eſt definitio, deſcriptio, & ſermo, qui non eſt definitio, nec deſcriptio (teſte Auer. In Epit. log. in ſermone de rebus compoſitis. ¶ Vel dicendum ꝙ verbum non ponitur ex parte definitionis ſed ex parte definiti denotando exiſtentiam definiti non negando nec affirmando, & quoniam Doctores non nulli prolixam faciunt quæſtionem de numero prædimentorum; an decem, an vndecim, vel plura, vel pauciora; verùm, quia omnes, quæ aducuntur rationes, nil concludere videntur; quoniam manifeſtus eſt eorum numerus, quòd ſunt decem (veluti teſtatur Por. in cap. de ſpecie & clariùs Ar. 1. top, cap, proprio, & in hoc cap.) Ideò in hoc non intendo conterere tempus cum res ſit manifeſta Hęc Igitur de Antepredicamentis dicta ſufficiant.

(Marginal notes, left column: Sol. — Rep. — Sol. — Rep.; right column: Sol. — Rep. — Sol. — Rep.)

SEBASTIANVS AIELLVS.

QVAE modo, quæ quondam ſcripſiſti dogmata gnarus
Ingenij pandunt tot monumenta tui.
VIVOLVS eſt equidem cui patria plurima debet
Nam manet in viuo gloria nobilior.

FRANCISCI ANTONII VIVOLI PHILOSOPHI ET MEDICI NEAPOLITANI.

DILVCIDA EXPOSITIO IN PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS.

SECVNDA PARS.

CAPVT DE SVBSTANTIA.

SOLENT Imperatores, Reges, ac Principes illos, qui ſunt aliquarum ſcientiarum auctores, propter illorum excellentiam vſque ad aſtra extollere, & inter alios ſummopere laudatos eſt : Porphirius, qui librum Prædicabilium introductorium in Categorias Ar. edidit, vtilitatem quinque prædicabilium in exordio ſui libri oſtendit, quomodo etiam doctrina quinque vniuerſalium difficilis ſit, & altiſsima, in quas Introductiones ad Porphyrij laudem Alanus inſulis Porphyrium comparat Aedippo Regi Athæníenſi, qui Aedippus diſſoluit quodam ænigma, quod Sphinax auis monſtruoſa ſedens in rupe hominibus prætereuntibus propoſuit ea conditione, ꝙ ſi quis tale ænigma non ſolueret, à Monſtro voraretur, qui verò ænigma propoſitũ ſolueret, mox monſtrum de rupe in aquam proijceret. Fuit autem ænigma hoc, Quod nam eſſet animal, quod in prima ætate eſſet quadrupes, In media bipes, in ſenio autem tripes. Aedippus Rex audito ænigmate ſoluit, & dixit, quòd eſſet homo; cum enim homo puer eſt, graditur pedibus, & manibus, quaſi haberet quatuor pedes; cauſa eſt, quoniam pueri in ſuo initio habent cerebrum valde humidum vt inquit Au. 2. de par. anim. cap. 7. quam etiam ob cauſam animalia naſcuntur capite præcedente : 4. de gen. an. cap 19. & pueri quoque in tenella ætate vocant omnes viros patres, & omnes feminas matres, vt teſtatur Ar. 1. phy. 5. in ætate autem vlteriori graditur duobus pedibus, cauſa eſt, quoniam poſt aliquot annos, in quibus calor ſuo robore aliquid de ipſius pueri humiditate exiccauit, & ſic puer quodammodo erectus ambulat eiuſque corpus calidius factum erigitur, & erectæ ſtaturæ efficitur caloris. namque officium eſt petere ſupremum locũ cum ſit ſibi naturale, & ita petit cerebrum ideo ipſum incipit exiccare, vt inquit Au. 2. de par. an. cap. 7. hinc aſſerit Ar. 1. phy. 5. at pueri primũ omnes viros patres appellant, & fœminas matres intellige tn propter nimiã humiditatem poſterius autem determinant horum vnumquodq; intellige humiditate illa quadantenus exiccata : In ſenio verò cum bacculo ambulat quia prorſus ad ſupremam ſiccitatem deuenit & ſic habet tres pedes, iuxta illud.

Inde ſenilis hyems tremulo venit horrida paſſu
Aut ſpoliata ſuos aut quos habet alba capillos.

Cauſa eſt propter caloris debilitatem, vt ibidem aſſerit Auer. quo ænigmate ſoluto, mox Aedippus Rex monſtrum hoc in aquam ſubmerſit. Vnde ſi loquitur Alanus illic quod Porphyrius directo tramite pontem dirigit, & monſtrat, quomodo lector Ariſtotelis abyſſum intrat penetrans penetralia eius libri, & illic Porphyrius arcana reſoluit; Reſoluit quidem alter quàm Aedippus ſphyngis præfati monſtri enigmata. intendit itaque Alanus in iſtis carminibus, ꝙ Pordhyrius difficiliora de vniuerſalibus in ſuo libro reſoluit, quemadmodum Aedipus Rex ſoluebat ſphyngis enigmata erat aut ſphynx monſtrum faciem habens puellæ, pedes ſicuti ſerpens, & alas ſicut auis iuxta illud.

Sphinx volucris penna, ſerpens pede, fronte puella.

Cum igitur Porphyrius propter has de vniuerſalibus ſolum propoſitas, & ſolutas difficultates fuit tanta laude, & regia comparatione dignus, & exaltatus, quanto magis Socrates? qui vt ait Ar. in libro de cauſis proprietatum elementorum columna 12. fuit in diebus Philippi Regis, via monte Macedoniæ, inter duos montes & ſuperueniebat & in quibuſdam momentis hora, qua non tranſiret ſuper illam viam aliquis equitum, & peditum, qui non caderet mortuus, quando erat inter illos duos montes; Interrogauit ergo propter hoc Rex Philippus quoſdam ſuos ſapientes, qui facti cauſam neſcierunt, donec præcepit ei Socrates facere fabricam altam; quam ſtatim fecit & in ea poſuit Socrates ſpeculum de calibe: quo quidem poſito & præparato juſsit inſpicere in ſpeculo, prædicto quod duobus montibus oppoſito præparauerat per quod quidẽ ſpeculũ viſi ſunt duo dracones magni, vnus ex vno monte, alter verò ex altero, & vnusquiſq; eorũ videbatur adinuicem aperire fauces ſuas vnde ex ambabus faucibus egrediebatur quidã teter vapor qui corrumpebat, aerẽ illum & pertranſeuntes contagione quadã interficiebat Socrates autem ſedebat aſpiciẽdo in ſpeculo eminus conſiderabat hoc naturæ ſecretũ videns dracones illos & pertranſeuntes viam illam aut equites aut pedeſtres a beſtijs quas inſederant cadentes videbat vnde Socrates in ſcientiam venit propter vaporẽ, qui egrediebatur de ventribus & conſequenter ex hiatu per ora draconum qui illius loci aerem corrupebat id eueniſſe. Feſtinauit ergo & deſcendit ad regem Socrates narrauitquè illi omnia, ac præcepit exire in montem; & videre quare tranſeuntes interfecti ſunt, & ſimul etiam dracones vt interficiantur mandauit. Vnde poſtmodum tutus fuit locus. ille, & id quod antea ſæpius acciderat amplius non accidere viſum fuit. Miratus ergo Rex Socratis ſapientiam illum ſummopere exaltauit. Si igitur Porphyrius, & Socrates fuerunt laude digni, & à Regibus exaltati, quanto magis Ariſt. qui non vnum, non duo, nec tria perſoluit naturæ ſecreta, ſed infinita? Derelinquo, modo quæ perſoluit in Logica; (dico) ſecreta naturæ, vt quomodo moueantur cæli, quomodo moueantur quatuor elementa, quomodo fiunt ignitæ impreſsiones, vt ſunt ſtipulæ ardentes, ſeges, dali, ſydus volans, Drago volans, candele, trabes, columnæ teretres, lanceæ, clypei, globi, faces, cometæ, pyramides, caſtra inter ſe pugnantia, pruinæ, pluuiæ, ros, nix, glacies, grando, fontes, flumina, mare, ſpiritus, terremotus, ſimiliter de ſalſedine maris, quomodo generantur animalia, plantæ nec non quomodo mouentur, & quomodo viuunt, tandem quomodo generantur venti, & quomodo in cęlo fiũt lapides. & multa alia quæſita, quorum nullus antiquorum philoſophię profeſſor cauſas reddere ſciuit niſi hoc naturæ miraculum Ariſtoteles. At quoniam inter alia innumera, quę in logica quæſita reperiuntur & inquentur, vnum eſt, quarè inter prædicamenta quæ numero ſunt decem in Anteprædicamentis numerata cap. vltimo primum locum obtinet Subſtantia? quod quidem quæſitum tacitè mouet, & expreſsè ſoluit. circa quod Doctores omnes, Gręci, vt magnus magiſter Simplicius, Ammonius, Porphyrius. & inter latinos Boethus. & Illuſtriſsimi Cardinales admodum negotiari videntur, qui dubitando valde admirantur ordinem ab Ar. obſeruatum, cauſa autem dubitationis, & admirationis eſt; quoniam conſuetudo Ar. eſt rem nobiliorem vltimo loco ſituare, ipſamq; dilucidare, veluti patet in 8. phy. vbi vltimo loco tractat de primo motore, tanquàm de nobiliori, quem ordinem ſeruat etiam in 3. de anima vbi verba facit de intellectu, qui inter animæ potentias. nobilitate præcedit, ac etiam in 12. met. de Deo Optimo Maximo, tanquàm de omnium nobiliſsimo, ſimiliter in logica, & præcipue in 2. poſt. vbi de definitione, tanquàm de præcipuo, & nobiliori, tàm ante, quàm poſt ipſam conſideratis vltimo loco pertractauit. qui quidem ordo ab Ariſt. obſeruatus videtur habere quandam rationem ſuptam ab Ariſt. ex 9. met. 15. vbi inquit, ꝙ in natura vltimo producuntur nobiliora, & perfectiora; & quæ primo generantur, ſunt imperfectiora. vnde valet. ratio, ſicut videmus in natura ordinem ſic & in arte ordo eſt obſeruandus. quoniam ars ſequitur naturam 2. phy. 22. & 4. Meteororum 28. admonet Ar. ſed in natura vltimo loco producuntur nobiliora, & perfectiora, ergo ſimili ratione in arte vltimo loco debent tractari. ſed ſubſtantia eſt cæteris prædicamentis nobilior, ac perfectior. 7. met. 4. 2. de anima 2. ideo Ar. vltimo, & non primo loco tractare debebat. huic rationi facta vigore conſuetudinis Ariſt. per eundem Reſpondetur. nam qualis eſt ratio, talis debet eſſet rationis ſolutio. ſicut enim dictum eſt, ꝙ conſuetudo eſt Ar. ea, quæ ſunt nobiliora, & perfectiora, primo loco tractare. vt patet 1. Perihermenias cap. 1. vbi prius de nomine, & poſtea de verbo, in libro Priorum prius de prima figura, quæ eſt ſecunda nobilior, & tertia melior 1. poſt. 103. ſimiliter 1. poſt. prius conſiderat de Demonſtratione ſimpliciter, quæ eſt melior Demonſtratione propter quid, & nobilior Demonſtratione quia, veluti narrat Au. 1. poſt. 7. vbi inquit, quod

De-

Demonſtratio ſimpliciter eſt certiſsima, perfectiſsima, & omnium ſpecierum demonſtrationis nobiliſsima, ſimiliter in philoſophia primo conſideratur de cælo, quod eſt præcipua mundi pars atque nobilior, deinde de elementis, & 3. de anima primo tractatur de ſenſu viſus, qui omnibus alijs ſenſibus eſt præſtancior. 2. de anima 77. & 3. de anima vltimo, vnde in hoc libro conſuetum ſequendo ordinem, primo tractat de Subſtantia, quoniam ſingulis alijs Prædicamentis eſt melior, nobilior, ac præſtantior, 7. met. 4. & 2. de anima 2, & ſicut ordo primus ab Ar. obſeruatus videbatur habere rationem ex 9. met. 11. ꝙ nobiliora vltimo loco tractantur ſic etiam iſte ſecundus ordo, ſcilicet ꝙ nobiliora primò loco conſiderantur, videtur etiam habere rationem ex 3. met. 11. inquit enim ibi Ar. ꝙ meliora præcedunt viliora, & non ſolum iſte ordo ſecundus ab Ar. obſeruatur, & ratione, & auctoritate comprobatur, ſed etiam natura ipſa ipſum manifeſtum facit, quoniam in natura id, quod primò generatur. eſt cor. veluti teſtatur Ariſt. in 2. de par. an. cap. 4. quod eſt cæteris membris nobilius, vt ibidem videre eſt. ex quo fiat ratio talis, Sicut enim res nobilior, excellentior, & melior à natura ordinatur in generatione, ſic ordinatur ad eſſe, & ſicut ad eſſe, ſic ordinatur ab arte, ſi fides eſt adhibenda Ar. 2. phy, 22. 79. clarius 4. Meteororum 28. clariſsime 1. cæli 2. & 2. poſt. 94. quod quidem ab Ar. 2. met. confirmatur tex. 4. vbi inquit, ꝙ ſicut res ſe habet ad eſſe, ſic ſe habet ad cognoſci. & quoniam ſubſtantia, quæ inter cætera Prædicamenta obtinet principatum, primo generatur, & à natura ordinatur 1. phy. 58, 64. 8. met. 3. cum inquit Ariſt. compoſitum eſt id, quod generatur, ergo ſic ordinatur ad eſſe apud naturam. & ſic ars ſumens à natura, ab ipſa primo ordinatur, & in hoc libro primò conſideratur. & quoniam ducere ad inconueniens, non eſt ſoluere, ideo dicamus; quòd licet mos, ac Ar. conſuetudo ſit vltimo loco tractare, & collocare illa, quæ ſunt nobiliora, tamen in hoc eſt aduertendum, ꝙ talis conſuetudo non ſemper apud Ar. in vſum venit, ſed aliquando vltimum locum, & aliquando primum locum illis, quæ ſunt meliora. & nobiliora aſsignare videtur; & hoc non propter aliud, niſi ſecundum quòd res ſubiecta requirit, atque expoſcit. vnde patet, quòd Ideo Ar. primò pertractauit de ſubſtantia, quoniam eſt melior & cæteris prædicamentis excellentior. hinc inquit Au, in Epit. met. tractatu primo cap. de ſubſtantia quoniam ſubſtantia arabice dicitur giauhar; quod nomen eſt tranſumptum à lapide pretioſo, qui eſt magni precij, & valoris inter alia bona, vt ſicut lapis pretioſus, vt adamas præponitur, ſic ſubſtantia alijs prædicamentis præfertur. ¶ Vel aliter dicendū cum Ioanne Grammatico in 2. phy. 52. qui ſumit ab Ar. quòd ſubiectum eſt prius eo, quod eſt in ſubiecto, & quoniam ſubſtantia eſt ſubiectum cæteris prædicamentis 1. phy. 62. ideo ſubſtantia eſt prior, & per conſequens in priori loco debet collocari. *Alio ratio.* ¶ Quod quidem confirmat Ar. 7. Met. 47. vbi aſſerit, ꝙ impoſsibile eſt id, quod non eſt ſubſtantia, nec ratione, nec tempore, nec generatione eſſe prius ſubſtantia. vt etiam approbat Au, in libro de ſubſtantia orbis cap. 1. vnde fiat hæc ratio, id, quod non eſt prius natura, non poteſt eſſe prius natura, ſed ſingula prædicamenta cum ſint accidentia, non ſunt priora ſua natura, ergo non ſunt priora, & ſubſtātia natura ſua eſt prior, ergo natura ſua nō poteſt eſſe poſterior, id igitur qđ eſt prius natura, eſt prius in arte, ſed ſubſtātia eſt prior natura, ergo eſt prior, in arte ſi fides eſt adhibēda Ar. 2. phy. 22. 79. & 4. Met. 48. *Cōfirmatio.* ¶ Vel aliter dicendū, prius enim de ſubſtantia, quàm de aliquo aliorum prædicamentorum, quoniam id quod eſt magis, & ſimpliciter ens, ſemper eſt prius eo. quod eſt minus, & ſecundum quid ens 2. met. 9. inquit Au. ſed ſubſtantia eſt magis, & ſimpliciter ens, & cætera prædicamenta ſunt accidentia, & ſecundum quid entia. 7. met. 2. 3. & 4. meritò igitur Ariſt. prius de ſubſtantia, quàm de aliquo aliorum prædicamentorum. *Alia ratio.* ¶ Vel aliter dicendum quoniam ſubſtantia eſt natura prior alijs prędicamētis quæ ſunt accidentia; quoniam valet dicere accidens eſt, ergo ſubſtantia eſt. ſed non è contra quoniam poteſt eſſe ſubſtantia abſque accidente, licet non ſine omni accidente, ſed ſine aliquo accidente, vt ſi coruus eſt cum nigredine, tamen eſt ſine albedine, & ſi eſt cum nigredine, non eſt cum omni nigredine, ſed cum illa, quæ eſt ſibi innata, congenita, & data à natura. non enim eſt cum nigredine picis, vel æbani, veluti etiam materia prima, non eſt ſine omni forma, ſed ſine aliqua forma, nam ſi eſt ſine forma humana, non eſt ſine forma leonis, vnde ſequitur ꝙ materia prima eſt ſine forma, quam non habet, ſed non eſt ſine forma quā habet. *Alia ratio.* ¶ Vel aliter dicendum, cauſa enim vt cauſa 1. poſt. 12. 71. 73. 11. ſemper eſt prior cauſato ſecundum ſuam propriam naturam 1. phy. 2. & quoniā ſicut res ſe habet ad eſſe ſic ſe habet ad cognoſci 2. met. 4. Ideo ſubſtantia cum ſit cauſa aliorum prædicamentorum, quæ ſunt accidentia 4. met. 2. prius tractatur, & inter omnia prædicamenta proponitur, & illis præfertur. *Alia ratio.* ¶ Amplius, quando ſunt plura, quæ communicant in eodem nomine, & vnum eſt nobilius omnibus alijs, id quod eſt *Alia ratio.*

nobi-

nobilius, & dignius illo nomine, eſt cauſa cęterorum 7. met. 3. 7. & 2. met. 4. clarius tamen 8. met. 7. & quoniam ſubſtantia, & cætera prædicamenta communicant in eodem nomine, quod dicitur ens, quoniam tam ſubſtantia, quàm cætera prædicamenta dicuntur entia, teſte Porphyrio cap. de ſpē 7. met, à tex. 2. vſque ad tex. 7. quæ ſubſtantia eſt dignior, & cæteris prædicamenris melior, vt vt ibidem Au. & 2. de anima 2. fatetur cum igitur ſubſtantia ſit cauſa cæterorum prædicamentorum, in quantum eſt cauſa, & ſingulis alijs nobilior, nulli dubium eſt, ꝙ prius debet tractari de ipſa, & ratione, qua eſt ens, & magis ens, quàm alia omnia, vt in locis patet allegatis. meritò obtinet primum locum.

Alia ratio. ¶ Amplius, id, quod per ſe exiſtit, eſt prius, & prius conſiderandū venit 2. phy. 66. quàm illud, quod eſt cum illo, & nō ſine illo exiſtit, ſed ſubſtantia per ſe exiſtit 1. poſt. 4. 33. in Epit. met. tractatu primo, ergo ſubſtantia eſt prior; & per conſequens prius venit conſideranda.

Alia ratio. ¶ Amplius 6. met. 2. modus, & ordo conſiderandi ſumitur ab ordine, & modo diffiniendi, ſed ſubſtantia prius definitur, quàm ſingula prædicamenta 7. met. 16. meritò prius de ſubſtantia prius ordinatur, & conſideratur.

Alia ratio. ¶ Amplius, illud debet pręcedere, & debet eſſe prius omnibus alijs, quod non indiget alijs, & alia indigent illo; vt patet 1. priorum cap. de prima figura. & 1. poſt. 103. ſed ſubſtantia non indiget alijs; & alia vt ſint, indigent ipſa 1. poſt. 33. & in hoc cap. de ſubſtantia. in Anteprædicamentis cap. 2. vt etiam Porphyrius in cap. de accidente. clarius 4. met. 2. ergo ſubſtantia debet pręcedere.

Alia ratio. ¶ Amplius natura ſemper deſiderat primò id, quod melius eſt 2. de gen. & cor. 59. 2. de gen. an. cap. 14. verum etiam 4. de par. anim. cap. 10. clarius 2. cæli 34. & quoniam ars imitatur naturam, 2. phy. 22. 4. Meteororum 28. Ideo Ars, quod optimum & melius eſt primò deſiderat, vt in prologo 1. poſt. aſſerit Au. ſed ſubſtantia eſt melior accidente, 2. de anima 2. ars igitur ſequens ordinem, & naturæ deſiderium, primo conſiderat de ſubſtantia, ipſam appetit, & primò amplectitur: ¶ Amplius 7. met. 2. 4. phy. 66. 1. Ethicorum cap. 7. id quod eſt per ſe, & ſimpliciter, prius eſt eo, quod eſt per accidens, 4. phy. 43. 5. phy. 39. ſed ſubſtantia eſt per ſe, exiſtit per ſe, & non per aliud, 1. poſt, 33. in hoc cap. de ſubſtantia: in Anteprædicamentis cap. 2. & in locis allegatis, cætera verò prædicamenta non per ſe, ſed per aliud ſunt, & exiſtunt, vt ibidem patet. ergo ſubſtantia eſt prior alijs prædicamentis.

Confirmatio. ¶ Confirmatur. nam perfectum 1. cæli 12. eſt natura prius imperfecto, 2. cæli 23. 1. politicorum cap. 1. ratione, & tempore. ſed ſubſtantia eſt perfectior ſingulis prædicamentis, 2. de anima 2. Ideo prius Ariſt. conſiderauit de ipſa, deinde de alijs prædicamentis. quæ ſunt accidentia. ¶ Amplius 1. poſt. 1. 2. poſt. 101. 6. top. in primo loco definitionis, & 1. met. 48. partes definitionis ſunt priores, & notiores definito in eſſe, & in noticia, & in ordine, ſed accidentia definiuntur per eſſe in ſubiecto, & per ſubiectum. ſ. per ſubſtantiam 1. top. cap. de accidente. Porphyrius in cap. proprio, & Ar. 1. poſt. 31. 35. 3. phy. 4. ergo ſubſtantia, quę ponitur in definitione accidentium, debet prius, eſſe & prius cognoſci, & prius ordinari.

Confirmatio. ¶ Quod confirmatur ab Ar. 1. phy. 62. 1. de gen. & cor. 16. vbi inquit, ꝙ prædicamenta, ſcilicet quantum, & quale, & ad alterum, & quando; & vbi fiunt ſubiecto aliquo præſiſtente. ecce igitur quàm clarè fatetur Ar. ꝙ ſubſtantia debet anteire alia prædicamenta veluti baſis, & fundamentum, in quo reſident, inſunt, & adhærent, per quam ſubſtantiam alia prædicamenta habent eſſe, & exiſtere. qua non exiſtente, & remota: auferuntur, remouentur, abolentur, & omnia euaneſcunt. quorum omnium concluſionem fundauit Ar. in cap. de ſubſtantia; cum inquit, (non exiſtentibus primis ſubſtantijs, impoſsibile eſt aliquid aliorum eſſe.)

Alia ratio. ¶ Amplius, id, quod ducit ad cognitionem alicuius, debet præcedere illud, veluti præmiſſæ, quæ ducunt ad cognitionem concluſionis 1. poſt. 2. 2. phy. 89. ſed ſubſtantia facit ad cognitionē aliorum prędicamentorum, quæ ſunt accidentia, vt teſtatur Au. 6. met. 1. vbi inquit, ꝙ demonſtratio eſt de ſubſtantijs ad accidentia clarius 1. de anima 11: ergo nulli dubium eſt, ꝙ ſubſtantia præcedit alia prædicamenta, & huius quęſtionis determinans veritatem Ar. 7. met. 4. dixit, ſubſtantia, & ratione, & cognitione, & tempore, & natura omnium primum eſt.

Dub. ¶ Sed Dices, ſi ſubſtantia pręcedit alia prædicamenta quæro qua præcedentia? *Sol.* Pro ſolutionis intelligentia eſt Notandum, ꝙ ordo eſt duplex, quidam ſecundum neceſſarium, & quidam ſecundum melius. ordo autem ſecundum neceſſarium eſt, quando res illa primò adiſcitur, ſine qua ſubſequentia, & poſteriora adiſci non poſſunt, 1. de anima 2. liber de anima eſt neceſſarius ad librum de animalibus, quoniam anima eſt tanquàm principium animalium, ſine quo animalia adiſci non poſſunt. quod declarat Ar. 1. phy. 1. vbi inquit, quòd principia ſunt prius conſideranda ordine neceſſario; quoniam principiata ſciri non poſſunt ſine ipſis; quod quidem latè patet 5. met. 1. vbi inquit Ar. ꝙ ſcientia de elementis, ideſt, de literis præcedit cognitionem ſyllabarum: vt ſi volumus ſcire ſyllabam hanc. BA. neceſſario

oportet

oportet prius ſcire literas ipſam componentes, quæ ſunt B. & A. Ordo vero ſecundum melius eſt. duplex, quidam ſecundum notius facilius, & quidam ſecundum melius, nobilius, perfectius. Ordo enim ſecundum melius notius eſt, quando faciliora præcedunt difficiliora. veluti liber Porphyrij, ſecundum melius notius præcedit alios libros logices. Ordo verò ſecundum melius nobilius eſt, à nobiliori incipere. melius enim eſt aliquando, & non neceſſarium. ꝙ nobile præcedat ignobile, & perfectum præcedat imperfectum. 2. de anima 77. vt viſus præcedit tactum, quia viſus eſt nobilior tactu, 3. de anima vltimo. ſimiliter liber poſti præcedit librum topicorum. & demonſtratio ſimpliciter præcedit demonſtrationem propter quid 1. poſt. 7. Sed hic eſt Notandum, quòd aliquando aliquod eſt prius ſecundum melius nobilius, & etiam ſecundũ neceſſarium, 1. de anima 1. & 2. vt cognitio de anima pręcedit nobilitate, & neceſsitate. quoniam anima eſt animalium principium 1. de anima 2, & 36. his igitur ſuppoſitis. Reſpondetur ad petitionem ſactam; & dicitur, ꝙ ſubſtantia præcedit alia prædicamenta ordine, & præcedentia ſecundum melius & nobilius; quoniam vt dictum, ipſa eſt nobilior cæteris prędicamentis, & etiam præcedit prædicamenta ſecundum neceſſarium; quoniam ipſa eſt cauſa, & principium omnium prædicamentorum, ſicut anima eſt principium, & cauſa animalium. vnde clarum eſt, ꝙ ſicut anima in nobilitate, & principalitate, & cauſalitate præcedit animalia, ſic ſubſtantia nobilitate, cauſalitate, & principalitate præcedit alia prædicamenta; cũ ſit cauſa omnium accidentium 4. met. 2. vnde fiat hæc ratio, illud debet præcedere, & prius conſiderari, quod eſt prius in eſſe, in nobilitate, cauſalitate, & principalitate. ſed ſubſtantia cæteris prædicamentis eſt prior in eſſe, in nobilitate, cauſalitate, & principalitate, ergo ſubſtantia debet præcedere, & debet prius conſiderari quæ omnia concludit Ar. 9. met. 9. cum inquit ſubſtantia eſt primum ens, ad quod omnia alia prædicamenta referuntur.

Dub. ¶ Sed Dices. ſi vt inquit Porphyrius, prædicamenta numero ſunt decem. veluti quoque Ar. in Anteprædicamentis cap. vltimo & 1. top. cap. de prædicamentis quarè prædicamenta ab eodem vocantur prima principia? quo igitur ſtante arguitur ſic Ar. 5. met. cap. 1. ait ꝙ id dicitur primum, quo non eſt aliud prius 1. poſt. 13. quod confirmat Ar. 1. phy. 50. dum inquit, oportet principia ſemper manere, ſed prædicamenta ſunt prima principia, ergo equaliter ſunt principia, & prima, & vnum non eſt prius altero, & per conſequens ſubſtantia non eſt prior cæteris prędicamentis, aliter alia prædicamenta non eſſent prima. ¶ Reſpondetur ſupponendo vnũ, *Sol.* ꝙ quodlibet prædicamentum habet duplicem comparationem, ſiue reſpectum, vnam reſpectu illorum, quæ ſunt ſub ipſo in linea prædicamentali, & ſic vnumquodque prædicamentum eſt primum, Aliam habet comparationem, quando vnum prædicamentum cõparatur ad aliud, ſiue ad res alterius prædicamenti, & ſic eſt vnum ſolum prædicamentum primum inter prædicamenta, quod eſt ſubſtantia. vnde ſequitur, ꝙ ſubſtantia eſt prior accidente, comparando ſubſtantiam, & accidens ad inuicem. ſed comparando vnumquodque vt prædicamentum ad ſuà contenta, ſic quodlibet prædicamentum eſt primum in ordine illo, in quo eſt primum, tamen primum in vno ordine. poteſt habere prius ſe in alio ordine, vnde quantitas vt eſt primum in coordinatione quantitatum in linea ſua prædicamentali, tamen in alio ordine prædicamentali, tamen in alio ordine prædicamentorum ad inuicem quantitas nõ eſt primum: ſed habet aliquod prius ſe ſcilicet ſubſtantiam, quę ſubſtantia eſt primum inter omnia genera generaliſsima. Sed vt facilius hæc ſolutio intelligatur, Nota exemplum: ſunt enim plures homines potentes in ſuo ſtatu vt Rex in regno, & Princeps in principatu. omnes enim vocantur primi reſpectu ſuorum ſubditorum, qui continentur ſub ipſis, & ſic princeps quando comparatur ad ſuos ſubditos, dicitur primus. Sed quando princeps comparatur ad regem, non eſt primus, quoniam Rex eſt prior principe, ad quem ſcilicet regem reducitur Princeps. ſic ſubſtantia eſt prior ſingulis prędicamentis, & alia prædicamenta non dicuntur prima reſpectu ſubſtantiæ, ſed dicuntur, prima reſpectu eorum, quæ continentur ſub ipſis. ex quibus ſequitur, quòd alia prædicamenta dicuntur prima, & non dicuntur prima, ſed ſola ſubſtantia dicitur prima, ſolum ab alio non dependet quorum omnium concluſionem reliquit Ar. 12. met. 2. ¶ Alia ratione comprobatur, quarè Ar. prius tractauit *Alio ratio.* de ſubſtantia? & eſt talis, Id, quod per ſe eſt cauſa; ſemper eſt prius eo, quod ſecundum alterum 8. phy. 39. ſed ſubſtantia eſt per ſe cauſa accidentium, quæ ſun in alio, & propter alterum 7. met. 4. ergo ſubſtantia eſt prior quolibet accidente, & quolibet alio prædicamento. ¶ Sed circa dicta Dubitatur, *Dub.* videtur enim Ar. non ſeruare ordinem naturæ primò ſituando ſubſtantiam ante omnia prædicamenta, quoniam natura ſolet id, quod eſt nobilius collocare in medio, tamquàm in nobiliori loco, vt inquit Ar. 3. de par. an. cap. 4. cum igitur ſubſtantia ſit nobilior cæteris prædicamentis. 2. de anima 2.

meritò Ar, non debebat ponere ſubſtantiam in principio, & ante omnia prædicamenta, **Sol.** ſed debebat ponere ipſam in medio. ¶ Dicitur, ꝙ Ideo Ar. primo locauit ſubſtantiam, quoniam habuit reſpectum ad duo, primus reſpectus fuit ad nobilitatem, quoniam natura ſæpe ſolet facere, id quod eſt nobilius, veluti eſt cor. id enim quod primò generatur, eſt cor. & quod vltimo moritur 2, de gen. an. cap. 4. ſecundum Ariſtotelem, relinquo modo controuerſiam inter Ar. & Galenum 2. colliget cap. 2. & in libro de iuuentute, & ſenectute, cap. 2. habuit quoq; alterum reſpectum ad neceſsitatem, quoniam neceſſario ſubſtantia debet eſſe prior, quoniam ipſa eſt radix, origo, principium, caput, & cauſa omnium prædicamentorum, quæ ſunt accidentia, quæ omnia aſſerit Ar. 3. de par. an. cap. 4. dum inquit ſic, natura ſolet rem nobiliorem conſtituere in locis nobilioribus, niſi quid maius impediat. **Alia dub.** ¶ Præterea Id, quod facit ad cognitionem alicuius, debet præcedere illud, ſed accidentia faciunt ad cognitionem ſubſtantiæ, t. de anima 11. ergo accidentia, & per conſequens prædicamenta, quæ ſunt accidentia debent præcedere ſubſtantiam. **Sol.** ¶ Dicitur ꝙ accidentia præcedunt ſubſtantiam ſecundum noſtram notitiam, ſed ſubſtantia præcedit accidentia ſecundum ordinem nobilitatis, & neceſsitatis, quod quidem Alia ratione confirmatur. **Alia ratio.** ¶ Ar. 3. met. 11. inquit, ꝙ vbicumq; hoc quidem melius, hoc verò deterius eſt: ſemper prius eſt, quod melius eſt. Sed ſubſtantia, (vt probatum) eſt, melior ſingulis prædicamentis, & prædicamenta ſunt deteriora ipſa ſubſtantia, Ergo ſubſtantia eſt prior, & in priori loco debet ſituari, & prius tractari. **Dub.** ¶ Sed Dices contra, imperfectum eſt prius perfecto, quoniam imperfectū ſe habet vt ſimplex, perfectum verò ſe habet vt compoſitum, ſed prædicamenta, quæ ſunt accidentia, ſunt entia ſecundum quid, & imperfecta: ſubſtantia verò eſt ens ſimpliciter, & perfectum. 7. met. à tex. 2. vſque ad 7. ergo prædicamenta debent præcedere ſubſtantiam, & prius tractari quàm ſubſtantia. **Sol.** ¶ Dicitur gloſando maiorem ꝙ tunc ſimplicia, & imperfecta præcedunt perfectum, & compoſitum, quando illud perfectum, & compoſitum componitur ex illis imperfectis, & ſimplicibus, veluti ſubſtantia componitur ex quatuor elementis, quæ ſunt ſimplicia, & imperfecta. modo licet prædicamenta ſint ſimplicia, & imperfecta, tamen quia ſubſtantia non componitur ex illis, ideo ſequitur ꝙ prędicamenta, ſeu accidentia non præcedunt ſubſtantiam, nec prius debent tractari, quàm ſubſtantia, **Alia ratio.** ſed ſemper ſubſtantia præcedit ipſa, & prius de ipſa tractatur. ¶ Amplius Ar. 4. de gen. an. cap. 9. mouet quæſitum, cur partus omnium animaliū ſit præcedente capite? ¶ Reſpondet Au. in com. & dicit, quia talis pars eſt nobilior, & quoniam ſubſtantia eſt caput omnium prædicamentorum, ergo ſubſtantia debet præcedere omnia prędicamenta: ſicut enim ſe habet, in arte, ſic ſe habet in natura, quoniam ars imitatur naturam, 2. phy. 22. 79. & 4. meteororū 27. 28. & quoniam caput in partu præcedit omnia alia membra, ſic in arte. cum ſubſtantia ſit caput, debet præcedere omnia alia prædicamēta, ſicut. n. res ſe habet ad eſſe 2. met. 4. ſic ſe habet ad cognoſci, ſed ſubſtantia cum ſit caput, eſt prior in eſſe, ergo eſt prior ad cognoſci, & tractari, & conſiderari. tandem dicimus ad huius quæſiti determinationem ꝙ ſicut anima eſt corpore melior, & animatum inanimato, & eſſe, quàm non eſſe viuere quàm non viuere, vt inquit Ar. t. de gen. anim. cap. 1. quod etiam Beatus Auguſtinus in libro de Trinitate, cum dicit viuentia non viuentibus, exiſtentia non exiſtentibus, immortalia mortalibus, incorruptibilia corruptibilibus, tandem beata miſeris. ſic ſubſtantiam alijs prædicamentis præferendam eſſe putamus, & ſicut columna, in qua ligantur naues funibus; & ligamentis in portu, & primo generantur oſſa ad ſubſtentandam carnem, & ſicut zoophita ſunt petris affixa, & fructus ſunt alligati cum arbore, & fetus ſunt coniuncti cū matrice mulieris, & terra ſubſtentat aquam, In qua plantantur, radicantur, & conſeruantur plantæ. & veluti carina nauis, ſic ſubſtantia eſt prior, in qua ligantur, & adhærent, radicantur, & conſeruantur accidentia, ſi enim columna non eſſet prior, vtiq; naues non haberent, vbi ligarentur, & à fortuna mergerentur. & ſi prius natura non generaret oſſa, caro ipſa non haberet, vbi appodiaretur, & ſi carina non eſſet prior, vtique tabulæ non haberent, vbi reponerentur, ſic à pari, ſi ſubſtantia non eſſet prior alijs prædicamentis, ipſa prædicamenta, quæ ſunt accidentia, non haberent, vbi ligarentur, & adhęrerent nec vbi conſeruarentur. adeò enim prędicamenta ſunt ſubſtantiæ amica, & eius familiaria, quæ non poſſunt eſſe, nec exiſtere, & tandem neque viuere poſſunt ſine ipſa. recte igitur inquit Ariſt. in hoc cap. de ſubſtantia, dum inquit, non exiſtentibus primis ſubſtantijs, impoſſibile eſt aliquid aliorum eſſe. hoc eſt, ſi ſubſtantiæ primæ non eſſent, ſequeretur, etiam ꝙ neque eſſent vniuerſalia, quæ fiunt ex ipſis. vt dicit Ar. 6. Etich. cap. 13. nec eſſent ſecundæ ſubſtantiæ, genera ſcilicet, & ſpecies, nec eſſent accidentia. vnde ſequitur ratio videlicet id, à quo dependet aliquod, eſt prius illo, ſed accidentia dependent à ſubſtantia,

ſtancia, ergo ſubſtantia eſt prior accidentibus, cũ prędicamẽta ſint accidentia, ſubſtantia igitur eſt prior in eſſe, & in conſiderari.

Subſtantia autem eſt, quæ propriè, & principaliter, & maxime dicitur,

Ariſtoteles Magnus magiſter. 7. met. 23. ac in 3. Ethicorum cap. 6. & Galenus 1. artis medicinalis 4. cuiliber artifici, ſiue is fuerit magnus, ſiue paruus, ſiue practicus, ſiue ſpeculatiuus, ſiue nobilis, ſiue ignobilis, peritus, vel imperitus, doctus, vel indoctus, præceptum obſeruandum reliquerunt, & præſertim quando fuerit rationalis, quid quid agit, facit, aut docet, non poteſt id facere, agere, aut docere, niſi duobus motibus, & ordinibus, quorum Primus reſolutiuus appellatur, quoniam ſemper procedit ex fine, intellecto, intelligendo, & inueniendo, ea, quæ ſunt ad finem ordinata, Secundus verò motus dicitur compoſitiuus, factiuus, ſeu executiuus, quia componit illa, quæ fuerunt inuenta per reſolutionem, & quoniam magis mouent exempla, quàm verba, ideo veniamus ad exempla, vbi eſt ſciendum, quòd demonſtratio, vt inquit Au. 1. poſt. in prologo eſt finis omnium ſpecierum ſyllogiſmi, & cum ſit finis, ipſum reſoluit, dicens, non poſſumus cognoſcere demonſtrationem, non cognito ſyllogiſmo, ergo oportet dare tractatum de ſyllogiſmo, & quoniam non poteſt cognoſci ſyllogiſmus, non cognita oratione enunciatiua, ideo oportet dari librum de enuutiatione, & quoniam enunciatio habet partes, quæ ſunt nomen, & verbum, ideo oportet, vt cognoſcantur nomina, & verba, & vt cognoſcantur nomina, & verba, neceſſe eſt, vt cognoſcantur ſimplices voces, & quoniam amplius alia non ſunt neceſſaria ad finem, ideo Ar. incipit componere, & ſic componendo incipit, ordine executiuo, ſeu compoſitiuo, & factiuo, & Primò conſiderat voces ſimplices, deinde nomina, & verba, poſtea tractat de ſyllogiſmo, tandem de demonſtratione, & ſic illa, quæ ordine reſolutiuo primò fuerunt inuenta, poſtmodum ordine compoſitiuo ſunt vltima iuxta illud, primum in intentione, eſt vltimum in executione. 2. phy. 89. 7. met. 23. 3. de anima 49. ¶ Sed Dices, vbi fiunt iſti duo motus? ¶ Reſpondet Au. in prologo 1. libri poſt. & dicit, quòd primus motus fit in prologo libri, ſeu in prima parte, in qua ordine reſolutiuo inueniuntur omnia, quæ in ſecunda parte libri, ſcilicet in tractatu ſunt tractanda. Secundus verò motus in tractatu eſt, qui exequitur componendo illa, quæ per reſolutionem fuerunt inuenta in prohemio, his igitur ſtantibus, oportet deſcendere ad verba Ariſt. declaranda: ordinem ſequentes, quem ſolemnes Ariſt. interpretes, veluti ſunt Græci, Arabes, & latini omnes ſequi ſolent. Primò enim textus continuationem. Secundo intentionem, & eius cauſam. Tertiò diuiſionem. Quartò verborum ponderationem afferunt. Quintò ſyllogiſmum textualem erigunt. Sextò & vltimò dubitationes, & earum ſolutiones afferemus, ſed antequàm continuationem aggrediamur, oportet primò videre, quid intelligit Ar. per ly (autem) cuius particulæ declaratio valde confert ad textus continuationem indagandam. eſt igitur ſciendum, quòd ly (autem) ſignificat diuiſionem, vt 3. de anima 16. & 1. de anima 84. Sumitur etiam pro ſed, veluti 1. phy. 2. v. g. in hoc ſyllogiſmo omnes Apoſtoli ſunt duodecim, Petrus autem, & Paulus ſunt Apoſtoli, ergo Petrus, & Paulus ſunt duodecim ly autem ſumitur pro ſed. ſumitur etiam, vt eſt nota continuationis, vt patet in principio librorum, qui continuantur cum præcedentibus, vt in 1. de gen. & cor. tex. 1. vbi dicitur ſic (de generatione autem) & in 3. de anima tex. 1. vbi dicitur (de parte autem animę) ſumitur etiam, vt eſt nota continuationis capitis cum capite, vt patet ex Porphyrio in cap. de genere, cum inquit (videtur autem neque genus, neque ſpecies) in hoc enim textu ſumitur continuatiuè. Sed Nota, quòd Ariſt. ſolet facere tria in principio librorũ; ſequendo tria tempora, præſens nempè, præteritum, & futurum. Primò rememorat præterita, & ſic ſequitur præteritum. Secundo explicat præſentia, & ſic ſequitur tempus præſens, deinde præponit futura, & ſic ſequitur tẽpus futurum. Ar. vtens ordine naturæ in libro Antepædicamentorum fecit vnũ ſolum, ſcilicet explicauit præſentia, ſequendo tempus præſens. in hoc libro prædicamentorum facit duo, ſcilicet tacitè rememorat præterita, & expreſſe explicat præſentia, & ſic continuat ſe ipſum ad præterita præcedentia. & ſic ly (autem) ſignificat duplicem continuationem: prima eſt partis libri cum parte libri, & eſt talis, poſtquàm Ar. in prima parte huius libri cõpleuit prologum, in qua prima parte mentionem fecit de Antepædicamentis, quæ ſunt præuiæ diſpoſitiones, præludia, & præcognitiones ad prędicamenta, nunc in hac ſecunda parte quę dicitur tractatus, in quo tractat de prędicamẽtis. Tertia continuatio eſt capitis cum capite, Poſtquàm Ar. vnumquodque prędicamentum ſatis dilucidè explicauit, dilucidiſſimę nunc de ſingulis

Petitio.

Reſp.

docet, & primò de Substantia; ¶ Vel Dicas poſtquàm Ar. numerauit ſimplices voces, ſeu prædicamenta, vel entia incomplexa, quę ruditer & confuſo modo propoſuit in capite præcedente, veluti mos ſuus est in prologo libri, ſemper confuſo modo præponere ſubiectum, ſiue fuerit vnum, ſiue fuerint plura, nunc ſigillatim, exquiſitè, & distinctè incipit tractare de ipſis, & primum de ſubstantia, docendo communitates, & eius proprietates, deinde de alijs, vt tractatus correſpondeat prologo. primò enim præpoſuit ſubstantiam, primo igitur tractat de ſubstantia; cauſa intentionis est, quoniam ſubstantia est prior cęteris prædicamentis, quę ſunt accidentia 1. phy. 52. 7. met. 47. clarius tex. 4. hæc igitur est continuatio partis libri cū parte libri, capituli cum capitulo, intentio & cauſa intentionis. Continuatio vero particularis, ſcilicet textus pręſentis cū textu præterito est talis, postquàm Ar. in textu pręcedente numerauit prędicamenta, & ipſa prępoſuit tractanda, & primò nominauit ſubstantiam, hæc est continuatio, ſed circa intentionem est advertendum, quòd in hoc textu tot leguntur Intentionis, quot fuerint in latinam linquam interpretes. nos autem dicemus non omnes, ſed aliquas, dicunt aliqui, quòd postquàm Ariſt. in Anteprædicamentis cap. 3. nominauit nomine communi, & traſcendente illa, quæ non ſunt in ſubiecto, nec prædicantur de ſubiecto, nunc nominat proprio, & claro nomine, & deſcribit, quæ ſunt iſta, quæ non ſunt in ſubiecto, nec dicuntur de ſubiecto. ¶ Alij verò dicunt quòd intentio Ar. in hoc textu est aſsignare de ſubſtantia duas definitiones, quarum Prima eſt iſta, ſcilicet ſubſtantia eſt illa, quæ propriè, & principaliter, & maxime dicitur, Secunda verò eſt iſta, ſcilicet ſubſtantia eſt, quæ neque de ſubiecto aliquo dicitur, neque in ſubiecto aliquo eſt. contra hæc dicta inſurgunt multi, & dicunt; vnius rei vna eſt ſola definitio & non plures 2. poſt. 20. Auer. ſed ſubſtantia, vt ſubſtantia eſt vna, ergo vnam, & non duas debet habere definitiones. ¶ Quidam dicunt ſumentes ab Auer. 1. poſt. 2. & 2. poſt. 32. quòd definitio eſt duplex; Alia quid rei, Alia quid nominis, concedunt vnius rei plures poſſe eſſe definitiones quid nominis, ſed non quid rei; modo iſtæ duæ de ſubſtantia traditæ definitiones ſunt quid nominis, non quid rei. Sed pace eorum dixerim, hæc ſunt valde remota à Peripateticorum mente; non enim hæc eſt mens Ariſtotelis nam vt inquit Porphyrius, de ſubſtantia nulla poteſt dari definitio, ſed tantùm exempla afferuntur, & propria. Vel ſi de ſubſtantia non duæ ſunt definitiones, ſed vna ſola ſi definitio dici poteſt, quæ eſt illa, ſcilicet, quæ neque eſt in ſubiecto, neque prædicatur de ſubiecto, quando vero inquit, quæ propriè, & principaliter, & maxime dicitur, per hæc tria verba duo facit Ar. primum Diuidit miro cum artificio ſubſtantiam in primam, & ſecundam, & diſtinguit primam à ſecunda. & determinat, quam ſubſtantiam vult definire; cauſa intentionis eſt, quoniam diſtincta cognitio de re, habetur per eius definitionem, vel deſcriptionem. 1. poſt. 79. Auer. Diuiditur præſens textus in tres partes in prima Ariſt. per tria prædicata ſcilicet per ly proprie, & principaliter, & maxime, facit, quod dictum eſt, in ſecunda ibi, (quæ neque in ſubiecto) definit, ſeu deſcribit ſubſtantiam primam vna ſola definitione, ſeu deſcriptione. In 3. ibi (vt quidam homo, & quidam equus) duplici exemplo declarat ſubſtantiam primam, quam hic definit. quantùm igitur ad primum, licet ſit certum per ea, quæ diximus, quam ſubſtantiam vult hic explicare, tamen pro vberiori doctrina, & legentium vtilitate aliqua dicemus, nam ſicut homo pluries vnum modium ſabuli cribat, vt inueniat vnam margaritam, vt teſtatur Auer. 4. colliget cap. 8. ſic oportet demonſtratorem id, quod eſt multiplex, diuidere in ſua ſignificata, vt inueniat proprium ſignificatum, de quo intendit ſermonem habere. quod quidem docuit Ariſt. 1. cæli 110. & Auer. 1. poſt. 33. cui ſe ſubſcribit ſententiæ Galenus in libris de differentijs pulſuum; & quoniam ſubſtantia multis in modis reperitur, vt nunc dicemus; ne igitur incertus, & dubius remaneat intellectus legentis, operæ pręcium eſt examinare, quot modis dicitur ſubſtantia, & demum determinare de qua ſubſtantia hic loquitur Ariſt. & ſic certus remanebit legentis, & auditoris intellectus. & vt ab ouo ſermo incipiat, ſubſtantia eſt duplex, Alia naturalis, Alia diuina, 12. met. 5. non enim hic Ariſtoteles loquitur de diuina, ſed de naturali, vt ſe ipſum exponit, quando dicit, vt quidam homo, & quidam equus, Alia eſt ſubſtantia ſenſibilis corruptibilis, Alia verò æterna, vt ibidem patet, non enim hic loquitur de ſenſibili æterna, ſed de corruptibili, vt patet per eadem ſua exempla. Alia eſt ſubſtantia in potentia, Alia vero in actu. 2. phy. 12. 2. de anima 2. 25. clarius 7. met. 49. 34. 35. clariſsimè 12. met. 14. non enim hic de ſubſtantia, quæ eſt in potentia, ſed de ea, quæ eſt in actu. Alia vero eſt ſubſtantia ſine accidentibus, Alia cum accidentibus 1. ſomnea. 13. contra. 10. vo-

Quot modis dicitur ſubſtantia.

luntas

luntas Ariſt. hic de ſubſtantia ſine accidentibus, ſed de illa, quæ eſt cum accidentibus. Alia eſt ſubſtantia, quę eſt quod quid erat eſſe, Alia quæ vocatur vniuerſale, Alia dicitur genus, Alia vocatur ſubiectum. 7. met. 7. 44. 8. met. 2. Ar. hic de nulla niſi de illa, quæ eſt ſubiectum, Alia eſt ſubſtantia ſimplex, Alia compoſita, 2. de anima 2. 25. 12. met. 14. 7. met. 7. 34. 8. met. 7. Ar. hic non de ſimplici, ſed de compoſita eſt verba facturus, vt patet per exempla ſua. Sed eſt Notandum ꝙ ſubſtantia compoſita eſt triplex, Alia ſimpliciter compoſita, vt ſunt quatuor elementa. Alia magis compoſita, vt partes ſimilares, ſanguis, caro, quæ ſunt compoſitæ ex quatuor elementis, & ex materia, & forma, & partes diſsimiles, vt manus, pes, & brachium, quæ ſunt compoſitæ ex partibus ſimilaribus, ex quatuor elementis, & ex materia, & forma. Alia vero eſt ſubſtantia maxime compoſita, vt eſt totum corpus organicum, veluti ſortes, quod totum corpus eſt compoſitum ex materia, forma, quatuor elementis, igne, aere, aqua, & terra, & ex partibus ſimilaribus, carne, ſanguine, ſeuo, & medulla, & ex partibus diſsimilaribus, manibus, brachijs, & pedibus, quam triplicem ſubſtantiam compoſitam declarat Ariſt. 2. de par. anim cap. 1. cum dixit, quòd triplex eſt naturalis compoſitio, Alia eſt elementorum ex primis principijs, Secunda eſt partium ſimilarium ex elementis, Tertia eſt partium diſsimilarium ex partibus ſimilaribus, & totius corporis, ex omnibus his Ariſt. hic loquitur de ſubſtantia maxime compſita, vt eſt quidam homo, vt Petrus, & quidam equus, & vt. patet 2. de anima 3. vbi inquit, quòd corpora ſunt maxime ſubſtantiæ. Alia eſt ſubſtantia compoſita prima, vt ſortes. Alia eſt ſubſtantia compoſita ſecunda, vt eſt ſpecies, homo, vel genus, animal. non enim placitum Ar. hic eſt de ſubſtantia compoſita ſecunda, ſed de ſubſtantia compoſita prima, Alia autem eſt ſubſtantia prima tota, vt quidam homo. Alia ſubſtantia prima, quæ eſt pars. vt quædam manus. non enim hic de ſubſtantia prima quæ eſt pars, ſed de ſubſtantia prima, quæ eſt tota, vt patet in capite de Relatiuis. his igitur ſubſtantiæ ſignificatis numeratis, alijs omiſsis, breuitatis gratia dicimus, quòd Ariſt. In hoc textu reſolutè, & ſine dubio loquitur de ſubſtantia naturali, non diuina: ſed de ſenſibili, corruptibili; non de ſenſibili, æterna ſed de ſubſtantia in actu, non in potentia, de illa quippe quę eſt cum accidentibus, non de ea quæ eſt ſine accidentibus, quæ ſcilicet eſt ſubiectum, non in ſubiecto, de illa, quæ non eſt ſimpliciter, nec magis, ſed maxime compoſita, & de illa, quæ eſt compoſita prima, non de ſubſtantia compoſita ſecunda. loquitur de illa, quæ eſt ſubſtantia prima tota, & non de illa, quæ eſt pars, quam declarat, & explicat per tria nomina, ſcilicet per ly (propriè, principaliter, & maxime. q. d. Ar. ſubſtantia, quam hic volo definire, & explicare, eſt illa, quæ proprie, & principaliter, & maxime dicitur, quæ non eſt ſubſtantia ſecunda, ſed prima, quæ ſic definitur, & explicatur, ſcilicet, quæ neque de ſubiecto aliquo dicitur, neque in ſubiecto aliquo eſt. ex quibus ſequitur, quòd ly ſubſtantia, & illa tria epitheta ſcilicet propriè, & principaliter, & maxime ſe habent ex parte definiti. Alia, quæ ſequuntur, ſe habent ex parte definitionis, cum dicitur, quæ neque in ſubiecto eſt, neque de ſubiecto dicitur, quem modum explicandi ſeruat Ar. 1. poſt. 7. vbi volens definire ipſum ſcire, & videns quòd ſcire dicitur multis modis, ſcilicet ſcire ſimpliciter, propter quid, & quia 1. poſt. 7. 95. volens determinare quod ſcire vult definire: explicat illud per tria nomina, ſcilicet per ly ſimpliciter, non ſophiſtico modo, quod eſt ſecundum accidens, quem etiam explicandi modum, ſumpſit Auer. ab Ariſt. qui volens definire demonſtrationem; videns quòd demonſtratio est triplex, ſcilicet ſimpliciter, propter quid, & quia 1. poſt. 7. & 8. & 95. in prologo 1. post. notificat demonſtrationem ſimpliciter, per tria nomina, & dicit quæ notificat eſſe, & cauſam, & hoc est primum prædicatum, & quæ est certiſsima inter ſpecies demonſtrationis ſecundum veritatem, & hoc est ſecundum prædicatum, & quæ est perfectiſsima ipſarum ſecundum ſcientiam, & primo intenta in hoc libro, & ſic notificat, quam demonſtrationem vult definire, & dicit eſſe illam, quæ notificat eſſe, & cauſam ſecundum veritatem, & quæ est perfectiſsima ipſarum, per quæ omnia dat intelligere demonſtrationem ſimpliciter, quam hic vult definire, & hunc explicandi modum nemo quidem tetigit, hinc toto cælo errare videntur, qui aſſerunt, quòd Ariſt. per hæc verba tangat primam ſubstantiæ definitionem, & per illa quæ ſequuntur ſcilicet, quæ neque est in ſubiecto, neque prædicatur de ſubiecto, tangit ſecundam definitionem: (est) adde tu illa. ¶ Dices ſi Ar. per ly proprie, & principaliter, & maxime, intelligit ſubstantiam primam, vellem ſcire, quid intelligit Ariſt. per ly (proprie) quid per ly (principaliter) & quid ly maximè?) ¶ Dicas quòd ly (proprie) hic ſumitur non ſicut ſumit Porphyrius in cap. de differentia, ſed veluti ſumit Ariſtoteles in cap. de quantitate, cui ſe ſubſcribit Auer. in ✝ pit.

met. tractatu primo cap. de ſubſtantia vbi dicit proprie ideſt per ſe, & ſecundum ſe ipſam eſt, ideſt ſtat, exiſtit, & non per aliud, non indigens alio vt exiſtat 1. poſt. 4. clarius tex. 33. ad differentiam accidentis, quod non eſt, ſed ineſt, non exiſtit proprie, & per ſe, & ex ſe ipſo, ſed improprie, in alio, & per aliud teſte Porphyrio cap. de accidente, & in Antepredicamētis cap. 2. Ar. ¶ vel Dicas proprie, ideſt, primò. quoniam idem eſt primum, & proprium, 1. poſt. 13. quam expoſitionem confirmat Ar. 7. met. 7. vbi explicans primam ſubſtantiam, dicit ſubiectum primum, non dicit proprium, intelligens idem per primum quod Intelligit per proprium, & quid clarius quàm exponere Ariſt. per Ar. (& principaliter) q. d. Ar. ſubſtantia prima non ſolum dicitur, ſed etiam principaliter, ad differentiam ſecundarum ſubſtantiarum.

Alia expoſitio. ¶ Vel quia vt paulo inferius inquit Ar. dicitur proprie, proprijſsime, & principaliter, & maxime. quoniam prima ſubſtantia ſubijcitur omnibus alijs, & omnia alia, vel de ipſis prædicantur, vt ſunt ſubſtantię ſecundæ. vel in ipſis ſunt, veluti ſunt accidentia, & dicitur principaliter, quoniam eſt prima. & ideo eſt prima, quoniam omne accidens prius venit in indiuiduam: ſubſtantiam, & poſt in ſecundas ſubſtantias, quod exponit Ar. 7. met. 7. ꝙ ideo eſt primum ſubiectum, quoniam de ea cætera prædicantur 1. phy. 61. & in quo primò inſunt accidentia, & dicitur maxime ſubſtantia, quoniam eſt multo magis ſubſtantia, quàm ſecundæ ſubſtantiæ.

Dub. ¶ Sed videtur hoc eſſe falſum, quoniam Ar. 6. top. cap. 1. inquit quòd genus videtur maxime ſubſtantiam, ſignificare, ergo genus, quod eſt ſubſtantia, ſecunda, & non ſubſtantia prima, eſt maxime & multo magis

Sol. ſubſtantia. ¶ Dicas ꝙ quando dicit Ar. quòd genus videtur maxime, ſubſtantiam ſignificare. non facit comparationem inter genus, & ſubſtantiam primā, ſed inter genus, & differentiam, vt recte ipſe dicit, quando ait eorum, quæ ponuntur in definitione, genus maxime videtur ſubſtantiam ſignificare, vnde reſolutè dicas, ꝙ genus dicitur maxime ſubſtantia, reſpectu eorum, quæ ponuntur in definitione, non reſpectu primatum ſubſtan-

Petitio. tiarum. ¶ Dices quare ſubſtantia prima dicitur maxime, & multo magis ſubſtantia, quàm ſubſtantia ſecunda, ſcilicet quàm ge-

Reſp. nus & ſpecies? ¶ Dicas ꝙ ſubſtantia dicitur à ſubſtando, & quantò aliquod ſubiectū magis, & pluribus ſubſtat, tantò magis dicitur ſubſtantia, veluti ſi diceremus ſubiectum ſubſtat. ergo dicitur ſubſtantia. ſubiectum magis ſubſtat. ergo magis dicitur ſubſtantia, ſubiectum maxime ſubſtat, ergo maxime dicitur ſubſtantia. iuxta regulam topicam, ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ſic ſe habet magis, ad magis, & maxime ad maxime, exemplum, genus ſubſtat vni, ſcilicet accidenti, vt animal eſt grammaticum, & ſic genus dicitur ſimpliciter ſubſtantia, ſpecies verò, vt homo ſubſtat pluribus ſcilicet duobus, ideſt generi & accidenti, vt homo eſt animal, & eſt grammaticus, & ſic ſpecies eſt magis ſubſtantia, quàm genus, ſed ſubſtantia prima, vt ſortes, ſubſtat tribus ſcilicet ſpeciei, generi, & accidenti, vt ſortes eſt homo, eſt animal, & eſt grammaticus, & ſic ſubſtantia prima ratione, qua ſubſtat, multo pluribus quàm ſpecies, & genus, ideo eſt maxime, & multo magis ſubſtantia, quàm ſpecies, & quàm genus, quæ omnia confirmat Ar. in hoc cap. quando inquit primæ ſubſtantiæ ideo, ꝙ alijs omnibus ſubijciuntur, & omnia alia, vel de ipſis prædicantur, vel in ipſis ſunt, propter hoc maximæ ſubſtantiæ primæ dicuntur, ¶ Sed Nota ꝙ ſubſtantia prima non dicitur maxime ſubſtantia reſpectu omnium ſecundarum ſubſtantiarum, ſed ſolum reſpectu generis, & non reſpectu ſpeciei, quoniam reſpectu ſpeciei dicitur magis, & non maxime ſubſtantia. cauſa eſt in promptu, quoniam ſubſtantia prima ſubijcitur tribus, ſpeciei ſcilicet, generi, & accidenti. ſpecies verò ſubijcitur duobus, generi, & accidenti, genus tantùm vni ſcilicet accidenti.

¶ Sed Dices, ſi hæc eſſent vera, tunc Ar. ſibi contradiceret, nā hic dicit ꝙ ſubſtantia prima eſt multo magis ſubſtantia, paulo verò Inferius hoc negat, dicens, ꝙ ſubſtantia non *Dub.*

ſuſcipit magis & minus. ¶ Dicas ꝙ quando hic Ariſt. dicit: ꝙ ſubſtantia prima eſt multo magis ſubſtantia, non facit comparationem inter vnam ſubſtantiam primam. & aliā ſubſtantiam primam, vt ſortes nō eſt magis ſubſtantia quàm Plato, ſed facit comparationem inter ſubſtantiam primam, & ſecundam, vt ſortes eſt magis ſubſtantia, quàm homo, ratio eſt quoniam omnis ſubſtantia prima, vt quidam homo, & quidam equus, æqualiter ſubſtat tribus, ſpeciei nempe. generi, & accidenti, vt Franciſus eſt homo, & animal, & eſt grammaticus, ſimiliter Antonius, & ceteræ ſubſtantiæ primæ, ſub homine contentæ. ¶ Sed Nota ꝙ non ſolum propter dictas cauſas ſubſtantia prima dicitur proprie, & principaliter ſubſtantia, ſed etiam quoniam primò, & Immediatè, ſine medio, virtute ſua & ex propria ſua natura, ex ſe, de ſe, non virtute, & ratione alterius ſubſtat accidētibus, ad differentiam ſecundarum ſubſtantiarum, quæ ſubſtant accidentibus, hoc non eſt ex propria ſua natura, & propria virtute, ſed ratione primæ ſubſtantiæ, quoniam accidentia primò inſunt Indiuiduis, primis ſubſtantijs, & per indiuidua veniunt in ſpecies, & *Sol.*

genera

genera dicitur proprie, quoniam ipſa alteri ſubſiſtit, & ei nihil ſubſtat, nam ſortes, qui eſt ſubſtantia prima, ſubſtat accidenti, & ſibi nihil ſubſtat, ad differentiam quantitatis, & qualitatis, quæ quantitas, aut qualitas nõ eſt propriè ſubſtantia, quoniam ſicut alteri ſubſtat, ſic etiam illi aliud ſubſtat, vt ſubſtantia, ſi ergo quantitas, vel qualitas eſt aliquo modo ſubstantia, hoc non est proprie ſubstantia, ſed improprie, methaphoricè, & per

Alia ſol. quamdam ſimilitudinem. ¶ Vel aliter Dicas ꝙ dicitur proprie ad differentiam accidentium inconcreto, quæ ſubstant, tamen non proprie, veluti album dicitur ſubstare albe-

Alia ſol. dini, & dulcedini. ¶ Vel ad differentiam aliquorum accidentium in abstracto, quæ licet propriè ſubstent, non tamen principaliter. v. g. quantitas proprie ſubstat qualitati, vt ſuperficies colori non tamen ſubstat principaliter, quia nõ ſubstat, niſi ratione ſubstantiæ, corporeæ, quæ principaliter ſubstat.

Alia ſol. ¶ Vel dicitur proprie quoniam ſubstare accidentibus est commune omnibus ſubstantijs, tàm primis, quàm ſecundis, tamen primæ ſubstantiæ ſubstant accidentibus, proprie, & principaliter, ſecũde verò ſubstantiæ ſecũdario, vt homo est albus, quia callias est albus. 10. met. 25. Vnde Nota candide lector, ꝙ accidentia communia, & per accidens primò adhærent, & inſunt ſubstantijs primis, ſecundariò, & per accidens inſunt ſpeciebus propter ſubstantias primas, ſed accidentia propria eſſentialia primò competũt ſpeciebus, ſubstantijs ſecundis. & propter illas cõpetuut ſubstantijs primis, vt ſortes eſt riſibilis. quia est homo. & ſic ratione qua est homo, intantùm ſortes est riſibilis, 2. post. 94.

Alia ſol. Au. ¶ Vel dixit proprie, & principaliter ad differentiam ſecundarum ſubstantiarum, quę non ſubstant accidentibus, niſi prout ſunt in primis ſubstantijs, quod quidem confirmát Porphyrius in communitatibus cap. 7. quando dicit ꝙ accidẽtia principaliter dicunt de indiniduis, ſecunda ratione de ijs, quę conti-

Alia ſol. nẽt indiuidua. ¶ Vel Dixit propriè, idest Immediatè, vt excludatur materia prima, quæ licet ſit primum ſubiectum, quod ſubstat formæ ſubstantiali, & accidentibus eius, non ſolum immediatè, ſed mediantè forma: ſubstantiali quoniã forma ſubstantialis immediatè recipitur in materia, ſed accidens in

Alia ſol. compoſito actu existente. ¶ Vel dicitur proprię ad differentiam ſuperficiei, quæ propriè, & immediate ſubstat colori, veluti inquit Ar. quanta est ſuperficies, tantũ eſſe albũ dices, vt patet in cap. de quantitate, tamen non proprie, ſed virtute ſubstãtiæ, cui inest, & maxime ad differentiam ſecundarum ſubstantiarum, quę licet ſubstent accidentibus, tamen non principaliter, & maxime, quoniã est manifestum, ꝙ ſecundæ ſubstantiæ ſubstant accidentibus, & etiã partes primæ ſubstantiæ ſubstant accidentibus. quoniã partes ignis non ſunt calidæ, niſi quia totus hic ignis est calidus, nec partes niuis ſunt frigidæ & albæ, niſi quia tota nix est frigida, vel alba vnde illud eſt maximè tale, ſecundum quod alijs ineſt. 1. poſt. 15. & 2. met. 4. ſed propter totam primam ſubſtantiam partes primarum ſubſtantiarum, & ſecundæ ſubſtantiæ ſubſtant accidentibus, ergo primæ ſubſtantię propriè, & maximè ſubſtant. ¶ Dices Deus, mens, & intellectus ſunt *Dub.* ſubſtantiæ propriè, & principaliter, & maximè, vellem ſcire conſiderat nè de his Ar. in hoc tex.? ¶ Dicas ꝙ Ar. non loquitur de his, *Sol.* ſed tantum de illis, q̃ ſenſui ſubiacent, vt ſunt indiuidua, vt quidam homo, & quidã, equus.

¶ Vel dixit propriè, denotando ꝙ ſubſtantia *Alia ſol.* prima eſt perfecta, & principaliter, ꝙ eſt magis perfecta, & maxime, denotando maximã perfectionem, & quòd omniũ ſubſtantiarum eſt perfectiſsima. (Dicitur) hoc verbum ſignificat duo, ideſt, nominatur, appellatur, vocatur, & ſumitur pro prædicatur. & dicitur ſic ſubſtantia prima quę vulgo ab omnibus communiter dicitur, ſeu vocatur. & Nota, ꝙ Ideo dicit Ar. dicitur, ſeu vocatur, quoniam non loquitur ex propria ſentẽtia. ſed ex ore aliorum. ¶ Dices, ò Ar. iſta ſubſtantia prima, quę *Dub.* comuniter ab alijs vocatur propriè, & principaliter, & maximè, quid eſt? quæ nam eſt eius definitio? ¶ Reſpondet Ar. & dicit. *Reſp.*

Quæ neque de ſubiecto aliquo dicitur, neque in ſubiecto aliquo eſt.

Poſtquàm Ar. per tria nomina ſcilicet per ly propriè, principaliter, & maximè declarauit ſubſtantiam primam, quam hic vult definire, in hac parte textus definit ipſam, dicẽs, ſubſtantia prima, quæ proprie, & principaliter, & maxime dicitur, eſt illa; quæ neque de ſubiecto aliquo dicitur, neq; in ſubiecto aliquo eſt, quam definitionem, ſi definitio dici poteſt, Ar. confirmat in Antepręedicamentis cap. 2. 1. Priorum cap. 13. 1. poſt. 4. 33. 7. me. 7. Sed Nota, quòd diximus, ꝙ Ar. hic tradit definitionẽ ſubſtantiæ, ſcias, ꝙ vt Inquit Au. hæc non eſt definitio, nec deſcriptio, ſed potius eſt quidã ſermo, qui nõ eſt definitio nec deſcriptio, ſed audias quæſo candide lector cauſam, propter quam nec eſt definitio, nec deſcriptio quoniam omnis definitio 6. top. in primo loco definitionis conſtat ex propinquo genere, & proprijs & cõuertibilibus differentijs, ſed hæc definitio nõ conſtat ex genere. quoniam prima ſubſtantia non habet genus propinquum, quoniam inter genus, &

indi-

indiuidua mediat ſpecies ſpecialiſsima, nec conſtat ex differentijs connertibilibus, qm̃ non prædicari de ſubiecto, nec eſſe in ſubiecto, non ſolum hæc duo competunt ſubſtantiæ primæ, ſed etiam materiæ primæ 1.phy. 52.clarè igitur patet, quòd non eſt definitio, tantò magis quoniam omnis bona definitio debet eſſe propria & conuertibilis cũ definito 6.top.1.2.& 3.phy.1.ſed hæc nõ conuertitur cum ſubſtantia prima, quoniam valet dicere ſubſtantia prima non prædicatur de ſubiecto, nec eſt in ſubiecto, & non è contra, quoniam ſimiliter materia prima non eſt in ſubiecto, 2.phy.4.1.phy.69.ſed eſt ſubiectum, nec prædicatur de ſubiecto. 1.phy.52.ſimiliter non eſt deſcriptio, quoniam deſcriptio, fit ex genere propinquo, & proprio accidente. verbi gratia homo eſt animal politicum, hæc deſcriptio, vt fuit probatum, non eſt ex genere propinquo, nec ex proprio accidente. quoniam accidens proprium 1. top. cap. de proprio eſt connertibile, ſed nullum eorum, quæ ponuntur in hac definitione ſubſtantiæ, eſt conuertibile, cum ſubſtantia, ergo non eſt deſcriptio, nec definitio. remanet igitur, quòd eſt quidam ſermo, qui non eſt definitio, neque deſcriptio, Sed Nota ꝙ hic ſermo, qui nõ eſt definitio, nec deſcriptio, eſt duplex, alter, qui cõſtat ex ſpecie, & accidente, vt Sortes eſt homo albus, alter verò, qui conſtat ex accidentibus, vt ſortes eſt optimus, ſcriba, mercator, callidus. hic enim ſermo datus de ſubſtantia non fit ex ſpecie, & accidente, ſed fit ex accidentibus, ſcilicet ex ly non eſſe in ſubiecto, & ly non prædicari de ſubiecto, quæ non conuertuntur cum ſubſtantia prima, ſicut optimus ſcriba, mercator, callidus non conuertuntur cum Socrate. concluditur ergo, ꝙ non eſt definitio, nec deſcriptio, ſed potius quidam ſermo, vt dictum eſt, explicans nomen ſubſtantiæ, quã auream doctrinam ſolus Auer. explicauit. cui infinitæ agendæ ſunt gratiæ in Epit. log. cap.1. qđ dicitur ſermo de rebus compoſitis.

Inſtãtia ¶ Sed Dices contra Au. nam inquit ipſe in Epit. log. cap. de ſubſtantia, vbi inquit ſic, & ſubſtantia, eſt, cuius præceſsit deſcriptio, ergo patet per hec verba, ꝙ ſubſtantia habet deſcriptionẽ.

Sol. ¶ Dicas, ꝙ eſt deſcriptio impropriè dicta, exponatur igitur textus hoc modo ſubſtantia prima, quæ dicitur, ideſt ab omnibus vocatur proprie, & principaliter, & maximè eſt, non dixit ineſt, quia accidens ineſt, ſubſtãtia vero eſt illa, quæ neque in ſubiecto eſt. i. non dicitur, non prædicatur de ſubiecto aliquo, ideſt de nullo, vt inferius ſe exponit, & non ſolum de nullo ſubiecto prędicatur, ſed etiam nullo modo, nec de altero, neç de ſe ipſa, neç per ſe, nec per accidens, veluti ſe ipſum exponit paulo inferius, quando dicit, à prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio.

Dub. ¶ Dices Ar. 1.priorum cap.23. inquit ꝙ ſubſtantia prima prædicatur de ſubiecto, vt hic veniens eſt callias.

Sol. ¶ Dicas ꝙ non per ſe, ſed per accidens, & ſi per accidens non reducibile ad per ſe, & ideo dixit, ꝙ non prædicatur de ſubiecto, denotando ꝙ prædicari de ſubiecto, eſt prędicari per ſe ſubſtantialiter, ad differentiã accidentis, quod prædicatur in ſubiecto, & ad differentiam ſecundarum ſubſtantiarum, quę prædicantur de ſubſtantia prima, & non ſolum ad differentiam ſecundarum ſubſtantiarum, ſed etiam omnium illorum prædicatorum, quæ prædicantur de ſecundis ſubſtantijs, veluti ſunt accidentia communia, & accidentia propria, & differentię communes, & propriæ, & ſpecificæ, & eorũ propriæ definitiones. (neque) ideſt non ſolum ſubſtantia prima non prædicatur de ſubiecto, ſed etiam non eſt in ſubiecto aliquo, ideſt, in nullo ſubiecto eſt, & nullo modo in ſubiecto eſt, nam ſicut de nullo ſubiecto prædicatur, ſic in nullo ſubiecto eſt, & nullo modo in ſubiecto eſt. vnde ſcias, ꝙ ſubſtantia prima, quæ eſt indiuidua, & compoſita, & particularis, in quantùm eſt ſubſtantia, non eſt in ſubiecto, ſed inquantùm eſt particularis, & indiuidua, non prædicatur de ſubiecto, ad differẽtiam accidentium, quę ſunt in ſubiecto, & primarũ ſubſtantiarum, quæ ſunt partes, vt hæc manus, quæ eſt ſubſtantia prima, quæ eſt pars, tamen eſt in ſubiecto. ideſt in ſubſtantia prima, quæ eſt tota, vt inquit. Ar. paulo inferius, dum dicit, non cõturbent autem nos ſubſtantiarum partes, quæ ita ſunt in toto, & ad differentiã formarum, quæ 2.phy.4.& 2.de anima 4.ſunt in ſubiecto, & ad differentiam materiæ, quæ eſt in alio ſubiecto 3.phy.35.quando dicit ꝙ materia inuenitur in alio, ſicut accidentia, & formæ, ſed differt ab illis, quia accidentia & formæ ſunt in ſubiecto, aut dicuntur de ſubiecto, ſed materia eſt ſubiectum, 2. phy.4.& 1. phy. 69. & non inuenitur per ſe, ſed in aliquo ſcilicet in compoſito, & cum aliquo, ſcilicet cum forma. 1. phy. 80. ex quo ſequitur ꝙ ſubſtantia prima differt ab alijs, quoniam ipſa exiſtit per ſe, & in nullo ſubiecto eſt, qđ quidem notat Auer. 8. met 3. dũ inquit ſubſtantia compoſita eſt ſeparabilis ſimpliciter, quoniam eſt ſeparabilis ſm̃ definitionem, & ſecundum eſſe, ad differentiam formæ materialis, quæ ſolum ſecundum definitionem eſt ſeparabilis à materia, & non ſecundum eſſe, clarè igitur patet, ꝙ ſola ſubſtãtia prima eſt, & exiſtit per ſe ipſam, & in nullo ſubiecto, nullo modo eſt, ſed omnia alia ſunt in ipſa, & ſi alia exiſtunt, non exiſtunt per ſe, ſed per accidens, quorum omnium concluſionem reliquit Ar. 1.poſt.33. cum dixit quæcumq; non exiſtunt per ſe, accidentia ſunt, ideſt exiſtunt

per

per accidens. ſola igitur ſubſtantia prima per ſe exiſtit, Hinc eſt Notandum ꝙ ſubſtantia dicitur à ſubſtando, quia ſubſtat accidentibus, quæ ſunt in ipſa, & dicitur ſubſtantia, quoniam ſubſtat omnibus illis, quæ de ipſa prædicantur, vt ſunt genera, & ſpecies, quæ ſunt ſecundæ ſubſtantiæ, ex quo ſequitur, ꝙ ſubſtantia prima dicitur ſubiectum duobus modis, de quo, & in quo, dicitur ſubiectum in quo, reſpectu accidentium, quæ ſunt in ipſa, & dicitur ſubiectum de quo, reſpectu ſecundarum ſubſtantiarũ, quæ prædicantur de ipſa. ſed hic Nota lector beneuole, ꝙ eſſe ſubiectum de quo, cõpetit omnibus ſuperioribus, ſcilicet generibus ſubalternis, vt animal, q̃ eſt genus ſubalternum, eſt ſubiectum, de quo prædicatur corpus animatum, & corpus animatum eſt ſubiectum, de quo prædicatur corpus; & corpus eſt ſubiectum, de quo prædicatur ſubſtantia, ſed ſubſtantia quæ eſt genus generaliſsimum, ſolum eſt prædicatũ, & non ſubiectum de quo, quoniam non habet ſuperius, de quo poſsit prædicari, & ſicut ſubſtantia, quæ eſt genus generaliſsimum, ſolum eſt prædicatum, & non ſubiectum, quia non habet aliquod ſuperius, de quo prædicatur. ſic ſubſtantia prima ſolum eſt ſubiectum, & non prædicatum, quia non habet aliquod inferius de quo poſsit prædicari, & ſi prædicatur non niſi de ſe ipſa, & hoc non per ſe, ſed per accidens, vt in noſtro quæſito abunde fuit diſputatum, quod quidem confirmat Ar. hic, cum dicit ſubſtantia neque de ſubiecto aliquo dicitur, & à prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio, quia de nullo ſubiecto dicitur. recte igitur dixit Ariſt. ſubſtantia non prædicatur de ſubiecto, nec eſt in ſubiecto, quoniam ſicut ſe habet non eſſe in ſubiecto reſpectu ſubſtantiæ, ſic ſe habet eſſe in ſubiecto reſpectu accidentis. ſed non eſſe in ſubiecto definit ſubſtãtiam, ſic eſſe in ſubiecto definit ipſum accidens, Ideo dixit ꝙ ſubſtantia non eſt in ſubiecto, vt ſeparet ſubſtantiam primam ab accidente, & à forma, quæ eſt in cõpoſito 2. phy. 4. & 2. de anima 4. & à materia, quæ eſt in compoſito 3. phy. 35. & à natura, quæ eſt in eo, in quo eſt 2. phy. 3. & ab anima, quæ eſt in corpore 2. de anima 4. 26. & ab omnibus illis, quæ in ſubiecto ſunt,

Dub. ¶ Dices quarè Ar. prius dixit de, quàm in? videlicet dicendo ſubſtantia neque dicitur de ſubiecto, neque eſt in ſubiecto?

Sol. ¶ Dicas, quoniam ly de dicit prædicatum eſſentiale, ly in dicit prædicatũ accidentale, & quoniam id, quod eſt eſſentiale, eſt prius eo, quod eſt accidentale, 2. phy. 66. ideo prius dixit de, quàm in.

Dub. ¶ Iterũ Dices, ò Ar. da mihi exemplum de hac ſubſtantia, quæ propter ſui dignitatem dicitur propriè, & principaliter, & maximè, quæ neque dicitur de ſubiecto, neq; eſt in ſubiecto?

Sol. ¶ Reſpondet Ariſt. & dicit ſi tu ignoras, quæ nam eſt, ecce duo exempla, vt facilius ipſam percipere poſsis,

Vt quidam homo, & quidam equus.

Poſtquã Ar. per tria nomina, ſeu per tria epitheta declarauit ſubſtantiam, quam hic vult explicare, in hac vltima, & tertia parte textus dat duo exempla, per quæ manifeſtat ſubſtantiam, quam hic explicauit, aliquis .n. poſſet dicere, ò Ar. dixiſti ſupra, ꝙ ſubſtantia prima eſt illa, quę neq; de ſubiecto aliquo dicitur, neq; in aliquo ſubiecto eſt, vellem ſcire quæ eſt hæc ſubſtantia prima? da mihi exẽplum, reſpondet Ar. q. d. ſi tu neſcis, quæ eſt ſubſtantia prima, ad hoc vt intelligas, aſsignantur tibi duo exempla, & primum (vt) i. v. g. (quidam homo) non homo vniuerſalis, quia homo vniuerſalis eſt ſpecies, & ſubſtantia ſecunda, ſed quidam homo, ideſt, particularis, ſingularis, hic homo. (&) iterum. q. d. Ar. ſi non ſufficit hoc exemplum, ecce aliud, (quidam equus) particularis, ſingularis, ſignatus, qui homo particularis eſt, vt ſortes, vnus homo in numero. vt inquit Ar. in Antepredicamentis, cap. 2. qui non prædicatur de ſubiecto. 7. met. 52. 1 poſt. 33. & 1. met. 27. cum dicit ſubſtantia vna numero impoſsibile eſt vt prædicetur. & Nota ꝙ. Ar. dedit hæc duo exempla de homine, & de equo, ac ſi eſſent decem millia. ¶ Sed Dices. quare Ar. dedit exempla de indiuiduo vago, dicendo, vt aliquis homo, & nõ de indiuiduo nominato, dicendo vt petrus, vel ſortes? *Petitio.*

¶ Dicas, quoniam ſillogizare eſt actus intellectus qui nõ poteſt fieri ex ſingularibus, quia ab intellectu non cognoſcuntur, ſed a ſenſu 2. de anima 60. 1. phy. 48. 49. 1. poſt. 12. & 134 cum igitur logicus format ſyllogiſmum, non poteſt formare ipſum ex ſingularibus, vt ait Ar. 13. met. vltimo, ideo non dedit exempla de indiuiduo ſingulari nominato, veluti eſt ſortes, ſed de indiuiduo vago. *Reſp.*

¶ Vel Dicas, ꝙ quando nos caremus nomine proprio alicuius indiuidui, vt ſi ignoraremus hoc nomen ſortes, poſſumus dicere aliquis homo, vtentes nomine communi, cum ſigno particulari, dicendo aliquis homo. *Alia reſponſio.*

¶ Vel Dicas, ꝙ non dedit exẽpla de indiuiduo nominato, vt eſt Petrus, Frãciſcus, quoniam indiuidua nominata deſpiciuntur ab arte, cum ſint infinita, & innumerabilia, de quibus non habetur cognitio, teſte Porphyrio cap. de ſpecie, & Ar. 1. poſt. 62. 7. met. 53.

¶ Sed Dices, ſi Ar. hic definit ſubſtantiam, quæ per ſe exiſtit, nõ in alio, neque per aliud, ſubstantiæ ſeparatę ſunt per ſe existentes. 7. met. 49. & 57. ergo Ar. hic tra- *Dub.*

ctat

ſtat de ſubſtantijs ſeparatis, quod eſt falſum. quoniam de talibus non ſpectat ad logicum: ſed ad Metaphyſicum 1.phy.vltimo & 2.phy.
Sol. 26. ¶ Dicas quòd ſubſtantiæ per ſe exiſtétes ſunt duæ Aliæ ſimplices, & hæ pertinent ad Metaphyſicum, Aliæ ſunt ſubſtantiæ per ſe exiſtentes compoſitæ, & hæ pertinent ad
Dub. logicum. ¶ Amplius Dices quare Ar. in Antepraedicamentis nominauit ſubſtantiá primam modo confuſo, & perturbato, deinde in hoc textu diſtincto modo voluit diffinire, &
Sol. declarare? ¶ Dicas ꝙ Ar. procedit ordine naturæ quoniam cognitio vniuerſalis eſt rudis, & confuſa, quæ ſecundum naturam præcedit cognitionem particularem, & diſtin-
Dub. ctam, vt patet 1.phy.5. ¶ Dices quare Ar. non dixit ſubſtantia nó eſt in materia, ſicut dixit
Sol. ſubſtantia non eſt in ſubiecto? ¶ Dicas quoniam illud, quod eſt in materia, eſt forma, quæ forma coniuncta cũ materia facit vnam ſubſtantiam, illud vero quod eſt in ſubiecto, veluti eſt accidens, non facit vnam ſubſtantiam, vt album, in corpore vnitum cum corpore non facit vnum per ſe, ſed vnum per ac-
Dub. cidens. ¶ Iterum Dices, nõ ne ſufficiebat de ſubſtantia aſsignare confuſam cognitionem, vt fecit in Antepraedicamentis cap. 2. & non aliam particularem, & diſtinctam, vt patet
Sol. in hoc textu? ¶ Reſpondet Ar. 6. Ethicorum cap.8. & dicit apud quem eſt ſcientia confuſa, & vniuerſalis abſque ſcientia diſtincta, & perticulari, huic non eſt poſsibile operari
Dub. quicquam per eum. ¶ Amplius clara eſt ſententia Ariſt. 1. cæli 110. omne nomen multiplex prius fore diuidendum, deinde diffiniendum, at cum ſubſtantia ſit multiplex, prima, & ſecunda, quare Ar. non prius ipſam diuiſit, & poſtea definiuit? nam fecit totum oppoſi-
Sol. tum? ¶ Reſpondet Cicero officiorum primo ꝙ inſtitutio, quæ de aliqua re ſuſcipitur debeat definitione proficiſci, vt intelligatur,
Alia ſol. quid ſit de quo diſputatur; ¶ Vel dicendũ ꝙ Ar. non fecit vt in hoc erraſſe videretur ſed cum definierit ſubſtantiã, ſtatim ipſam erat diuiſurus, veluti fecit 1. poſt. 13. vbi primo definiuit principium demonſtrationis, & poſtea ipſũ diuiſit in tex. 14. ſimiliter 2. phy. 3. vbi prius naturã, definiuit deinde ipſam diuiſit, quod quidem imitatus fuit Porph. in ſuo libello cap. de Accidente: primo definiuit accidens, & deinde in ſua ſignificata ipſum
Alia ſol. diuiſit. ¶ Vel dicas, ꝙ nomen æquiuocum eſt duplex, aliud purum, aliud verò analogum, tunc dicitur quòd nomen æquiuocum purum prius eſt diſtinguendum, & deinde diffiniendum; ſed quando eſt analogum, non intereſt, quin prius diffiniatur, & deinde diſtinguatur.
Alia ſol. ¶ Vel Dicas, ꝙ; ideo aliquod prius definitur, & non diuiditur, præſupponendo, & ſubintelligendo diuiſionem illius, ſicut Ar. fecit in hoc textu 1 ſuppoſuit diuiſionem ſubſtantiæ factam in Antepraedicamentis, cap. 2. quã diuiſione præſuppoſita, ſtatim ipſe aggreſſus eſt eius definitionem: ¶ Dices, quare Ar. primo Dub.
loquitur de ſubſtãtia prima & poſtea de ſubſtantia ſecunda? ¶ Dicas, quoniam Ar. lo- Sol.
quitur ad tyrones, quibus eſt ſatisfaciendum per notiora, & quoniam ſubſtantia prima eſt ſingularis, quæ eſt nota ſecundum ſenſum: 1. poſt. 12. 1. phy. 48. 49. 2. de anima 60. 1. poſt. 3. Ideo incepit à ſubſtantia prima, & non à ſecunda. ¶ Vel Dicas, ꝙ incepit à ſubſtantia Alia ſol.
prima, tanquàm à digniori, quoniam ſubſtantia compoſita eſt dignior, & magis ſubſtantia. 12. met. 25. 2. de anima 3. ¶ Vel Dicas ꝙ Alia ſol.
Ar. ſolet incipere à famoſioribus, & quoniã ſubſtantia prima compoſita eſt famoſior teſte Au. in Epit. met. tractatu 1. cap. de ſubſtantia. & 2. de anima. 3. Ideo incepit à ſubſtantia prima. ¶ Vel Dicas, quoniam ſubſtãtia pri- Alia ſol.
ma eſt ſubiectum ſecundarum ſubſtantiarum, & omnium accidentium. ¶ Amplius dubitatur, ſed pro dubitatione primo ſupponitur vnum ex Ar. 2. poſt. 13. 39. 49. & 32. clarius 7. met. 59. quæſitum quid præſupponit quæſitum ſi eſt non. n. poteſt haberi quid, ſi primo non habetur ſi eſt. vnde Ar. videtur errare, nam definiuit ſubſtantiã, & ipſam non primo præcognouit eſſe. ¶ Dicas ꝙ definitio eſt duplex Sol.
2. poſt. 32. Alia quid nominis, Alia quid rei, 1. poſt. 2. tunc dicitur quòd definitio quid rei præſupponit ſi eſt, ſed definitio quid nominis (qualis eſt hæc) data de ſubſtantia, poteſt haberi abſque, ꝙ præcognoſcatur ſi eſt. ¶ Vel Alia ſol.
Dicas, ꝙ tunc prius debet præcognoſci aliquid eſſe, quando illud fuerit ignotum, ſed quando eſt notum, & manifeſtum, ars deſpicit, & non pręcognoſcit illud, veluti fecit Ar. 2. phy. 3. definiuit naturam ſupponendo ipſam, tamquàm notam, ſimiliter in 8. phy. 1. fecit de motu, quæ omnia innuit Ar. 2. Ethicorum cap. 3. cum dixit ars circa difficiliora conſiſtit, & circa ignota, & non circa nota, & facilia, & quoniam ſubſtantiam primam eſſe, eſt manifeſtum, vt recte inquit Au. 7. met. 9. ideo Ar. ipſam non præcognouit eſſe, ſed ſtatim ipſam definiuit. ¶ Sed Dices, corru- Dub.
ptibilium (1. poſt. 62.) non ſunt definitiones, 7. met. 34. 35. & 53. ſed ſubſtãtia prima, (quia eſt compoſita ex materia & forma 1. phy. 63. 65. 79.) eſt corruptibilis, 1. cæli 5. 20. ergo Ar. non debebat definire ipſam, quod confirmatur ex Ariſt. 8. met. 3. 7. met. 26. 27. vbi inquit, ſubſtãtia compoſita eſt, cuius ſolius eſt generatio, & corruptio, patet enim ex 7. met. 30. congregati ex materia, & forma non eſt definitio. ¶ Dicas; ꝙ hæc definitio non eſt Sol.
quid rei, ſed eſt definitio quid nominis. ¶ Vel Dicas, ꝙ de ſubſtantia prima non eſt definitio, vt eſt ſingularis, ſed ſub ratione vniuer-

ſali

ſali, 1. poſt. 163. 7. met. 34. 35. non per ſe,
Alia ſol. ſed per accidens 1. poſt 63. ¶ Vel Dicas ꝙ
de ſubſtantia prima traditur definitio, non
ſub ratione materiæ, ſed ſub ratione formæ.
Alia ſol. ¶ Vel Dicas, ꝙ non definitur ſubſtantia pri-
ma ſecundum rem, & ſignificatum, ſed ſecun-
Dub. dum vocem. ¶ Amplius Ariſt. in hoc libro
non debet tractare de ſubſtantia, quoniam
id, quod conſideratur in vna ſcientia, de il-
lo non debet conſiderari in alia ſcientia,
ſed de ſubſtantia prima conſideratur in me-
thaphiſica in libro 12. ergo non in logica.
Sol. ¶ Dicas ꝙ ſubſtantia prima eſt duplex, Alia
ſimplex, & immobilis, quæ non eſt ſubiecta
accidentibus Alia eſt compoſita, & mobi-
lis, ſubiecta accidentibus, tunc dicitur, ꝙ
Ar. in Methaphyſica loquitur de ſubſtantia
prima, ſimplici, & immobili, ſed hic loqui-
Rep. tur de ſubſtantia compoſita, & mobili. ¶ Sed
Dices contra, nam Ar. 5. met. cap. de ſub-
ſtantia conſiderat de ſubſtantia prima, com-
Sol. poſita, ergo ratio non eſt ſoluta. ¶ Dices, ꝙ
ſubſtantia prima compoſita conſideratur
duobus modis, vno modo vt ens, Alio mo-
do vt eſt vox ſignificatiua rei tunc dicitur,
quòd in 5. met. Ar. conſiderat de ſubſtantia,
inquantum eſt ens ſed in logica conſiderat
de ipſa, vt eſt vox ſignificatiua rei, vel vt eſt
Dub. ſubiectum accidentium. ¶ Amplius Dices,
quare Ar. definiuit ſubſtantiam: rem qui-
dem digniorem, atq; cęteris prædicamentis
perfectiorē per duas negationes, dicens, quę
neq; de ſubiecto aliquo dicitur neq; in ſubie-
cto aliquo eſt, & non definiuit iſpam per af-
firmationem, cum affirmatio ſit nobilior ne-
gatione 2. cæ. 18. & 2. de gen. an. cap. 1. eo ma-
gis, quia extat Au. ſententia 2. poſt. 9. ꝙ de-
finitiones negatiuæ ſunt impropriè definitio
Sol. nes? ¶ Dicas, ꝙ Ar. ideo definiuit ſubſtan-
tiam per negationem, vt oſtendat excellen-
tiam ſuam, quando enim vult oſtendere ali-
cuius rei, nobilitatem ſemper mos ſuus eſt il-
lam definire per negationem, per quam nega
tionē illa res ſeparatur ab alijs rebus vilio-
ribus v. g. ſi volumus cognoſcere Dei excel-
lentiam, non poſſumus vnquam reperire ali-
quod prædicatum affirmatiuum, quod eſſet
correſpondens Deo, dicens perfectionē Dei,
ſed prædicata negatiua, ſeparando Deum ab
omnibus inferioribus, dicendo, quid eſt
Deus? dicitur ꝙ non eſt color, neq; eſt corpus,
non eſt angelus, ſed eſt quid excellentius, me
lius, & nobilius omnibus his ex quibus Nota,
ꝙ definitio data de Deo per negationē non
affert maiorē perfectionem Deo, qm̄ Deus eſt
ſumma perfectio, & omnia ipſe perficit, & ni-
hil perficit ipſum. vnde dicitur, ꝙ hęc tradita
definitio de Deo per negationē oſtendit per-
fectionem Dei, & non addit perfectionē Deo,
à pari dicitur de ſubſtantia prima, cum ſit res
perfecta, & perfectior, quàm ſubſtantia ſecun-
da, & quolibet accidente: ad oſtendendam
Ar. ſuam perfectionem placuit ſibi ipſam de-
finire per negationem, ſeparando ipſam ab
accidente, & à ſecundis ſubſtantijs quæ defi-
nitio addit perfectionē ipſi ſubſtantiæ. ¶ Sed *Dub.*
Dices, ſi definitiones datæ per negationem
dicunt excellentiam rei diffinitæ, quare Ar.
definiuit materiam primam per negationem
7. met. 8. & 8. met. 3. dum dixit materia pri-
ma neque eſt quid, neque qualis, nec quanta,
cum materia prima ſit imperfectiſsima, im-
mo ſumma imperfectio, cauſa infinitatis 3.
phy. 39. eſt potentia 2. de anima 2. 25. 7.
met. 34. 12. met. 14. eſt cauſa ire ad nihil
3. phy. 60. eſt cauſa ignorantiæ 1. poſt. 178.
101. eſt cauſa falſitatis, & non veritatis, im-
mo impedit veritatem in ſcientijs. 1. poſt.
178. eſt cauſa deceptionis, & apparentiæ.
1. de gen. an. cap. 1. eſt cauſa occultationis
9. met. 20.? ¶ Dicas quòd definitiones datæ *Sol.*
per negationem, quando enim aſsignantur
de re nobiliori, ſignificant nobilitatem, & ex-
cellentiam illius rei ſupra omnes alias res,
quādo verò aſsignantur de re ignobili, & vi-
liori, veluti eſt materia prima, denotant vili-
tatem, ignobilitatem, & ſummā illius rei im-
perfectionem ſimiliter dicitur de accidente,
quod definit ab Ar. 1. top. & a Porphyrio cap.
de accidente per negationē, oſtendendo ſuā
imperfectionem, quando dicitur, ꝙ accidens
eſt, quod nihil horū eſt, neq. terminus, neq;
propriū, neq; genus, ineſt autem rei. ſimili-
ter Dixit Porphyrius, accidens eſt, quod neq;
genus eſt, neq; differentia, neq; ſpecies, neq;
proprium, ſed ſemper eſt in ſubiecto. ¶ Sed *Dub.*
Dices, ſi Deus, materia prima, & accidens
definiuntur per negationem, quæ differentia
erit inter Deum, materiam primam, & acci-
dens? ¶ Dicas, ꝙ inquantum materia pri- *Sol.*
ma negatione cognoſcit, ſic eſt ſimilis Deo,
ſed inquantum Deus eſt pręſtantior materia,
& materia eſt vilior & deterior, ſic materia
nullo modo eſt ſimilis Deo. ¶ Vel Dicas, ꝙ *Alia ſol.*
definitio de Deo data per negationem, Di-
cendo Deus non eſt corpus, non eſt angelus,
non est anima. hæc definitio dicit perfectio-
nem Dei. ſed non addit perfectionem Deo,
ſed definitio data de materia prima per ne-
gationem dicit imperfectionē, & addit per-
fectionem materiæ primæ. ¶ Vel Dicas ſed *Alia ſol.*
pro intelligentia est Notandum ex Ar. 1. de
par. an. cap. 5. Ideo ſunt nobis traditi ſen-
ſus, vt inde omnis noſtra cognitio ſuppedi-
tetur, qm̄ tanta est neceſsitas, vt iure dixerit
Ar. ꝙ destructo vno ſenſu destruitur ſcien-
tia illius ſenſus, in libro de ſenſu, & ſenſato. 1.
post. 134. idcirco res lōginquæ, à ſenſibus dif
ficillime cognoſcunt; res autē iſtę lōginquæ
à ſenſibus ſūt in duplici differētia, quædā ſūt

omnino abſtractę à materia, & ſummam habent entitatem, vt intellectus & D. Op. Max. cui ſoli verè competit eſſe, ideo ego ſum, dicebat Ieſus, & alibi dicit, is, qui me miſit. Quędam vero adeò minimũ participant de entitate, vt ferè ſit prope nihil, Ideo dicebat Diuus Auguſtinus in libro confeſsionũ. Domine duo feciſti vnum prope te; & eſt natura angelorum, Alterũ prope nihil; quod eſt materia prima, ex quibus dictis colligitur, ꝙ duabus de cauſis res longinquę à ſenſibus ſunt difficillimę cognitionis, vel quia adeo participãt de entitate, vt intellectus noſter ſic ad illa ſe habet, ſicut oculus noctuę ad lumen ſolis, qui propter debilitatẽ ſuam nequeat ipſum cognoſcere, quãuis de ſe ſit ſumme cognoſcibilis. vnde in his entibus difficultas puenit ex parte intellectus, & nõ ex parte rei, quia debilis intellectus non poteſt ſummũ illud ens intelligere, vel quia ſunt difficillimæ cognitionis, adeò paruã habent entitatẽ vt res nõ ſit cognoſcibilis, & ideo in iſtis difficultas prouenit ex parte rei, & nõ ex parte intellectus, quia res nõ eſt cognoſcibilis, ne autem hæc entia omnino ignota remanerent, duas inuenit vias Ar. quibus ſaltim leuiter iſta poſſimus attingere, ſ. vel per negationẽ, vel per ſimilitudinem; per negationẽ quidẽ cognouit Ar. materiã cæli, quæ eſt natura cæli, hęc non generabilis, non corruptibilis, non augmentabilis, non diminuibilis, nõ alterabilis, non ſeneſcibilis, vt conſtat in 1. de cælo 20. 21. 22. 2. cæli 2. per negationem Dei, eſſentiam inueſtigauit in methaphiſicis, Deus eſt immortalis, impartibilis, incorporeus, & cętera negatiua prædicata, quę ei attribuit per negationẽ quoq; indagauit naturam intellectus poſsibilis, qui eſt immaterialis, ſeparabilis, & immiſtus, & per alia, quæ omnibus (paret) eſſe p̄dicata negatiua, per negationẽ indagauit naturã materię primę 7. met. 8. & 10. met. 24. quia propter minimã ſui entitatẽ nõ poterat cognoſci, cũ dixit materia prima nõ eſt quid, non qualis, nõ quanta, & Ideo in 1. phy. 69. incipiens cognoſcere materiã, quæ propter ſui minimã entitatẽ à ſenſibus longinqua exiſtens difficillimæ eſt cognitionis, relicta negatione accedit ad ſimilitudinem, & inquit, ſubiecta autem natura ſcibilis eſt per analogiam, cum igitur ſubſtantia, de qua loquitur Ar. ſit ignota apud ſenſum, non potuit aliter, nec alio modo, non per analogiã, ſed per prædicata negatiua, ſcilicet per non eſſe in ſubiecto, nec prædicari de ſubiecto ipſam declarare, tanquàm per accidẽtia explicantia ſubſtantiam, iuxta illud 1. de anima 11. accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum, quod quid, Nota hæc pro

Dub. expoſitione 69. textus primi libri phy. ¶ Amplius Dices, ꝙ Ar. hic non definit ſubſtantiã primam, quoniàm id quòd eſt poſterius, non eſt prius 1. poſt. 121. 1. phy. 2. & 2. de anima 12. ſed ſubſtãtia prima eſt poſterior. 7. met. 9. ergo non eſt prior, & prima.

Sol. ¶ Reſpondet Ar. ibidem, & dicit, ꝙ ſubſtantia compoſita, quæ dicitur prima, eſt poſterior duabus ſubſtantijs ſimplicibus, ex quibus componitur quæ ſunt materia & forma 1. phy. 65. & & reſpectu illarum ex quibus fit, & componitur, dicitur poſterior, ſed dicitur prima reſpectu ſpeciei, & generis, quæ ſunt ſubſtantiæ ſecundę quod confirmat Ar. 1. de anima 8. & Au. 1. poſt. 162. cum inquit, vniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius eſt, ſed ſecundæ ſubſtantię ſunt vniuerſales, & primę ſunt particulares, ex quibus particularibus fit vniuerſale 6. etic. cap. 13.

Dub. ¶ Amplius genus æqualiter prædicatur de ſpeciebus, & non prius de vna, & poſterius de altera, teſte Porphyrio in cap. de genere. & differentia. ſed ſubſtantia eſt genus 1. phy. 56. 50. ergo æqualiter prædicatur de ſuis ſpeciebus, non igitur debet dari ſubſtantia prima, & ſubſtantia ſecũda, ſed omnes æqualiter debent dici ſubſtantiæ.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ ſubſtantia ſumitur dupliciter, vno modo ab eſſendo, Alio modo à ſubſtando, tunc dicitur, ꝙ ſi ſubſtantia ſumitur ab eſſendo, tunc vniuoce, & æqualiter prædicatur de omnibus, ſed ſi ſumitur à ſubſtando, tunc prius prędicatur de ſubſtantia prima, deinde prædicatur de ſubſtantia ſecunda, quoniam ſubſtantia prima primo ſubſtat accidentibus, ſecundario ſubſtat accidentibus ſubſtantia ſecunda.

Dub. ¶ Sed Dices ſi ſubſtantia prima non eſt in ſubiecto, nec prædicatur de ſubiecto, & materia prima non eſt in ſubiecto 2. phy. 4. ſed eſt ſubiectum 1. phy. 52. 69. 2. phy. 4. nec prædicatur de ſubiecto 3. phy. 63. 65. quæ differentia erit inter ſubſtantiam primam, & materiam primam?

Sol. ¶ Dicitur, quòd differunt in hoc, quoniam ſubſtantia prima per ſe exiſtit & eſt in actu, ſed materia prima non exiſtit per ſe; nec eſt in actu, ſed eſt potentia 2. de anima 2. 25. 12. met. 14.

Rep. ¶ Sed Dices. contra nam 7. met. 8. inquit Auer. quòd materia prima exiſtit per ſe, ergo ſolutio eſt falſa.

Sol. ¶ Dicas quòd materia prima exiſtit per ſe in potentia, non antẽ in actu, veluti exiſtit ſubſtantia prima.

Dub. ¶ Dices, ſi dictum eſt, quòd Ar. hic tractat de ſubſtantia prima compoſita ex materia, & forma, vellem ſcire tractat ne de materia, & forma, quę ſunt partes, & principia ſubſtantię compoſitę 1. phy. 65.?

Sol. ¶ Reſpondet Boethus & dicit quòd Ariſt. hic non tractat de his partibus, niſi pertranſeundo, & dubitando, vt patet, quando dicit, (non conturbent nos Subſtantiarum partes) & non de intento & per ſe. ¶ Iterum Dices, quare non de in-

tento

tento, & per ſe hic tractat de partibus, ſicut dé intento, & per ſe tractat de tota pri-
Sol. ma ſubſtantia compoſita? ¶ Dicitur, ꝙ Ar. ſupponit partes, tamqnàm notas, qnas ſupponendo laborat de toto relinquendo par-
Dub. tes, tamqnàm notas. ¶ Iterum Dices, cum ſubſtantiæ ſint tres 2. de anima 2. 25. 12. met. 14. 7. met. 34. 35. 7. met. 7. materia, forma, & compoſitum, 2. de anima 3. quæ
Sol. iſtarum eſt magis ſubſtantia? ¶ Dicas, quòd ſubſtantia compoſita eſt magis ſubſtantia, quàm materia, & forma, vt Inquit Ar. in hoc textu, quando. dicit, ſubſtantia proprie, & principaliter, & maxime, quod confirmat. 2. de anima 3. quando dicit, quòd corpora ſunt maxime ſubſtantiæ, hanc quæſtionem
Ref. examinat Simplicius 2. phy. 70. ¶ Sed Dices contra, nam ſententia eſt Ar. 1- poſt. 15. 2. met. 4. ſemper propter quod vnumqnodque tale, & illud magis, ſed ſubſtantia compoſita eſt ſubſtantia propter formam 2. phy. 4. 2. de anima 2. ergo forma eſt magis ſub-
Sol. ſtantia, quàm ſubſtautia compoſita. ¶ Dicas ꝙ forma eſt magis ſubſtantia in eſſendo, & quo ad eſſentiam, ſed compoſitum eſt ma-
Alia ſol. gis ſubſtantia, quo ad ſubſiſtendum. ¶ Vel Dicas quòd quando inquit Ar. ꝙ ſubſtantia prima cõpoſita eſt magis ſubſtantia & maxime ſubſtantia, nõ facit comparationem inter ſubſtantiã primam compoſitam, & formam, ſed inter ſubſtantiam primam, & ſecundam, dicens quòd ſubſtantia prima eſt magis ſubſtantia, quàm ſecnnda ſcilicet, quàm genus,
Rep. & quàm ſpecies. ¶ Sed Dices, contra nam Ar. clariſsime dicit in 2. de anima 3. quòd corpora naturalia, quæ ſunt ſubſtantiæ compoſitæ & Au. in com. ſunt magis digna dici ſubſtantiæ, quàm materia, & forma, ex quibus, patet ꝙ facit comparationem inter ſubſtantiam primam & formam, & non inter
Sol. ſubſtantiam primam & ſecnndam. ¶ Dicas cum Auer. quòd hoc intelligitur ſecundum famoſitatem, & ſecundum famam, & nou ſe-
Alia ſol. cundum rei veritatem ¶ Vel Dicas, quòd qnando dicit Ariſt. qnòd corpora naturalia ſunt maxime ſubſtantiæ, facit comparationem inter corpora naturalia, & corpora artificialia, quæ corpora naturalia ſunt ſubſtantiæ ſecundum materiam, & ſecundum formam, ſed corpora artificialia ſunt ſubſtantiæ ſecundum materiam tantùm, & non ſecundum formam, quoniam forma rerum artificialium eſt accidens. 2. de anima 8. & quoniam hæc quæſtio potius eſt phyloſophica, & methaphiſica ideò in illud tempus à nobis diſputanda differatur.

Secundæ autem ſubſtantiæ dicuntur ſpecies, in quibus eæ, quę principaliter ſubſtantiæ dicuntur inſunt & hæ quidem, & harum ſpecierum genera. *Textus 2.*

Continuatur præſens textus hoc pacto verum pro continuationis, intelligentia eſt ſciendum quòd illa quæ ſubſtant accidentibus duobus modis ſubſtare videntur Vno modo quidem prius, principaliter, ante, & immediate, Alio modo poſterius, mediatè, & ſecundariò, quo ſtante. Poſtquàm Ar. notificauit primas ſubſtantias ideſt illa quæ primò & immediatè dicuntur ſubſtantiæ quia primò, principaliter, ante & immediate ſubſtant accidentibus nunc declarat ſecundas ſubſtantias ideſt illa quæ poſterius, mediatè, & ſecundario ſubſtant accidentibus, quæ dicuntur ſecnndariò ſubſtantiæ, & accidentibus ſubiecta; cauſa intentionis eſt vt ponat differentiam inter ſubſtantias primas & ſubſtantias ſecundas quoniam ſupra declarauit ſubſtantias primas, & quoniam primum dicitur reſpectu ſecundi, & ſecnndum reſpectu primi; ſunt enim relatiua, quæ ſicut ſimul ſunt, ſic ſimul debent declarari, & cognoſci vt patet in cap. de relatiuis, ideo poſt declaratas primas ſubſtantias ſtatim declarat ſecundas, & merito qnidem, quoniam ignorato priore ſtultum eſt accedere ad doctrinam ſecundi 2. poſt. 2. 3. 39. & 40. ne Ar. de ſtultitia reprehendatur merito poſt ſubſtantias primas nunc declarat ſecundas. ¶ Diuiditur iſte textus in duas partes in 1. declarat ſubſtantias ſecundas in 2. ibi (vt quidam homo) exemplo declarat quæ dixit qnò igitur ad primum inquit Ar. (Secundæ autpm ſubſtantiæ) q. d. Ar. poſtquàm explicauimus quæ ſunt primæ ſubſtantiæ ideſt qnæ ſunt illa quę primum in ordine ſubſtant accidentibus, nunc explicandæ ſunt ſecundæ ſubstantiæ idest quæ ſunt illa quæ ſecundo loco in ordine ſubstant accidentibus & dicimus quòd ſubstantiæ ſecundæ (dicuntur) idest ab alijs nominantur ſpecies ſed non omnes ſpecies ſed ſolum illę ſpecies (in) idest ſub (quibus) ſpeciebus (eæ quę principaliter) idest, primæ ſubstantiæ (dicuntur) idest nominantur (inſunt) idest continentur quoniam ſunt quædam ſpecies ſub qnibus non continentur ſubstantiæ primę veluti est nigredo, albedo, rubedo, palledo, fuſcedo, quarum nulla est ſubstantia ſecunda quoniam non continent ſub ſe ſubstantias pri-
mas. ¶ Sed Dices, contra nam Ariſtot. 1. *Dub.*
post. 33. volens dare exemplum de ſingu-

lari ſubſtantiæ quod eſt per ſe in tertio modo, dicit vt hoc album vnde videtur quòd hoc album quod eſt ſingulare ſubſtantiæ continetur ſub albo tamquàm ſub ſpecie, *Sol.* ¶ Dicas, ꝙ Ar. per ly hoc album intelligit ſubiectum huius albedinis quod eſt ſingulare ſubſtantię, vt Petrus, qui Petrus non continetur ſub albo ſed ſub homine tamquàm ſub ſua propria & determinata ſpecie, *Dub.* ¶ Dices, ò Ar. ſpecies ſolum dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ vel etiam aliqua alia? *Sol.* ¶ Reſpondet & dicit (&) q.d. non ſolum (hæ) ſcilicet ſpecies ſunt ſecundæ ſubſtantiæ ſed (quidem) .i. certe (&) .i. etiam (harum ſpecierum genera) q.d. Ar. non ſolum ſpecies ſed genera harum ſpecierum ſunt ſubſtantiæ ſecundæ ſed Nota ꝙ non omnia genera ſed ſolum illa quæ ſunt harum ſpecierũ ſub quibus continentur ſubſtantiæ primæ quoniam dantur quædam genera, aliquarum ſpecierũ ſub quibus ſpeciebus non continentur primæ ſubſtantiæ, veluti eſt color & figura, quæ genera ſunt ſolum qualitates, & non ſubſtantiæ; ex quibus ſumitur ꝙ non omnes ſpecies nec omnia genera ſunt ſecũdæ ſubſtantiæ. *Dub.* ¶ Sed Dices id quod eſt in alio, eſt accidens teſte Ar. in Antepræ dicamentis cap. 2. Sed ſubſtantiæ primæ ſunt in ſecnndis, vt patet in hoc textu, ergo ſubſtantiæ primæ ſunt accidentia. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ ly (in) non dicit inhærentiam ſed dicit, ſub. vnde quando dicit Ar. ſubſtantiæ primę ſunt in ſecundis intelligitur hoc modo ſcilicet cõtinentur ſub ſecundis qua expoſitione vtuntur Aſtrologi quando dicunt quòd ſol eſt in Ariete ideſt ſub ſiguo Arietis quod cõfirmat Ar. 4. phy. 46. quando dicit terra eſt in aqua, hæc autem in aere, hic autem in æthere, & æther in cælo, cælum autem non amplius in alio ideſt, non ſub alio eſt. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas quòd ſubſtantiæ primæ ſunt in ſecundis tanquàm partes in aliquo toto poteſtatiuè, & in potentia, ita ꝙ in poteſtate ſpeciei, & latitudine generis continentur ſubſtantiæ primæ; & ſecundæ ſunt in primis in actu, quæ ſubſtantiæ primę continentur ſub ſecundis, tanquàm inferiora ſub ſuperioribus, & partes in toto, quoniã indiuidua ſunt partes ſubiectiuæ ipſius ſpeciei, quoniam ſubijciuntur ſpeciei vt Petrus eſt homo ſic ſpecies eſt pars ſubiectiua generis & cõtinetur ſub genere, tanquàm ſub toto, vt homo eſt animal, vt recte inquit Porphyrius in cap. de ſpecie, cum dicit quòd genus eſt totum, indiuiduum autem eſt pars, ſpecies vero totum eſt & pars, totũ enim eſt in partibus ſicuti genus quod prædicatur de partibus ideſt de ſpeciebus; ſpecies autem eſt totum ideſt prædicatur de partibus, ideſt de indiuiduis, & ſic ipſa ſpecies eſt totum in partibus & eſt vt pars in toto & ſubijcitur toti. *Dub.* ¶ Dices quare Ar. primò exemplificauit illa quæ primò ſubſtant accidentibus ideſt primas ſubſtantias deinde illa quæ ſecundario in ordine ſubſtant accidẽtibus? *Sol.* ¶ Dicas quoniam ſtultũ eſt iguorato priori accedere ad doctrinam poſterioris. *Dub.* ¶ Dices quare dicuntur primæ. *Sol.* ¶ Reſpondet Porphyrius & dicit quoniã primò ſenſui noſtro occurrunt, quod quidem confirmat Ar, 1. poſt. 12. 1. phy. 48. 49. 2. de anima 60. ¶ Sed petes ab Ar. da mihi exemplũ quomodo ſubſtantiæ primæ ſunt in ſubſtantijs ſecundis. ¶ Reſpondet propterea & dicit,

Vt quidam homo in ſpecie quidem eſt in homine genus vero ſpeciei animal eſt.

In hac ſecunda parte textus Ar. exemplo manifeſtat quod ſupra dixit. q. d. ſi tu neſcis quomodo primæ ſubſtantiæ continentur ſub ſecundis do tibi exemplum (vt) ideſt. v.g. (quidam homo) .i. vnus homo in numero Petrus qui eſt ſubſtantia prima (eſt) i. continetur (in ſpecie) ideſt ſub ſpecie verum. q. d. Ar non in qualibet ſpecie ſed in homine tanquàm in ſua determinata nominata & aſsignata ſpecie quoniam non quodlibet eſt in quolibet ſed determinatum in ſuo determinato vt recte inquit Porphyrius in cap. de ſpecie cũ dixit quòd ſpecies ponitur ſub ſuo determinato & aſsignato genere & non omnis ſpecies ſub omni genere ex quibus Nota ꝙ illæ ſolum ſpecies dicuntur ſubſtantiæ ſecundę ſub quibus continentur ſubſtantię primæ ad differentiam illarum ſpecierum ſub quibus non continẽtur ſubſtantiæ primæ veluti albedo & nigredo quæ licet ſint ſpecies tamen non dicuntur ſubſtantię ſecundæ Sed *Dub.* Dices ſi homo est ſpecies ſub qua continetur quidam homo qui dicitur ſubstantia prima vellem ſcire quod nam est genus huius ſpeciei? Reſpondet Ar. & dicit (Genus verò) *Sol.* verò .i. certè denotando veritatem & certitudinem, verum, & certum genus ſpeciei ſcilicet hominis proprio vocabulo (animal est) vocatur, & appellatur, Nota candide lector ꝙ primæ ſubstantiæ ſunt in ſecundis ſubstantijs virtualiter, & potentialiter, quoniam ſicut pars totius vniuerſalis est in toto vniuerſali & inferius in ſuo ſuperiori, ſic ſecundæ ſubstantiæ vt ſpecies ſunt in primis in actu & intellectu, quoniam ſunt de intellectu & eſſentia primarum ſubstantiarum. *Dub.* ¶ Dices cum homo ſit duplex Alius eternus, alius corruptibilis 3. met. 7. Au, quando dicit Ar. quidam homo de quo homine loquitur. ¶ Dicas de homine corruptibili non de ęterno vt dicuot.

Secundæ igitur hæ ſubſtantiæ dicuntur, vt eſt homo: atque animal.

In hac vltima parte textus Ar. concludit ꝙ ſpecies ſolum & genus dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ. ¶ Dices, ò Ariſt. quæ ſpecies eſt ſecunda ſubſtantia. ¶ Reſpondet & dicit (vt) i. v. g. (homo) ad differentiam albedinis vel nigredinis quę eſt ſpecies, & non eſt ſecunda ſubſtantia. Iterum Dices ò, Ar. quod genus eſt ſecunda ſubſtantia? Reſpondet & dicit (atque) vt v. g. (animal) ad differentiam coloris qui eſt genus vt inquit Porphyrius in
Dub. cap. de ſpecie qui color eſt accidens Dices, quare Ar. dixit (homo atque animal) & non
Sol. dixit ſpecies atque genus? Dicas vt cautè loquatur, quoniam non omnes ſpecies ſunt ſecundę ſubſtantiæ ſed ſolũ illę ſub quibus continentur primæ ſubſtantiæ veluti eſt homo ſub quo continentur particulares homines, vt Sortes & Plato, qui ſunt ſubſtantiæ primæ, nec omnia genera ſunt ſecundæ ſubſtantiæ, ſed illa ſolum quæ continent illas ſpecies ſub quibus continentur primæ ſubſtantiæ, vt ſub animali cõtinetur homo, & ſub homine continentur particulares homines qui ſunt ſubſtantiæ primæ, quæ ſubſtantiæ primæ ſi continentur ſub ſpeciebus immediatè etiã continentur ſub generibus mediatè, iuxta illud Porphyrij in cap. de ſpecie, quando dicit de quibus prædicatur ſpecies prædicatur genus ſpeciei vſque ad generaliſsimum; ex quibus omnibus oritur hæc ratio, illæ dicuntur ſubſtantiæ ſecundæ ſub quibus continentur ſubſtantiæ primæ, ſed ſub talibus ſpeciebus immediatè & ſub talibus generibus mediatè continentur ſubſtantię primæ ergo tales ſpecies & genera talia dicuntur ſubſtantiæ ſe-
Dub. cundæ. ¶ Dices, albedo eſt ſpecies, & color eſt genus, vt inquit Porphyrius in cap. de Specie & Ar. in cap. de Qualitate, & tamen neutrum horum eſt ſubſtantia ſed vtrumque eſt accidens, vt patet in Anteprædicamentis
Sol. cap. 2. ¶ Dicitur ꝙ duplex eſt ſpecies & genus, Alia eſt de prædicamento ſubſtantiæ & Alia eſt aliorum prędicamentorum tunc Dicas, quòd ſpecies & genus de prædicamento ſubſtantiæ ſunt ſecundæ ſubſtantiæ, non autem ſpecies & genus aliorum prędicamentorum, quod innuit Ar. quando dicit vt homo atque animal, qui homo & quod animal ſunt de prædicamento ſubſtantiæ, & non dixit vt albedo atque color quæ ſunt in alijs prædi-
Rep. camentis. ¶ Sed Dices, contra, nam primo poſt. 30. inquit Ar. ꝙ genus eſt prædicatum in primo modo dicendi per ſe 7. met. 12. & in Aepit. log. cap. de demonſtratione ſed color eſt genus albedinis vt teſtatur Porphyrius in cap. de ſpecie ergo eſt prædicatum in primo modo dicendi per ſe, ſed prędicata primi modi omnia ſunt ſubſtantię, vt inquit Au. in com. ergo color eſt ſubſtantia, & ponitur in prędicamento ſubſtantię. ¶ Dicitur *Sol.*
ꝙ aliud eſt dicere aliquod eſt ſubſtantia & aliud eſt dicere aliquod dicit ſubſtantiã, tũc dicitur quòd color non eſt ſubſtantia, ſed dicit ſubſtantiam. ¶ Dices contra nemo dat *Rep.*
quod non habet, ſi color non eſt ſubſtantia quomodo dicit ſubſtantiam? ¶ Dicitur ꝙ *Sol.*
verum est quòd non est ſubstantia vere & ſimpliciter, ſed est, & dicit ſubstantiam ſuarum ſpecierum, vt albedinis & nigredinis in genere ſuo, quia ponitur in ratione & ſubstantia & definitione dicens quid ſuarum ſpecierum vt ſi aliquis Dicet quid est albedo idest, quæ est quidditas albedinis? dicitur quòd eſt color, iuxta generis definitionem que eſt iſta genus prędicatur in quid de ſuis ſpeciebus idest dicit quid ſuarũ ſpecierum. ¶ Dices quare dicitur ſub- *Dub.*
ſtantia prima & ſubſtantia ſecunda? ¶ Dicas *Sol.*
quoniam primò & immediatè ſubſtat accidentibus, & quia ſecundariò & mediatè ſubſtat accidentibus primò igitur ſubſtãtia prima mediante qua ſpecies ſubſtat accidentibus, vltimò genus mediante ſpecie. Dices *Dub.*
cum ſpecies dicatur duobus modis, Alia ſpecialiſſima vt homo, Alia verò ſubalterna vt animal, teste Porphyrio in cap. de ſpecie de qua ſpecie loquitur hic Ar.? Dicas ꝙ loqui- *Sol.*
tur de ſpecie ſpecialiſsima tamen non excludit ſpeciem ſubalternam, primaria tamen intentione loquitur de ſpecialiſsima, ſecundaria intẽtione loquitur de subalterna. Amplius cũ genus dicatur quatuor modis propinquum vt animal, remotum vt corpus animatum, magis remotum vt corpus, remotiſſimum vt ſubſtantia quero de quo genere hic intelligit Ar. quando dicit quod genus est ſubstantia ſecũda? ¶ Dicas quòd Intelligit *Dub.*
quodlibet genus. ſed Dices contra, nam Ar. nominat animal quod est genus propinquũ; ergo reſponſio de facto est contra Ar. Dicas *Sol.*
ꝙ primaria intẽtione loquitur de genere propinquo, quod est animal, ſecundaria verò intentione loquitur de remoto magis remoto, & de remotiſsimo; quod clarè patet quando dicit ſpecies ſunt ſecundę ſubstantię, & harum ſpecierum genera in plurali, & non in ſingulari; quę genera ſunt in linea prędicamentali, patet igitur quòd omnia genera de prędicamento ſubstantię propinquum ſpeciei vt animal remotum à ſpecie, vt corpus animatum magis remotum à ſpecie vt corpus remotiſsimũ à ſpecie, vt ſubstantia ſunt ſecundę ſubstantię. ¶ Dices quare Ar. hic dixit principalter ſolum, & non dixit proprie *Dub.*
& maxime? ¶ Dicas quoniam pręſupponit dixiſſe ſuperius. ¶ Vel Dicas quòd dicendo *Sol.*

prin-

Dub. principaliter dixit proprie,& maxime.¶ Dices ſi tàm genus quàm ſpecies dicuntur ſubſtantię ſecundę ergo ſpecies nõ deberet præcedere genus, quoniam ambo dicuntur ſubſtantię ſecundę equaliter, & vna non prior *Sol.* alia. ¶ Dicas ꝙ Ar. hoc modo oſſeruauit ordinē inter indiuidua quę ſunt ſubſtātię primę & inter ſpecies dicens ꝙ indiuidua primū in ordine dicuntur ſubſtantię primę quia primo ſubſtant accidentibus deinde ſpecies & ideo ſpecies dicuntur ſecundę ſubſtātię; ſic etiam ſpecies primum in ordine ſubſtant accidentibus, reſpectu generis, & genus ſecundariò. in ordine reſpectu ſpeciei ſubſtat accidentibus; ſed in ordine ipſum genus tertio loco reſpectu indiuiduorum ſubſtat accidentibus vnde dicimus ꝙ Indiuiduū eſt ſubſtantia prima ſpecies eſt ſubſtantia ſecunda, genus eſt ſubſtantia tertia, quod patet in hoc cap. quando dicit Ar. quemadmodum primę ſubſtantiæ ad alia omnia ſe habēt ſic ſpecies ad genus ſe habet; quaſi dicat ſicut indiuidua quæ ſunt ſubſtantię primę in ordine præcedunt ſubſtantias ſecundas, ſcilicet ſpecies, ſic etiam ſpecies in ordine præcedit genus, & ſic indiuiduum eſt primum ſubſtans, ſpecies eſt ſecundum ſubſtans, genus eſt tertium ſub-*Dub.* ſtans. ¶ Sed iterum quæret Aliquis dicens ſi præceptum Ar. eſt 1. phy. 4. 57. 3. phy. 2. 2. de gen. & cor. 51. clarius 1. de par. an. cap. 1. ab vniuerſalibus fore inchoandum procedendo ad particu'aria, quare modo incipit ad particularibus & deuenit ad vniuerſalia? primò .n. docet ſubſtantias primas quæ ſunt indiuidua particularia, & deinde ſub-*Sol.* ſtantias ſecundas vniuerſales. ¶ Dicitur ꝙ Ar. hic non ſeruat ordinem doctrinę ſed ſeruat ordinem ſecundum eſſe prius enim ſunt indiuidua particularia deinde ſunt vniuerſalia 1. de anima 8. 1. poſt. 162. vniuerſale .n. *Alia ſol.* aut nihil eſt, aut poſterius eſt. ¶ Vel Dicas ꝙ ordo eſt duplex, Quidam ſecundum nos, & Quidam ſecundum naturam, tunc dicitur ꝙ particularia præcedunt vniuerſalia ordine ſecundum nos, quoniam ſunt nota nobis. 1. poſt. 12. 1. phy. 48. 49. 2. de anima 60. vniuerſalia verò vt ibidem patet ſunt priora & *Rep.* notiora ſecundum naturā. ¶ Sed Dices contra quoniam 1. phy. 4. inquit Ar. ꝙ vniuerſalia ſunt nota nobis ſi Ar. ſequitur ordinem ſecundum nos,& vniuerſalia ſunt nota nobis, ergo Ar. iure debebat incipere ab vniuerſalibus, ſcilicet à ſecundis ſubſtantijs, primo declarando ipſas, & poſtea particulares. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ vniuerſale dupliciter conſideratur, vno modo vt vniuerſale eſt. & ſic non eſt notum ſecundum nos, Alio modo vt eſt *Dub.* totum, & ſic vt totū eſt nobis notum. ¶ Amplius ſicut res ſe habet ad eſſe ſic ſe habet ad cognoſci, 2. met. 4. 2. poſt. 94. ſed ſubſtantiæ ſecundę vniuerſales ſunt priores ſubſtantijs particularibus, ergo Ar. primo debebat declarare ſubſtantias ſecūdas, & deinde ſubſtantias primas particulares; minor probatur nam 5. met. & in poſt prędicamenti eſt cap. de priori inquit Ar. ꝙ illa ſunt priora à quibus non conuertitur conſequentia, ſed à ſecundis ſubſtantijs non conuertitur conſequentia cum primis, ergo ſecundæ ſubſtantię priores ſunt primis, quoniam valet dicere Franciſcus eſt, ergo homo eſt, ſed non è contra, vt homo eſt, ergo Franciſcus eſt. Similiter verum eſt dicere homo eſt, ergo animal eſt, ad nõ è contra animal eſt, ergo homo eſt.

¶ Dicitur. ꝙ Ar. hic non ſeruat ordinem ſe- *Sol.* cundum naturam, ſed ſeruat ordinem ſecundū nos, modo ſubſtantiæ ſecundæ ſunt priores ſecundum naturam,& non ſecūdum nos. ¶ Vel Dicas ꝙ ſubſtantiæ ſecundæ ſunt prio- *Alia ſol.* res primis quo ad eſſe eſſentiæ, ſed ſunt poſteriores & ſecundæ quo ad actum ſubſtandi accidentibus, quoniā ſubſtantiæ primæ primò ſubſtant accidentibus, deinde ſubſtantiæ ſecundæ; & ideo ſpecies & genera dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ, quoniā ſecundario ſubſtant accidentibus poſt primas ſubſtantias. ¶ Amplius meliora præcedunt viliora, ſed *Alia dub.* ſubſtantiæ ſecundæ ſunt meliores primis, ergo primo de ſecundis & poſtea de primis debebat Ar. conſiderare, maior eſt Ar. 3. met. 11. minor probatur, quoniam continens eſt nobilius contento 4. cæli 35. ſed ſubſtantiæ ſecundæ continent primas, quia ſuperiora continēt ſub ſe inferiora, vt patet in hoc textu, ergo primo de ſecūdis, deinde de primis.

¶ Dicitur ꝙ ordo eſt duplex 2. de anima. 77. *Sol.* Alius ſecundum nobilius, Alius ſecundū nos, tunc dicitur ꝙ Ar. non ſeruauit ordinem ſecundum nobilius, ſed ſeruauit ordinem ſecundum nos, 2. de anima 101. ¶ Amplius inquit Ar. ꝙ ſpecies & genera ſunt ſubſtantiæ *Alia dub.* ſecundæ, quod videtur falſum. nam id quod eſt accidens non eſt ſubſtantia 1. phy. 27. 30. 5. phy. 10. Sed ſpecies & genera ſunt accidentia, ergo non ſunt ſubſtātiæ minor probatur, quoniam quæcunque de ſubiecto dicuntur accidentia ſunt, 1. poſt. 33. ſed ſpecies & genera prædicantur de ſubiecto, teſte Porphyrio in cap. de genere & ſpecie, ſimiliter teſtatur Ar. in hoc cap. ergo ſpecies & genera ſunt accidentia, & non ſubſtantiæ, nec ſecundę, nec primę. ¶ Dicitur ꝙ genera & ſpecies *Sol.* dupliciter conſiderantur, vno modo vt diſtinguūtur contra ſubſtantiam,& ſic non ſunt accidentia, alio modo in quantum non exiſtunt per ſe,& ſic dicuntur accidentia. ¶ Vel *Alia ſol.* Dicas ꝙ ſpecies & genera cōſiderantur duobus modis, vno modo vt ſunt primę intentiones, alio modo vt ſunt ſecundę intentiones, tunc dicitur quòd ſi conſiderantur vt ſunt ſecundę

cundę

cundæ intentiones ſic ſunt accidentia, ſed ſi conſiderantur vt ſunt primæ intentiones ſic ſunt ſubſtantiæ. ¶ Aliquis poſſet dicere quid ſibi vult ſpecies, & quid ſibi vult genus? *Dub.* ¶ Dicas vt diximus in libro Porphyrij quòd ſpecies nil aliud eſt niſi natura minus vniuerſalis & genus eſt natura magis vniuerſalis, quoniam ſpecies prædicatur ſolum de indiuiduis, genus vero prædicatur de ſpeciebus & de indiuiduis. *Sol.* ¶ Dices contra nam ſpecies eſt genus teſte Porphyrio cap. de ſpecie, ſed genus eſt natura magis vniuerſalis ergo ſpecies eſt natura magis vniuerſalis & non eſt natura minus vniuerſalis. *Rep.* ¶ Reſpondet Porphyrius & dicit, ꝙ ſpecies eſt duplex, Alia ſubalterna vt eſt animal, Alia ſpecialiſsima vt homo, tunc dicitur ꝙ genus eſt ſpecies ſubalterna, & hæc ſpecies eſt natura magis vniuerſalis, ſed non eſt ſpecies ſpecialiſsima quæ eſt natura minus vniuerſalis. *Sol.* ¶ Amplius inquit Ar. ꝙ homo eſt ſubſtantia; contra, & arguitur ſic, ſumendo modũ argumentandi ab Ar. 4. phy. 93. vbi volens probare ꝙ tempus non eſt circulatio, probat ſic, pars temporis eſt tempus, pars circulationis nõ eſt circulatio, probat ſic, pars temporis eſt tẽpus, pars circulationis nõ eſt circulatio, ego tempus non eſt circulatio. à pari probatur ꝙ homo non eſt ſubſtantia, pars ſubſtantiæ eſt ſubſtantia, 2. de anima 4. & in hoc capite. pars hominis non eſt homo, ergo homo non eſt ſubſtantia. hæc quidem dubitatio eſt difficilis, & non ab omnibus data eſt ſolutio, tamen relictis quæ ab alijs dicuntur ſoluatur hoc modo, *Dub.* ſed pro ſolutione eſt Notandum ꝙ quando dicitur ꝙ homo non eſt ſubſtantia, intelligitur dupliciter, vno modo ꝙ ſubſtantia nullo modo prædicatur de homine; & ſic eſt falſum quoniam in rei veritate homo eſt ſubſtantia. Alio modo ꝙ homo non eſt idem definitione cum ſubſtantia, & ſic eſt verum; quo ſic ſtante Dicas reſolutè ꝙ non eſt verum dicere quòd homo non eſt ſubſtãtia ſed homo non eſt idem definitione cum ſubſtantia quoniam alia eſt definitio hominis Alia vero eſt definitio ſubſtantiæ. *Sol.*

Tex. 3. Manifeſtum eſt autem ex ijs, quæ dicta ſunt, quòd eorum quæ de ſubiecto dicuntur, neceſſe eſt & nomen & rationem de ſubiecto prædicari.

Poſtquàm Ar. declarauit quæ ſunt primæ & ſecundæ ſubſtantiæ & quare dicuntur primæ & ſecundæ, nunc vult declarare quomodo ſecundę ſubſtantiæ prædicantur de primis cauſa intentionis eſt vt ponat differentiã penes modum prædicandi inter ſubſtantias ſecundas & accidentia. Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima concludit & docet, ꝙ eorum quæ de ſubiecto prædicantur quædam ſunt quæ non ſolum prædicantur de ſubiecto ſecundum nomen ſed etiam prædicantur ſecundum rationem, in ſecunda ibi (vt homo) exemplo vt mos ſuus eſt manifeſtat quę ſunt illa quæ prædicantur de ſubiecto ſecundum nomen & ſecundum rationem. Sed pro intelligentia Nota ꝙ res quę prædicantur de ſubiecto tribus modis prædicantur quædam enim prædicantur ſecundum nomen ſolum vt ſunt accidentia in concreto, vt album & nigrum, quædã verò prædicantur ſecundum nomen & ſecundũ rationem, vt ſunt ſubſtantiæ ſecundę, vt homo & animal; quędam non prædicantur nec ſecundum nomen, nec ſecundum rationem, veluti ſunt accidentia in abſtracto; quo ſic ſtante inquit Ar. (autem) .i. ſed (manifeſtum eſt ex his quæ dicta ſunt) adde tu in Anteprædicamentis cap. 3. ꝙ eorum quæ de ſubiecto prædicantur adde tu & non ſunt in ſubiecto neceſſe eſt neceſsitate ſimpliciter dicta & non per accidens prædicari de ſubiecto & nomen & rationem, ideſt definitionem ex quibus verbis exurgit ratio talis, illorum quæ non ſunt in ſubiecto & prædicantur de ſubiecto, neceſſe eſt & nomen & rationem de ſubiecto prędicari, ſed ſecundæ ſubstantię non ſunt in ſubiecto & de ſubiecto prædicantur, ergo ſecundarum ſubstantiarum neceſſe est nomen & rationem de ſubiecto prædicari. ¶ Dices quare neceſſe est ꝙ eorum quæ non ſunt in ſubiecto & prædicantur de ſubiecto non ſolum nomen ſed etiam definitionem prædicari de ſubiecto. *Dub.* ¶ Dicitur quoniam illa quæ non ſunt in ſubiecto, & prædicantur de ſubiecto ſunt prædicata eſſentialia & ſubſtantialia, quorum neceſſe eſe vt nomen & definitio de ſubiecto prædicentur. *Sol.* ¶ Iterum Dices quæ ſunt hæc? ¶ Dicas ꝙ ſunt omnia ſuperiora, ideſt ſpecies quæ prædicantur de Inferioribus ideſt de indiuiduis, & ſunt genera quæ prædicantur de ſpeciebus & de indiuiduis. *Alia dub.* Sed Nota ꝙ quando ſpecies prędicatur de indiuiduis non prędicatur vt eſt ſecunda intentio, ſed vt eſt prima intentio, dicendo Petrus eſt homo, & & non dicendo Petrus eſt ſpecies. ſimiliter quando genus prędicatur de ſpecie non prędicatur vt eſt ſecunda intentio ſed vt eſt prima intentio dicendo homo eſt animal, non autem homo eſt genus. ¶ Dices, ò Ar. da mihi exemplum de ijs quę prędicãtur de ſubiecto ſecundum nomen & ſecundum rationem. *Dub.* ¶ Reſpondet Ar. & dicit.

Vt homo de ſubiecto quodam homine dicitur, prædicatur etiam & nomen: hominem enim de quodam homine prædicabis: & ratio quoque hominis de quodam homine prædicabitur; quidam enim homo & homo eſt & animal, quare & nomen & ratiò de ſubiecto prædicabitur.

Cum Ar. in prima parte huius textus notificauit ꝙ ſunt quædam prædicata quorum nomen & definitio prædicatur de ſubiecto quæ nominauit nomine communi & traſcendente, in hac ſecunda parte exemplo declarat & proprio nomine nominat quæ ſunt illa quorum nomen & ratio de ſubiecto prędicatur quo igitur ad primum. Dub. ¶ Dicet Aliquis, ò Ar tu dixiſti ſupra quod quædam ſunt quorum nomen & ratio de ſubiecto prædicatur da mihi vnum exemplum. Sol. ¶ Reſpondet Ar. & dicit (vt) ideſt, v. g. (homo) qui eſt ſpecies eſt vnum de talibus qui (dicitur) ideſt prædicatur de (quodam homine) ideſt de indiuiduo de Petro dicendo quidā homo ideſt Petrus eſt homo (prædicatur etiam & nomen) q. d. Ar. ecce ꝙ hoc nomen homo prędicatur de quodā homine prædicabis enim hominem de quodam homine (& ratio quoque hominis) (&) ideſt non ſolum nomen ſcilicet homo prædicātur de quodā homine ſed etiam ratio ideſt definitio hominis prædicatur de quodam homine ſed etiam ratio ideſt definitio hominis prędicatur de quodam homine dicendo quidam homo eſt homo & quidam homo eſt animal rationale. Dub. ¶ Dices quando homo prædicatur de quodam homine tanquàm de ſubiecto, vellem ſcire de quo ſubiecto prædicatur, an de ſuperiori vel inferiori an de propinquo vel remoto? Sol. ¶ Dicas ꝙ prædicatur de ſubiecto inferiori propinquo non remoto. Dub. ¶ Dices quod eſt hoc ſubiectum propinquum & inferius. Sol. ¶ Reſpondet Ar. & dicit (de quodam homine) denotando indiuiduum quod eſt inferius ad hominem, reſolutè igitur eſt dicendum, ꝙ ſpecies prædicatur de indiuiduo, & definitio ſpeciei, dicendo Franciſcus eſt homo, & Franciſcus eſt animal rationale. Similiter de ſpecie & de indiuiduo prædicatur genus & definitio generis, dicēdo homo eſt animal & homo eſt ſubſtantia animata ſenſitiua quod quidem innuit Porphyrius in cap. de ſpecie cum dixit de quibus prædicatur ſpecies prædicatur definitio ſpeciei, & de quibus prædicatur genus, prædicatur etiam definitio generis, & hoc eſt verum, vſque ad genus generaliſsimum, quod confirmat Ar. in Antepredicamentis cap. 3. cum inquit quæcumque prædicantur de prædicato prædicantur de ſubiecto prædicati. ¶ Dices indiuiduū de quo omnia prædicātur de quo prædicatur? Dub. ¶ Reſpondet Ar. & dicit ꝙ indiuiduum de nullo prædicatur, quoniam omne quod prædicatur eſt ſuperius quod prædicatur de ſuo inferiori, ſed indiuiduum non eſt ſuperius, quoniam non habet inferius ſub ſe, quoniam ipſum eſt infimum ſubſidens ſub ſpecie ſpecialiſsima, quo non datur inferius, & ideo non prædicatur de alio ſubiecto ſed ſi prędicatur non niſi ſecundum accidens vt inquit Ar. 1. priorum cap. 23. de qua re vide noſtrū quæſitum. Sol. ¶ Dices ſi ſpecies prædicatur de indiuiduo ſecundum nomen & ſecundum rationem, quare Ariſt. dixit (homo) & non dixit ſpecies? Dub. ¶ Dicas ad denotandum ꝙ ſpecies eſt ſecunda intentio, quæ non prædicatur ſecundum nomen & ſecundum rationem. Sol. ¶ Dices præter ſubſtantias ſecundas ſcilicet ſpeciem & genus ſunt ne aliqua alia quæ prædicantur ſecundum nomen & ſecundum rationem de ſubiecto? Dub. ¶ Reſpondet Ariſt. in hoc cap. & dicit ꝙ præter ſubſtantias ſecundas ſunt differentiæ, quę prędicantur de ſubſtantijs primis, ſecundum nomen & ſecundū rationem. Sol. ¶ Dices ſi definitio ſpeciei ſcilicet hominis prædicatur de indiuiduo, ſequeretur ꝙ non eſſet differentia inter indiuiduum & ſpeciem quoniam illa quę habent eandem definitionem ſunt eadem. Dub. ¶ Dicas ꝙ definitio ſpeciei vt hominis vt eſt animal rationale primo & per ſe competit homini, ſi verò competit Franciſco indiuiduo, competit illi per accidens 2. poſt. 94. quod enim per ſe primo competit ſuperiori, per accidens competit inferiori 1. poſt. 38. Sol.

Eorum vero quæ in ſubiecto ſunt: in plurimis quidem neque nomen, neque ratio prædicatur de ſubiecto: in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet prædicari aliquando de ſubiecto, rationem vero impoſsibile eſt. Textus 4.

Continuatur iſte textus ad præcedentem hoc pacto, poſtquam Ar notificauit ꝙ ſunt quædā prædicata quæ prædicanſ de ſubiecto ſecundum nomen, & ſecūdum definitionem, veluti ſunt ſecundæ ſubſtantiæ, ſcilicet ſpecies, & genera, nunc vult declarare ꝙ eorum quæ ſunt in ſubiecto Alia ſunt quæ neque ſecundum nomen, neque ſecundum rationem prędicantur de ſubiecto; Alia quæ ſecundum nomen

nomen tantum & non ſecundum rationem de ſubiecto prædicantur; cauſa intentionis eſt, vt manifeſtetur, differentia inter ſubſtantias ſecundas & accidentia, Diuiditur iſte textus in duas partes in prima facit vnã diuiſionem ipſorum accidentium & ponit differentiã inter ipſa, in ſecunda ibi (vt album) exemplo declarat quæ dicit in prima parte. Quo igitur ad primum dicit Ariſt. (eorum) ſcilicet accidentium (quæ in ſubiecto) tanquàm in fundamento (ſunt) ideſt exiſtunt, ſeu inſunt, q. d. Ariſt. quòd accidentia quæ ſunt in ſubiecto diuiduntur in duo nam quædam ſunt quorum neque nomen neque ratio prædicatur de ſubiecto, & quædam ſunt quorum nomen ſolum. ratio vero minime de ſubiecto prædicatur. *Dub.* ¶ Dices, ò Ariſt. quæ ſunt plura illa quorum neque nomen neque ratio prædicatur de ſubiecto, an illa quorum nomen tantum & non ratio de ſubiecto prædicatur? *Sol.* ¶ Reſpondet Ar. & dicit (in plurimis quidem) Nota ly quidem pro certè ſine vllo dubio (in plurimis) ideſt plurima & multo plura ſunt illa quorum neque nomen neque ratio prædicatur de ſubiecto, quàm illa quorum nomen ſolum & non ratio de ſubiecto prædicatur nam illa quorum nomen ſolum & non ratio prædicatur de ſubiecto ſunt pauciora, & ideo dixit Ar. (in aliquibus) quia ſunt pauca illa talia quæ ſcilicet nullus prohibebit vt prædicentur de ſubiecto ſecundum nomen & non ſecundum rationem, nam impoſsibile eſt vt prædicentur ſecundum rationem. Et nota quòd ly (impoſsibile) non dicit difficultatem, ſed dicit ſummam impoſsibilitatem, 3. phy. 12. q. d. quòd nullo modo ratio illorum de ſubiecto prædicetur. *Dub.* ¶ Dices quæ ſunt illa quorum neque nomen neque ratio de ſubiecto prædicatur? *Sol.* ¶ Dicas, quòd ſunt accidentia in abſtracto, vt albedo, nigredo, non enim valet dicere corpus eſt albedo, nec valet dicere corpus eſt color diſgregatiuus viſus. *Dub.* ¶ Dices quæ ſunt illa quorum nomen ſolum & non ratio prædicatur de ſubiecto? *Sol.* ¶ audias quæſo quę in ſequenti Reſpondet Ariſt.

Vt album cum in ſubiecto ſit corpore prædicatur de ſubiecto dicitur enim corpus album ratio vero albi numquàm de corpore prædicabitur.

Nunc Ar. exemplo declarat quæ ſunt illa quorum nomen ſolum & non ratio illorum de ſubiecto prædicatur, & dicit, (vt album) q. d. inter illa quorum ſolum nomen prædicatur de ſubiecto eſt (vt) ideſt. v. g. (album) quod eſt accidens in concreto, quod album (cum) (pro quia) eſt in ſubiecto. Dices in quo ſubiecto an in anima, an in corpore? Reſpondet & dicit (in corpore) dixit in ſubiecto, denotando ꝙ eſt accidens; quoniam cuius eſt eſſe in ſubiecto & non eſſe ſubiectum (vt inquit Ar. in Anteprædicamentis cap. 2. 1. top. cap. de accidente 4. met. 25. 1. phy. 14. 39. 7. met. 2.) eſt accidens. Queres cum corpus ſit duplex, ſimplex vt ſunt quatuor elementa, 2. phy. 1. & corpus compoſitum, vt ſunt plantæ & animalia, tunc quæro quando inquit Ar. ꝙ album eſt in corpore, in quo nam corpore, an in ſimplici, an in compoſito? Dicas in omni corpore tam ſcilicet in ſimplici quàm compoſito; ſignum eſt, quoniã Ar. non loquitur particulariter, dicendo in quodam corpore, ſed loquitur indefinite, dicens (in corpore) innuens ꝙ accidens eſt in omni corpore, & dixit in corpore, ad differentiam illorum accidentiũ quæ ſiunt in anima, vt virtus, vitium, ſcientia, amentia, mentis alienatio, & ad differentiam quorundã accidentium, quæ non ſiunt in omni corpore ſimpliciter, ſed tantum in corpore animato, & non in omni corpore animato, ſed in corpore animalis non in planta, vt ſanitas, & ægritudo. *Dub.* ¶ Dices quare Ar. dixit in ſubiecto corpore, & non dixit in ſubiecta materia? *Sol.* ¶ Dicas quoniam ſubiectum accidentis eſt corpus compoſitum exiſtens in actu 2. de anima 4. & 2. phy. 4. ſed materia eſt potentia 2. de anima 2. 25. 9. met. 16. & non eſt corpus 12. met. 14. 1. met. 11. volens igitur Ariſt. declarare proprium ſubiectum accidentis cui adhæret accidens, dixit in (corpore) quod in actu exiſtit & non dixit in materia quæ eſt potentia. *Dub.* ¶ Sed Dices contra, nam materia eſt corpus 2. de gen. & cor. 6. *Sol.* ¶ Dicas quòd materia eſt corpus in potentia, non autem in actu, vt ibidem inquit Ar. (prædicatur de ſubiecto) ideſt album, quod eſt in ſubiectio corpore prædicatur de corpore, ideſt denominat corpus, dat nomen corpori, per quod album (dicitur) ideſt nominatur corpus album, & ſic hoc nomen ſcilicet album prædicatur de ſubiecto ſcilicet de corpore (ratio verò albi nũquàm de corpore prædicabitur). *Petitio.* Dices ſi hoc nomen ſcilicet album prædicatur de corpore dicendo corpus eſt album vellem ſcire ratio albi prædicatur nec ne de corpore? *Resp.* Reſpondet Ariſtot. & dicit, (verò) pro ſed (ratio) ideſt definitio albi (numquàm) ideſt in nulla temporis differentia per nullum tempus nec per præteritum nec per præſens, nec in futurum prædicabitur de corpore nam poſſumus dicere corpus fuit, eſt, & erit album, ſed non poſſumus dicere corpus fuit, eſt, & erit color diſgregatiuus viſus. Ex ijs igitur patet quòd accidentia in abſtracto vllo modo non prædi-

cantur de ſubiecto nec ſecundum nomen, nec ſecundum rationem, accidentia verò in concreto ſecundum nomen tantum, & non ſecundum rationem, non enim dicimus corpus eſt albedo in abſtracto nec corpus eſt color diſgregatiuus viſus, ſed dicimus corpus eſt album non tamen corpus eſt ſanitas, ſed corpus eſt ſanum, nec corpus eſt caliditas, ſed calidum, nec dicimus anima eſt ſcientia nec habitus per demonſtrationem acquiſitus ſed eſt ſcientifica.

Dub. ¶ Dices quare Ariſt. non dedit exemplũ de accidente in abſtracto, ſicut dedit exemplum de accidente in concreto?

Sol. ¶ Dicas quòd erat manifeſtum; & quoniam apud aliquos erat ignotum an accidentia in concreto prædicantur de ſubiecto, ideo de ijs exemplificauit. Sed Nota quòd accidentia quæ prædicantur, ſecundum nomen & non ſecundum rationem ſunt duplicia quædam enim prædicantur Equiuocè, vt quando mulier dicitur muſica à muſica, & mulier dicitur grammatica, à grammatica, quædam verò prædicantur denominatiuè vt à fortitudine fortis, & à grammatica grammaticus, & ab albedine albus.

Dub. ¶ Sed Dices dictum eſt quòd accidentia in abſtracto non prædicantur de ſubiecto nec ſecundum nomen nec ſecundum rationem, hoc videtur falſum quoniam ſcientia eſt accidens in abſtracto, & tamen prædicatur de philoſophia dicendo philoſophia eſt ſcientia, & grammatica eſt ſcientia;

Sol. ¶ Dicas quòd quando ſcientia prædicatur de philoſophia & grammatica non prædicatur vt eſt accidens in abſtracto ſed prædicatur de his, vt genus de ſpeciebus.

Dub. ¶ Iterum Dices dictum eſt quòd accidentia in concreto prædicantur de ſubiecto ſecundum nomen & non ſecundum rationem, contra, arguitur ſic, ſupponendo vnum, quòd definitio & definitum ſunt idem, 1. phy. 5. 7. met. 40. quo ſtante arguitur ſic, de quocumque prædicatur definitum, prædicatur etiam definitio illius definiti, iuxta dictum Ariſt. in Anteprædicamentis cap. 3. ſed album quod eſt definitum prædicatur de corpore ſubiecto, ergo definitio albi etiam prædicatur de ſubiecto, nam ſicut valet dicere corpus eſt album, ſic etiam valet dicere corpus eſt color diſgregatiuus viſus.

Sol. ¶ Dicitur quòd quando aſſeritur de quocumque prædicatur definitum prædicatur etiam definitio illius definiti, valet hoc in ſubſtantialibus & non in accidentalibus, & tranſcendentibus, modo album eſt nomen accidentale, ideo ſi album prædicatur de ſubiecto non per hoc ſequitur quòd definitio albi prædicatur de ſubiecto.

Rep. ¶ Dices contra ſi hæc ſolutio eſſet vera ſequeretur quòd accidentia haberent definitionem, & ita hæc ſolutio præſupponit quod eſt falſum, quoniam accidentia non habent definitionem, vt inquit Auer. 7. met. 13. 14. 19. quoniam ſi haberent definitionem haberent pluſquàm habent.

Sol. ¶ Dicas quòd ſi habent definitionem non habent definitionem ſubſtantiæ, & ſimpliciter, ſed habent definitionem ſecundum quid, & per accidens, vt ibidem inquit Auer.

Textus. Alia vero omnia aut de ſubiectis dicuntur primis ſubſtantijs, aut in ſubiectis eis ſunt.

A noſtro ſolito more non diſcendentes continuatur iſte textus ad præcedentes hoc pacto cum Ariſt. notificaſſet quòd eorum quæ ſunt in ſubiecto maior pars nec ſecundum nomen nec ſecundum rationem de ſubiecto prædicatur, veluti ſunt accidentia in abſtracto; & quædam prædicantur de ſubiecto ſecundum nomen tantum & non ſecundum rationem, veluti ſunt accidentia in concreto, nunc laudat & ſummopere celebrat ſubſtantias primas; cauſa intentionis eſt, vt oſtendat quòd ſubſtantiæ primæ ſunt digniores, & maxime ſubſtantiæ, quàm ſubſtantiæ ſecundæ. Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima dicit quòd omnia quæ ſunt aut prædicantur de primis ſubſtantijs aut ſunt in primis ſubſtantijs, per quæ dat intelligere quòd primæ ſubſtantiæ ſunt digniores & laudabiliores, tàm ſecundis ſubſtantijs quàm accidentibus, in ſecunda ibi (hoc autem) inductione manifeſtat quæ dixit in prima parte in tertia ibi (non ergo) infert quodam corrolarium. Sed pro intelligentia eſt Notandum, quòd illa ſunt laudabiliora & nobiliora, quæ non indigent alijs & alia indigent ipſis, veluti prima figura non indiget ſecunda nec tertia ſed ſecunda & tertia indigent prima, vt teſtatur Ariſt. 1. poſt. 103. à pari ſubſtantiæ primæ non indigent ſubſtantijs ſecundis, nec indigent accidentibus, ſed ſubſtantiæ ſecundæ & accidentia indigent ſubſtantijs primis, quoniam accidentia ſunt in primis ſubſtantijs, & exiſtunt per primas ſubſtantias, & ſecundæ ſubſtantiæ prædicantur de primis, & accidentia ad hoc vt ſubſiſtant & inhæreant indigent primis ſubſtantijs, ſecundæ verò ſubſtantiæ vt prædicentur & quo ad prædicationem indigent primis ſubſtantijs. vnde clare patet quòd ratione qua omnia quæ ſunt ſiue fuerint accidentia ſiue ſecundę ſubſtantię indigent primis ſubſtantijs & per conſequens ſequitur ꝙ primæ ſubſtantiæ ſunt digniores

acci-

accidentibus & ſecundis ſubstantijs inquit igitur Ar. (Alia verò omnia) dixit verò pro certe, omnia, adde tu quę ſunt (alia) idest diuerſa à primis ſubstantijs vel omnia quę ſunt pręter primas ſubstantias, vel omnia alia quæ non ſunt primæ ſubſtantiæ (aut) i. vel (dicuntur) ideſt prędicantur de primis ſubſtantijs quæ primæ ſubſtantiæ ſunt ſubiectæ de quibus illa prædicantur. Nota quòd dixit de primis ſubſtantijs ſubiectis ideſt compoſitis, non dixit de primis ſubſtantijs quæ ſunt in ſubiecto, quoniam anima eſt ſubſtantia prima 7. met. 39. & forma eſt ſubſtantia prima 7. met. 23. quæ anima non eſt ſubiectum compoſitum, ſed eſt in ſubiecto in compoſito 2. de anima 4. & 26. (aut) ideſt vel omnia ideſt accidentia quæ ſunt alia & diuerſa à primia ſubſtantijs ſunt in ſubiectis, ideſt in primis ſubstantijs (eis) idest quæ primæ ſubstantię ſunt ſubiecta & fundamenta eorum ideſt accidentium. Ex quibus formatur talis ratio, omnia quæ ſunt alia à primis ſubſtantijs vel ſunt in primis ſubſtantijs, vel prædicantur de primis ſubstantijs, ſed ſecundæ ſubstantiæ ſunt aliæ à primis ſubstantijs, & ſimiliter omnia accidentia ſunt alia à primis ſubstantijs, ergo omnes ſecundæ ſubstantiæ prædicantur de primis, & omnia accidentia ſunt in primis ſubstantijs. Rectè igitur dixit Ariſt. quòd ſecundæ ſubstantiæ prædicantur de primis quoniam ſunt prædicata quæ dicunt eſſentiam primarum ſubstantiarum rectè etiam dixit (ſunt in ſubiectis) quoniam accidentia habent eſſe in ſubiectis, & dicuntur prędicata in ſubiectis 1. poſt. 148. 149 ¶ Dices, ò Ar. quomodo probatur quod omnia quæ ſunt aut prędicantur de primis ſubstantijs, aut ſunt in ſubiectis primis ſubstantijs? ¶ Reſpondet Ar. & dicit. *Dub.* *Sol.*

Hoc autem manifeſtum eſt ex ijs, quæ per ſingula proponuntur. Vt animal de homine prædicatur: ergo & de quodam homine animal prædicabitur. nam ſi de nullo quorundam hominum, neque omnino de homine. Rurſus color in corpore eſt, ergo & in quodam corpore. nam, ſi non in aliquo eſſet ſingulorum, nec omnino in corpore. Quare alia omnia aut de ſubiectis primis dicuntur ſubſtantijs, aut in ſubiectis eis ſunt.

In hac ſecunda parte textus Ariſt. inductione manifestat, quòd omnia quæ ſunt aut prædicantur de primis ſubstantijs, aut ſunt in primis ſubstantijs, & dicit, quòd (hoc) ſcilicet quod dictum est ſupra, quaſi dicat non indiget probatione demonſtratiua, quoniam est manifestum & notum, licet non ex dictis, tamen erit manifestum ex dicendis, & (ex ijs quæ per ſingula proponuntur) q. d. quòd hoc est manifestum non ſolum per vnam ſecundam ſubstantiam, ſed per ſingulas, idest per omnes ſecundas ſubstantias, ſcilicet quòd prædicantur de ſubiecto, & per ſingula accidentia, idest per omnia accidentia quæ ſunt in ſubiecto. ¶ Dices quomodo probatur? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (vt) idest. v. g. (animal) quod eſt genus & ſubstantia ſecunda prædicatur de homine, idest de ſpecie dicendo homo est animal, & homo qui est ſpecies prædicatur de quodam homine, qui est ſubstantia prima, dicendo quidam homo est homo, ergo animal etiam prędicabitur de quodam homine, ſcilicet de ſubstantia prima. Dices tu, nego hanc conſequentiam quoniam quando Ariſt. dicit quòd animal prędicatur de homine, ergo & de quodam homine, Ariſt. probat conſequentiam & dicit (nam ſi de nullo quorundam hominum) quaſi dicat ſi animal quod est ſecunda ſubstantia non prædicaretur de nullo quodam, idest de nullo particulari homine, idest de nulla ſubstantia prima, idest ſi non prædicaretur de ſingulis particularibus hominibus (neque omnino de homine) idest ſequeretur quòd (neque) idest non prædicaretur omnino de homine, idest de ſpecie quoniam id quod non dicitur de ſingulis, non dicitur de toto, 3. cæli 8. 1. cæli 17. 4. phy. 43. & ſic Ariſt. ex oppoſito conſequentis probauit oppoſitum antecedentis, patet igitur quòd ſecundę ſubstantię prædicantur de primis. Dices quomodo probatur quòd accidentia ſunt in primis ſubstantijs? Reſpondet Arist. & dicit (Rurſus) idest pręter inductionem factam in ſecundis ſubstantijs per quam fuit manifestatum quòd ſecundę ſubstantię prędicantur de primis nunc fit alia inductio per quam manifestatur quòd accidentia ſunt in ſubstantijs primis, & dicit (color) qui est accidens est in (in corpore) tanquam in ſubiecto, tamen non primò, quoniam color primò est in ſuperficie, quę ſuperficies est primum ſubiectum coloris, (ergo) quaſi dicat Ariſt. ex hoc antecedente ſequitur hoc conſequens quaſi dicat, ſi color eſt in corpore ſubiecto vniuerſali ergo color eſt in quodam corpore quod eſt ſubiectum particulare, & eſt prima ſubſtantia. Dices *Dub.* *Sol.* *Dub.*

quomodo probatur hæc conſequentia. Reſpondet Ariſtot. & probat hoc modo ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis, nam ſi color eſt in corpore ergo eſt in aliquo corpore & ſi color in nullo eſt corpore ergo nec eſt in aliquo corpore, nam ſicut ſe habet affirmatio ad affirmationem, ſic ſe habet negatio ad negationem, 1. poſt. 99. Sed quoniam verum eſt ꝙ color eſt in corpore ergo verum erit dicere ꝙ color eſt in quodam corpore & falſum erit dicere ꝙ color eſt in nullo corpore, & per conſequens in aliquo corpore, veluti optime Ar. aſſerit 10. met. 25. vbi inquit homo eſt albus, quia callias eſt albus, valet enim argumentum à ſuperiori ad inferius, nam corpus eſt ſuperius ad quodam corpus, ſi enim corpus eſt coloratum, ergo quodam corpus eſt coloratum. ¶ Sed Dices hoc eſt falſum quo-

Dub. niam ſequeretur ex dictis ꝙ accidentia primo inhærerēt ſubſtantijs primis, & ſecundariò ſubſtātijs ſecundis, quod eſt falſum; quoniam Au. 2. poſt 94. inquit ꝙ hæc propoſitio ſortes eſt riſibilis eſt per accidens quoniā riſibile primò ineſt homini ſpeciei, quæ ſpecies eſt ſubſtantia ſecunda, & ratione hominis ineſt ſorti. ¶ Reſpōdetur ꝙ accidentia ſunt duplicia, quædam per accidens, & communia, vt album nigrum, Alia ſunt propria eſſentialia, tunc dicitur ꝙ accidentia communia primò inſunt ſubſtantijs primis, & ſecundariò ſubſtantijs ſecundis, & ideo dicit Ar. 10. met. 25. ꝙ homo eſt albus per accidens ideſt, ſecundariò & per aliud & per primas ſubſtantias ideſt per Calliam qui Callias primò eſt albus, & eſt primū ſubiectum huius accidentis, ſed accidentia eſſentialia primò inſunt ſecundis ſecundariò inſunt primis, nam riſibile primo ineſt homini ſpeciei & propter hominem ideſt particulari homini, dicendo homo eſt riſibilis primò 8. met. 5. & Callias eſt riſibilis, ſecundariò verò .i. in tantum Callias eſt riſibilis in quantùm eſt homo (quarè) nunc Ar. ex dictis infert concluſionem. q. d. ex dictis & rectè probatis ſequitur hæc concluſio ſcilicet ꝙ omnia alia ideſt omnia illa quæ ſunt alia ideſt diuerſa à primis ſubſtantijs, vt ſunt accidentia communia, & ſecundæ ſubſtantiæ, (aut) ideſt vel (dicuntur) ideſt prædicantur de ſubſtantijs primis (aut) ideſt vel omnia ideſt accidentia communia quæ ſunt alia ideſt diuerſa à primis ſubſtantijs ſunt (in ſubiectis) ideſt in primis ſubſtantijs ex quibus Nota ꝙ omnia quę ſunt præter ſubſtantias primas indigent ſubſtantijs primis, ſecundæ enim ſubſtantię indigent primis quo ad prædicationem, quoniam prædicantur de illis, ſi enim ſecundæ ſubſtantiæ non haberent primas ſubſtantias de quibus prædicantur, non haberēt de quibus prædicarentur; accidentia etiam indigent ſubſtantijs primis quoniam accidentia ſunt in ipſis, & ſubſtentantur per ipſas, & vniuerſum eſſe accidentium eſt in ipſis ſubſtantijs primis, & ideo accidens definitur per eſſe in ſubiecto ab Ariſt. 1. top. & à Porphyrio in cap. de accidente, quando inquit, quòd accidens non eſt genus non ſpecies, non differentia, non propri n, ſed eſt in ſubiecto ſubſiſtens, & ſubdit Ariſt. in Antepredicamentis cap. 2. & dicit, & impoſsibile eſt eſſe ſine ſubiecto in quo eſt, quod confirmat 7. met. 47. 12. met. 25. 1. poſt. 35. & ſic tam ſecundæ ſubſtantiæ quā accidentia indigent primis ſubſtantijs ſecundæ enim ſubſtantiæ indigent primis quo ad prædicationem & accidentia quo ad inhærentiam. ¶ Circa dicta Dubitatur inquit Ar. ꝙ animal prędicatur de homi- Dub.
ne ergo & de quodam homine; arguitur ſic animal non prædicatur de homine, ergo neque prędicatur de quodam homine, antecedens probatur ex Ar. 2. de anima 16. vbi dicit ꝙ quæcunque non mouentur neque mutant locum animalia dicimus, ſed homo mouetur & mutat locum, ergo homo non eſt animal & per conſequens quidam homo non eſt animal. ¶ Dicunt ſed pro intelligentia eſt Notandum ꝙ antiqui volebāt quòd illa quę Sol.
non mouentur neque mutāt locum non ſunt animalia, veluti ſunt Zoophita, ſic à Grecis dicta, à latinis verò plantanimalia appellata, vt oſtreæ patellę & alia lapidibus in mari affixa, Ar. verò aſſerit contra Antiquos ꝙ non ſolum quæ mouentur ſunt animalia ſed etiam illa quæ non mouentur ſunt animalia. ¶ Sed Dices ſi hæc ſolutio eſſet vera ſequeretur ꝙ mons veſuuij qui non mouetur, vel ca- Rep.
thedra eſſet animal. ¶ Dicitur ꝙ quando dicit Ar. quòd illa quæ non mouentur neque Sol.
mutant locum ſunt animalia quæ habent ſenſum modo mons, lapis, cathedra ſi non mouentur, neque mutant locum non ſunt animalia, quoniam non habent ſenſum. ¶ Amplius ſi homo eſſet animal tunc homo eſſet ra- Dub.
tionalis & irrationalis, probatur quoniam animal diuiditur in rationale & irrationale, ne ſequatur hoc inconueniens, melius eſt dicendum ꝙ homo nō eſt animal ergo nec quidam homo eſt animal, & ſic animal non prædicatur de homine, nec de quodam homine. ¶ Reſpondet Aue. 2. poſt. 94. & dicit ꝙ ani- Sol.
mal quod prædicatur de homine non eſt animal ſimpliciter, ſed eſt animal in potentia ad rationē, & ſic animal hoc modo ſumptum prędicatur de homine & per conſequens de quodam homine, quod teſtatur Auer. 1. poſt. 41. clarius 2. poſt. 94. In epit. log. cap. de demonſtratione & in quæſito 4. poſt.

Non ergo exiſtentibus primis ſubſtantijs impoſsibile eſt aliquod aliorum eſſe.

Cum Ar. notificaſſet ꝙ omnia quę ſunt aut prædicantur de primis ſubſtantijs vti ſunt ſecundæ ſubſtantiæ, aut ſunt in primis ſubſtantijs veluti ſunt accidentia, nunc infert quodam corrolarium quod eſt tale, videlicet ꝙ ſi primæ ſubſtantiæ non eſſent, & non exiſterent, nec eſſent, nec exiſterent ſecundæ nec accidentia, nam intantum ſunt & exiſtunt accidentia inquantum ſunt primę ſubſtantiæ, ſimiliter ſecundæ ſubſtaotiæ inquantum de illis prædicantur ergo ſi primæ ſubſtaotiæ non eſſent, ſequeretur ꝙ nec eſſent ſecnndæ nec eſſent accidentia, quod clarum reliquit Ar. 1. poſt. 33. cum dixit quæcumque hoc aliquid ſignificantur, ideſt, quæcumque ſunt ſubſtantiæ primæ non alterum quid exiſtentia ſunt quod ſunt, ideſt non indigent alijs vt exiſtant, ſed alia indigent ipſis inquit igitur Ar. (ergo) denotans concluſionē ſi omnia illa quę ſunt alia & diuerſa à primis ſubſtantijs intantū ſunt & exiſtunt inquantū ſunt in primis ſubſtantijs, ergo ſequitur ꝙ (non exiſtentibus primis ſubſtantijs) ideſt, ſi primæ ſubſtantiæ non eſſent (impoſsibile eſt aliquod aliorum eſſe) ideſt impoſsibile est nullum aliorum eſſe, ideſt nec ſecundas ſubſtantias eſſe nec accidentia eſſe; iuxra regulam Ar. 1. poſt. 99. ſicut ſe habet affirmatio ad affirmationem, ſic ſe habet negatio ad negationem, ſed ſi primæ ſubſtantiæ ſunt ergo ſecundæ ſubſtantiæ & accidentia ſunt, ſi vero primæ ſubſtantiæ non ſunt ergo nec ſecondæ ſubstantiæ nec accidentia ſunt cōtrariorum
Dub. enim eadem est diſciplina. ¶ Dices ſi ſecundę ſubſtantiæ ſunt & accidentia ſimiliter ſunt propter primas ſubstantias vellem ſcire de primis ſubstantijs propter quid ſunt, & quo-
Sol. modo exiſtunt? ¶ Dicas ꝙ non existunt per aliud ſed existunt per ſe & ex ſua propria natura 1. post. 33. in Epit. met tractatu 2. cap. de eſſentia & ideo dixit Ar. 1. poſt. 33. quæcumque de ſubiecto dicūtur accidentia ſunt, quaſi dicat quæcumque non existunt per ſe,
Rep. existunt per accidens. ¶ Sed Dices quòd iſte arguendi modus non eſt bonus quoniam non valet argnmentari à negatione inferioris ad negationem ſuperioris, primæ enim ſubſtantiæ ſunt inferiores, ſecundæ ſubſtantiæ ſunt ſuperiores, ergo non valet dicere ſi primæ ſubstantiæ non ſunt ergo ſecundæ ſubstantiæ
Sol. non ſont. ¶ Dicimus ꝙ iſte modus argumentandi non est à negatione inferioris, ad negationem ſuperioris ſed est à deſtructione omnium primarum ſubstantiarum per locū, à ſufficienti partium enumeratione, dicendo ſortes non est Petrus non Antonius non est hic neque ille & ita numerādo omnes primas ſubstantias ſufficienter, ergo ſortes homo non est. ¶ Dices ſi hoc eſſet verum quòd *Rep.*
ſ. ſi primæ ſubſtantiæ non eſſent ergo nec ſecundæ ſubſtantiæ eſſent, tunc primæ ſubſtantiæ eſſent priores ſecundis ſubstantijs, quod est falſum, quoniam vniuerſalia ſunt priora ſingularibus 1. phy. 4. 48. 49. Sed ſecundæ ſubstantiæ ſunt vniuerſales & primæ ſunt ſingulares ergo ſubſtantiæ ſecundę ſunt priores primis. ¶ Dicitur quòd ſecundæ ſubstantiæ *Sol.*
ſunt priores primis ſecūdùm intellectum ſed primę ſunt priores ſecundis ſecundùm ſenſum 1. phy. 48. 49 quorum omnium concluſionem poſuit. Ar. 1. de anima 8. & Auer. 1. post. 162. vniuerſale aut nihil est aut ſi est posterius est.

Secundarum verò ſubſtantiarum, *Tex. 6.*
magis ſubſtantia eſt ſpecies, quàm genus: propinquior enim eſt primæ ſubſtantiæ Si quis enim aſsignet primam ſubſtantiam quid eſt, euidentius & conuenientius aſsignabit, ſpeciem quàm genus aſsignans.

Poſtquàm Ariſt. declarauit ꝙ primæ ſubstantiæ ſunt digniores tam ſecundis ſubſtantijs quàm etiam accidentibus quoniam omnia indigent ipſis & ipſę non indigent alijs, & propterea ſubstantiæ primę dicuntur magis ſubstantiæ quàm ſubstantię ſecundę quoniam id quod est cauſa vt aliquod habeat aliquod nomen id debet habere magis illud nomen 1. post. 15. 2. met. 4. & 1. post. 10. Au, ſed ſubstātia prima est cauſa vt genus & ſpecies dicantur ſubstantiæ ergo ſubstantia prima magis & dignius debet dici ſubstantia, nunc Ar. facit comparationem inter ſubſtantias ſecundas dicens ꝙ ſubstātię ſecundę non ęqualiter dicontur ſubſtantię ſed vna dicitur magis ſubstantia quàm altera Diuiditur iste textus in duas partes. in prima Ar. facit comparationē inter ſubstantias ſecundas dicens & determinans quę ipſarum est magis ſubſtantia an ſpecies an genus. in ſecunda ibi (vt hominem) manifestat exemplo id quod dixit, ſcilicet quòd vna ſubstantia ſecunda est magis ſubstantia quàm alia quò igitur ad primum Dicet aliquis, o Ar. ſi ſupra dixisti ꝙ ſubſtantię primę ſunt maximę & multo magis ſubstantię quàm ſubstantię ſecundę ſcilicet quàm ſpecies & quàm genus vellem ſcire modo ſecundarum ſubstantiarum quę est magis ſubstantia ſpecies an genus? Reſpondet & dicit (verò) pro certe de-

notando

notando certitudinem & veritatem. q. d. indubitanter dico ꝙ ſecundarum ſubſtantiarum ſpecies vt homo eſt magis ſubſtantia,
Dub. quàm genus vt animal. ¶ Dices cum ſpecies dicatur pluribus modis vno modo ſumitur pro ratione 1. phy. 60. 79. 2. phy. 28. Alio modo pro forma 2. phy. 12. 31. Alio modo pro operatione. 4 metheororum 28. Alio modo pro ſpecie ſubalterna Alio modo pro ſpecie ſpecialiſsima quando dicis quòd ſpecies eſt magis ſubſtantia quam genus de qua ſpe-
Sol. cie loqueris? ¶ Reſpondet Ar. paulo inferius & dicit ꝙ loquitur de ſpecie ſpecialiſsima vt eſt homo quæ ſpecies eſt magis ſubſtantia quam ſpecies ſubalterna ideſt quàm animal
Dub. (Iterum Dices cum genus dicatur quatuor modis, propinquum vt animal, remotum vt corpus animatum, magis remotum vt corpus, remotiſsimum vt ſubſtantia, de quo ge-
Sol. nere hic loquitur Ar.? Reſpondet & dicit ꝙ loquitur de genere propinquo quod eſt ani-
Dub. mal vt per exempla patet. ¶ Sed Dices ſcire eſt per cauſam 1 poſt. 7. 11. 48. & 2. poſt. 48. 1. phy. 1. 2. phy. 27. clarius 2. met. 4. 8. met. 12. da mihi cauſam propter quàm ſpecies ſpecialiſsima eſt magis ſubſtantia quàm genus & genus eſt minus ſubſtantia quàm ſpe-
Sol. cies ſpecialiſsima? (Reſpondet Ar. aſsignando cauſam & ſimul probando quod dixit, dicendo (propinquior enim eſt primæ ſubſtantiæ) enim ſignum redditiuum cauſæ. q. d. propter hanc cauſam ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus quoniam ſpecies eſt magis affinis & propinqua ad ſubſtantiam primam quàm genus & propter hanc affinitatem & propinquitatem quam habet ſpecies ad ſubſtantiam primã ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus ſed pro maiori doctrina eſt ſciendum ꝙ quando ſunt tria corpora quę mouent vnum mobile & vnũ ipſorum eſt primum, Aliud ſecundum, & Aliud in ordine tertium illud corpus quod eſt primum, dicitur maxime mouens, ſecundum magis mouens, tertium verò mouens tantum, & ideo ſecundum dicitur mouens quia eſt magis propinquum primo quod Primum maxime mouet, tertium vero mouet tantùm quoniam eſt remotum à primo & magis diſtat ab illo quàm ſecundum, quod quidem aſſerit Ar. 8. phy. 41. à pari inter ſubſtantias datur hic ordo primò enim eſt ſubſtantia prima vt Petrus, Secundò eſt ſpecies vt homo, Tertiò eſt genus vt animal, quorũ ſpecies eſt magis propinqua ſubſtantiæ primæ quàm genus, ideo ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus, quod ratione probatur, nam illud eſt magis tale quod eſt propinquum maxime tali, ſed ſpecies eſt propinquior primę ſubſtantiæ quę eſt maxime ſubſtantia quàm genus, ergo ſpecies eſt magis ſubstantia quàm genus, quod confirmatur ex Ariſtotelis ſentẽtia 2 cæl. 66. vbi inquit ꝙ illud est melius quod est optimo propinquius, & illud est deterius quod ab optimo est remotius. veluti patet in elemẽtis, ignis enim eſt melior quàm terra quoniam ignis est propinquior optimo ideſt cęlo, terra verò quoniam magis est remota ab optimo ideo terra est deterior, & ideo inter elementa terra est grauiſsima, frigidiſsima, immobiliſsima, denſiſsima, & ignobiliſsima, quoniã est magis remota à cælo; ignis vero quoniam eſt propinquior ipſi cælo ideo est leuiſsimus, calidiſsimus, mobiliſsimus, rariſsimus, & denique nobiliſsimus 2. cæli 94. Ideo iste mundus inferior gubernatur à mundo ſuperiori quoniã est propinquus illi iuxta præceptum Ar. 1. metheororum cap. 2. vbi inquit quòd iste mundus ex neceſsitate est contiguus ſuperioribus latioribus vt omnis eius virtus inde gubernetur, concluditur ergo quòd ſpecies est magis ſubstantia quàm genus, quoniam est magis propinqua primæ ſubstantiæ quàm genus. ¶ Sed Dices, *Dub.*
ò Ar. quomodo probatur quòd ſpecies est propinquior primæ ſubſtantiæ quàm genus?
¶ Reſpondet & dicit (ſicut enim) q. d. pro- *Sol.*
batur hoc modo (enim) ideſt. v. g. ſi quis curioſus (aſsignet) ideſt interroget (primam ſubstantiam dicens quid est prima ſubstantia (euidentius & ideſt conuenientius aſsignabit) ideſt reſpondebit. q. d. euidentior & conuenientior eſt reſponſio aſsignãs ideſt reſpondens (ſpeciem) ideſt per ſpeciẽ (quàm genus) ideſt quàm per genus. ¶ Dices *Dub.*
contra probando quòd non ſolum ſpecies non eſt magis ſubstantia quàm genus ſed quòd omnino non est ſubstantia nã id quod eſt accidens non eſt ſubſtantia & è contra 1. phy. 27. & 30. ſed homo qui est ſpecies non eſt ſubstantia ergo nõ poteſt eſſe magis ſubſtantia quàm genus quoniam à quo negatur minus ab illo etiam negatur maius ſed ab homine qui est ſpecies negatur eſſe ſubstantia ergo ab homine negaт eſſe magis ſubstantia minor probatur in cap. de ad aliquid inquit Ar. quòd homo est accidens quando dicit circumſcriptis omnibus quæ accidentia ſunt domino vt eſſe bipedem vel ſcientiæ ſuſceptibilem vel hominẽ paulo ſuperius iterum aſſerere videtur. ¶ Dicitur ꝙ accidens du- *Sol.*
pliciter cõſideratur, vno modo vt distinguitur contra ſubstantiam, Alio modo inquantum non eſt proprium relatiuũ ad dominum, tunc dicitur ꝙ homo non est accidens vt distinguitur contra ſubstantiam, ſed eſt accidens inquantum non est proprium relatiuum ad dominum, quoniam non dicitur dominus hominis dominus, ſed dominus ſerui dominus. & hæc eſt vera ſolutio dubitationis.

Vt

Vt hominem quendam manifeſtius aſsignabit hominem quàm animal aſsignans illud enim proprium magis cuiuſdam hominis: hoc autem communius & cum quandam arborem aſsignauerit manifeſtius aſsignabit aſsignando arborem, quàm plantam.

Poſtquàm Ariſt. determinauit ꝙ ſecundarum ſubſtantiarum ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus, & aſsignauit cauſam propter quam ſpecies eſt magis ſubstantia quàm genus, & hoc dixit in ſecundis intentionibus, nunc vult exemplo manifeſtare omnia quæ dixit in primis intentionibus. Cauſa intentionis eſt, ne credas ꝙ ſecunda intentio prædicatur de ſecunda intentione, dicendo ſic, ſpecies eſt genus, inquit igitur Ar. (vt hominem quendam) (vt) v. g. ne credat aliquis quòd quando dicitur quòd ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus intelligatur de ſecundis intentionibus, nuc declarat ſeipſum aſsignando exemplum in primis intentionibus (hominem quendam) ideſt ſi aliquis interrogabit quendam hominem dicens quid eſt quidam homo (manifeſtius) ideſt per rem magis manifeſtam, & nobis notam (aſsignabit) ideſt reſpondebit (hominem) ideſt per hominem tanquam per ſpeciem quàm (animal) i. per animal quod eſt genus (aſsignans) i. reſpondens. ¶ Dices, ô Ar. quare manifeſtius, & conuenientius reſpondebit per ſpeciem, ſcilicet per hominem quàm per genus ſcilicet animal. ¶ Reſpondet Ar. & dicit (illud enim) q. d. ideo reſpondebit manifeſtius, & conuenientius per hominem quàm per animal (enim) pro quia (illud) ſcilicet quod eſt manifeſtius genere, quod nil aliud eſt niſi ipſa ſpecies 2. phy. 5. (proprium magis) ideſt eſt magis proprium & propinquum cuiuſdam hominis, ideſt ſubſtantiæ primæ (hoc autem) autem pro ſed (hoc) .i. genus (communius) .i. eſt magis remotum adde tu à quodam homine .i. à ſubſtantia prima, quod patet in arbore in qua primo eſt animal, ſecundo eſt homo, tertiò eſt ſortes animal enim eſt vnum extremum ſortes eſt aliud extremum inter vnum extremum .i. animal, & alterum extremum quod eſt ſortes mediat homo, qui eſt propinquior ſorti & immediatior quàm animal, & quoniã quando ſunt duo extrema inter quæ eſt medium ſemper id quod eſt medium eſt propinquius vni extremo, quàm aliud extremum, ideo ſpecies, vt homo eſt propinquior ſubſtantiæ primæ, ſcilicet ſorti, quàm genus quod eſt animal ex quibus late patet ꝙ ad interrogationem factam per quid de indiuiduo reſpondetur per ſpeciem, & non per genus, vt quid eſt Franciſcus reſpondetur ꝙ eſt homo & non reſpondetur quòd eſt animal, quoniam homo eſt propinquior animal verò eſt remotum à Franciſco. ¶ Dices contra nam *Dub.* omne illud quod prædicatur de prædicato prædicatur de ſubiecto prædicati ſed homo prædicatur de Franciſco modus .n. arguendi eſt Ar. in Anteprędicamentis cap. 3. ergo ſicut ad interrogationem factam per quid de Franciſco reſpondetur per hominem, ſimiliter reſpondetur per animal, ſicut enim dicitur quid eſt Franciſcus eſt homo ſic dicitur etiam Franciſcus eſt animal. ¶ Dicitur quòd *Sol.* Ar. non negat ꝙ animal prædicatur de Franciſco tamen ipſe dicit ꝙ homo prædicatur de Franciſco immediate & propinquè, animal verò mediatè & remotè; alia cauſa poteſt aſſignari propter quam ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus, ſupponendo vnum, ꝙ ſubſtantia dicitur à ſubſtando ex quo dicitur ꝙ id quod ſubſtat dicitur ſubſtantia, id quod magis ſubſtat dicitur magis ſubſtãtia, id verò quòd maximè ſubſtat dicitur maxime ſubſtantia, iuxta regulam topicam ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ſic ſe habet magis ad magis, & maxime ad maxime, quanto enim aliquod pluribus ſubſtat tanto magis dicitur ſubſtantia, & quanto paucioribus ſubſtat tanto minus dicitur ſubſtantia, & quoniam ſubſtantia prima ſubſtat tribus ſcilicet ſpeciei, generi, & accidenti, vt Petrus eſt homo, eſt animal, & eſt albus, ſpecies verò vt homo ſubſtat duobus ſcilicet generi & accidenti, vt homo eſt animal, & eſt albus, genus verò ſubſtat accidenti vt animal eſt nigrum vel album ex quibus clare patet ꝙ Franciſcus qui eſt ſubſtantia prima ſubijcitur tribus, ſpecies vero vt homo duobus, genus tandem vt animal ſubijcitur vni tantum, quorum omnium ſubſtantia prima (quia ſubſtat tribus) eſt maxime ſubſtantia, cui ſubſtantiæ primæ propinquior eſt ſpecies quàm genus Ex quo fiat ratio talis id dicitur magis ſubſtantia quod pluribus ſubſtat ſed ſpecies pluribus ſubſtat quàm genus ergo ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus. Sed Dices quid intelligit Ar. per ly (magis) Nota ꝙ ly magis ſumitur pro vt dicit plus ſicuti ſumit Ar. 2. de gen. 23. quando dicit quòd ignis eſt magis calidi quàm ſicci ideſt habet plus calidi Alio modo pro vt dicit perfectionem 1. poſt. t 5. quando inquit Ar. ſemper propter quod vnumquodque tale & illud magis, ſcias ꝙ Ariſt. ſumit hic ly magis prout dicit plus, q. d. ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtantia ideſt pluribus prædicatis ſubſtat quàm genus. ¶ vel poteſt dici ꝙ ſpecies eſt magis

ideſt perfectior ſubſtantia quàm genus à pari indiuiduum eſt maxime ſubſtantia ideſt, multo plus ſubſtantia quoniam multo pluribus ſubſtat quàm ſpecies & indiniduum eſt multo magis ideſt perfectiſsima ſubſtantia omnium ſecundarum ſnbſtantiarum ſcilicet ſpeciei & generis (& cum quandam arborem) Dices hoc dictum vtrum valet ſolum in homine & in animalibus ſenſibilibus an etiam in alijs ? Reſpondet Ariſtoteles tacite dicens quòd eſt verum in cunctis animalibus, etiam inplantis, & dat exemplum dicens (&) q. d. non ſolum in animalibus eſt verum ꝙ ſpecies vt homo eſt propinquior primæ ſubſtantiæ quàm genus vt animal ſed etiam in plantis & probat ſic (cum) quando aliquis (aſsignauerit) ideſt interrogauerit (quandam arborem) dicendo qnid eſt quædam arbor vt quid eſt hæc laurus manifeſtius & conuenieutius (aſsignabit) ideſt reſpondebit, ideſt cõuenientior erit reſponſio (aſsignando) ideſt reſpondeudo (arborem) ideſt per arborẽ quæ eſt ſpecies (quàm plantam) ideſt quàm per plantam quę eſt genus; vnde ſi fueris interrogatus quid eſt quędam arbor, dicas ꝙ eſt arbor, quę eſt ſpecies & nõ plãta quę eſt genus quoniam arbor quę eſt ſpecies eſt magis propinquam cuidam arbori quæ eſt ſubſtantia prima, & magis dicit ſubſtantiam illius qnàm planta, quoniam planta eſt remota qnoniã prædicatur de his quæ non ſunt arbores vt de lactucis, de ſcariolis, de caulibus, quæ non ſunt arbores.

Dub. ¶ Dices contra nam dicit Ariſt. 7. met. 42 ꝙ genns eſt prædicatum propinqunm, ergo non eſt prædicatum remotum.

Sol. ¶ Dicas ꝙ eſt propinquum ſpeciei ſed eſt remotum à ſubſtantia prima.

Rep. ¶ Dices contra nam ſortes qui eſt ſubſtantia prima primo eſt animal, deinde eſt homo, vt inquit Ar. 2. de gen. an. cap. 3. quando dicit non enim ſimul & animal fit & homo, nec animal & equus, ſed prius animal, deinde homo, ergo animal quod eſt genus eſt propinquius primæ ſubſtantiæ, quàm homo, qui eſt ſpecies, vnde ſequitur ꝙ quando dicitur quid eſt ſortes debemus reſpondere per animal quod eſt genus & non debemus dicere ꝙ eſt homo qui eſt ſpecies quoniã animal eſt propinquius homo verò eſt remotior.

Sol. ¶ Dicitur concedendo ꝙ genns via generationis prius concurrit ad eſſe primæ ſubſtantiæ quàm ſpeciei, tamen genus non eſt propinquius primæ ſubſtantiæ quo ad modum ſubſtandi alijs.

Rep. ¶ Sed Dices contra nam ſpecies equæ dicitur magis ſubſtantia, & minus ſubſtantia, ergo ſicut dicitur magis ſubſtantia ſic debet dici minus ſubſtantia & probatur ſic, accipiatur prima ſubſtantia vt ſortes & accipiatur genus quod eſt animal & inter primam ſubſtantiam & genus ponatur in medio homo qni eſt ſpecies vt patet in arbore in qua clariſsimè videtur ꝙ homo qui eſt ſpecies æque eſt propinquus ſubſtantiæ primæ & generi & non eſt magis propinquus ſubſtantiæ primæ quàm generi ſed æqualiter vtriq; ergo ſpecies ſicut dicitur magis ſubſtantia ſic etiam debet dici minus ſubſtantia, quoniã quidqnid eſt minore minus, maiore etiam minus erit, & quidquid eſt maiore minns erit etiam minore minus.

Sol. ¶ Huic pulcre difficultati dicitur ſic ꝙ quando dicit Ar. ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus, qnoniam eſt propinqnior primæ ſubſtantiæ. vbi eſt aduertendum ꝙ ly propinquior exponitur ſimiliter. q. d. Ar. ꝙ ſpecies eſt ſimiliter magis ſimilis primæ ſubſtantię quàm genus ideſt magis conuenit cnm prima ſubſtantia quo ad actum ſnbſtandi quoniam prima ſubſtantia dicitur maximè ideſt multo magis ſubſtantia quàm ſpecies qnoniam pluribus ſubſtat ſcilicet ſpeciei, generi, & accidentii ſpecies verò ſubſtat duobus ſcilicet generi & accidenti; genus verò vni tantum accidenti, & in hoc ſpecies eſt propinquior primæ ſubſtantiæ quàm genus, & magis conuenit, & magis eſt familiaris, & ſimilis cum illa quàm genus.

Dub. ¶ Sed Dices ꝙ Ar. ſibi videtur contradicere, nam hic dicit ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus & paulo inferius inquit ꝙ ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ nnlla eſt contradictio qnoniam quando inquit Ar. ꝙ ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus loquitur in eodẽ genere ſubſtantiæ. v. g. vna ſubſtantia prima vt ſortes non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſubſtantia prima, vt Franciſcus, nec quidam bos, quàm quidam equus, ſed æqualiter omnes dicuntur ſubſtantiæ ſimiliter vna ſpecies non eſt magis ſubſtantia quàm alias ſpecies, vt homo non eſt magis ſubſtantia quàm equus, nec vnum genus quàm aliud genus, vt animal nõ eſt magis ſubſtantia quàm planta, ſed loquitur in diuerſo genere ſubſtantiæ, veluti ſubſtantia prima eſt magis ſubſtantia quàm ſecunda, vt ſortes eſt magis ſubſtantia quàm homo & homo eſt magis ſubſtantia quàm animal, & cauſa eſt in promptu quoniam illud eſt magis ſubſtantia quod plnribus ſnbſtat, ſed ſnbſtantia prima vt dictum eſt ſupra plnribus ſubſtat quàm ſpecies, & ſpecies pluribus quàm genus, ergo ſubſtantia prima eſt magis ſubſtantia quam ſpecies, & ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus.

Dub. ¶ Dices ego vellem ſcire ab Ariſt. cauſam propter quam ſubſtantia prima dicitur maxime & multo magis ſubſtantia?

Sol. Dubitatio quidem valde curioſa, ab omnibus deſiderata, & ſummopere notatu digna cui non indignatur in ſeqnenti textu? Repondere Ariſt. vt omnibus ſatisfaciat ſic caute dicens.

Amplins

Amplius, primæ ſubſtantiæ, ideò quòd alijs omnibus ſubijciuntur, & omnia alia vel de ipſis prædicantur, vel in ipſis ſunt propter hoc maxime ſubſtantiæ primæ dicuntur.

Poſtquàm Ar. vna & valida ratione probauit ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtãtia quàm genus ꝗ ratio fuit ab affinitate ſimilitudine & propinquitate quã habet ſpecies cũ ſubſtantia prima nũc alia ratione validiori ſumpta à ſimili, ſeu ratione ſimilitudinaria, ſeu à ꝓportione dicta, vult ꝓbare ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtãtia ꝗ genus cauſa intentionis eſt ne aliquis credat ꝙ ſpecies & genera æqualiter ſunt ſubſtantiæ ſed pro textus maiori intelligentia, Diuidatur in duas partes, in prima aſſignat cauſam propter quã primę ſubſtantiæ dicunt̃ maxime ſubſtãtiæ, & multo magis ꝗ ſpecies & genera, & per illã met cauſam propter quã ſubſtantiæ primæ dicunt̃ multo magis ſubſtãtia ꝗ ſpecies & genera ipſę ſpecies ſunt magis ſubſtãtię ꝗ genera in ſecunda ibi (quemadmodũ) facit rationẽ à ſimili ſcilicet ꝙ ſicut primę ſubſtãtię dicunt̃ magis ſubſtantiæ ꝗ ſpecies ſic ſpecies eſt magis ſubſtantia ꝗ genus, ſed vt pręſens textus facilius intelligatur eſt Notandũ ꝙ regula eſt logica, ꝙ ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ſic ſe habet magis ad magis, & maxime ad maxime. v.g. aliquod ens dicit̃ ſubſtãtia quia ſubſtat vni tm̃ vt animal quod eſt genus dicitur ſubſtãtia ſolũ vt animal eſt albũ, Aliud ens quod eſt ſpecies vt homo dicit̃ magis ſubſtãtia quia pluribus ſubſtat .ſ. generi & accidẽti, vt homo eſt animal, & eſt albus, Aliud eſt ens qd eſt ſubſtãtia prima vt ſortes dicit̃ maxime & multo magis ſubſtãtia ꝗ ſpecies & ꝗ genus, qm̃ ſubſtat multo pluribus, ſpeciei .ſ. generi & accidẽti; vt ſortes eſt homo, eſt animal, & eſt albus; & ſic patet ꝙ ſubſtãtia prima ratione qua pluribus ꝗ ſpecies & ꝗ genus ſubſtat dicitur maximè ſubſtãtia, hac igitur declaratione ſic ſtante Ar. facit hãc rationẽ in ſecunda parte textus ſumptã à ſimili & dicit quemadmodũ primę ſubſtãtię ad alia omnia ſe habẽt .ſ. ad ſpecies & ad genus ideſt ſicut primę ſubſtantię ſunt maxime & multo magis ſubſtantię ꝗ ſpecies, & genera, qm̃ primæ ſubſtantiæ ſubijciuntur & ſubſtant pluribus ꝗ ſpecies & genera (ſic) .i. ſimiliter (ſe habent ſpecies ad genera) ideſt propter eandem cauſam ipſa ſpecies eſt magis ſubſtãtia ꝗ genus, qm̃ ſpecies ſubſtat pluribus, ſcilicet generi & accidenti, genus verò ſolum accidẽti & genera prædicant̃ de ſpeciebus vt animal de homine ſed non conuertitur cũ ſpecie dicẽdo animal eſt homo, & cũ non conuertat̃ cũ ſpecie ſequitur ꝙ genus nõ ſubicitur ſpeciei ſed ſolum prædicat̃ de ſpecie quibus ſic ſtantibus exponatur textus (Amplius) q.d. Ar. præter rationẽ factã probantẽ ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtantia ꝗ genus nunc probatur alia & noua ratione quod denotat illa dictio (Amplius) quę ſemper aliquid noui affert ſed eſt Notandũ ꝙ antequàm Ar. faciat rationẽ aſsignat cauſam propter quã primę ſubſtantię dicunt̃ primę, & non inmeritò aſsignat hãc cauſam qm̃ intendit loqui ſcientificè, qm̃ qui rerũ cauſas aſsignat ſcientificus dicit̃, vt in 1. met. in prologo aſſerit Ar. inquit igit̃ (primę ſubſtãtię ideo) .i. hac de cauſa primę ſubſtantię dicunt̃ (maximę) .i. multo magis ſubſtãtiæ ꝗ ſpecies & genera, qm̃ primę ſubſtantię ſubijciunt̃ (omnibus alijs) .i. tã ſecundis ſubſtantijs, ſ. ſpeciei, & generi, ꝗ accidentibus. Sed Dices, ò Ar. quomodo primę ſubſtãtię ſubijciunt̃ omnibus alijs? Rñdet Ar. & dicit (&) .i. (omnia alia) .i. tã accidentia ꝗ ſecundæ ſubſtantiæ (vel de ipſis) ſ. ſubſtantijs primis pręd icant̃ vt ſunt ſecundę ſubſtantiæ (vel in ipſis ſunt ſcilicet in ſubſtãtijs primis, vt in ſubiecto, vt ſunt accidentia (ꝓpter hoc) ideſt propter hãc cauſam ſupradictã ſubſtantiæ primę dicuntur .i. appellantur (maximę) .i. multo magis ſubſtãtiæ ꝗ ſpecies & genera, immò ſunt perfectiores qm̃ maximũ in vnoquoque genere eſt perfectũ 10. met. t.3. ſunt etiã perfectę qm̃ ſunt ſubiectę tribus quę tria ſunt omnia 1 celi. 2.3. phy. 64. & t. cęli 3. illud quod eſt terquaq; tale eſt omniquaq; tale & perfectũ ſed ſubſtãtia prima eſt terquaq; talis omniquaq; ergo pfecta & perfectior talis.

Dub. *Sol.*

Quemadmodum primę ſubſtantiæ ad alia omnia ſe habent: ſic & ſpecies ad genus ſe habet ſubijcitur enim ſpecies generi genera enim de ſpeciebus prædicantur ſpecies autem cum generibus non conuertuntur quare & ex his ſpecies genere magis ſubſtantia eſt.

In hac ſecunda parte textus Ar. facit rationem à ſimili, probando ꝙ eadem cauſa qua primæ ſubſtantiæ ſunt magis ſubſtãtiæ quàm ſpecies & genera ipſa ſimiliter ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus & dicit (quemadmodum.) q.d. ſicuti primæ ſubſtantiæ ad omnia alia ſe habent ideſt ad ſpecies & ad genera .i. ſicut primæ ſubſtantiæ dicũtur maximæ & multo magis ſubſtantiæ ꝗ ſpecies & genera, qm̃ pluribus ſubſtant ideſt ſpeciei generi & accidenti (ſic) ideſt ſimiliter ipſa ſpecies ſe habet ideſt eſt magis ſubſtantia, quàm genus (ſubicitur enim ſpecies generi) nunc

aſsignat cauſam ſimilitudinis, & d. (enim pro quia ſpecies ſubicitur generi & pluribus ſubſtat quàm genus. q. d. ꝙ non ſolum ſpecies ſubijcitur generi ſed etiam accidenti; genus vero ſoli accidenti; & ideo ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus (genera enim de ſpeciebus prædicantur) Dices quare ſpecies ſubicitur generi? Reſpondet Ar. dando cauſam dicens (enim) pro quia genera prædicantur de ſpeciebus. i. genera ſemper ſunt prędicata per ſe de ſpeciebus & ſpecies ſemper ſunt ſubiecta generum (ſpecies autem cum generibus non conuertuntur) Dices, ò Ar. ſpecies ne prædicãtur de generibus? Reſpondet & dicit (autem) prò ſed ſpecies adeò ſubijciuntur generibus quæ nunquã prædicantur de generibus quoniã genera non con uertuntur cũ ſpeciebus. q. d. ꝙ adeò genera prædicantur de ſpeciebus quæ non poſſunt eſſe ſubiecta ſpecierum quod confirmat Porphyrius in cap. de ſpecie quando dicit genus quidem ſemper de ſpecie prædicatur & omnia ſuperiora de inferioribus ſpecies autem neque de proximo ſibi genere neque de ſuperioribus neque enim conuertitur qm̃ ſi genera conuerterentur cũ ſpeciebus ſequeretur ꝙ ſicut ſpecies ſubicitur generi ſic genus ſubijceretur ſpeciei & æqualiter eſſent ſubiecta & ſpecies nõ eſsẽt magis ſubſtãtia quàm genus, remanet gitur ꝙ cũ genus ſemper prędicetor de ſpecie ꝙ genus numquàm eſt ſubiectũ ſpeciei ſed ſemper ſpecies eſt ſubiectũ generi & accidẽti, & genus erit ſolũ ſubiectũ accidenti, & ſpecies ſemper erit magis ſubſtantia quàm genus, & genus ſemper erit minus ſubſtantia quàm ſpecies (quare & ex his ſpecies genere magis ſubſtãtia eſt) nunc Ar. infert concluſionem omniũ dictorũ & dicit (quare) eſt Nota concluſionis. q. d. ergo (ex his). i. ſupradictis tanquàm ex pręmiſsis adde tu ſequitur ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtãtia quàm genus. Vnde fiat hæc ratio ideſt maxime & magis tale quod eſt magis & maxime ſimile tali ſed ſpecies eſt ſimilis ſubſtantiæ primæ quæ eſt maxime & magis ſubſtantia, ergo ſpecies eſt maxime & magis ſubſtantia

Dub. quàm genus. ¶ Dices quando dicit Ar. ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus de qua

Sol. ſpecie loquitur? ¶ Dicas ꝙ intelligit ſpecies ſpecialiſsimas & ſpecies ſubalternas, & omnino omnes ſpecies quæ ſubiciuntur ſuis generibus ſunt magis ſubſtantiæ quàm ſua genera. exemplum eſt clariſsimum, nam ſicut homo eſt magis ſubſtantia quàm animal qđ eſt genus hominis ſic animal quod eſt ſpecies corporis animati eſt magis ſubſtantia quàm corpus animatũ & corpus animatum quod eſt ſpecies corporis eſt magis ſubſtantia quã corpus. ſic etiã corpus quod eſt ſpecies ſubſtantię eſt magis ſubſtantia quàm ſubſtantia quæ eſt genus generaliſsimum ſubſtantia ergo quæ eſt genus generaliſsimũ eſt minus ſubſtantia quàm corpus, ſicut enim indiuidua quæ ſunt infima in prędicamento ſubſtãtiæ dicuntur primæ ſubſtantiæ ſic per oppoſitum genus generaliſsimum quod eſt ſupremũ genus debet dici vltima ſubſtantia quia minime ſubſtat quoniam ſubſtat ſolis accidentibus & nulli ſubſtantiæ. Alia verò genera & ſpecies & indiuidua ſub ipſo poſita ſubiecta ſunt etiam ſubſtantijs nam quædam omnibus vniuerſalibus veluti ſunt indiuidua quædam pluribus vt ſpecies quędam paucioribus vt ſuperiora quæ ſunt genera generaliſsima viciniora genera, ſicut enim ſecundæ ſubſtantiæ quantò ſunt viciniores primis ſubſtantijs tantò dicuntur magis ſubſtantiæ, ſic etiam quantò ſunt viciniores generaliſſimo tantò ſunt minus ſubſtantiæ, tanto minus propriæ & minus principaliter ſubſtantiæ quod quidem hac ratione probatur illud eſt magis ſubſtãtia quod immediate prędicatur de maxima ſubſtantia ſed ſpecies immediate genus verò mediate & mediãte ſpecie ergo ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus. ¶ Dices quid intelligit Ar. per ly (ma- Dub.
xime?) ¶ Dicas exponendo ideſt digniſsi- Sol.
mæ ſubſtantiæ omniũ ſubſtantiarum & quando dicit ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtantia ideſt dignior ſubſtantia & probatur ſic nam id dicitur dignius melius & honorabilius aliquo quod eſt propinquius optimo digniſsimo, & meliori, & eſt remotius ab ignobiliori, viliori, & illud eſt minus dignum vilius, peius, & ignobilius quod eſt propinquius ignobili & ab optimo remotius 2. cęl. 66. & 3 met. 11. ſed ſpecies eſt propinquior primę ſubſtãtiæ q̃ eſt digniſsima omniũ ſubſtantiarũ & eſt remotiſsima à genere generaliſsimo qđ eſt ſubſtantia viliſsima, deterior & vltima, & genus eſt propinquius generi generaliſsimo, & eſt dignior ſubſtãtia q̃ genus eoq; magis qm̃ ſpecies eſt perfectio generis 3. met. 11. ¶ Dices Dub.
quare Ar. dixit (genera) in plurali prędicantur de ſpeciebus, & non genus in ſingulari?
Dicas vt denotaret ꝙ genus non eſt vnũ ſo- Sol.
lũ, ſed ſunt plura genera, ſ. genus propinquũ ſpeciei, vt animal; genus remotũ à ſpecie, vt corpus animatũ; genus magis remotũ à ſpecie, vt corpus; & genus remotiſsimũ à ſpecie, vt ſubſtantia; vt igitur oſtenderet ꝙ non ſolũ vnũ genus, ſed omnia genera prędicantur de ſpeciebus & nõ cõuertunť cũ illis, ideo dixit genera in plurali, & nõ dixit genus in ſingulari. ¶ Iterũ Dices quare Ar. dixit genus pdi- Dub.
catur de ſpecie, & nõ dixit animal prędicať
de homine? ¶ Dicas vt oſtẽderet ꝙ logica tra Sol.
ctat de ſecũdis intẽtionibus vt applicanť primis intẽtionibus, & vt qđ ſignamus in ſecũdis intẽtionibus: exerceamus in primis; vnde

quando

quãdo dicit Ari. genus prædicatur de ſpecie, quãdo dicimus poſtea exercendo homo eſt animal, & ſic genus non prædicatur de ſpecie in actu ſignato dicendo ſpecies eſt genus ſed in actu exercito dicẽdo homo eſt animal.
Dub. ¶ Dices ſi genus prędicaretur de ſpecie, tũc idẽ prædicareť de ſeipſo, quod eſt in fine abhominationis, vt inquit Ari. 1. priorũ cap. 7. quod ſimiliter vult Ari. in Anteprædicamẽtis cap. 2. & 1. Perihermenias cap. de verbo, vbi inquit, ꝙ prædicatum ſemper debet eſſe diuerſum à ſubiecto, & non idem debet prædicari de eodem, quando dicit in illis verbis, quando alterũ de altero prædicatur, vbi per hoc alterum denotat ꝙ prædicatũ debet eſſe diuerſum à ſubiecto, nõ enim valet dicere homo eſt homo, ſed homo eſt animal, conſequẽtia probatur quoniam genus eſt ſpecies reſpectu ſuperioris teſte Porphyrio cap. de ſpecie ſi ergo genus prędicatur de ſpecie, & genus eſt ſpecies, ergo ſpecies prędicatur de ſpecie, & ſic idem prædicatur de eodem, quę prędicatio eſt in artificialis, in naturalis, præter regulam artis, non ſciẽtifica, non deſeruiens arti, neq; ſciẽtiæ, ſed potius expellenda ab arte, & à ſcientia.
Sol. Ad euitanda igiť hæc inconuenientia eſt dicendũ ꝙ ſpecies eſt duplex. Alia ſubalterna, Alia vero ſpecialiſſima, qua diſtinctione ſic ſtante dicitur, ꝙ genus eſt ſpecies ſubalterna quæ prędicatur de ſpecie ſpecialiſſima & ſic non eſt inconueniens ꝙ ſpecies ſubalterna prędicatur de ſpecie ſpecialiſſima, dicendo homo eſt animal,
Dub. ¶ Amplius Dubitatur, inquit Ariſt. ꝙ genus prædicatur de ſpecie & non conuertitur cum ſpecie, dicẽdo homo eſt animal, ſed nõ econtra animal eſt homo, huius oppoſitum inquit Ari. 1. poſt. 41. vbi inquit ꝙ genus prædicatur de ſpecie & conuertitur cum ſpecie, nam ſicut dicimus homo eſt animal, ſic etiam dicimus animal eſt homo.
Sol. ¶ Dicitur ꝙ genus ſumitur duobus modis vno modo abſolutè vt animal, Alio modo contractim, vt animal rationale, tunc dicitur ꝙ genus abſolute ſumptum non conuertitur, ſed genus contractim ſumptum conuertitur cum ſpecie, vt ſi dicimus homo eſt animal rationale, poſſumus etiã dicere animal rationale eſt homo
Rep. ¶ Sed contra nam prædicatũ primum prædicatur de ſubiecto & conuertitur cum ſubiecto 2. poſt. 36. ſed genus abſolute ſumptum eſt prædicatum primum 7. met. 43. ergo genus abſolutè ſumptũ prædicatur de ſpecie & conuertitur cum ſpecie.
Sol. ¶ Dicas ꝙ prędicatum primum eſt duplex Aliud primum .i. conuertibile vt eſt differentia accidens eſſentiale & definitio & hoc prædicatur de ſpecie & conuertitur vt homo eſt rationalis rationale eſt homo homo eſt riſibilis riſibile eſt homo & homo eſt animal rationale, animal rationale eſt homo, Aliud eſt prædicatum primum quia in ordine primo loco ponitur in definitione 7. met. 43. 2. poſt. 79. 4. phy. 8. tunc dicitur, ꝙ genus abſolutè ſumptum non eſt prędicatum primũ conuertibile, ſed eſt prędicatũ primũ in ordine quia primo loco ponitur in definitione.
Dub. ¶ Sed Dices cõtra, nã inquit Ari. 2. top. 1. ꝙ à definitione, & proprio, & genere, neceſſe eſt conuerti, ex quibus clare ſumitur ꝙ genus abſolute ſumptum vt animal eſt prædicatũ conuertibile & primũ.
Sol. ¶ Dicas ꝙ genus cõuerti cũ ſpecie intelligitur duobus modis vno modo ſecundũ denominationem. Alio modo ſm̃ prædicationem, tunc dicitur ꝙ genus abſolutè ſumptũ conuertitur cum ſpecie, ſm̃ denominationẽ. v. g. ſi diceremus animal ineſt homini, hęc propoſitio conuertitur, dicendo homo eſt animal, ſed non conuertitur ſm̃ prædicationẽ, dicendo homo eſt animal, & animal eſt homo,
Rep. ¶ Sed Dices contra nam genus abſolutè ſumptum eſt prædicatum primũ, & per conſequens conuertitur ſm̃ prædicationem antecedens probatur ſic illud quod abſoluitur per demonſtrationem eſt prædicatum primum, quoniam demonſtratio fit ex primis 1. poſt. 9. 10. 13. ſed genus abſolutè ſumptum vt animal abſoluitur per demonſtrationem 2. poſt. 94. ergo genus abſolutè ſumptum eſt prædicatum primũ & cõuertitur non ſolum ſecundũ denominationem, ſed ſecundum prædicationem.
Sol. ¶ Dicitur ꝙ demonſtratio eſt duplex 2. poſt. 94. clarius 1. top. cap. 1. & 4. phy. 20. Alia eſt demonſtratio analogicè dicta, vt eſt demonſtratio ſimpliciter, propter quid, & quia, teſte Auer. in quæſitis poſt. quæſito 4. Alia verò eſt demonſtratio æquiuocè dicta, ſeu demõſtratio vera, tamen non eſt naturalis quæ dicitur demonſtratio dialectica, quæ dicitur ſyllogiſmus, quàm demõſtratio qua diſtinctione ſic ſtãte dicitur ꝙ genus abſolute ſumptum abſoluitur per demonſtrationem æquiuocè dictam, i. per ſyllogiſmũ, dicendo ſic, omne ſenſibile eſt animal ſpõgia maris vel vrtica maris, vel ſtella maris, eſt ſenſibilis, ergo ſpongia, vrtica, vel ſtella maris eſt animal, non autem abſoluitur per demonſtrationem analogicè dictam.
Rep. ¶ Dices contra nam in propriis eſt locus Ari. in cap. de def. vbi inquit ꝙ genus eſt concluſio demonſtrationis ſimpliciter, quæ demonſtratio ſimpliciter eſt analogicè dicta demonſtratio, ergo ſolutio eſt falſa.
Sol. ¶ Dicitur ꝙ illud genus quod eſt cõcluſio demonſtrationis ſimpliciter nõ eſt verè genus, vt animal; ſed eſt quid ſimile generi, quod tenet locũ generis, & eſt conuertibile, & ſic genus abſolute ſumptum non abſoluitur per demonſtrationem ſimpliciter, & per conſequens non conuertitur cum eo cuius eſt genus.
Rep. ¶ Dices contra nã prædicatum primum

eſt conuertibile 1.poſt.36.2.poſt.94.ſed ge-
nus eſt prædicatum primum, ergo genus eſt
conuertibile,quod probatur nam illud quod
eſt prædicatum per ſe eſt primum 1. poſt.
36.5.phy.3. inquit Au.ꝙ primum eſt ſynoni-
mum cum eo quod eſt per ſe. ſed genus abſo-
lutè ſumptum eſt prędicatũ per ſe 1.poſt.30.
31.36.7.met.11. in Epit. log. cap.de demon.
ergo genus abſolutè ſumptũ eſt prędicatum
primũ & conuertitur cum eo cuius eſt genus
vnde ſicut valet dicere homo eſt animal ſic
Sol. valet dicere animal eſt homo. ¶ Reſpondet
Au. ibidẽ & inquit ꝙ prędicatũ per ſe eſt du-
plex Aliud communiter ſeu per prius dictũ,
Aliud verò propriè & per poſterius appella-
tum,teſte etiam Auer.in quæſito.4. poſt. quo
ſic ſtãte dicitur ꝙ genus eſt prędicatũ per ſe,
communiter, & per prius dictũ, quod nõ eſt
conuertibile ſed non eſt prædicatum per ſe
proprie, & per poſterius, quod eſt conuerti-
Dub. bile. ¶ Amplius Dubitatur nullum accidens
eſt ſubſtantia 1. phy. 30. 27. 2. de anima 2.
ſed ſpecies & genus ſunt accidẽtia ergo non
ſunt ſubſtantiæ & per conſequens genus non
eſt minus ſubſtantia quàm ſpecies nec ſpe-
cies eſt magis ſubſtantia quàm genus minor
probatur quoniam quę à logico conſideran-
tur ſunt accidentia quoniam ſunt facta ab a-
nima 6. met. vltimo ſed ſpecies & genus ſunt
cõſiderata à logico 1.top.cap. de genere er-
Sol. go ſpecies & genus ſunt accidẽtia. ¶ Dicit ꝙ
genus & ſpecies dupliciter cõſiderantur, vno
modo vt ſunt ſecũdę intẽtiones & ſic ſunt ac-
cidentia, Alio modo vt ſunt primę intẽtiones
& ſic ſunt ſubſtantiæ; & vt ſunt primę inten-
tiones, ſic ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm
genus; vnde ſcias, ꝙ quando genus prædica-
tur de ſpecie non prædicatur vt eſt ſecunda
Rep. intentio ſed vt eſt prima intentio. ¶ Sed Di-
ces contra nam inquit Ar. 1. poſt. 33. ꝙ quæ-
cumq; de ſubiecto dicuntur accidentia ſunt;
ſed genus vt eſt prima intentio vt animal di-
citur de ſubiecto vt de homine, ergo genus
vt eſt prima intentio eſt accidens, & ſpecies
erit accidens, & ſic quando dicimus, homo
eſt animal accidens prædicatur de acciden-
Sol. te. ¶ Dicitur ꝙ ſpecies & genus conſideran-
tur dupliciter vno modo vt diſtinguunt con-
tra ſubſtantiam, Alio modo inquantùm non
exiſtunt per ſe, quo ſtante dicimus, quòd ſi
genus & ſpecies vt ſunt primæ intentiones
ſunt accidentia, non vt diſtinguuntur con-
tra ſubſtantiam, ſed ſunt accidentia inquan-
Rep. tum non exiſtunt per ſe. ¶ Sed dices con-
tra, nam genus vt eſt prima intentio eſt ac-
cidens, color enim eſt prima intentio, & ta-
men color vt eſt prima intentio eſt accidens,
vt patet in Antepredicamentis cap. 2. & in
Sol. hoc cap. de ſubſtantia. ¶ Dicitur ꝙ color vt
eſt prima intentio eſt accidens reſpectu cor-
poris, ſed eſt ſubſtantia inquantùm dicit eſ-
ſentiam & quiditatem ſuarum ſpecierum al-
bedinis, ſcilicet nigredinis & palledinis,
¶ Sed Dices contra, nam id quod eſt accidẽs *Rep.*
non eſt ſubſtantia, ſed color eſt accidens, er-
go non eſt ſubſtantia. ¶ Dicitur ꝙ eſt acci- *Sol.*
dens reſpectu corporis, ſed dicit ſubſtãtiam
ſuarum ſpecierum. ¶ Iterum Dices quòd ge- *Dub.*
nus non prædicatur de ſpecie quoniam ma-
teria non prædicatur 7. met. 23 2. de gen. 4.
7. met. 34. & 43. 9. met. 12. 1. met. 17. clarius
tñ 7.phy.15.1.poſt.148.ſed genus eſt materia
Porphirio teſte in cap. de differẽtia ergo ge-
nus non prædicatur de ſpecie. ¶ Dicitur ex Ale *Sol.*
xandro & Porphyrio ꝙ genus non eſt vera
materia ſed dicitur proportionabiliter, non
verè, ſed per ſimilitudinem, & methaphori-
ce & ideo remanet ꝙ genus verè prædica-
tur de ſpecie. ſed eſt Notandum ꝙ licet ma-
teria in recto non prædicetur de eo cuius eſt
materia tamen prædicatur ſecundum deno-
minationem & obliquè. v.g. non dicimus ca-
thedra eſt lignum ſed cathedra eſt lignea.
¶ Dices quarè genus prædicatur, & materia *Dub.*
non prædicatur? ¶ Dicas quoniam materia *Sol.*
dicit potentiam 2. de anima 2. 25. 9. met.
16. 17. 12. met. 14. 7 met. 34. 35. 11. met.
cap. 2. genus verò non dicit potentiam, nec
genus dicit vltimum actum non contrahibi-
lem per alium actum quidditatiuum, ſicut dif
ferentia ſpecifica dicit, ſed dicit quandã for-
mam generalem quæ mediat inter puram po
tentiam & actum completum, qualis eſt vlti-
ma differentia vt inquit Au. 1. met. 17. hac
de cauſa genus poteſt prædicari, materia ve-
ro non, quoniam genus habet modum formę,
quia eſt forma voiuerſalis, 2. phy. 28. & in
cap. de def. non autem materia; & inde ſequi-
tur ꝙ genus cum dicat formam prædicatur,
materia verò non prædicatur. ¶ Vel Dicas *Alia ſol.*
ꝙ materia non prædicatur in abſtracto ſum-
pta, quoniam pars per modum partis non
prædicatur de toto; ſed pars per modum to-
tius concretiue ſumpta prædicatur de toto,
& ſic intelligitur in 7. met. 24. 34. & 7. phy.
15. dicendo hoc modo, armilla eſt aurea, &
non dicitur armilla eſt aurũ, & idolum non
eſt lapis ſed lapideum; & homo non dicitur
eſro, ſed carneus. ¶ Amplius Dicet Aliquis *Dub.*
illa quæ non ſunt ſubſtantia vnum illorum
nõ poteſt dici magis ſubſtantia quàm reli-
quum, ſed genus & ſpecies non ſunt ſubſtan-
tia, ergo ſpecies non eſt magis ſubſtantia
quàm genus; minor probatur, nam id quod
habet eſſe in alio eſt accidens, in Antepræ-
dicamẽtis cap. 2. ſed ſpecies & genus habent
eſſe in primis ſubſtantijs, vt patet in hoc cap.
de ſubſtantia quando dicit Ar. non exiſten-
tibus primis ſubſtantijs impoſsibile eſt ali-
quid aliorũ eſſe, ergo nec ſpecies nec genus
eſt

eſt ſubſtantia & per cõſequens vnum non dicitur magis ſubſtantia quàm alterum. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ eſſe in alio pro nunc dicitur duobus modis, vno modo vt accidens in ſubiecto, & ſic nec ſpecies nec genus eſt in alio. Alio modo vt ſuperius in ſuo inferiori, & hoc modo ſpecies & genus eſt in alio. *Rep.* ¶ Sed Dices contra nã id quod remouetur à poſitiuo remouetur & à comparatiuo, ſed ſpecies non eſt ſubſtantia ergo nec etit magis ſubſtantia, minor probatur nam id quod accidit alicui non eſt ſubſtantia, ſed eſt accidẽs, vt in cap. de accidente inquit Porphyrius, ſed ſpecies 1. poſt. 44. Auer. accidit generi ergo ſpecies eſt accidens & nõ ſubſtantia, nec magis ſubſtantia. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ aliquod dici accidens conſideratur duobus modis vno modo vt diſtinguitur contra ſubſtantiam, Alio modo inquantùm non ponitur in definitione alicuius, quo ſtante dicitur ꝙ ſpecies non eſt accidens vt diſtinguitur contra ſubſtantiam, ſed eſt accidens inquantum non ponitur in definitione generis; & inquantum abſtrahitur à genere. *Dub.* ¶ Amplius in prædicamentis cap. de Relatiuis inquit Ar. ꝙ omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam, ſed genus & ſpecies ſunt relatiua vt teſtatur Porphyrius in cap. de ſpecie vt genus ſpeciei eſt genus, & ſpecies generis eſt ſpecies, ergo genus prędicatur de ſpecie, & conuertitur cum ſpecie. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ ſpecies & genus ſunt relatiua & conuertuntur vt ſunt ſecundo intellecta, vt dictum eſt, ſed vt ſunt primo intellecta non conuertuntur, valet enim dicere homo eſt animal, & non è contra, & ſic non ſunt relatiua, non enim dicimus homo animalis homo nec animal hominis animal.

Tex. 8. Ipſarum verò ſpecierum, quecumque non ſunt genera, nihil magis alterum altero ſubſtantia eſt. nihil enim familiarius aſsignabis de quodam homine, hominem aſsignando, quàm de quodam equo, equum.

Poſtquàm Ar. probauit duabus rationibus ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus vna ratione ſumpta à propinquitate, & à ſimilitudine quàm habet ſpecies cum ſubſtantia prima, & Alia ratione ſumpta à proportione, in hoc textu vult declarare etiam ratione ſumpta à propinquitate, quòd vna ſpecies non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſpecies, & vna ſubſtantia prima non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſubſtantia prima. cauſa huius intentionis eſt ne Aliquis credat, quòd ſicut ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus, ſic vna ſpecies eſſet magis ſubſtantia quàm alia ſpecies, & vna prima ſubſtantia eſſet magis ſubſtãtia quàm alia. Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima Ar. firmiter aſſerit ꝙ vna ſpecies non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſpecies, in ſecunda parte ibi (ſimiliter) aſſerit etiam indubitanter ꝙ vna ſubſtantia prima non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſubſtantia prima, ſed hæc prima pars vt facilius intelligatur diuiditur in duas partes, in prima Ar. facit id quod dictum eſt, in ſecunda ibi (nihil) Ar. exemplo ſeu inductione facta in ſpeciebus manifeſtat ꝙ vna ſpecies non eſt magis ſubſtantia quàm reliqua ſpecies. Sed antequàm ad textus expoſitionem deſcendamus eſt Notandum, ꝙ ſententia eſt Ar. 1. cæli 110. vbi inquit ꝙ omne nomen quando habet plura ſignificata peritus artifex: prius debet illud diuidere in ſua ſignificata, deinde debet determinare de quo ſignificato intendit ſermonem habere & quoniam hoc: nomen ſpecies dicitur multis modis ideo neceſſe eſt vt periti artificis officio fungamur videre ſignificata ſpeciei, vt poſsimus determinare de qua ſpecie loquitur hic Ar. Primo enim modo dicitur ſpecies illa quæ prædicatur de forma vniuſcujuſq; Alio modo quæ ponitur ſub aſsignato genere, Porphyrio teſte in cap. de ſpecie Alio modo ſpecies pro forma 1. phy. 69. 2. phy. 12. 3. de anima 38. 2. phy. 28 Alio modo, ſumitur pro aſpectu & diſpoſitione apud poetas, & rethores, quam oſtendit homo in facie pro vt eſt triſtis aut lætus, aut amicus, aut inimicus. Alio modo pro pulchritudine vt quando dicimus ſpecies, Priami digna eſt Imperio Alio modo apud vulgares ſumitur pro aromate Alio modo ſumitur pro particularitate, vt patet apud legiſtas, Alio modo pro perfectione, vt patet 3. met. 12. cũ inquit Ar. ſpecies eſt perfectio generis, Alio modo ſpecies ſubalterna quæ poteſt eſſe genus, Alio modo ſpecies ſpecialiſsima quę nõ eſt genus, quibus ſtantibus. q. d. Ariſt. ſermo meus non eſt de omnibus ſpeciebus limitando & exponendo ſe dicens non omnium ſpecierum ſed illarum ſolum quæ non ſunt genera .i. ſpecierum ſpecialiſsimarum quæ adeò dicuntur ſpecies quæ nullo modo dicuntur genera, & Nota ꝙ ideo dixit Ar. quæcumque non ſunt genera, ad differẽtiam illarum ſpecierum quæ ſunt genera, veluti ſunt ſpecies ſubalternæ, quarũ ſpecierum ſubalternarum vna eſt magis ſubſtantia quàm alia. ¶ Dices quomodo cognoſcitur ꝙ vna ſpecies ſpecialiſsima non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſpecies ſpecialiſsima? *Dub.* ¶ Dicas reſolutè, ſed pro intelligentia eſt ſciendum ꝙ fuit ſupra dictum ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm *Sol.*

genus,

genus, quoniã ſpecies eſt magis propinquã primæ ſubſtantiæ, quo ſtante pro maiori fiat minor, videlicet ſed vna ſpecies non eſt propinquior primæ ſubſtantiæ quàm altera ſpecies ergo vna ſpecies non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſpecies minor probatur ab Ar. per exemplũ in illis verbis quando dicit (nihil enim familiarius aſsignabis de quodã homine hominẽ aſsignando, quàm de quodam equo equum) q. d. ſi tu interrogaberis quid eſt quidam homo tu aſsignando & reſpondendo, hominẽ qui eſt ſpecies nihil aliquod (familiarius) ideſt propinquius vt exponit Aui. in libro de ſubſtantia orbis cap. 2. & magis propinquum cuidam homini, reſponderis quàm ſi tu interogaberis quid eſt quidã equus aſsignando equum ideſt reſpondendo per equum quoniã homo non eſt magis propinquus cuidã homini, quàm equus cuidam equo, ſed q. dicat Ar. equaliter tam homo eſt propinquus & non magis cuidam homini, quàm equus cuidam equo, & ſic homo qui eſt ſpecies ſpecialiſsima hominis & equus qui eſt ſpecies ſpecialiſsima equi equè dicitur ſubſtantiæ & vna nõ magis & reliqua minus nam ſicut inter hominem & hunc hominem non datur medium, ſic inter equum & hunc equum non datur medium, ſed tam homo quàm equus immediatè ſequũtur ſua indiuidua, concluditur ergo ex his ꝙ vna ſpecies non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſpecies, quoniam æqualiter ſunt propinquę ſuis indiuiduis, vt homo cuidam homini, equus cuidam equo, leo cuidam leoni, & ſic de ſingulis.

Dub. ¶ Sed Dices nam homo muſca vermis ſunt ſpecies ſpecialiſsimę & tamen homo eſt ſpecies magis perfecta quàm muſca, & vermis;

Sol. ¶ Dicas ꝙ magis & minus ſumitur dupliciter vno modo ſecundum ſubſtantialitatem Alio modo ſecundum perfectionẽ, tunc dicitur ꝙ vna ſpecies ſpecialiſsima non eſt magis quàm alia ſecundum ſubſtãntialitatem quoniam omnes æqualiter ſunt, quoniam omnes æqualiter ſunt propinquæ primis ſubſtantijs, & æqualiter ſubſtant generibus & accidentibus, ſed vna ſpecies eſt magis altera ſecundum perfectionem, nobilitatem, & fortitudinem. homo enim non eſt magis ſubſtantia quàm muſca, & vermis ſed eſt fortior muſca & verme, & ſimiliter nobilior, & excellentior & perfectior, quod aſſerit Ar. 4. de par. an. cap. 10. quod etiam confirmat 10. Ethicorum cap. 3. cũ inquit quàmuis homo ſit paruus corpore & magnitudine potentia tamen & honore ſuperat omnia, & Nota ꝙ licet homo dicatur corpore paruus non per hoc dicitur minus ſubſtantia quàm Bos, qui eſt corpore maior homine, quoniã magis & minus non ſumitur penes corporis quantiatem ſed quo ad ſubſtandum pari. m

modo homo prædicatur de quibuſdam hominibus ſicuti equus de quibuſdam equis & latè patet. Alia ratione poteſt probari quòd ſpecies ſpecialiſsimæ æqualiter ſunt ſubſtantiæ, illæ enim ſunt æqualiter ſubſtãtię & non magis vna quàm alia, quæ æqualiter dicunt quid primarum ſubſtantiarũ ſed ſpecies ſpecialiſsimæ æqualiter dicunt quid primarum ſubſtantiarum, & non magis vna quàm reliqua, ergo vna ſpecies ſpecialiſsima non eſt magis ſubſtantia quàm reliqua.

Dub. ¶ Dices vellem ſcire ſicut vna ſpecies ſpecialiſsima non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſpecies ſpecialiſsima valet etiam ſic in ſubſtantijs primis ꝙ vna non eſt magis ſubſtantia quàm alia Reſpondet Ar. & dicit.

Similiter autem & in primis ſubſtantijs nihil magis, alterum altero ſubſtantia eſt. nihil magis quidam homo ſubſtantia eſt, quàm quidam bos.

Cum Ar. in prima parte huius textus notificauit ꝙ vna ſpecies ſpecialiſsima non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſpecies ſpecialiſsima in hac 2. parte intendit declarare quòd ſicut vna ſpecies ſpecialiſsima non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſpecies ſpecialiſsima, ſic etiam vna ſubſtantia prima non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſubſtantia prima, vnde tam in ſpeciebus quàm in ſubſtantijs primis non datur magis & minus, ſed pro faciliori huius ſecundæ partis intelligentia, Diuidatur in duas partes, in prima Ariſt. ratione ſumpta à ſimili probat ꝙ vna ſubſtantia prima non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſubſtantia prima, in ſecunda ibi (nihil) exemplo manifeſtat ſuum intentum ſed pro textus verborum notitia eſt ſciendum, quòd dictum eſt ſupra quòd tunc aliquod dicitur magis ſubſtantia aliquo quando illud pluribus ſubſtat & tunc dicitur minus ſubſtantia quãdo paucioribus ſubſtat, verbi gratia ſubſtantia prima quia pluribus ſubſtat, quàm ſpecies, ideo dicitur magis ſubſtantia quàm ſpecies, & ſpecies dicitur magis ſubſtantia quàm genus, quoniam pluribus ſubſtat quàm genus, quando verò aliquod ſubſtat per tot quot ſubſtat aliud non propter hoc illud non dicitur, magis ſubſtantia, nec per minus quàm illud, ſed æqualiter verumque ſubſtantia dicitur, veluti vna ſpecies ſpecialiſsima ſubſtat tot & tantis quot & quantis ſubſtat alia ſpecies ſpecialiſsima, ideo vna non dicitur magis ſubſtantia quàm altera. quibus ſic ſtantibus inquit Ar. in textu, quòd vna ſubſtantia prima vt Petrus,

non dicitur magis ſubſtantia quàm alia, vt Antonius, quoniã Petrus ſubſtat tot & tantis quot & quantis ſubſtat Antonius, nam Petrus ſubſtat ſpeciei generi & accidenti, ſimiliter etiam Antonius ſubſtat ſpeciei generi & accidenti; ex quo ſequitur ꝙ vna ſubſtantia prima non eſt magis ſubſtãtia quàm alia ſubſtantia prima, & volens Ar. probare hoc ſumit exemplum & ſimilitudinem à ſubſtantijs ſecundis & dicit (ſimiliter autem & in primis ſubſtantijs nihil alterum altero ſubſtantia eſt) q.d. autem pro ſed ſicut ſe habent ſpecies ſpecialiſsimæ ſcilicet ꝙ vna nõ eſt magis ſubſtantia quàm alia, quoniã quot ſubſtat vna tot ſubſtat etiam alia, (ſimiliter) ideſt ſimili ratione, & ſimili modo (&) ideſt etiam ſe habet in primis ſubſtantijs ſcilicet ꝙ (Alterum) ideſt vna ſubſtantia prima (nihil) ideſt nullo modo eſt magis ſubſtantia (altero) ideſt quàm alia ſubſtantia prima quoniam quot ſubſtat vna tot ſubſtat alia, & ſic vna non eſt magis ſubſtantia quàm altera.

Dub. ¶ Sed tu dices, o Ar. tu dixiſti hoc in ſecundis intentionibus quæ non ſic de facili percipiuntur quæſo vt quæ dixiſti in illis dicas in primis intentionibus aſsignando exẽplum omnium dictorum.

Sol. ¶ Reſpondet Ariſt. & dat exemplum in primis intentionibus & dicit (nihil magis quidam homo ſubſtantia eſt quàm quidam bos) q. d. v. g. quidam homo ideſt ſortes nihil ideſt nullo modo magis dicitur ſubſtantia quàm quidã bos quoniam quidam homo nõ pluribus ſubſtat quàm quidam bos; vnde fiat talis ratio, omnis ſubſtantia quę eſt magis quàm alia, pluribus ſubſtat quàm alia, ſed nulla prima ſubſtantia pluribus ſubſtat quàm alia prima ſubſtantia, ergo nulla prima ſubſtantia eſt magis ſubſtantia quàm alia.

Dub. ¶ Dices ſubſtantia prima eſt multiplex, vt anima, 7. met. 39. Deus, 4. met. 7. materia prima, 1. phy. 81. Alia eſt vt quidam homo, quarè Ar. dat exemplũ de quodam homine qui eſt prima ſubſtantia & non de alijs primis ſubſtantijs, vt eſt materia prima, vt Deus anima?

Sol. ¶ Dicas quoniã intentio Ar. eſt loqui de ſubſtantia prima compoſita non de ſimplici veluti eſt Anima, Deus, & Materia prima; ſignum eſt clarum quando dicit, vt quidam homo, & quidam bos.

Dub. ¶ Dices, quando inquit Ar. ꝙ vna ſubſtantia prima non eſt magis ſubſtantia quam alia, loquitur ne de ſubſtantijs primis cuiuſdã ſpeciei vt eſt Petrus, & Plato, vel de ijs quę ſunt eiuſdem ſpeciei, & de ijs quę ſunt diuerſę ſpeciei?

Sol. ¶ Dicas ꝙ Ar. intelligit tã de ſubſtantiæ primis quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, quàm de ſubſtantijs primis quæ ſunt diuerſæ ſpeciei, vt ſortes non eſt magis ſubſtãtia quàm Plato, nec Plato eſt magis ſubſtantia quàm quidam bos, nec quidam bos quàm quidam pulex.

Dub. ¶ Dices ſi Ar. per ly quidam homo intelligit nomen proprium vt eſt ſortes, quare non dixit Sortes, vel Plato ſicut, dixit quidã homo?

Sol. ¶ Dicas quoniam indiuidua ſeu ſubſtantiæ primæ contentæ ſub ſpecie humana habent nomina propria, vt Franciſcus, Antonius, indiuidua verò aliarum ſpecierum non habent nomina propria, ideo ne aliquis crederet ꝙ ſola nomina propria ſunt ſubſtãtiæ primæ, fuit contentus Ar. potius dicere quidam homo quàm dicere ſortes, vel Plato; & ꝙ hoc ſit verum volens Ar. dare exemplum de ſubſtantia prima quæ continetur ſub boue dixit, vt quidam bos, quia caret nomine proprio. Sumatur igitur tota textus ſentẽtia hoc modo, videlicet ſicut ſe habent ſpecies ſpecialiſsimæ, ſic ſe habent ſubſtantiæ primę indiuiduales contente ſub illis ſpeciebus ſpecialiſsimis, ſed ſpecierũ ſpecialiſsimarum vna non eſt magis ſubſtantia quàm alia, à pari primarum ſubſtantiarum vna non eſt magis ſubſtantia quàm alia.

Dub. ¶ Dices quarè Ar. dedit exempla de ſubſtantijs primis contentis ſub diuerſis ſpeciebus, vt eſt quidam homo, qui continetur ſub ſpecie humana, & quidam bos qui continetur ſub ſpecie bouina, quæ eſt alia ſpecies ab homine?

Sol. ¶ Dicas ad denotandum ꝙ non ſolum primarum ſubſtantiarum quæ continentur ſub vna ſpecie vna non eſt magis ſubſtãtia quàm alia, ſed etiam vna ſubſtantia prima contenta ſub vna ſpecie, vt quidam homo. non eſt magis ſubſtãtia quàm quidam bos, qui continetur ſub alia & diuerſa ſpecie.

Dub. ¶ Dices ſi ſubſtantia prima eſt feminini generis, quare Ar. dat exemplum in genere neutro, dicens alterum altero?

Sol. ¶ Dicas quòd per ly alterum Ar. intelligit indiuiduum. q.d. quòd vnum indiuiduum quod eſt ſubſtantia prima non eſt magis ſubſtantia quàm alterum indiuiduum.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ Ar. per ly alterum intelligit quòd nõ ſolum indiuiduum vnius ſpeciei non eſt magis ſubſtantia quàm indiuiduum alterius ſpeciei, ſed etiam indiuidui alterius ſpeciei non eſt magis ſubſtantia quàm indiuiduum alterius ſpeciei.

Dub. ¶ Dices quarè dixit alterum & non dixit aliud.

Sol. ¶ Dicas ad denotandum quòd vnum indiuiduum eſt diuerſum ab alio.

Re. ¶ Dices contra nam alteritas ſeu diuerſitas facit differentiam accidentalem quę reperitur in eodem indiuiduo vt ſortes eſt alter à ſe ipſo quoniam differt accidentaliter à ſe ipſo quoniam prius erat niger, & nunc eſt albus, vnde Homerus videns mutationem Vliſsis in accidentibus dixit alter mihi hoſpes nunc videris, quàm prius. vel alteritas ſeu diuerſitas reperit in indiuiduis eiuſdem ſpeciei, vt Callias eſt alter, ſeu diuerſus à Petro, quoniam Callias eſt niger, & Petrus eſt albus, & ſic quando

aliquod

aliquod differt ab aliquo per aliquod accidens tunc dicimus ꝙ illud eſt alterum ab illo; modo Ar. aſsignando exemplum de vna ſubſtantia prima quæ non eſt magis ſubſtantia quàm altera, dedit exemplum in ſubſtantijs primis, quæ nõ ſunt alteræ ideſt quæ non ſolum differunt per aliquod accidẽs ſed differunt ſpecie, quoniam continentur ſub alijs ſpeciebus modo quando aliquod differt ſpecie ab alio, illud non dicitur alterum ab illo ſed aliud alterum enim non dicit diuerſum in ſpecie, ſed ſolum in accidente, ſed potius debebat dicere Ar. aliud alio quoniam ly aliud dicit diuerſum in ſpecie, vt quidam homo eſt quid aliud à quodam boue ideſt ſpecie differens, vnde quando dicitur quidam homo eſt alter à quodam homine intelligitur ꝙ quidam homo accidentaliter differt à quodam homine, vt Callias per nigredinem differt à Petro; & quando dicit ꝙ quidam homo eſt quid aliud à quodã boue, intelligitur ꝙ quidam homo ſpecie differt à quodam bo-

Sol. ue. ¶ Dicas ad hanc dubitationem ꝙ Ar. per ly alterum ſimul intelligit alterum & aliud hoc eſt differentiam accidentalem, & ſubſtantialem, nam quando loquimur de indiuiduis contentis ſub vna ſpecie, tunc ly alterũ dicit differentiam accidentalem, vt Petrus differt ab Antonio per nigredinem, vel per aliquod aliud accidens, & ſic dicitur Petrus eſt alter ab Antonio, ideſt accidẽtaliter differt ab Antonio, quãdo verò loquitur de diuerſis ſpeciebus vel de diuerſis indiuiduis contentis ſub diuerſis ſpeciebus vt eſt homo, & bos, vel quidam homo, & quidam bos ly alterum exponitur ſic, ideſt aliud ideſt homo eſt quid aliud à boue, & quidam homo eſt quid aliud à quodam boue, quoniam homo à boue, & quidam homo à quodam boue ſubſtantialiter & ſpecificè differunt ad inuicem; & ſic dicimus exponendo textum hoc modo, alterum ideſt vnum indiuiduum ſubſtantię quod continetur ſub vna ſpecie quod eſt diuerſum ideſt quod accidentaliter differt ab alio indiuiduo ſubſtantiæ, quod continetur ſub eadem ſpecie nihil magis ideſt non eſt magis ſubſtantia altero, & non ſolum differt ab altero accidentaliter, ſed ſpecificè, & ſubſtantialiter ab alio indiuiduo contento ſub alia ſpecie nullo modo eſt magis

Dub. ſubſtantia quàm alterum. ¶ Sed Dices inquit Ar. ꝙ vna ſubſtantia prima non eſt magis ſubſtantia quàm alia ſubſtantia prima, contra, arguitur ſic 1. phy. 82. materia prima eſt ſubſtantia prima, & compoſitum. vt ſortes eſt ſubſtantia prima, & forma eſt ſubſtantia prima, 7. met. 39. & tamen forma eſt magis ſubſtantia quàm materia & quàm cõpoſitum, quod probatur ſic 1. poſt. 15. 2. met. 4. per regulam illam, quæ ſemper eſt vera videlicet, Propter quod vnumquodque tale, & illud magis eſt tale; ſed materia prima & compoſitum eſt ſubſtantia propter formam, ergò forma eſt magis ſubſtantia, minor eſt Au. 2. phy. 4. 2. de anima 2. ergo vna ſubſtantia prima eſt magis ſubſtãtia quàm alia.

¶ Dicitur ꝙ Ar. in hoc textu non facit comparationem inter ſubſtantiam primam ſimplicem quæ eſt forma, & ſubſtantiam primam compoſitam, vt eſt quidam homo, ſed facit comparationem inter ſubſtantias primas compoſitas, vt inter ſorté, & Platonem. Sol.

¶ Dices quare ſubſtantiæ compoſitæ dicuntur primæ? Dub. ¶ Dicitur quoniam primò ſubiacent accidentibus. Sol. ¶ Dices contra, ſi quidam bos & quidam homo ſunt æquè ſubſtantiæ, & vnum non magis altero, ergo ſunt eiuſdem ſpeciei, quod eſt falſum, nã quæ habent eandem ſubſtantiam ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed ſi quidam homo & quidã bos ſunt æqualiter ſubſtantiæ, ergo ſunt eiuſdem ſpeciei. Rep.

¶ Dicitur ꝙ ſubſtantia dupliciter conſideratur vno modo quo ad ſubſiſtentiam, Alio modo quo ad eſſentiam, tunc dicitur ꝙ quidam homo & quidã bos æqualiter ſunt ſubſtantię quo ad ſubſiſtentiam, quoniam æqualiter ſubijciuntur ſpeciei, generi, & accidenti, ſed non habent æqualem ſubſtantiam quo ad eſſentiam formalem. Sol. ¶ Amplius, dictum eſt ꝙ vna ſpecies non eſt magis quàm alia ſpecies, hoc videtur falſum, quoniam homo eſt perfectior muſca. Dub. ¶ Dicitur ꝙ quo ad gradum perfectionis & nobilitatis vna ſpecies, vt homo eſt magis alia ſpecie, ſed quantum ad actum & modum ſubſtandi vna ſpecies non eſt magis quàm alia ſpecies. Sol. ¶ Amplius dictum eſt ꝙ vna ſubſtantia prima non eſt magis quàm alia ſubſtantia prima; contra nam quidã canis totus eſt rubeus & quidam equus ſecundum partem eſt albus & ſecundum partem eſt niger ergo quidam equus eſt magis ſubſtantia quàm quidam canis, quoniam ſubſtat pluribus accidentibus, ſcilicet albedini & nigredini, & quidam canis ſubſtat rubedini tantum. Dub. ¶ Dicas quòd vna ſubſtantia quando dicitur magis quàm alia non intelligitur penes numerum accidentium ſed quia habet plures modos ſubſtandi, modo licet equus pluribus accidentibus puta nigredini & albedini ſubijciatur, & canis rubedini vni tantum accidenti non per hoc ſequitur ꝙ quidam equus ſit magis ſubſtantia, quàm quidam canis. Sol.

Meritò igitur poſt primas ſubſtantias: ſola aliorum omnium ſpecies, & genera ſecundæ. ſubſtanſtantiæ dicuntur. ſola enim hæc eo- Tex. 9.

rum

rum quæ prædicantur, primam ſubſtantiam indicant.

Poſtquàm Ariſt. declarauit primas & ſecundas ſubſtantias dicens, ꝙ primæ ſubſtantiæ ſunt indiuidua, vt ſortes & Plato, & ſecundæ ſubſtantiæ ſunt ſpecies & genera, vt homo & animal, & declarauit ꝙ primæ ſubſtantiæ ſunt multo magis ſubſtantiæ quàm ſpecies & geneta, & ꝙ ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus, & vna ſubſtantia prima non eſt magis ſubſtãtia quàm alia ſubſtantia prima, & aſsignauit cauſam propter quam indiuidua dicuntur ſubſtantiæ primæ. quoniam omnia quæ ſunt aut ſunt in ipſis, aut prędicãtur de ipſis, in hoc textu reddit cauſam propter quam ſpecies de prædicamento ſubſtantiæ, & genera dicuntut ſecundæ ſubſtantiæ. Sed pro faciliori intelligentia Diuiditur iſte textus in duas partes principales, in prima Ar. aſsignat cauſam propter quam ſpecies & genera dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ, in 2. ibi (ſi quis) exemplo manifeſtat ſuum intentum; quo igitur ad primum, pro notitia eſt ſciendũ ꝙ indiuidua ſunt priora in eſſe, & ſunt ante ipſa vniuerſalia quę ſunt ſpecies, & genera, quę vniuerſalia ſunt poſteriora in eſſe, vt 1. de anima 8. inquit Ar. & 1. poſt. 162. Au. cum inquit, vniuerſale aut nihil eſt, aut poſterius eſt, & qm̃ ſicut res ſunt & ſe habent in eſſe ſic ſe habent in ordine, ex quo ſequitur ꝙ id quod eſt prius in eſſe, eſt prius in ordine, & prius in nomine, & poſterius in eſſe poſterius in ordine, & poſterius in nomine, & ſic indiuidua cum ſint priora in eſſe ſunt priora in ordine, & priora in nomine, & ideo vocãtur ſubſtantiæ primæ quo ſtante inquit Ar. (meritò igitur) ly igitur, eſt nota illationis, (meritò) .i. iure (poſt primas ſubſtantias) .i. indiuidua & ſingularia quę ſunt primę ſubſtantię, qm̃ ſunt priora in eſſe & in ordine & in nomine ſequuntur, inde ſpecies & genera (quæ dicuntur) .i. nominantur ſubſtantiæ ſecundæ, qm̃ genera & ſpecies ſunt poſterius & poſt indiuidua, & poſterius ordinantur & ſecundariò nominantur, indiuidua .n. ſunt ſubſtantię primę, qm̃ primò ſunt in eſſe primò in nomine, & ideo dicit Ar. (poſt) Sed Nota ꝙ ly (poſt) aliquando denotat tempus pręteritũm vt inquit Au. 1. phy. 56. & 8. phy. 10. quo pacto non accipitur hic, Aliquando. dicit ordinẽ temporis, Aliquãdo dicit ordinẽ ſm̃ eſſe, ſeu ordinẽ naturæ, vt patet in libro de ſubſtãtia orbis cap. 1. quo ſtante eſt dicendum, ꝙ ly poſt, hic accipitur pro vt dicit ordinem, & eſſe, nam ſicut indiuidua ſunt primæ ſubſtantiæ, qm̃ ſunt priora ſm̃ eſſe, & in ordine, meritò poſt primas ſubſtãtias genera & ſpecies ſunt ſubſtantiæ ſecundæ, & poſteriores in eſſe & in ordine, & in nomine, qm̃ poſteriora ſequuntur præcedentia, 5. met. 12. tanto magis qm̃ poſterius non eſt poſterius niſi reſpectu prius, 2. met. 10. fiat igitur talis ratio id dicitur ſecundum & poſterius quod immediatè ſequitur primum, ſed ſpecies & genera immediatè ſequuntur primas ſubſtantias, ergo ſpecies & genera dicunt̃ ſecundæ ſubſtantiæ.

Poſt quot modis dicitur.

¶ Dices, ò Ar. ſola genera & ſpecies dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ, an alia præter genera & ſpecies? *Dub.*

¶ Reſpondet Ar. & dicit (ſola hæc) q. d. ſolã genera, & ſpecies dicunt̃ ſubſtantiæ ſecundæ, & non alia. *Sol.*

¶ Iterũ Dices, & quarè ſola hæc & non alia? *Dub.*

¶ Reſpondet, aſsignando cauſam, vt ſcientificè loquatur, & dicit (ſola enim hæc) ly enim eſt ſignum redituum cauſæ .i. pro quia. ſed eſt ſciendum ꝙ ſpecies & genera & accidentia prædicantur de primis ſubſtantijs vt Petrus eſt homo, eſt animal & eſt albus, tamen horum omnium quæ prædicantur de ſubſtantijs primis ſola genera & ſpecies prædicantur in quid, & quiditatiuè, & vniuocè, ſecundum nomen & ſecundum rationem dicunt quiditatem & eſſentiã primarum ſubſtãtiarũ, accidentia verò ſi prędicantur de primis ſubſtantijs non pñr in quid non dicunt quiditatẽ & eſſentiã ipſarum, ſed prædicantur in quale, & æquiuocè, ſecundũ nomen tantũ, & non ſecundũ rationẽ; hoc ſtante, q. d. Ar. hac de cauſa ſpecies & genera dicuntur ſecũdæ ſubſtantiæ, quia (eorũ) i. inter ea quæ prædicantur de primis ſubſtantijs ſola hęc .i. genera & ſpecies indicãt primã ſubſtantiã .i. verè dicunt quid eſt ſubſtãtia prima, ac ſi digito mõſtraret ipſam. *Sol.*

Et nota ꝙ ly (ſolũ) ſumitur pluribus modis, primo .n. modo qñ aliquod eſt vnũ numero, vt ſolus mundus .i. vnus mundus; ſolus ſol, ſola luna, ſola terra, Franciſcus eſt ſolus filius .i. vnicus filius. Alio modo vt dicit diuiſionẽ vnius ab altero, vt ſi aliquis habet ſolam philoſophiã, & non medicinã Ar. hic ſumit ly ſola pro vt dicit diuiſionem, q. d. ꝙ inter illa quæ prædicantur de ſubſtantijs primis, ſola genera & ſpecies dicũt quid ſubſtantiarũ primarũ, vt excludat accidentia, quæ prædicãtur de primis ſubſtantijs tñ non dicũt quid ipſarũ ſed *Solum, quot modis dicatur.*

Nota ꝙ nõ omnes ſpecies dicũtur ſubſtãtiæ ſecundę, quoniã albedo, nigredo, fuſcedo, & palledo, ſunt ſpecies quæ nõ ſunt ſubſtãtiæ ſecũdæ, ſed ſunt accidẽtia, vt patet in cap. de qualitate, & ſunt in tertia ſpecie qualitatis, homo verò, equus, bos, & leo, ſunt ſpecies quæ ſunt ſubſtantię ſecũdę. Verũ nota ꝙ ſpecies ſunt duę q̃dam sũt quarũ genus eſt ſubſtãtia vt eſt animal & quędam quarũ genus ſt accidens, vt eſt color qñ .n. dicit Ar. ꝙ ſpecies ſunt ſubſtantiæ, loquit̃ de illis ſpeciebus quarũ genus eſt ſubſtãtia, nõ autẽ de illis ſpeciebus quarũ genus eſt accidẽs; qm̃ tales ſpecies nõ ſunt ſubſtãtiæ.

Quemdam enim hominem ſi quis aſsignauerit quid eſt, ſpeciem quidem, quàm genus aſsignando, familiarius demonſtrabit: & manifeſtius faciet hominem aſsignando, quàm animal. Aliorum verò omnium quicquid aſsignauerit quis, aſſignabit extraneè, velut album, aut currit, aut aliud quodcumque talium aſsignans. quarè meritò hæ ſolæ aliorum ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur.

In hac ſecūda parte textus Ar. exemplo declarat quomodo ſpecies & genera dicūt quiditatē, & oſtendūt atq; indicant primas ſubſtātias, & dicit, (ſi quis aſsignauerit) .i. ſi aliquis interrogauerit quid eſt quidā homo. *Sol.* q. d. Ar poterat reſpōdere tàm p ſpeciē quàm p genus, tū ordinate, & cū ordine aſsignādo ſpeciē familiarius & manifeſtius facit, magis .n. manifeſtā & clarā reddet quiditatē primę ſubſtātiæ aſsignanndo hominē, q̄ animal q. d. homo qui eſt ſpecies eſt familiarior & propinquior primę ſubſtantiæ, q̄ genus, quę ſpecies manifeſtius quidē, clarius, atq; diſtinctius dicit quid, & ſubſtantiā primarū ſubſtantiarū, qm̄ ſpecies explicat vltimā differētiā & totā rei eſſentiā, ſi .n. aliquis q̄ret quid eſt Petrus propriè & diſtinctè, & ordinatè reſpondebit ei, quis dicēs eſt homo ſed confuſe & ſine ordine & remotè reſpondebit dicens, eſt animal, qm̄ homo qui eſt ſpecies eſt prior animali quod eſt genus, qm̄ ſimplicia præcedunt cōpoſita 2. cæli 22. & partes præcedunt totū 2. poſt. 72. ſed ſpecies eſt principium generis, & eſt ſimplicior genere 2. poſt. 72. ergo ad interrogationē factam per quid de prima ſubſtantia licet poſsit reſponderi per ſpeciē & per genus, tū propinquius reſpondet ei per ſpeciē q̄ per genus, cū ſpecies ſit illi propinquior. ¶ Sed dices, ò Ar. ſi quis quæreret *Dub.* quid eſt ſortes & nō reſpōderet per ſpeciem nec per genus ſed per aliquod accidēs, quod nō eſt ſpecies, nec genus, dicēs v. g. ſortes eſt albus, vel eſt currēs, vel ambulās nūquid bene reſpondebit illi? ¶ Reſpondet Ar. & dicit, *Sol.* licet poſsit v. g. reſponderi, tū reſpondebit & aſsignabit extraneę .i. impropriè, per extranea .i. per illa quæ ſunt extra quiditatē, & per ea quæ nō indicant primas ſubſtātias & per cōſequens nō rectè, ſed male reſpondebit, q2 nō reſpondebit per ea per quæ debitè & cōueniēter reſpondere deberet & ideo infert concluſionē, & dicit, quarè meritò .i. iure & rationabiliter (hę ſolæ) .ſ. ſpecies ſecūdę ſubſtātiæ dicunt .i. appellant. ¶ Dices ſi ſolę ſpecies dicunt ſecundæ ſubſtātię ergò genera nō dicētur ſecūdæ ſubſtantiæ. ¶ Dicas q hic Ar. non nominat genera, ſed preſupponit ſupra dixiſſe, nominat .n. hic ſolū ſpecies quæ ſolæ hic nominant. ex quo fit talis ratio, illa merito & de iure & maxima cū ratione merent dici ſecūdę ſubſtātiæ quæ immediatè & propinquè indicāt quiditatē primarū ſubſtātiarū, & illa quæ nō indicāt quiditatē primarū ſubſtantiarū nō merēt dici ſecūdæ ſubſtātię, inferas ergo tu ſed ſola genera & ſpecies immediatè & propinquè indicant primas ſubſtātias, ergo genera & ſpecies merito dicunt ſecūdæ ſubſtātiæ. Sed Nota q non ſolū accidēs nō dicit quiditatē primæ ſubſtantiæ, ſed etiā vna prima ſubſtātia nō indicat quiditatē alterius, nec reſpondet ad quid vnius primæ ſubſtātiæ per alterā primā ſubſtantiam, non .n. dicimus quid eſt ſortes eſt Frāciſcus. ¶ Sed Dices, ſi accidētia nō dicunt quiditatē primarū ſubſtantiarū, & nō debēt aſsignari ad interrogationē factā per quid de primis ſubſtantijs, ergo nec genera nec ſpecies deberent aſsignari, qm̄ tam genera q̄ ſpecies ſunt accidentia; & probat ſic, nā quecumq; de ſubiecto dicunt accidētia ſunt 1. poſt. 33. ſed genera & ſpecies dicunt de ſubiecto vt patet per Porphyriū cap. de genere & 1. top. p Ar. ergo ſunt accidentia, ergo non dicūt quiditatē primarū ſubſtātiarū; ¶ Dicas q accidēs *Sol.* conſideratur duobus modis vno quidē modo vt diſtinguitur cōtra ſubſtātiā, Alio vero modo inquātùm nō exiſtit p ſe, tūc dicit q ſpecies & genera nō ſūt accidētia vt diſtinguuntur cōtra ſubſtantiā, qm̄ in ſe ſunt ſubſtantiæ ſed dicūtur accidentia inquantū non exiſtunt per ſe. ¶ Sed iterū Dices albedo, nigredo, quæ ſunt *Dub.* ſpecies coloris, & color eſt genus nō ſunt ſubſtantiæ, ſed hæc omnia ſunt accidentia, ergo ſpecies & genera nō ſunt ſubſtātiæ, & per cōſequens ſi quis reſpondebit per ſpeciē, & per genus ad interrogationem factā per quid de prima ſubſtātia extraneę, & per accidēs, inartificialiter & ſine artis regula reſpōdebit. ¶ Dicitur q ſpecies ſunt in duplici differen- *Sol.* tia aliæ ſunt in quibus ſunt indiuiduæ ſubſtātiæ, Aliæ verò ſunt in quibus ſunt indiuidua accidentium: tunc dicitur q non omnes ſpecies nec omnia genera ſunt ſecundę ſubſtantiæ, ſed tm̄ illæ ſpecies in quibus ſunt indiuidua ſubſtantię, vt eſt homo, capra, leo, & bos; illæ verò ſpecies in quibus ſunt indiuidua accidentium non ſunt ſubſtantiæ ſecundæ, vt ſunt albedo, nigredo; ſimiliter nec omnia genera ſunt ſubſtantiæ ſecūdæ ſed tm̄ illa genera illarū ſpecierū in quibus ſunt indiuidua ſubſtantiæ vt eſt animal; quod quidem perbellè reliquit Ariſt. quando dixit ſecundæ

autem ſubſtantię dicuntur ſpecies in quibus eæ quę principaliter ſubſtantiæ dicuntur inſunt, & hæ, & harũ ſpecierum genera, vt quidã homo, in ſpecie quidẽ eſt in homine, genus verò ſpeciei animal eſt; ſecũdæ igitur hę ſubſtantiæ dicuntur, vt eſt homo atq; animal.

Dub. ¶ Dices ꝙ ſpecies & genera potius deberent dici primæ ſubſtantię, ꝙ̃ ſecundæ, qm̃ ſpecies ſunt priores indiuiduis & genera ſunt priora ſpeciebus vt patet in cap. de Priori, & probatur ratione, nã id eſt prius à quo nõ conuertitur conſequẽtia, ſed ſpecies prędicatur de indiuiduo, & non conuertiť vt Franciſcus eſt homo & non è contra & homo eſt animal, & nõ ò contra, teſte Porphyrio in cap. de ſpecie, cũ dicit, ſuperiora prędicantur de inferioribus ſed non conuertunť cum illis.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ ly prius diciť duobus modis vno modo prius ſm̃ naturã, Alio modo prius ſm̃ ſenſum 1. poſt. 12. 1. phy. 2. 2. de anima 12. in libro de plantis cap. 1. 5. met. cap. de priori. 1. phy. 48. 49. 2. de anima 60. tũc dr̃, ꝙ ſpecies & genera ſunt priora, & dicunť primæ ſubſtantię, ſm̃ naturã, ſed indiuidua dicunť primę ſubſtãtiæ qm̃ ſunt priora ſm̃ ſenſum teſte Ar. 1. poſt 12. 1. phy. 3. 4. cæl. 61. 1. phy. 48. 49.

Rep. ¶ Sed Dices cõtra nã inquit Au. 2. de anima 63. ꝙ ſenſus non cõprehendit ſubſtãtias rerũ, ergo ſolutio eſt falſa.

Sol. ¶ Reſ̃det Au. 2. de anima. 65. & dicit ꝙ indiuiduæ ſunt priora ſm̃ ſenſum & cognoſcunť à ſenſu inquantũ ſunt ſubiecta accidentiũ, ꝗ primò cognoſcunť à ſenſu. v. g. viſus non ſentit fortẽ, ſed albũ quod eſt accidens, primò & ſecũdariò ſentit fortẽ qui eſt ſubſtãtia, vt clariſsime teſtať Ar. 2. de anima 65. & 134.

Dub. ¶ Dices ergo indiuidua non debẽt dici primæ ſubſtantiæ qm̃ primò cognoſcunť à ſenſu, ſed potius accidẽtia ſunt illa quæ deberent dici primæ ſubſtantiæ.

Sol. ¶ Dicas ꝙ accidentia primò occurrunt ſenſui, tamquàm obiectũ, ſed indiuidua primò occurrũt ſenſui & primò illi nota tãquàm prima ſubiectã repræſentantia ipſa accidentia.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ ſpecies & genera cõſideranť dupliciter; primo modo vt ſunt principia indiuiduorum, & ſic ſunt priora indiuiduis, Alio modo vt ſunt prędicamenta & ſic nõ ſunt priora, ſed ſunt poſteriora, qm̃ prædicata & vniuerſalia ſunt poſteriora ſingularibus, 1. de anima. 8. Ar. & Au. 1. poſt. 162.

Dub. ¶ Iterũ Dices Deus, & Mens ſunt primæ ſubſtantiæ 1. de par. an. cap. vltimo, ſimiliter anima eſt ſubſtantia prima 7. met. 39. forma eſt ſubſtantia prima 7. met. 53. quarè Ar. hic nominat ſola indiuidua primas ſubſtantias?

Sol. ¶ Dicitur ꝙ primũ dicitur duobus modis, vno modo ſm̃ ſenſum, Alio modo ſm̃ naturã, vt colligi poteſt ex locis ſuper allegatis, modo Deus, mens, anima, forma, & ſi quæ ſunt aliæ ſubſtantiæ primæ, dicũtur primæ ſecundum naturam, & dicuntur ſecundæ ſecundum ſenſum, indiuidua verò ſunt ſubſtantiæ primæ ſecundum ſenſum, Ar. hic non conſiderat de ſubſtantijs primis ſecundũ naturam, ſed ſolum de ſubſtantijs primis ſecundum ſenſum, quoniã illę primæ ſm̃ naturam ſunt inſenſibiles illæ vero quę ſunt primæ ſecundũ ſenſum ſunt ſubſtantiæ ſenſibiles, quæ verò ſunt propinquæ ſenſui, inſenſibiles verò ſunt remotæ à ſenſibus 1. de par. an. cap. vltimo.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ ſubſtantię primæ ſunt duobus modis quædã ſunt ſimplices & quędam ſunt cõpoſitę tunc diciť ꝙ Deus mens, forma, & anima ſunt ſubſtantiæ primæ ſimplices de quibus loqui in hoc capite nũquàm fuit Ar. intentio ſed tantũ de compoſitis ſignum eſt clariſsimum, quoniã omnia exempla ſua ſunt de ſubſtãtijs primis compoſitis, quando dicit, quidam homo, & quidam equus.

Dub. ¶ Dices ſi indiuidua ſunt ſubſtantiæ primæ, & ſpecies ſunt ſubſtantiæ ſecundæ, quarè dixit Ar. ꝙ genus eſt ſubſtantia ſecunda, & non dixit ꝙ genus eſt ſubſtantia tertia, vt eſt animal, & ſubſtantia quarta vt eſt corpus, animatum, & ſubſtantia quinta, vt eſt corpus, & demum ſubſtantia deberet dici ſubſtantia ſexta.

Sol. ¶ Dicitur ſed eſt Notandum quòd de ratione primæ ſubſtantiæ eſť ꝙ ſit ſubiectum de quo omnia alia prædicantur & in quo omnia alia ſunt, de ratione verò ſecundæ ſubſtantiæ eſt eſſe prędicatum in quid primæ ſubſtantiæ, quoniam igitur tam ſpecies quàm genera prędicantur in quid de prima ſubſtantia, & tam genus quàm ſpecies ſunt ſubiecta accidentium, ideo vtrumq; vocat ſecundã ſubſtantiam; ſi verò ſpecies ſubſtat pluribus & genus ſubſtat paucioribus, non per hoc genus debet dici ſubſtantia tertia & alia nec quarta, quinta, aut ſexta, & per cõſequens nõ oportet multiplicare vnã eſſe in ſecundo gradu, Aliã in tertio &c. ſed vtrũque in ſecũdo gradu, & ideo ſpecies & genus dicunť ſubſtãtiæ ſecũdę.

Dub. ¶ Sed Dices qñ ſpecies & genera prædicanť in quid de primis ſubſtãtijs, prędicanť ne per ſe?

Sol. ¶ Dicas ꝙ licet genus & ſpecies ſint p̃dicata quiditatiua primarũ ſubſtantiarũ quia dñt quiditatẽ ipſarũ, tñ non ſunt p̃dicata per ſe qm̃ tũc ſunt p̃dicata per ſe qñ accipiunť in definitione ſubiecti vniuerſalis, 1. poſt. 30. 35. 153. 154. modo primæ ſubſtantię nõ ſunt ſubiecta vniuerſalia ſed ſunt ſubiecta ſingularia, & ideò non ſunt prędicata per ſe ſed ſunt prædicata quiditatiua.

Rep. ¶ Sed Dices contra nam illa prędicata quę non ſunt per ſe ſunt p̃dicata per accidẽs, 1. poſt. 32. ſed ſpecies & genera nõ ſunt prędicata per ſe, ergo ſunt prędicata per accidẽs, & per conſequens non erunt prædicata quiditatiua.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ non ſunt per accidens vt diſtinguunť contra per ſe, ſed ſunt quiditatiua vt diſtinguunť cõtra accidentia,

quæ prædicant de ſubſtantijs primis; & non dicunt quiditatem primarũ ſubſtantiarum, *Dub.* ¶ Dices ſi ſpecies & genus ſunt prædicata quiditatiua, & dicunt quiditatem primarum ſubſtantiarum, quod nam iſtorum maxime dicit quiditatem primarum ſubſtantiarum, ſpecies an genus? iam enim certum eſt quòd magis ſpecies quàm genus, tamen in oppoſitum eſt locus Ar. 6. top. cap. 1. vbi inquit ꝙ eorũ quę ponuntur in definitione genus videt maxime ſubſtantiã ſignificare, ergo non ſpecies ſed genus, magis dicit quid primarũ ſubſtantiarum. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ genus dicit maxime ſubſtantiã & quid ipſarum ſpecierum, quoniam eſt propinquum & primum in definitione 7. met. 43. ſed ſpecies dicitꝫ magis, & maxime ſubſtantiam primarum ſubſtantiarum. *Dub.* ¶ Amplius Dices nam dictum eſt ꝙ ſpecies familiarius & ꝓpinquius dicit quid primarum ſubſtantiarum quàm genus, quoniã ſpecies eſt prior genere & propinquior primæ ſubſtantiæ quàm genus, contra hoc arguitur ſic, materia eſt prior forma 7. met. 35. 39. 4. phy. 49. ſed genus eſt materia 2. de anima 8. vbi dicitur ꝙ genus demonſtrat materiam 1. met. 17. 12. met. 14. 7. met. 43. & ſpecies eſt forma 1. phy. 60. 79. 2. phy. 28. ergo genus præcedit ſpeciem & per conſequens genus eſt propinquius primæ ſubſtantiæ quàm ſpecies, & genus familiarius dicit quid primarum ſubſtantiarum, & ad interrogationem factam per quid de prima ſubſtantia conuenientius debemus reſpondere per genus, quàm per ſpeciem. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ genus non eſt verè materia ſed methaphoricè & proportionabiliter vt inquit Porphyrius in cap. de Differentia. *Alia ſol.* ¶ Vel aliter dicas ꝙ genus eſt prius ſpecie ſecundum naturam, vt inquit Ar. in 5. met. & in hoc libro in cap. de priori, ſed ſpecies eſt prior genere quoniam genus eſt pars ſpeciei quia ponitur in definitione ſpeciei 1. phy. 5. 1. poſt. 30. & 6. top. 1. *Dub.* ¶ Amplius videtur ꝙ potius accidentia indicant ſubſtantiam quàm ſpecies & genera, & probatur ſic nam viſo hoc albo ſentimus ꝙ eſt ſortes & audita voce alicuius cognoſcimus ſubſtantiã illius, vt qdã do ſentimus vocẽ canis cognoſcimus canem & ad vocem hominis hominem, & talis hominis vt ſcipionis & ad vocem Fabritij vocem & ſubſtantiam Fabritij, ſimiliter per odorẽ cognoſcimus eſſe myrrham vel thus, vel ſtiracem, ſimiliter ad colorem cognoſcimus eſſe coruum, vel cignum & per dulcedinem cognoſcimus eſſe mel aut, ſaccharum ſimiliter tactu cognoſcimus panem, vel lapidem, & carnem, quorum omnium firmam poſuit concluſionem Ar. 1. de anima 11. vbi inquit ꝙ accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt. *Sol.* ¶ Reſpondet ad obiecta Ioannes Grammaticus vnico verbo & ſoluit omnia in 2. de anima 63. dicendo ꝙ omnia hæc accidentia indicant ſubſtantiam tamen non per ſe, & propriè, ſed per accidens, & impropriè.

Tex. 10.

Amplius, primæ ſubſtantiæ, eò quòd alijs omnibus ſubijciuntur, & omnia alia de illis prædicantur, vel in ipſis ſunt, propriſſimæ ſubſtantię dicuntur.

Cum Ar. valida ratione probaſſet ſpecies & genera eſſe ſecundas ſubſtãtias in hoc textu alia & validiori nunc ratione vult probare & confirmare, ꝙ poſt primas ſubſtantias ſectè ſunt poſitæ ſpecies & genera quæ ſunt ſubſtantiæ ſecundæ. Diuiditur iſte textus in duas partes in prima aſsignat cauſam propter quam primæ ſubſtantiæ dicuntur primæ & propriiſsimę ſubſtantiæ in ſecunda ibi (ſicut autem) facit rationẽ à ſimili & à proportione, probando ꝙ ſpecies & genera dicuntur ſecundę ſubſtantiæ, quo igitur ad primum (Amplius) dictio eſt denotans nouam rationem q. d. præter rationem iam dictam probantem ꝙ ſpecies & genera dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ; nunc iterum & de nouo alia noua ratione confirmatur, quòd ſcilicet ſpecies & genera dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ; & pro intelligentia eſt Notandum, ꝙ indiuidua (eo) propter hanc cauſam (dicuntur) ideſt vocantur propriiſsimæ ſubſubſtantiæ (quòd) ideſt quoniam (omnibus alijs ſubijciuntur) ¶ Dices quomodo primę ſubſtantiæ omnibus alijs ſubijciuntur? ¶ Reſpondet & dicit (&) pro ideſt (omnia alia) ideſt genera & ſpecies (de illis) ſcilicet ſubſtantijs primis prædicantur (vel in ipſis ſcilicet primis ſubſtantijs ſunt) veluti ſunt accidentia, vnde ſequitur ꝙ omnia quę ſunt ſiue fuerint ſecundæ ſubſtantiæ indigent primis, vt de eis prædicentur, ſiue fuerint accidentia vt poſsint eſſe & exiſtere, nã ſi ſubſtantiæ primę non eſſent nec eſſent ſpecies, nec genera, nec accidentia, patet igitur ex his cauſa propter quam primæ ſubſtantiæ propriiſsimæ ſubſtantię dicuntur & rectè inquit Ariſt. propriiſsimæ quoniam genus vt animal propriè dicitur ſubſtantia, ſpecies verò vt homo dicitur ſubſtantia magis propriè, indiuiduum verò vt ſortes propriiſſimè, & multo magis proprię quàm ſpecies & genus.

Sicut autem primæ ſubſtantiæ ad alia omnia ſe habent, ita genera & ſpecies primarum ſubſtantiarum

ad

ad reliqua omnia ſe habent, de his enim reliqua omnia prædicantur, quemdam .n. hominem dices grammaticum eſſe: ergo & hominem, & animal grammaticum dices, ſimiliter autem & in alijs.

In hac ſecunda parte textus Ar. facit rationem à ſimili, per quam probat ꝙ ſpecies & genera dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ, & dicit (ſicut autem primæ ſubſtantiæ ad omnia alia ſe habent) ideſt ſicuti & eo modo quo primæ ſubſtantiæ ſubijciuntur, ſic etiam eodem modo genera & ſpecies primarum ſubſtantiarum ad reliqua omnia ſcilicet ad accidentia ſe habent, ideſt ſic etiam & pari modo ſubijciuntur accidentibus omnibus. *Dub.* ¶ Dices quarè ſpecies & genera eodem modo ſe habent ad omnia ſicut primæ ſubſtantiæ? *Sol.* ¶ Reſpondet aſsignando cauſam, & dicit, (enim) pro quia (omnia) ſcilicet accidentia prædicantur de his, ſcilicet de ſpeciebus, & generibus ſicut prędicātur de primis ſubſtantijs. Dices, ò Ar. da mihi exemplum quomodo accidentia prędicantur de primis ſubſtantijs? Reſpondet & dat exemplum dicens (Dices quemdam hominem) ideſt quidam homo vt ſortes eſt grammaticus, ergo & hominem qui eſt ſpecies dices eſſe grammaticum eſſe dices & ſimiliter animal quod eſt genus etiam dices eſſe grammaticum: ex quibus clare patet ꝙ ly grammaticum quod eſt accidens prædicatur de quodam homine qui eſt ſubſtantia prima, & de homine qui eſt ſpecies, & de animali quod eſt genus. *Dub.* ¶ Dices ſi primæ ſubſtantiæ ſubijciuntur accidentibus, & ſecundæ ſubſtantiæ etiam ſubijciuntur accidentibus, quare ſubſtantiæ primæ dicuntur proprijſsime ſubſtantiæ, & genera & ſpecies non dicuntur proprijſsime ſubſtantiæ? *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ ideo indiuidua dicuntur primæ & proprijſsimæ ſubſtantiæ & genera & ſpecies non primæ ſed ſecūdæ quoniam indiuidua primò ſubijciuntur accidentibus, ſpecies verò & genera ſecundario ſubijciuntur, & quoniam nihil poſt primas ſubſtantias immediatè ſubijcitur accidentibus niſi ſpecies & genera dicuntur ſubſtantiæ ſecundariò, ex quo oritur talis ratio, illa ſolū dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ quæ poſt primas ſubſtantias ſubſtant omnibus alijs, ſed ſolū genera & ſpecies prædicamenti ſubſtantiæ poſt primas ſubſtantias ſubſtant omnibus alijs, ergo ſolum genera & ſpecies prędicamenti ſubſtantię dicuntur ſecundę ſubſtantiæ. *Dub.* ¶ Dices quare genera & ſpecies ſecundariò ſubſtant accidentibus? *Sol.* ¶ Dicas quoniam genera & ſpecies exiſtunt per primas ſubſtantias & ſecundariò, & ideo ſicut res ſe habet ad eſſe ſic ſe habet ad ſubſtare, ſed ſpecies & genera ſecundario exiſtunt, ergo ſecundariò accidentibus ſubſtant, vnde ſumitur ꝙ primæ ſubſtantiæ inquantum ꝙ primò exiſtunt & quo ad eſſe exiſtentiæ & inquantum primò ſubſtant accidentibus ſic præcedunt ſecundas ſubſtantias, ſubſtantiæ verò ſecundæ quo ad eſſe eſſentiæ & inquantum dant nomen & rationem ſubſtantijs primis ſic ſubſtantiæ ſecundæ ſunt priores ſubſtantijs primis, licet ſint poſteriores quo ad actum ſubſtandi. ¶ Dices quarè Ar. Dixit ſpecies & genera primarum ſubſtantiarum, & non dixit abſolutè ſpecies & genera ſine illa particula ſcilicet primarum ſubſtantiarum? ¶ Dicitur ad denotandum ꝙ ſolum illæ ſpecies & genera dicuntur ſubſtantiæ ſecundæ in quibus ſunt primæ ſubſtantiæ, & quæ continent primas ſubſtantias, ad differētiam illarum ſpecierum & generum quę non continent nec primas ſubſtantias nec illas habent, vt albedo & color. Vnde fiat hęc ratio, ſecundum tale reſpicit primum tale, ſed genera & ſpecies dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ, ergo reſpiciunt primas ſubſtantias & dicuntur ſecundæ ſubſtantiæ reſpectu primarum ſubſtantiarum, aliæ verò ſpecies & genera quæ non habent primas ſubſtantias non poſſunt dici ſecundæ ſubſtantiæ. *Dub.* ¶ Iterum Dices, quare dixit Ariſt. ꝙ alia omnia ideſt ſpecies & genera prædicantur de primis ſubſtantijs, & alia ſunt in ipſis, veluti ſunt accidentia, debebat enim dicere omnia ideſt tam ſecundæ ſubſtantiæ quàm accidentia prædicantur de illis, quoniam accidentia etiam prędicantur de primis ſubſtantijs. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ prædicatū eſt duplex aliud de ſubiecto, aliud eſt in ſubiecto, vt patet 1. perihermenias cap. de verbo 1. poſt. 178. 179. prædicatum de ſubiecto eſt prædicatum ſubſtantiale & dicit quid veluti eſt ſpecies & genus quæ dicunt quid primarum ſubſtantiarum, prædicatum verò in ſubiecto eſt accidens, & ſic quando dicitur ꝙ accidentia prædicantur intelligitur hoc modo ſcilicet in ſubiecto, ſecundæ verò ſubſtantiæ prædicantur de ſubiecto. *Dub.* ¶ Dices quando inquit Ar. ꝙ genera in plurali prædicantur de primis ſubſtantijs quę genera intelligit? *Sol.* ¶ Reſpondet Porphyrius in cap. de ſpecie & dicit ꝙ intelligit omnia genera, tam propinqua, quàm remota, & remotiſsima, in illis verbis quando aſſerit de quibus prædicatur ſpecies prædicatur etiam genus ſpeciei vſq; ad generaliſsimum. *Dub.* ¶ Dices contra nam genus pt ſecundum nomen, & ſecundum definitionem, ſed generaliſsimum non habet definitionem quoniam non habet genus ſupra

pra ipſum patet per Porphyrium in cap. de
Sol. ſpecie, ergo non prædicatur. ¶ Dicitur ꝙ licet generaliſsimum quod dicitur remotiſsimum non habeat definitionem tamen includitur eſſentialiter in ratione ſuorum inferiorum, & ſic prędicatur ſecundũ definitionem.
Petitio. ¶ Iterum Dices ſi genera & ſpecies ſubſtant accidentibus poſt primas ſubſtantias, quod nam iſtorum primò ſubſtat accidẽtibus, ſpecies vel genus? ¶
Reſp. Dicit ꝙ primò ſpecies ſubſtat accidentibus & deinde genus & Ideo dixit Ar. ꝙ ſpecies eſt propinquior primæ ſubſtantiæ quàm genus quoniam ſpecies primò ſubſtat accidentibus & genus eſt remotum à prima ſubſtantia, quia non primò ſed ſecundariò ſubſtat accidẽtibus vnde ſpecies quantũm ad modũ ſubſtandi eſt propinquior primæ ſubſtantiæ, quàm genus. ¶
Petitio. Dices quare Ar. dedit exemplum de grammatico dicens quidam homo eſt grammaticus, & non dixit quidam homo eſt albus? ¶
Reſp. Dicitur ꝙ rectè fecit hoc propter quãtitatem quæ ſolum ſubijcitur qualitatibus & accidentibus corporalibus & non qualitatibus ſpiritualibus ſubſtantia verò vt quidam homo ſubijcitur qualitatibus tam corporalibus quàm ſpiritualibus. ad denotandum igit ꝙ homo ſubijcitur tam corporalibus quàm ſpiritualibus Ideo dedit exemplum de grãmatica quæ eſt qualitas ſpiritualis poſſumus enim dicere homo eſt albus & homo eſt grammaticus.

Tex. 11. Commune autem omni ſubſtantiæ eſt in ſubiecto non eſſe.

Poſtquàm Ar. notificauit cauſam propter quàm ſubſtantiæ primæ dicuntur proprijſsimæ ſubſtantiæ, & cauſam propter quam genus & ſpecies dicuntur ſubſtantiæ ſecundæ, nunc vult declarare cõmunitates & proprietates omnium ſubſtantiarum in quibus omnes ſubſtantiæ tàm primæ quàm ſecũdæ conueniunt & ad inuicem differunt, cauſa intentionis eſt quoniam Intẽtiò Ar. eſt explicare ſubſtantiam & non potens definire ipſam attulit exempla tantùm de ipſa, vt patet ſupra, ideo nunc tradit proprietates ipſius ſubſtãtiæ, vt rectè inquit Porphyrius, quæ proprietates ſunt ſigna notificantia, vt dicit Ar. 1. de anima 11. dum inquit ꝙ accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt clarius 2. de anima 63. 134. quæ proprietates ſunt ſimiles definitioni ipſius ſubſtantię nam ſicut definitio ſoli & omni cuius eſt definitio competit, & cum illo conuertitur, ſic etiam proprium ſoli ineſt & omni cuius eſt proprium, & cõuertitur cum illo, & hæc eſt cauſa propter quam vult Ar. in hoc textu notificare proprietates ſubſtãtiæ ſemper enim debemus conari in vnaquaque re definitionem aſsignare dum verò definitioni locus non dabitur deſcriptione quę fit ex proprijs vtemur iuxta ſententiam Au. in 3. quęſito poſt melius eſt ſcire rem eo modo quo poſſumus quàm illam omnino ignorare, ideo pro textus intelligentia Diuiditur in quatuor partes in prima Ar. pręponit propoſitionem vniuerſalẽ declarandam quę eſt talis ſcilicet commune eſt omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe, in 2. ibi (prima namque ſubſtantia) probat inductione quòd prima ſubſtantia non eſt in ſubiecto per definitionem ſubſtantię primæ in tertia ibi (ſecundarum) inductione etiam manifeſtat ꝙ ſecunda ſubſtantia non eſt in ſubiecto, in 4. ibi (ſimiliter) complet inductionem. quo igitur ad primum inquit (cõmune) eſt Notandum ꝙ vbi eſt æquiuocatio ibi deceptio, & mala rerum intelligentia & quoniã ly commune dicitur multis modis ideo ne decipiamur opere pretium eſt videre quot modis ſumitur Primo enim modo pro vt non eſt ſingulare, ſed pro vt eſt exemplar omnibus ſingularibus, 3. met. vltimo 12. met. 4. 1. de anima 8. Alio modo vt eſt ens commune omnibus generibus entis, 4. met. 5. Alio modo pro eo quod eſt prius proprio 2. phy. 32. Alio modo pro eo quod omne & totum eſt commune, ſecundum partes verò non, ſed ſingulæ partes ſunt vnicuique propriæ vt eſt tota & vniuerſa terra quæ ſecundũ totum eſt omnibus hominibus cõmunis attamen ſecundum ſingulas partes eſt vniuſcuiuſque propria Alio modo pro eo quod quamuis in partes diuidi non poſsit, tamen ſecundum totum in vſum à multis ſumitur, vt equus, & ſeruus qui in multis fratribus in vſum cedit, & viciſsim Alio modo quod eſt commune poſt vſum propriũ alicuius .i. quo vtendo fit vnicuique propriũ dum aliquis vtitur poſt modum verò in communi relinquitur vt theatrum, balnum, equus, ſeruus, & cathedra, hæc enim cathedra dum ſecreta Ar. manifeſto & ſtudentibus declaro erit propria poſt verò lectionem relinquitur, & ſic communis appellatur, Alio modo dicitur cõmune pro vt eo quod totum ſecundum totum in nullas diuiſum partes & vno & eodem tempore pluribus eſt commune & quiſque participat illo ſecundum quod totum eſt, exemplum vt ſermo vel vox quæ vno & eodem tempore tota integra & non ſecundum aliquam partem ad plurium audientium aures peruenit veluti eſt vox lectoris quæ tota à ſtudentiũ auribus ſentitur Alio modo ſumitur commune pro eo quod eſt propriũ vt riſibile quod proprium ſpeciei humanæ, tamen eſt commune ad omnia indiuidua contenta ſub ſpecie humana, vt Petro, Franciſco, Aſcanio,

Quot modis dicitur commune.

&

& Hieronymo, & ſingulis alijs quod dicitur à Porphyrio in cap. de proprio ꝙ eſt illud quod competit omni ſoli, & ſemper his ſic ſtantibus quiſque qui veram vult profiteri doctrinã ſit certus ꝙ Ar. hic accipit ly commune pro proprio vltimo modo dicto à Porphyrio, nam cum voluerit dicere proprium autem eſt omni ſubſtantiæ dixit commune eſt omni ſubſtantiæ, accipit enim communitatem pro proprietate. (omni ſubſtantiæ) Nota ꝙ Ariſt. non dixit, ſubſtantię ſed dixit omni ſubſtantiæ, maximo quidem cum artificio, ad denotandum ꝙ illud quod eſt proprium eſt per ſe 1. poſt. 31. 36. & id quod eſt per ſe eſt de omni 1. poſt. 29. 30. 2. poſt. 95.

Petitio. Au. ideo dixit omni ſubſtantiæ. ¶ Dices ſubſtantia eſt duplex Alia ſimplex vt eſt materia & forma Alia compoſita ex materia & forma vt ſortes 2. de anima 2. 25. 7. met. 34. 35. 12. met. 14. Si proprium eſt omni ſubſtantiæ cui ſubſtantiæ ſimplici vel compoſitæ? *Reſp.* ¶ Reſpondet Alexander & dicit ꝙ competit ſubſtantiæ compoſitæ. *Rep.* ¶ Dices ſubſtantia compoſita eſt duplex Alia prima veluti eſt ſubſtantia ſingularis vt ſortes quæ eſt compoſita ex materia & forma, Alia ſecunda vt ſpecies quæ eſt compoſita ex genere & differentia teſte Porphyrio in cap. de differentia vt homo & genus vt animal cui ſubſtantiæ compoſitæ eſt proprium non eſſe in ſubiecto primæ vel ſecundæ? ¶ Reſpondet Ar. & dicit tàm primæ quàm ſecũdæ & ideo dixit omni ſubſtantiæ.

Petitio. ¶ Dices, ò Ar. quod eſt illud quod eſt commune ſeu propriũ omni ſubſtantiæ compoſitæ, primæ, & ſecundæ, Indiuiduo, nempè & ſpeciei & generi? *Reſp.* ¶ Reſpondet Ar. & dicit ſi tu neſcis quod eſt illud quod eſt proprium omni ſubſtantiæ dico ꝙ eſt hoc, ſcilicet (non eſſe in ſubiecto) Iterum

Petitio. Dices, & quomodo competit hoc prædicatũ ſcilicet non eſſe in ſubiecto omni ſubſtantiæ per ſe vel per accidens. *Reſp.* ¶ Dices ꝙ competit per ſe & non per accidens quod probatur quoniam id quod competit alicui per definitionem ſuam illi competit per ſe 1. poſt. 30. ſed per definitionem ſubſtantiæ ſibi competit non eſſe in ſubiecto, ergo per ſe & non per accidens.

Petitio. ¶ Dices ſi non eſſe in ſubiecto non competit ſubſtantiæ cui competit? *Reſp.* ¶ Reſpondet Ar. in Antepredicamentis cap. 2. 1. top. cap. de accidente & dicit ꝙ competit accidẽti & probatur hac ratione id quod per ſe negatur à ſubſtantia per ſe affirmatur de accidente ſed non eſſe in ſubiecto per ſe negatur à ſubſtantia ergo per ſe affirmatur de accidente & ſic patet quòd non eſſe in ſubiecto competit ſubſtantiæ & eſſe in ſubiecto affirmatur de accidente quod probatur per definitionem accidentis 1. top. cap. de accidente.

Petitio. ¶ Dices quid ſibi vult ſubſtantia non eſt in ſubiecto? *Reſp.* ¶ Nota ꝙ eſſe in ſubiecto eſt definitio accidentis, vt patet ſupra, vnde id à quo negatur definitio alicuius ab illo etiam negatur illud cuius eſt definitio, ſed ab omni ſubſtantia negatur eſſe in ſubiecto quod eſt definitio accidentis, ergo ab omni ſubſtantia negatur accidens quod eſt definitum, vnde nil aliud eſt dicere proprium eſt omni ſubſtantiæ non eſſe in ſubiecto, quod eſt dicere omnis ſubſtantia per ſe non eſt accidens. quod quidem aſſerit Ar. 1. phy. 27. quando inquit quod vere eſt nulli accidit 1. phy. 30. clarius 2. de anima 65. ex dictis ergo ſequitur ꝙ ſola ſubſtantia compoſita non eſt in ſubiecto; ſed ſubſtantia ſimplex eſt in ſubiecto, hoc quidem videtur falſum habita tamen licentia ab Ar. & ab Alexandro nam id quod eſt proprium eſt per ſe 1. poſt. 30. 31. & quod eſt per ſe eſt de omni 1. poſt. 29. 30. 36. ſed proprium eſt ſubſtantiæ non eſſe in ſubiecto ergo omnis ſubſtantia non eſt in ſubiecto ergo tàm ſubſtantia compoſita quàm ſimplex non eſt in ſubiecto.

Sol. ¶ Reſpondetur concedendo ꝙ id quod eſt proprium eſt per ſe & quod eſt per ſe eſt de omni quod eſt einſdem generis & ordinis vnde quando inquit Ar. propriũ eſt omni ſubſtantiæ ideſt omnis ſubſtantia compoſita veluti eſt ſpecies & genus & induiduum non eſſe in ſubiecto.

Dub. ¶ Sed Dices ſi ſubſtantia ſimplex eſt in ſubiecto & accidens eſt in ſubiecto quomodo forma anima & cæteræ ſubſtantiæ ſimplices differunt ab accidente?

Sol. ¶ Dicas quod forma eſt in ſubiecto quod ſubſtentatur per illam ſed non eſt in ſubiecto per quod ipſa ſubſtentatur.

Prima namquè ſubſtantia nec in ſubiecto eſt, nec de ſubiecto aliquo dicitur.

Continuatur hæc ſecunda textus particula ad præcedentem hoc pacto cum Ar. propoſuiſſet illam vniuerſalem propoſitionem ſcilicet ꝙ omnis ſubſtantia non eſt in ſubiecto nunc illam eſſe veram inductione manifeſtat, & primò manifeſtat de ſubſtantia prima deinde de ſubſtantia ſecunda per aliam inductionem, quo ad primum inquit (primæ namque ſubſtantia) q. d. Ar. illa vniuerſalis propoſitio eſt vera ſcilicet omnis ſubſtantia non eſt in ſubiecto (namque) pro quia (prima) ideſt hæc prima ſubſtantia ſcilicet Petrus non eſt in ſubiecto & non ſolum non eſt in ſubiecto ſed etiam (nec de aliquo) ideſt de nullo ſubiecto prędicatur & patet per definitionem ſubſtantiæ primæ, ex quo ſequitur ꝙ ſi prima ſubſtantia non eſt in ſubiecto

nec

nec prædicatur de ſubiecto, ergo prima ſubſtantia eſt ſubiectum, quod explicat primo priorum cap. 23. & confirmat hac ratione nam id quod eſt ens per ſe exiſtens non eſt ens in alio exiſtens ſed ſubſtantia prima 7. met. 7. eſt ens per ſe exiſtens 1. poſt. 33. in Epit. met. tractatu primo cap. de eſſentia, ergo nō eſt ens in alio exiſtēs ſed eſt ens in quo omnia alia ſunt & ſic Ar. quando dicit omnis ſubſtantia prima non eſt in ſubiecto iſta negatio ſcilicet (non) dicit affirmationem, id eſt omnis ſubſtātia prima eſt & exiſtit per ſe, eſt ſubiectum per ſe, & non eſt in ſubiecto, & eſt per ſe ipſam, & inquantum ipſum ſed pro intelligentia eſt Notandum ꝙ officium inductionis eſt manifeſtare propoſitionem vniuerſalem inducendo omnia ſingularia 1. top. cap. 9. 2. priorum cap. de inductione. v. g. ſi volo manifeſtare hanc propoſitionem vniuerſalem eſſe veram ſcilicet ꝙ omnis homo eſt bipes oportet inducere omnes ſingulares homines dicendo ſic iſte homo eſt bipes, iſte homo eſt bipes iſte homo eſt bipes inducendo & ſemper repetendo ſingulares homines & quoniam inducere omnes homines ſingulares eſt impoſſibile quoniam ſunt infiniti & innumerabiles teſte Porphyrio in cap. de ſpecie ideo inductis & numeratis quibuſdam ſingularibus vtimur cautela topica dicendo & ſic de ſingulis ex quibus ſequitur vniuerſalis eſſe vera ſcilicet ergo omnis homo eſt bipes, ſic facit Ar. in hoc textu volens manifeſtare illam propoſitionem vniuerſalem ſcilicet, ꝙ omnis ſubſtantia non eſt in ſubiecto quam probat inductione ſic dicens hæc prima ſubſtantia non eſt in ſubiecto, & non eſt in ſubiecto, nec prædicatur de ſubiecto, ergo vera eſt illa propoſitio vniuerſalis

Dub. omnis ſubſtantia non eſt in ſubiecto. ¶ Sed Dices videtur ꝙ Ar. hic non facit inductionem quoniam ad manifeſtādam propoſitionem vniuerſalem requiruntur omnia ſingularia ſed Ar. hic non inducit omnia ſingularia nec plura ſed vnum tantum quando dicie, prima namque ſubſtantia nec eſt in ſu-

Sol. biecto nec de ſubiecto aliquo dicitur. ¶ Dicas, verum prius nota ꝙ inductio eſt duplex 2. priorum cap. de inductione 1. phy. 48. 2. phy 80. clarius 8. phy. 33. clariſsime 2. cæli 49. 59. Alia verò inductio eſt topica Alia eſt inductio demonſtratiua inductio topica eſt illa quæ ad hoc vt manifeſtet propoſitionem vniuerſalē oportet vt inducat omnia ſingularia ſed quoniam ſingularia ſunt infinita & innumerabilia vt dictum eſt ſupra, ideo aliquibus numeratis & inductis ars & ſcientia contentatur vti illa cautela topica dicendo & ſic de ſingulis, veluti facit Ar. 1. poſt. 1. 2. poſt. 15. 1. phy. 46. & 1. magnorū moralium cap. 2. Inductio verò demonſtratiua eſt illa quæ vt inferat propoſitionem vniuerſalem non oportet vt inducat omnia ſingularia ſed vnum tantum. v. g. iſte homo eſt riſibilis ergo omnis homo eſt riſibilis & cauſa eſt in promptu quoniam inductio demonſtratiua fit in materia neceſſaria & per ſe in qua tantum valet particularis quantum valet vniuerſalis quoniā in eſſentialibus & proprijs prædicatis id quod competit vni competit omnibus eiuſdem ſpeciei veluti recte ſcribit Au. 2. cæli 49. & 59. cum inquit luna eſt ſphæricæ figuræ ergo omnis ſtella eſt ſphæricæ figuræ, quibus ſic ſtātibus ſcias ꝙ Ar. hic non probat illam vniuerſalē propoſitionem per inductionem topicam, ſed per inductionem demonſtratiuam, & ideo inducit vnam tantum ſingularem ſubſtantiam dicens, hæc ſubſtantia prima non eſt in ſubiecto nec prædicatur de ſubiecto ergo vera eſt illa vniuerſalis omnis ſubſtantia prima non eſt in ſubiecto nec prædicatur de ſubiecto. ¶ Dices quare Ar. inducit vnam tantum ſubſtantiam ſingularem & per illam ſolam manifeſtat vniuerſalem? *Petitio.* ¶ Dicitur quoniam in prædicatis per ſe & neceſſarijs non oportet inducere omnia ſingularia ſed vnum tantū; quoniam quod cōpetit vni competit omni idem .n. eſt iudiciū partis & totius 3. cæl. 67. An. & quia nō eſſe in ſubiecto nec prædicari de ſubiecto eſt prędicatū per ſe & neceſſariū ſubſtātię ideo Ar. induxit vnū ſingulare, quod probatur valida ratione illud enim quod competit alicui per definitionē ſuam per ſe competit illi 1. poſt. 30. ſed per definitionem primę ſubſtantiæ ſibi competit hoc prædicatum ſcilicet nec eſſe in ſubiecto nec prædicari de ſubiecto vt patet in Anteprædicamentis cap. 2. 1. poſt, 4. 33. ergo non eſſe in ſubiecto nec prædicari de ſubiecto per ſe cōpetit primæ ſubſtantiæ & ſic de omni ergo omnis ſubſtantia nec eſt in ſubiecto nec prædicatur de ſubiecto. *Resp.* ¶ Vel Dicas ꝙ ſi Ar. hic facit inductionem topicam & inducit vnum ſingulare non per hoc eſt accuſandus de inſufficientia quoniā vnum ſingulare pro vt habet vim repreſentandi omnia ſingularia. *Alia reſponſio.*

Secundarum verò ſubſtantiarum conſtat quidem etiam ſic, quòd nulla eſt in ſubiecto. homo enim de ſubiecto quidem quodam homine dicitur; in ſubiecto verò non eſt: neque enim in quodam homine homo eſt, ſimiliter autem & animal de ſubiecto quidem dicitur quodam homine; non etiā eſt in quodā homine.

Poſt-

Poſtquàm Ariſt. manifeſtauit illam vniuerſalem propoſitionem eſſe veram ſcilicet quòd omnis ſubſtantia prima non eſt in ſubiecto nec prędicatur de ſubiecto nuuc vult manifeſtare aliam propoſitionem vniuerſalem eſſe veram ſcilicet ꝙ omnis ſubſtantia ſecunda non eſt in ſubiecto etiam per inductionem, pro maiore igitur huius partis intelligentia Diuiditur textus iſte in tres partes in prima proponit propoſitionem manifeſtandam ſcilicet, quòd nulla ſubſtantia ſecunda eſt in ſubiecto, in ſecunda ibi (homo enim) inductione manifeſtat illam in tertia ibi (Similiter autem) complet inductionem, quo igitur ad primum, inquit Ariſt. (ſecundarum verò ſubſtantiarum cõſtat etiam ſic) Pro intelligentia eſt ſciendum, quòd omnis ſubſtantia aut eſt prima & ſingularis, vt Petrus, aut ſecunda, vniuerſalis, quæ ſubſtantia ſecunda eſt duplex, Alia quæ dicitur ſpecies, vt homo, Aliæ quæ dicitur genus, vt animal, quo ſtante Ariſt. ſupra dixit, ꝙ omnis ſubſtantia ſiue fuerit prima, ſiue ſecunda, propriè & per ſe non eſt in ſubiecto, quod probauit inductione, nunc probat ꝙ ſubſtantia ſecunda tàm ſpecies quàm genus non eſt in ſubiecto, & dicit (ſecundarum verò ſubſtantiarum) ly verò dictio eſt denotans certitudinem, (etiam conſtat ſic) q.d. Ar. ꝙ non ſolum (conſtat) ideſt manifeſtum & certum eſt apud omnes, ꝙ omnis ſubſtantia prima non eſt in ſubiecto, ſed etiam (conſtat) (ſic) ideſt eodẽ modo manifeſtum, & certum eſt ꝙ nulla ſecũdarum ſubſtantiarum ideſt ꝙ nulla ſpecies & nullum genus eſt in ſubiecto. q.d. Ar. ſicut illa vniuerſalis eſt manifeſta ꝙ omnis ſubſtantia prima non eſt in ſubiecto, ſic etiam hæc alia propoſitio vniuerſalis eſt manifeſta & clara. ſcilicet ꝙ nulla ſubſtantia ſecunda ſiue fuerit ſpecies ſiue genus non eſt in ſubiecto. ¶ Dices, o Ar. quomodo eſt manifeſtum ꝙ nulla ſubſtantia ſecunda quæ eſt ſpecies non eſt in ſubiecto? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (enim) ſignum redditiuum cauſæ, aſsignat enim cauſam, & dicit, enim, pro quia (homo) adde tu qui eſt ſpecies (prædicatur ſolum de quodam homine) ideſt de ſubſtantia prima (in ſubiecto verò non eſt) verò pro ſed. q.d. homo qui prædicatur de quodam homine. q.d. Ariſt. ſubiectum eius eſt quidam homo (neque .n. in quodam homine homo eſt) enim, pro ſed, homo non eſt in quodam homine, ergo in ſubiecto non eſt (ſimiliter) nunc probat quòd ſecunda ſubſtantia quæ eſt genus non eſt in ſubiecto, quod probat à ſimili & complet inductionẽ, q. d. ſicut ſubſtantia ſecunda quæ eſt ſpecies proprie & per ſe nõ eſt in ſubiecto ſed ſolũ prædicatur de ſubiecto .ſ. de quodã homine, ſimiliter ideſt ſimili modo & ratione (aut) pro etiam animal genus quod eſt ſubſtantia ſecunda (dicitur) prædicatur de ſubiecto ſcilicet de quodam homine .i. de ſubſtantia prima (non enim eſt animal in quodã homine) etiam .i. ſic etiam animal nõ eſt in quodam homine vnde ſequitur ꝙ ſecundarũ ſubſtantiarum tàm ſpecies quàm genus non eſt in ſubiecto licet prædicentur de ſubiecto & probatur hac ratione nam illa quæ ſunt in ſubiecto poſſunt mutari ſed illa quæ ſunt ſubiecta non mutantur vt color qui eſt in corpore eodem corpore manente poteſt mutari vt ex albo in nigrum 1. phy. 43. ſed manentibus ſubſtantijs primis ſubſtantiæ ſecundæ vt eſt homo & animal non poſſunt mutari. ergo homo & animal ſubſtantiæ ſecundæ non ſunt in ſubiecto.

Petitio. ¶ Dices quid ſibi vult homo non eſt in ſubiecto in quodam homine? *Reſp.* ¶ Dicas ꝙ homo nõ eſt accidens ſiue qualitas inhærens exiſtens in quodam homine vt in ſubiecto probatur etiã quomodo ſubſtantiæ ſecundæ non ſunt in ſubiecto nam omnia quę ſunt in ſubiecto eorum etiam indiuidua ſunt in ſubiecto, v.g. color qui eſt vniuerſalis eſt in corpore vt patet in Antepręedicamẽtis cap. 2. ergo quidam color qui eſt indiuiduum eſt in corpore ſed primę ſubſtãtię q̃ ſunt indiuidua nõ ſunt in ſubiecto ergo nec homo nec animal ſecũdę ſubſtantię ſunt in ſubiecto patet igitur ex dictis nullam prorſus ſubſtantiam nec primam nec ſecundam eſſe in ſubiecto. *Dub.* ¶ Sed Dices ſi Ar. in illa propoſitione vniuerſali affirmatiua incluſit tàm ſubſtantiam primam quàm ſubſtantiam ſecundam quando dixit (proprium eſt omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe) quare nunc facit vniuerſalem negatiuam dicens nulla ſecunda ſubſtantia eſt in ſubiecto? *Sol.* ¶ Dicitur ſed pro intelligentia eſt Notandum quòd propoſitio vniuerſalis affirmatiua eſt contraria vniuerſali negatiuæ vt patet 1. perihermenias cap. 5. vt omnis homo eſt albus & nullus homo eſt albus vna iſtarum nullo modo coincidit cum altera ſed ad inuicem opponuntur ſed ſi in vniuerſali affirmatiua poſt ſubiectum ponitur negatio tunc vniuerſalis affirmatiua coincidit cum vniuerſali negatiua & conueniunt adeò quòd idem ſignificat vniuerſalis affirmatiua quod ſignificat vniuerſalis negatiua dicendo ſic omnis homo non eſt bipes idem eſt dicere quòd nullus homo eſt bipes: & nullus homo eſt bipes idem eſt ac ſi diceres omnis homo non eſt bipes à pari ſi diceres omnis ſubſtantia eſt in ſubiecto & nulla ſubſtantia eſt in ſubiecto ſunt contrariæ de facto & id quod ſignificat vniuerſalis. affirmatiua non ſignificat id quod ſignificat vniuerſalis negatiua ſed ſi ponas negationem poſt ſubiectum in vniuerſali af-

firmatiua dicendo ſic omnis ſubſtantia non
eſt in ſubiecto idem eſt dicere quòd nul-
la ſubſtantia eſt in ſubiecto & ſic vniuer-
ſalis affirmatiua coincidit cum vniuerſa-
li negatiua & vtraque idem ſignificat nam
quod negatur ab omni affirmatur de nullo
& quod affirmatur de nullo negatur ab om-
ni meritò igitur Ar. in hac parte textus di-
cit ꝙ nulla ſubſtantia ſecunda eſt in ſubiecto
quoniam dicendo ꝙ nulla ſubſtantia eſt in
ſubiecto dicit ꝙ omnis ſubſtantia non eſt in
ſubiecto & ſic bene fecit in principio textus
probando vniuerſalem affirmatiuam & bene
fecit hic probando vniuerſalem negatiuam
Dub. quoniam vtraque idem ſignificat. ¶ Sed ite-
rum Dices Ariſt. dixit ꝙ omnis ſubſtantia
non eſt in ſubiecto & non dixit ꝙ prædicatur
de ſubiecto & incluſit ſubſtantiam primam
& ſecundam. q. d. quòd tàm prima quàm ſe-
cunda ſubſtantia non eſt in ſubiecto quarè
deinde addidit dicens quòd ſecunda ſubſtan-
tia prædicatur de ſubiecto ſed non eſt in ſu-
Sol. biecto ? ¶ Dicas quòd Ar. adidit illam par-
ticulam ne aliquis crederet ꝙ per hoc ꝙ ſub-
ſtantia prima non eſt in ſubiecto & ſecunda
non eſt in ſubiecto ꝙ ſubſtantia ſecunda eſ-
ſet ſubſtantia prima ſed quoniā ſecunda dif-
fert à prima quoniam licet tàm prima quàm
ſecunda non ſit in ſubiecto tamen ſecunda
non eſt in ſubiecto, ſed prædicatur de ſubie-
cto, & ſic ſecunda differt à prima quoniā pri-
ma, nec eſt in ſubiecto, nec prędicatur de ſu-
biecto vt patet per eius definitionē, & meri-
tò non eſt in ſubiecto, ad differentiam acci-
dentis quod eſt in ſubiecto, nec prædicaſ de
ſubiecto ad differentiam ſecundarū ſubſtan-
tiarum quæ prædicanſ de ſubiecto vnde ſub-
ſtantia prima conuenit cum ſecunda penes
nō eſſe in ſubiecto ſed differt à ſecunda penes
Dub. prædicari de ſubiecto. ¶ Sed Dices id quod
prędicatur de ſubiecto eſt in ſubiecto aliter
non poſſet ꝑdicari de ſubiecto ſed ſubſtantia
ſecunda prædicatūr de quodā homine vti de
ſubiecto ergo eſt in quodam homine vti in
Sol. ſubiecto. ¶ Dicitur ꝙ prædicari de ſubiecto
ſtat dupliciter vno modò eſſentialiter, Alio
modo accidentaliter, tunc dicitur ꝙ ſi ſub-
ſtantię ſecundę prędicanſ de ſubiecto, prędi-
canſ eſſentialiter, & ſic non ſunt in ſubiecto,
ſed illa quę prędicanſ accidētaliter illa ſunt
Rep. in ſubiecto vt ſunt accidentia. ¶ Sed Dices
contra nam accidentia propria vt riſibile eſ-
ſentialiter, & alia prędicanſ de ſubiecto & tñ
ſunt in ſubiecto, ergo ſecūdę ſubſtātię ſi eſſen
tialiter ꝑdicantur de ſubiecto, ergo ſunt in ſu
Sol. biecto. ¶ Dicīſ ꝙ ꝑdicari eſſentialiter de ſu-
biecto intelligiſ duobus modis vno modo eſ-
ſentialiter accidentaliter, Alio modo eſſen-
tialiter ſubſtātialiter, tūc dicīſ ꝙ ſubſtantiæ
ſecūdę prędicanſ eſſentialiter ſubſtātialiter
& ſic nō ſunt in ſubiecto, ſed accidētia eſſen-
tialia prędicanſ eſſentialiter accidētaliter, &
ſic ſunt in ſubiecto. ¶ Vel Dicas ꝙ ſi ſubſtan- Alia ſol.
tię ſecūdę ſunt in ſubiecto ſed non ſunt in ſu-
biecto accidētaliter ſed ſubſtātialiter. ¶ Vel Alia ſol.
Dicas ꝙ aliquod eſſe in aliquo intelligiſ du-
pliciter vno modo vt accidēs in ſubiecto, A-
lio modo vt ſuperius in ſuo inferiori 4. phy.
23. quo ſtāte dicīſ ꝙ id quod prędicaſ de ali-
quo nō eſt in illo vt accidens in ſubiecto, ſed
eſt in illo vt ſuperius in ſuo inferiori, & ſic ſi
ſecundæ ſubſtantiæ prędicanſ de primis non
ſunt in primis vt accidens in ſubiecto, ſed vt
ſunt ſuperiora in ſuis inferioribus, veluti a ſ-
ſerit Porphyrius in cap. de ſpecie quādo di-
cit in partibus. n. totum eſt ideſt genus quod
eſt totum eſt in partibus ideſt in ſuis ſpecie-
bus & ſpecies ſunt in ſuis indiuiduis tāquàm
in ſuis partibus quę indiuidua ſunt partes ſu-
biectiuę ſpeciei ſicut ſpecies ſunt partes ſu-
biectiue generis de qbus indiuiduis ſpecies
prędicaſ & de ſpeciebus genus etiā prędicaſ.
¶ Vel Dicas ꝙ ſi homo qui eſt ſubſtātia prędi Alia ſol.
caſ de quodā homine & per cōſequens eſt in
quodā homine tāquàm in ſubiecto dicendū
ꝙ ſubiectū eſt duplex Aliud eſt ſubiectū prę-
dicationis Aliud eſt ſubiectū inhęſionis tunc
dicīſ, ꝙ ſi homo qui eſt ſpecies eſt in quodā
homine tāquam in ſubiecto nō eſt in ſubiecto
inhęſionis qm̄ eſſet accidēs ſed eſt in ſubie-
cto ꝑdicationis. ¶ Sed Dices quid eſt ſubiectū Dub.
inhęſionis ? ¶ Dicas ꝙ eſt ſubiectū quo indi- Sol.
get accidēs ad hoc vt exiſtat qm̄ accidēs nō
poteſt exiſtere ſi non habet ſubiectū cui ineſt
& in quo adhæret & hoc dicitur ſubiectū in-
hęſionis vt albū indiget vel lacte, vel calce,
cāphora, ſaccaro, aut cygno vel aliquo huiuſ
modi vt exiſtat. ¶ Dices quid eſt ſubiectū prę Dub.
dicationis ? ¶ Dicas ꝙ ſubſtātiæ ſecundę ſm̄ Sol.
ſuā naturā prędicanſ & eſſe earū eſt prędica-
ri aliter nō eſſent & ad hoc vt prędicenſ indi
gēt ſubiecto de quo prędicanſ & hoc ſubiectū
de quo ſecūdę ſubſtātiæ prędicātur ſunt pri-
mę ſubſtātię vnde ſecūdę ſubſtātiæ ad hoc vt
prędicenſ indigēt primis ſubſtātijs & ſi pri-
mę ſubſtātię nō eſſent vtiq; ſecūdę ſubſtantię
nō haberent ſubiectū de quo prædicarenſ &
ſic habes ꝙ primæ ſubſtātię ſunt ſubiectū prę
dicationis de quo ſecūdę ſubſtātiæ prædicā-
tur & ipſe met primę ſubſtātię ſunt ſubiectū
inhęſionis cui ſubiecto inſunt accidētia &
ideo dixit Ar. ꝙ ideò primę ſubſtātiæ dicunſ
proprijſsimè & maxime qm̄ omnia quæ ſunt
aut ſunt in ipſis vt ſunt accidentia aut prędi-
canſ de ipſis vt ſunt ſubſtātiæ ſecūdæ .i. om-
nia indigent ipſis vel ad exiſtentiam vel ad
prædicationem hinc dixit Ar. non exiſtenti-
bus primis ſubſtantijs impoſsibile eſt ali-
quid aliorum eſſe. q. d. ꝙ ſi primæ ſubſtantiæ
non eſſent vtique accidentia non haberent
ſubie-

ſubiectum in quo appodiarentur nec ſubie-
ctum in quo prædicarentur & ſecundæ ſub-
ſtantiæ non haberent de quo prædicarentur
vnde ſequitur ꝙ primæ ſubſtantię ſunt ſubie-
ctũ & fundamentum & columna ſubſtentans
omnia quæ prædicantur de ipſis & quæ ſunt
Dub. in ipſis. ¶ Sed dices ꝙ ſubſtantię ſecundæ ſunt
in ſubiecto ſicut accidentia ꝙ probatur ſic
nam id quod non eſt ſubſtantia eſt accidens
1. poſt. 32. id quod non eſt per ſe eſt per acci-
dens clarius in Antéprędicamẽtis cap. 2. cla-
riſsime 1. phy. 27. & 30. qđ vere eſt nulli ac-
cidit ſed ſubſtantiæ ſecundæ vti ſpecies & ge-
nus non ſunt ſubſtantiæ ergo ſunt accidẽtia
minor probaẽ ſic nullũ commune & vniuer-
ſale pluribus eſt ſubſtantia 7. met. 57. 1. met.
45. 10. met. 6. & 12. met. 2. & 21. ſed ſpecies &
genus ſunt in pluribus communia & vniuer-
ſalia Porphyrio teſte in cap. de ſpecie & Ari-
ſtotele 1. top. cap. de genere ergo tàm ſpecies
quàm genus non ſunt ſubſtantiæ ſed vere ac-
cidentia & per conſequens homo qui eſt ſpe-
cies & animal quod eſt genus eſt in quodam
Sol. homine tamquàm in ſubiecto. ¶ Dicitur ꝙ
ſpecies & genera conſiderantur duobus mo-
dis vno modo vt ſunt primę intentiones Alio
modo vt ſunt ſecundę intentiones tunc dici-
tur, ꝙ ſpecies & genera ſunt communia &
vniuerſalia & non ſunt ſubſtantiæ quando
conſiderantur vt ſecundæ intentiones ſed quñ
conſiderantur vt primę intentiones vt ho-
mo & animal: tunc ſunt ſubſtantiæ & ſic non
Rep. ſunt in ſubiecto. ¶ Sed Dices contra immò
vt ſunt primæ intentiones ſunt accidentia &
ſunt in ſubiecto 1. poſt. 33. ait Ariſt. ꝙ quæ-
cumque de ſubiecto prędicantur accidentia
ſunt ſed ſpecies & genus vt ſunt primæ inten-
tiones prædicantur de ſubiecto dicendo Pe-
trus eſt homo & Petrus eſt animal ergo vt
ſunt primę intentiones ſunt accidentia & ſic
ſiue vt primæ ſiue vt ſecundæ intentiones ſu-
mantur ſunt accidentia & ſunt in ſubiecto.
Sol. ¶ Dicitur ꝙ accidens dupliciter conſideraẽ
vno modo vt diſtinguitur cõtra ſubſtantiam
Alio modo vt non exiſtit per ſe tunc dicitur,
ꝙ ſpecies & genus vt primæ intẽtiones ſunt
accidentia, non vt diſtinguuntur contra ſub-
ſtantiam, quoniam ſunt ſubſtantiæ, ſed ſunt
accidentia inquantum non exiſtunt per ſe,
ſed ratione primarum ſubſtantiarum, in qui-
bus habent eſſe, vt rectè inquit Ar. 7. met.
37. dum inquit ꝙ nihil vniuerſalium ſepara-
Dub. tim præter ſingularia eſt. ¶ Dices partes
ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ 2. de anima 4. ſed
partes ſubſtantiæ ſunt in ſubiecto, ſcilicet
in corpore, vt pes & manus & aliæ partes
Sol. ergo ſubſtantia eſt in ſubiecto. ¶ Dicitur ꝙ
ſubſtantia eſt duplex Alia quæ dicitur tota,
vt totus ſortes, Alia quæ eſt pars totius, tũc
dicitur, ꝙ ſubſtantia vt tota non eſt in ſubie-
cto ſed ſubſtantia quæ eſt pars, eſt in ſubie-
cto, modo Ar. non loquitur de ſubſtantia quę
eſt pars, ſed loquitur de ſubſtantia quę eſt to-
ta. ¶ Dices contra, nam quædam manus eſt *Rep.*
ſubſtantia prima, vt inquit Ar. in cap. de qua-
litate, & tamen eſt in ſubiecto corpore, ergo
ſubſtantia prima eſt in ſubiecto. ¶ Dicitur ꝙ *Sol.*
ſubſtantia prima eſt duplex, Alia tota vt di-
ctum eſt Alia quæ eſt pars, tunc dicitur ꝙ
ſubſtantia prima tota non eſt in ſubiecto,
vt quidam homo, ſed illa quæ eſt pars eſt in
ſubiecto. ¶ Amplius inquit Ariſt. quòd om- *Dub.*
nis ſubſtantia non eſt in ſubiecto hoc vide-
tur falſum quoniam forma 2. de anima 2. 25.
12. met. 14. 7. met. 34. 35. eſt ſubſtantia & ta-
men forma eſt in ſubiecto 2. phy. 4. 21. forma
non definitur ſine materia 1. de anima 14. &
definiẽ per ſubiectum vt patet in definitione
animę 2. de anim. 5. & in corpore ſubiecto in
textu 26. ¶ Reſpondet Alexander & dicit ꝙ *Sol.*
ſubſtantia eſt duplex Alia ſimplex Alia com-
poſita tunc dicitẽ, ꝙ ſubſtantia cõpoſita non
eſt in ſubiecto, ſed ſimplex eſt in ſubiecto.
¶ Sed Dices contra nã anima eſt tota & cõ- *Rep.*
poſita 7. met. 39. 1. de anima 9. 10. quia habet
partes & anima eſt ſubſtantia prima, & eſt in
ſubiecto, 2. de anima 4. & 26. ergo ſubſtantia
cõpoſita eſt in ſubiecto. ¶ Diciẽ ꝙ anima eſt *Sol.*
tota reſpectu ſuarũ ſpecierũ, ſed eſt pars &
ſimplex, reſpectu corporis in quo eſt. ¶ Vel *Alia ſo.*
Dicas ꝙ anima & forma non eſt in ſubiecto
ꝓpriè, ſicut accidẽs, ſed impropriè, & æqui-
uocè, teſte Au. 2. phy. 4. & 2. de anima 4. ¶ Di- *Rep.*
ces cõtra nã id qđ aduenit enti in actu exi-
ſtenti eſt accidẽs 2. de anima 4. 2. phy. 4. ſed
anima aduenit corpori organico actu exi-
ſtenti 2. de anima 26. ergo anima eſt accidẽs
& eſt in ſubiecto vt accidẽs propriè nõ autẽ
Impropriè. ¶ Dicitur gloſando maiorẽ hoc *Sol.*
modo id eſt accidens quod aduenit enti exi-
ſtenti in actu vltimato & cõpleto per animã
non reducibili nec ordinabili ad vlteriorem
actũ & formã, modo ſi anima aduenit enti in
actu exiſtẽti nõ aduenit enti exiſtẽti in actu
vltimato, & ſic anima nõ eſt accidẽ, & nõ eſt
in ſubiecto, vt accidẽs, & propriè, ſed æquiuo-
cè, impropriè, & largè. ¶ Amplius ſubſtantia *Dub.*
prima eſt maximè ſubſtantia elementa ſunt
maxime ſubſtantiæ. 3. met. 17. & 3. cæli 1. quę
elemẽta ſunt in indiuiduo ergo maximè ſub-
ſtantia eſt in maxime ſubſtantia & maxi-
mum ſubiectum in maximo ſubiecto. ¶ Di- *Sol.*
citur quòd ſi elementa ſunt in indiuiduo, vt
in ſubiecto, non ſunt in illo, vt accidentia
illius, ſed ſunt in illo vt partes, & ſic ruit
ratio. ¶ Amplius animatum eſt ſubſtantia *Dub.*
compoſita 7. met. 37. ſed anima eſt anima-
tum vt ibidem patet ergo anima eſt ſubſtan-
tia compoſita ſed anima eſt in corpore 2.
de anima 4. 26. vt in ſubiecto ergo ſub-

ſtantia compoſita eſt in ſubiecto. ¶ Dici-
Sol. tur quòd quando inquit Ar. quòd anima eſt
animatum non Intelligit ꝙ ſit corpus ani-
matum in recto, ſed in obliquo, ideſt eſt pars
& forma corporis animati, vt exponit Ar. 2.
de anima 26. quando inquit anima non eſt
corpus, ſed eſt in corpore, & aliquid corpo-
Dub. ris. ¶ Amplius elemẽta ſunt ſubſtantię com-
poſitæ 2. de par. an. cap. 1. & tamen ſunt in
Sol. corpore. ¶ Dicitur ꝙ quando dicit Ariſt. ꝙ
ſubſtantia non eſt in ſubiecto, loquitur de
ſubſtantia compoſita, ex elementis, ſed ele-
menta ſunt ſubſtantiæ ſimplices, quæ non
Rep. ſunt compoſitæ ex elementis. ¶ Dices con-
tra immo elementa vt ignis aer aqua & ter-
ra ſunt compoſita ex elementis, 2. de par. an.
Sol. cap. 1. ¶ Dicitur ꝙ ſi elementa ſunt compo-
ſita ex elementis, non ſunt compoſita ex ele-
mentis ſibi ſimilibus, ſcilicet ex igne aere
aqua & terra ſed ſunt compoſita ex elemen-
tis ſimpliciſsimis ſcilicet ex materia & for-
ma & ſi talia elementa ſunt in ſubiecto, non
ſunt in ſubiecto vt accidentia. ſed vt partes
ſubiecti. Similiter forma eſt in ſubiecto non
vt recipiat perfectionẽ à ſubiecto, ſed vt det
perfectionem ſubiecto, nũ proprium eſt for-
mæ vt ſit in ſubiecto, & differt, ab accidente
quoniam accidens non eſt pars ſubſtantiæ
compoſitæ forma autem eſt pars ſubſtantiæ
compoſitæ 2. de anima 4. vnde forma eſt in
ſubiecto æquiuocè, & accidens eſt in ſubie-
cto, quoniam ſubiectum accidentis eſt cor-
pus, compoſitum, ex materia & forma; & eſt
exiſtens in actu, & non indiget in ſuo eſſe ac-
cidente, ſubiectum autem formæ non habet
eſſe in actu, & ſic differt ſubiectum acciden-
tis à ſubiecto formæ, vnde accidens eſt in ſu-
biecto corpore exiſtente in actu, forma ve-
Dub. rò eſt in materia quæ non eſt in actu. ¶ Am-
plius manus oculus pes & brachiũ ſunt ſub-
ſtantiæ, & ſunt in toto corpore, ergo ſub-
Sol. ſtantia eſt in ſubiecto. ¶ Dicitur ꝙ partes nõ
ſunt in toto ſicut accidens in ſubiecto, quo-
niam eſt alius modus eſſendi in quo partes
ſunt in ſuo toto, ab illo quo accidens eſt in
ſubiecto, quoniam pars integralis eſt de per-
fectione & compoſitione totius, quæ pars re-
quiritur ad completum eſſe totius, accidens
vero non eſt de perfectione ſubiecti nec de
eius compoſitione, & per partium ſepara-
tionem à ſuo toto corrumpitur quodam mo
do totum, accidens verò poteſt ſeparari à
ſubiecto præter ſubiecti corruptionem, &
pars integralis poteſt remanere ſeparata à
ſuo toto, ſed accidens non poteſt remanere
ſeparatum à ſuo toto, niſi fuerit ſupernatu-
raliter, quoniam ſecundum naturam acci-
dens ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens 1. top.
Ar. & Por. in ſuo libello cap. de accidente,
vnde quando dicit Ar. ꝙ ſubſtantia non eſt
in ſubiecto, loquitur de ſubſtantia compo-
ſita, vt eſt ſubſtantia prima & ſecunda.

Amplius, eorum quæ in ſubie- Tex. 12.
cto ſunt, nomen quidem de ſubie-
cto aliquando nihil prohibet prædi-
cari, rationem verò impoſsibile eſt.

Poſtquàm Ar. inductione manifeſtauit ꝙ omnis ſubſtantia ſiue fuerit prima, ſiue ſecunda, in ſubiecto non eſt, eo modo quo eſt accidens, nunc id vult ratione manifeſtare nempè inductione causa intentionis eſt quoniam ſubſtantia non eſt accidens. Diuiditur textus iſte in tres partes, in prima ponit maiorem, in ſecunda ibi (ſecundarum) ponit minorem, in tertia ibi (quarè) infert concluſionem, quo igitur ad primum inquit Ar. (Amplius) dictio eſt hęc quæ ſemper ſignificat aliquid noui, & nouam rationem, q. d. Ar. ſi non ſufficit ratio inductiua ſupra facta probans ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ non ſunt in ſubiecto, fiat alia ratio noua categorica, probans ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ non ſunt in
ſubiecto. ¶ Dices quarè Ar. duabus rationi- Dub.
bus probat ſecundas ſubſtantias non eſſe in ſubiecto, & vna tantum ratione probauit ꝙ
primæ ſubſtantiæ non ſunt in ſubiecto? ¶ Di- Sol.
cas quoniam per ſe manifeſtum eſt, & quaſi non indigens probatione ꝙ primæ ſubſtantiæ non ſunt in ſubiecto, ſed potius ſunt ſubiectum, vt patet 1. poſt. 33. & 7. met. 7. ſed quoniam quodammodo dubium eſt ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ ſunt in ſubiecto, Ideo iterum probat ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ non ſunt in ſubiecto. ¶ Dices quæ eſt cauſa dubitationis? hæc eſt quoniam ſecundæ ſubſtantiæ prædicantur de ſubiecto, & non exiſtunt per ſe, teſte Ar. 1. poſt. 33. quoniam ſolæ primæ ſubſtantiæ exiſtunt per ſe, ſed ſecundæ ſubſtantiæ exiſtũt in primis, & propter primas ſunt, & quoniam id quod prædicatur de ſubiecto habet quamdã imaginem, ſiue præſentiam, ꝙ ſit in ſubiecto, Ideo Ar. ad maiorem cautelam, & certitudinẽ, confirmationem, & ad hoc vt omnis dubitatio penitus remoueatur Iterum & de nouo probat, ꝙ ſecũdæ ſubſtantiæ non ſunt in ſubiecto, & hæc eſt cauſa dubitationis. facit ergo Ar. ſecundam rationem in forma hoc modo omne illud quod eſt in ſubiecto nõ prædicatur de ſubiecto ſecundum nomen & ſecundum rationem, ſed ſecundum nomen tantum, ſed omnes ſecundæ ſubſtantiæ prædicantur de ſubiecto ſecundũ nomen & ſecundum rationem, ergo nulla ſecunda ſubſtantia eſt in ſubiecto. Alio modo poteſt formari ratio illa ſunt in ſubiecto, quorum ſolum nomen prædicatur de ſubiecto, &

non

non ratio ipſorum, ſed ſecundarum ſubſtan-
tiarum, & nomen & ratio prædicatur de ſu-
biecto; ergo ſecundæ ſubſtantiæ non ſunt in
ſubiecto. Alio modo poteſt fieri hæc ratio
eorum quæ ſunt in ſubiecto nomen de ſubie-
cto prædicatur, ſed eorum ratio de ſubiecto
non prædicatur, ſed ſecundarum ſubſtantia-
rum nomen & ratio de ſubiecto prædicatur,
ergo ſecundæ ſubſtantiç non ſunt eorum quç
ſunt in ſubiecto. Alio modo poteſt formari
iſta ratio illa numerantur in numero & ſunt
de genere eorum quæ ſunt in ſubiecto, quo-
rum nomen & nõ ratio prædicatur de ſubie-
cto, ſed ſecundarum ſubſtantiarum & nomen
& ratio prædicatur de ſubiecto, ergo ſecun-
dç ſubſtantiæ nõ numerantur in numero, nec
ſunt de genere eorum quæ ſunt in ſubiecto.
Petitio. ¶ Dices quæ ſunt illa quæ ſunt in ſubiecto?
Reſp. ¶ Reſpondet Ar. in Anteprædicamentis cap.
2. & dicit ꝙ ſunt accidentia ergo ſi acciden-
tia dicuntur illa quæ ſunt in ſubiecto, ratio
Ar. non concludit aliud, niſi ꝙ ſecundæ ſub-
ſtantiç non ſunt accidentia, vnde pro clario-
ri intelligentia dicatur ſic, accidentium quç
ſunt in ſubiecto nomen ſolum & non ratio ip-
ſorum prædicatur de ſubiecto, ſed ſecunda-
rum ſubſtantiarum nomen & ratio prædica-
tur de ſubiecto ergo ſecundæ ſubſtantiæ non
ſunt accidentia; & in hoc conſiſtit tota vis
rationis ad probandum ꝙ ſicut ſubſtantia
prima non eſt accidens & ſimiliter ſubſtan-
tia ſecunda non eſt accidens, exponamus
modo verba textus (eorum) pro Notitia eſt
ſciendum ꝙ entia ſunt duplicia, quçdam ſunt
ſubſtantiç & quçdam ſunt accidentia. 7. met.
à 2. vſque ad 7. illa verò quæ ſunt ſubſtantiæ
non ſunt in ſubiecto, illa verò quæ ſunt acci-
dentia ſunt in ſubiecto; quo ſtante Dicas
(eorũ) adde tu entium quæ in ſubiecto ſunt,
ideſt quæ nõ ſunt ſubiectum, & quæ non exi-
ſtunt per ſe, ſed ſunt & exiſtunt in ſubiecto,
habent eſſe & permanentiã in ſubiecto (no-
men) ideſt quid nominis ipſorum (nihil) .i.
non (phohibet) ideſt non prohibetur ab ar-
te neque à ſcientia, immo conuenit, & con-
ceditur ab arte & à ſcientia; ꝙ nomen ipſo-
Petitio. rum ſolum prædicetur de ſubiecto. ¶ Dices,
ò Ar. ſi poſsibile eſt nomen ipſorum prædi-
cari de ſubiecto, vellem ſcire eſt ne poſsibile
vel impoſsibile rationem & definitionem ip
Reſp. ſorum prædicari de ſubiecto? ¶ Reſpondet
Ar. & dicit (verò) q. d. certè conceditur ab
arte, & poſsibile eſt apud artem, ꝙ nomen
ipſorum prædicatur de ſubiecto, ſed (impoſ-
ſibile) ideſt non eſt poſsibile (rationem) ideſt
definitionem ipſorum prçdicari de ſubiecto,
hoc eſt licet nomen ipſorum poſsit prædicari
de ſubiecto, tamen ratio ideſt definitio ipſo-
Petitio. rum non prçdicatur de ſubiecto. ¶ Dices quç
ſunt iſta talia quæ ſunt in ſubiecto, & nomen
ſolum ipſorum de ſubiecto prædicatur ratio
verò non? ¶ Dicas ꝙ ſunt accidentia in con- Reſp.
creto vt album & nigrum. ¶ Dices da mihi Petitio.
exemplum ecce exemplum vt corpus eſt al-
bum hoc accidens ſcilicet album prçdicatur
de corpore tñ definitio albi q̃ eſt color diſ-
gregatiuus viſus non prædicat̃ de corpore
quoniam poſſumus dicere corpus eſt album
tamen non dicimus corpus eſt color, diſgre-
gatiuus viſus. ¶ Sed Dices contra nam regu- Rep.
la eſt Ar. in Antepredicamentis cap. 3. ꝙ id
quod pr̃ de prçdicato pr̃ etiam de ſubiecto il-
lius prædicati quod confirmatur à Porphy-
rio in cap. de ſpecie ſed album pr̃ de corpo-
re, & definitione albi pr̃ de albo, ergo defi-
nitio albi pr̃ de corpore, vnde ſicut dicimus
corpus eſt album ſic etiam poſſumus dicere,
ꝙ corpus eſt color diſgregatiuus viſus ergo
illa quæ ſunt in ſubiecto ſecundum nomen &
ſecundum rationem de ſubiecto prædican-
tur. ¶ Dicitur ꝙ ſi definitio albi prædicatur Sol.
de corpore non prædicatur eſſentialiter &
per ſe ſed accidentaliter nam ex modo quo
album definitum prædicatur de corpore eo-
dem modo de corpore prædicatur definitio
albi ſed album accidentaliter prædicatur de
corpore ergo definitio albi accidẽtaliter de
corpore prædicabit̃ qm̃ definitio & definitũ
idẽ ſunt 1. phy. 5. & 7. met. 40. ¶ Sed contra nã Rep.
inquit Au. 148. & 149. ꝙ album de ligno prç-
dicatur eſſentialiter ergo non accidentali-
ter. ¶ Dicitur ꝙ per ly (eſſentialiter Auer- Sol.
non intelligit per ſe, ſed intelligit naturali-
ter & ſic non ſolum ly album ſed quæcumq;
accidentia quæ de ſubiecto prædicantur na-
turaliter prædicantur, ſiue fuerint commu-
nia ſiue propria, tamen accidentia commu-
nia prædicantur naturaliter tantum, ſed ac-
cidentia propria prçdicantur naturaliter eſ-
ſentialiter. ¶ Dices dictum Ar. eſt verum in Petitio.
omnibus quæ ſunt in ſubiecto ſcilicet quòd
nomen ſolum ipſorum prædicatur de ſubie-
cto & non ratio vel ſunt aliqua? ¶ Reſpon- Sol.
det Ar. & dicit non in omnibus ſed in aliqui-
bus quoniam. q. d. ſunt quædam quorum nec
nomen nec ratio prædicatur de ſubiecto ve-
luti ſunt accidẽtia in abſtracto in aliquibus
eſt verum ꝙ nomen & non ratio ipſorũ præ-
dicatur de ſubiecto vt ſunt accidẽtia in con-
creto. ¶ Dices ſi non ſunt omnia ſed quædã Petitio.
quorum nomen & non ratio prædicatur de
ſubiecto vellem ſcire nomen iſtorum prædi-
catur ſemper de ſubiecto vel aliquando & nõ
ſemper? ¶ Reſpondet Ar. q. d. non ſemper Reſp.
ſed aliquando. ¶ Dices quomodo intelligi-
tur ly (aliquando) pro intelligentia Nota ꝙ
ſunt quçdam in ſubiecto quç dant nomen ſu-
biecto. & illud nomen prædicatur de ſubie-
cto & illud nomen ſubiectum denominatur
ab illo nomine veluti corpus albũ eſt album
& di-

& dicitur album & nominatur album ly album eſt in ſubiecto corpore dat nomen corpori & denominatiue prædicatur de corpore deinde ſunt quædam in ſubiecto quæ non dant nomen ſubiecto & ſubiectum non denominatur ab illis vt virtus eſt in homine ſed homo non dicitur virtuoſus ſed potius officioſus vel ſtudioſus quo ſtante rectè dicit Ar. ꝙ eorum quæ ſunt in ſubiecto. q. d. non ſemper nomen prædicatur de ſubiecto ſed aliquando vnde ſumas ꝙ eorũ quę ſunt in ſubiecto quorundam nec nomen nec ratio prędicatur de ſubiecto veluti ſunt accidentia in abſtracto & quędam ſecundum nomen ſolum & non ſecundum rationem vt ſunt accidentia in concreto & accidentium in concreto quædam prædicantur ſecundum nomen quędam verò nõ prædicantur ſecundum nomen quorum omnium auctorem vocamus Ar. 9. met. 12. vbi inquit homo non dicitur albedo ſed albus nec ambulatio ſed ambulans & ſi accideus in abſtracto vt albedo eſt in ſubiecto non niſi ratione & intellectu & ſi prædicatur de ſubiecto non abſtractiue ſed concretiuè vt ſi diceremus Petrus eſt medicus medicus eſt ſciens ſcientia medicinali ergo Petrus eſt ſciens ſcientia medicinali & Petrus eſt albus albus eſt coloratus colore viſus diſgregatiuo & ſic concretiue accidentia ſiue fuerint propria ſiue communia de ſubiecto prędicantur & eorum definitiones abſtractiue verò nequaquã non enim Dicimus Petrus eſt albedo nec Petrus eſt riſibilitas ſed eſt albus & riſibilis.

Secundarum verò ſubſtantiarum de ſubiecto & ratio prædicatur, & nomen rationem enim hominis de quodam homine prædicabis, & animalis ſimiliter:

Cum ordinauit maiorem propoſitionem rationis faciende nunc ordinat minorem & dicit (verò) pro ſed (ſecundarum ſubſtantiarum) ideſt ſpeciei & generis (de ſubiecto) ideſt de prima ſubſtantia (&) q.d. non ſolum (ratio) ideſt definitio prædicatur (&) ideſt ſed etiam (nomen) adde tu ipſarum. q. d. ꝙ ratio definitio & nomen ſecundarum ſubſtantiarum prædicantur de ſubiecto ſicut ipſæ ſecundæ ſubſtantiæ prædicantur de ſubiecto & Nota quòd rectè dixit (de ſubiecto) & non dixit in ſubiecto denotando quòd ſpecies & genus ſunt prædicata quiditatiua quæ prędicantur de ſubiecto & non ſunt prędicata accidentalia quæ prædicantur in ſubiecto. *Petitio.* ¶ Dices quarè primo dixit (& ratio & poſtea dixit & nomen? *Reſp.* ¶ Dicas quoniam quando definitio alicuius prædicatur de aliquo ſine dubio de illo etiam prædicatur nomen illius & non è contra quoniã multa habent nomen quę non habent definitionem & ſi habent definitionem quid nominis non habent definitionem quid rei 1. poſt. 2. veluti ſphinx chymera tragelaſus mons aureus & hireo ceruus q̃ omnia ſunt nomina quæ non habent definitionem quoniam ſunt nõ entia quorum non ſunt definitiones 1. poſt. 10. & 2. poſt. 32. non entis non eſt quid (rationem enim hominis de quodam homine prædicabis) nunc Ar. probat quomodo ratio hominis prædicatur de ſubiecto & dicit tu prædicabis rationem ideſt definitionem hominis ſpeciei de quodam homine ideſt de Petro dicendo quidam homo ideſt Petrus eſt animal rationale *Petitio.* ¶ Dices quomodo valet hoc? *Reſp.* ¶ Dicas ꝙ de quocumque prædicatur definitum prædicatur etiam definitio illius definiti ſed homo qui eſt definitum prædicatur de quodam homine ergo definitio hominis etiam prædicatur de quodam homine vt patet in Antepredicamentis cap. 3. eoq; magis quoniam definitio eſt definitum 1. phy. 5. ſunt idem 7. met. 40. Sed Nota ꝙ licet animal rationale quod eſt definitio hominis prædicatur de homine ſpecie & de quodam homine tamen differenti modo quoniam prędicatur de homine primò & per ſe ſed prędicatur de quodam homine non primò ſed ſecundario quoniam in tantum quidam homo vt ſortes eſt animal rationale inquantum eſt homo 2. poſt. 94 *Petitio.* ¶ Dices quare Ar. probauit ꝙ ratio prędicatur de ſubiecto & non probauit ꝙ nomen ſecundarum ſubſtantiarum prædicatur de ſubiecto? *Reſp.* ¶ Dicas quoniam ſuperius probauit ꝙ hoc nomen ſcilicet homo & hoc nomen animal prædicatur de quodam homine vt de ſubiecto. *Dub.* ¶ Sed Dices contra nam ſi hic non probauit ꝙ nomen ſecundarum ſubſtantiarum prædicatur de ſubiecto quoniam ſuperius probauit ergo nec debebat probare hic ꝙ ratio ſecundarum ſubſtantiarum prædicatur de ſubiecto quoniam ſuperius probauit ꝙ definitio ſecundarum ſubſtantiarum prædicatur de ſubiecto. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ hic non probat ꝙ nomen ſecundarum ſubſtantiarum prædicatur de ſubiecto quoniam præſupponit hoc tanquàm notum & ſupra probatum. *Rep.* ¶ Dices ergo nec debebat probare ꝙ ratio ſecundarum ſubſtantiarum prædicatur de ſubiecto ſed debebat ſupponere tanquàm notum & probatum. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ Ar. hic fuit coactus probare ꝙ ratio prædicatur quoniam aliquis poterat negare ꝙ ratio ſecundarum ſubſtantiarum prędicatur de ſubiecto. *Dub.* ¶ Dices ſi Ar. fuit coactus probare hoc q̃m erat coactus ſimiliter erat coactus ꝓbare ꝙ nomẽ ſecundarum ſubſtantiarũ prædicatur de ſubiecto

biecto

biecto quoniam hoc aliquis etiam poterat negare. ¶ Dices ꝙ non eſt coactus Ar. probare ꝙ nomen prædicatur de ſubiecto quoniam probando rationem prædicari de ſubiecto probauit etiam ꝙ nomen prædicatur de ſubiecto quoniam definitio ſupponit nomen definiti. v. g. ſi animal rationale quod eſt definitio hominis prædicatur de ſorte iã pręſupponitur quòd hoc nomen ſcilicet homo pędicatur de ſorte (& animalis ſimiliter) nunc probat Ar. ꝙ ſicut tu prædicabis definitionem hominis ſpeciei de quodam homine ſubiecto ſic etiam prædicabis definitionem animalis de ſubiecto quodam homine. q. d. ſicut definitio ſpeciei prædicatur de ſubiecto ſimiliter ideſt ſic eodem modo (&) ideſt etiã definitio animalis quod eſt genus prædicatur de quodam homine ideſt de ſubiecto nam ſicut dicimus Petrus eſt animal ſic etiam dicimus Petrus eſt ſubſtantia animata ſenſitiua quæ eſt definitio animalis teſte Porphyrio in capite de differentia.

Sol.

Quare non erit eorum ſubſtantia, quæ ſunt in ſubiecto.

Cum Ar. ordinauit maiorem & minorem quæ ſunt præmiſſe nunc ex his infert concluſionem quod denotat illa dictio (quare) quę aliquãdo dicit cauſam aliquando continuationem aliquando illationẽ aliquando concluſionem hic verò dicit concluſionem quæ ſequitur ex dictis Ideo inquit (quare) ideſt ergo. q. d. Ar. ex his duabus præmiſsis ſupradictis ſequitur hæc cõcluſio ſcilicet ſubſtantia ſupple tn ſecunda ideſt tàm ſpecies quàm genus non erit (eorum quæ ſunt in ſubiecto ideſt non numerantur inter ea quę ſunt in ſubiecto quoniã ad eò ſunt ſubſtantiæ quæ non ſunt accidentia quorum eſſe & natura eſt eſſe in ſubiecto ex quibus dictis oritur hæc ratio eorum quæ ſunt in ſubiecto nec nomen nec ratio ſed ſi in aliquibus nomen tamen numquàm ratio de ſubiecto prædicatur ſed ſecundarum ſubſtãtiarum non ſolum nomen ſed etiam ratio prædicatur de ſubiecto ergo ſecundæ ſubſtantiæ non ſunt in ſubiecto verum ſi ſunt in ſubiecto non ſunt in ſubiecto inhęſionis veluti ſunt accidentia ſed ſunt in ſubiecto prædicationis quod dicitur potius ſubiectum, de, & non ſubiectum, in, quod quidem nõ repugnat ſubſtantijs ſecundis. ¶ Dices contra nam accidens prædicatur de ſubiecto in Antepredicamentis cap. 2. vt corpus eſt album. ¶ Dicitur ꝙ quando accidens prædicatur de ſubiecto ly, de, ſumitur pro, in. q. d. accidens predicatur in ſubiecto quoniam ſicut res eſt ſic prædicatur ſed accidẽs eſt in ſubiecto ergo prędicatur in ſubiecto & non de ſubiecto recte etiam dixit Ar. ꝙ nomen & ratio ſecundarum ſubſtantiarum prędicatur de ſubiecto ad differentiam accidentis in abſtracto cuius neque nomen neque ratio de ſubiecto pręd icatur & ad differentiam accidentis in concreto cuius ſolum nomen de ſubiecto prædicatur & non ratio. ¶ Dices ꝙ animal quod eſt ſecunda ſubſtantia nõ pręd icatur de homine nec de quodam homine nec definitio animalis & probatur ſic id dicitur animal quod non mouetur nec mutat locum 2. de anima 16. Sed quidam homo vt ſortes mouetur & mutat locum ergo quidam homo non eſt animal & per conſequens definitio animalis non prædicatur de quodam homine quod probatur ſic à quo remouetur & negatur definitum quod eſt nomen 1. phy. 5. ab illo quoque remouetur & negatur & de illo non prædicatur definito illius definiti ſed à quodam homine remouetur & negatur, & de illo non prædicatur animal ergo a quodã homine remouetur, negatur & de quodam homine non prædicatur definitio animalis. ex quo ſequitur ꝙ non poſſumus dicere quidam homo eſt animal, neque quidam homo eſt ſubſtantia animata ſenſitiua. ¶ Dicas, ſed pro intelligentia ſolutionis eſt ſciendum, ꝙ animalium quædam ſunt perfecta vt homo, leo, bos, equus, & ſimilia, quæ mouentur de loco ad locum, & mutant locum, & Quædam animalia imperfecta, quæ non mouentur, nec mutant locum, ſed ſunt fixa, & firmatæ in vno loco quæ numquam de vno loco ad alium locũ mouentur, veluti ſunt zoophyta, a græcus ſic dicta, à latinis verò plantanimalia, quaſi media inter plantas & animalia, vt oſtreæ & alia quę vulgo dicũtur patellæ ſpeæ ſpondilia & omnia animalia lapidibus affixa, qua animalium habita diſtinctione, Dicas, ꝙ Antiqui expoſitores dicebant ꝙ hæc talia ſcopulis & Petris affixa quę non mouentur de loco ad locum nec mutant locum, non ſunt animalia, quoniam non mouentur nec mutant locum Ariſt. verò aſſerit contra antiquos, ꝙ licet hæc non mutent locum, tamen dicuntur animalia, quoniã non ſufficit dicere non mouentur nec mutant locum ergo non ſunt animalia, ſed requiritur alia conditio ſcilicet & non habeant aliquẽ ſenſum, modo quamuis hæc non moueantur, nec mutent locum, quia, tamen habent ſenſum tactus, ideo ſunt animalia, verum non perfecta & ita forte putauit antiquitas ſufficit enim habere vegetationem illa ergo ad differentiam plantarum dicta ſunt quæ ſcilicet plantæ mutant locum, nec habent ſenſum tactus ideo non ſunt animalia ſcilicet perfecta dicimus igitur ꝙ quidam homo eſt animal, & eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, quoniam mouetur, mutant locum, & habet ſen-

Rep. Sol. Dub. Sol.

ſenſum tactus & ſic nomina & ratio ſecundarum ſubſtantiarum de ſubiecto prædicantur.

Dub. ¶ Amplius quando ſunt duo quæ habent diuerſas definitiones nec nomen vnius nec ratio illius prædicatur de altero, vt homo & equus ſunt duo quę habent diuerſas definitiones nã homo eſt animal rationale equus eſt animal hinnibile, non enim dicimus homo eſt equus, ſed homo & animal ſunt duo, quę habent diuerſas definitiones, homo enim eſt animal rationale, & animal eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, ergo hoc nomen ſcilicet animal non prædicatur de homine, nec definitio animalis, & per conſequens non prædicatur de homine.

Sol. ¶ Dicas gloſando maiorem ꝙ quando ſunt duo quæ habent diuerſas definitiones, & vnum ſub ſe non continet & includit reliquum, tunc alterum non prædicatur de altero, veluti homo & equus, modo animal includit & ſub ſe continet hominẽ, ſicut, trigonum in tetragono, ideo hoc nomen ſcilicet animal, & definitio animalis prædicatur de homine & de quodam homine.

Tex. 13. Non eſt autem proprium ſubſtantiæ hoc: ſed & differentiá eorum eſt quæ non ſunt in ſubiecto bipes enim & greſsibile de ſubiecto quidem homine dicitur in ſubiecto vero non eſt. neque enim in homine eſt bipes, neque greſsibile. Ratio quoque differentiæ de illo prædicatur, de quocunque ipſa differentia dicitur velut ſi greſsibile de homine prædicatur, & ratio greſsibilis de homine prædicabitur, eſt enim homo greſsibilis.

Cum Ar. duplici medio inductione nempe manifeſtauit, & ſyllogiſmo probauit ꝙ ſubſtantia nõ eſt in ſubiecto nunc declarat ꝙ nõ eſt proprium ſubſtantiæ non eſſe in ſubiecto, cauſa intentionis eſt, ne aliquis credat ꝙ ſola ſubſtantia non eſt in ſubiecto. Diuiditur iſte textus in tres partes. in prima Ar. ponit concluſionem, in ſecunda ibi (ſed & differentia) aſsignat cauſam, adducendo inſtantiam, quare non competit ſoli ſubſtantiæ non eſſe in ſubiecto, in 3. ibi (velut ſi greſsibile) probat ratione, ꝙ differentia non eſt in ſubiecto, quo igitur ad primum, Dices, o Ar. non eſſe in ſubiecto competit ſoli ſubſtantiæ, an alteri à ſubſtantia? Reſpondens ait (autem) pro certe, remouendo omnem ambiguitatem (hoc) ſcilicet prædicatum non eſſe in ſubiecto (non eſt proprium) ideſt non competit ſoli ſubſtantiæ. ¶ Dices cui competit præter ſubſtantiam? inquit (ſed &) ideſt ſed etiam (Differentia eorum eſt) ideſt numeratur in numero eorum quæ in ſubiecto non ſunt; vnde fiat hæc ratio, id non eſt proprium alicui quod competit alteri ab illo, 1. top. Ariſt. & in cap. de proprio Porphyrius, ſed non eſſe in ſubiecto competit ſubſtantiæ, & differentiæ quæ eſt altera ab ipſa ſubſtantia, ergo hoc prædicatum non eſſe in ſubiecto non eſt propriũ ſubſtantiæ, & ſi eſt proprium ſubſtantiæ, non eſt proprium propriè ſcilicet quarto modo dictum, ſed communiter, & impropriè. Amplius ſi differentia eſſet in ſubiecto, tunc ſecundum nomen tantum prædicaretur de ſubiecto, & non ſecundum rationem, vt patet quando dixit (eorum quæ ſunt in ſubiecto in plurimis quidem neque nomen de ſubiecto neque ratio prædicatur, in pluribus autem nomen quidẽ nihil prohibet prædicari de ſubiecto) adde minorem ſed differentia non ſolum ſecundum nomen ſed etiam ſecundum rationem de ſubiecto prædicatur, ergo differentia non eſt in ſubiecto. ¶ Dices quomodo probatur ꝙ differentiá ſecundum nomen & ſecundum rationem de ſubiecto prædicatur? ¶ Reſpondet & dicit (bipes enim & greſsibile) q. d. bipes & greſsibile quod eſt differentia (dicitur) ideſt prædicatur de ſubiecto. Dices de quo ſubiecto? Reſpondet & dicit (de quodam homine) vt quidam homo eſt bipes, & eſt greſsibilis.

¶ Dices ſi bipes & gſeſsibile quæ ſunt differentiæ prædicãtur de ſubiecto, de quodam homine, ſunt etiam in ſubiecto in quodam homine? Dub.

¶ Reſpondet (in ſubiecto vero non eſt) verò pro certe, vel pro ſed, q. d. tam bipes, quàm hęc differentia greſsibile, prædicatur de ſubiecto, ſed non eſt in ſubiecto. Sol.

¶ Dices ſi differentia prædicatur de ſubiecto ſecundum nomen, prædicatur ne etiam ſecundum rationem? Dub.

¶ Reſpondet Ar. & dicit (Ratio quoque differentiæ de illo prædicatur de quocunque ipſa differentia dicitur) q. d. Ar. non ſolum nomen differentiæ prædicatur de ſubiecto (quoque) ſed etiam (Ratio) ideſt definitio differentiæ prædicatur (de quocunque) ſcilicet ſubiecto de quo (dicitur) ideſt prædicatur nomen differentiæ, iuxta regulam in Antepredicamentis cap. 3. quecunque prædicantur de prædicato, prædicantur etiam de ſubiecto illius prædicati, ſed differentia prædicatur de quodam homine, ergo ratio differentiæ prædicatur de quodam homine. Sol.

¶ Dices da mihi exemplum, dat exemplum & dicit (ſi) pro quia (greſsibile prædicatur de homine, & ratio ideſt definitio greſsibilis Petitio.

de

de homine prædicabitur, dicendo ſic (eſt enim homo greſsibilis & homo eſt id quod per terram pedibus deambulat, ex quibus oritur talis ratio, id cuius nomen & ratio prædicatur de ſubiecto non eſt in ſubiecto, ſed nomen differentiæ & ratio prædicatur de ſubiecto, ergo differentia nõ eſt in ſubiecto.

Dub. ¶ Dices id quod non habet definitionem illius definitio de ſubiecto non prædicatur, quoniam nemo dat quod non habet, ſed differentia non habet definitionem ergo definitio differentiæ de ſubiecto non prædicatur, minor probatur qm̃ omnis definitio conſtat ex genere & differentia, 2. poſt. 69. & 7. met. 43. ſi differentia haberet definitionem tunc haberet aliã differentiã, & ſic differentiæ eſſet differentia & abiret proceſſus in infinitũ, vt inquit Au. in Epiſtola de primitate prædicatorum, quod quantum ſit contra Ariſt. ipſemet teſtis eſt 3. phy. cap. de infinito & 1. de gen. an. cap. 1. & confirmatur hac ratione, nam ſimplicium non ſunt definitiones, 8. met. 9. ſed differentiæ ſunt vltimæ & ſunt ſimplices vt ibidem patet & 2. phy. 28. ideo differentiæ non habent definitiones, ſed compoſitorum ſunt definitiones 1. poſt. 33. 7. met. 40. & 1. de anima 8. cum igitur differentia ſit ſimplex & non compoſita, inde ſequitur quòd differentia non habet rationem, reſtat igitur ꝙ differentia prædicatur ſolum ſecundum nomen & non ſm̃ definitionem.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ definitio eſt duplex, Alia quid rei, & proprie dicta, 1. poſt. 2. & 2. poſt. 32. Alia quid nominis, communiter & improprie dicta, quæ potius dicitur notificatio, declaratio, ſeu deſcriptio, tunc dicitur ꝙ differentia non habet definitionem quid rei, ſed habet definitionem quid nominis, quod quidem Porphyrius teſtatur quãdo de differentia quinque aſsignauit definitiones, non quid rei ſed quid nominis.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ Diffinitio eſt duplex Alia à priori, ſeu per cauſam dicta, Alia verò à poſteriori, tunc dicitur ꝙ differentia nõ habet definitionem à priori, ſeu per cauſam ſed à poſteriori, & per effectum.

Dub. ¶ Dices ſi differentia non habet definitioné, quare inquit Ar. ꝙ ratio differentiæ prædicat̃ de ſubiecto, cum ratio ſit definitio 1. phy. 60.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ ratio & definitio eſt in illis rebus quę habẽt definitioné, ſed in illis quæ non habent definitioné ratio non eſt definitio, ſed eſt quid communius ipſa definitione, & ꝙ ſit verum patet per Ar. 1. top. cap. de termino vbi dicit ꝙ terminus ideſt definitio eſt ratio quæ ratio in definitione termini tenet locum generis, nam valet dicere definitio eſt ratio, ſed non è contra, ratio eſt definitio & ſic tàm differentiæ quàm genera generaliſsima & omnia ſimplicia habent nomen & definitionem.

Dub. ¶ Dices accidentia prædicantur de ſubiecto ſecundũ nomen & non ſm̃ rationem ſed differẽtia eſt accidens teſte Porphyrio cap. de differentia ergo differentia ſm̃ nomen & non ſm̃ rationé de ſubiecto prędicat̃.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ differentia eſt triplex teſte Porphyrio cap. de differẽtia Alia cõmuniter, Alia propriè, Alia propriiſſime; tunc dicit̃ ꝙ differentia communiter & propriè eſt accidẽs & hæc prędicatur ſm̃ nomen, tantũ ſed quæ propriſsimè dicitur ſm̃ nomen & ſm̃ rationé de ſubiecto prædicatur.

Rep. ¶ Dices contra nam bipes & greſsibile ſunt differentiæ cõmunes & accidentales, qm̃ de pluribus ſpeciebus prædicantur, bipes .n. de homine pauone, gallina, anſere, & de multis alijs prędicat̃ ſimiliter & greſsibile ergo ſolutio eſt falſa.

Sol. ¶ Dicit̃ concedendo ꝙ bipes & greſsibile non ſunt differentiæ propriiſsimæ & ſubſtãtiales ꝑdicabiles de ſubiecto ſm̃ nomen & ſm̃ rationé, tamen hoc non eſt mirũ ſi Ar. dedit exemplũ de iſtis propter penuriam vocabulorũ, & propter famoſitaté & ponit eas loco differentiarũ, vt recte inquit Au. 2. de anima 67. de exemplo à quo non intenditur niſi manifeſtatio non verificatio.

Dub. ¶ Amplius clare videtur ꝙ differentia non eſt ſubſtantia ex verbis Ar. qñ dicit non eſt propriũ ſubſtantiæ non eſſe in ſubiecto, ſed differentia eorum eſt quæ in ſubiecto non ſunt, vnde liquido patet differentiam non eſſe ſubſtantiã.

Sol. ¶ Dicas reſolutè ꝙ differẽtia eſt ſubſtantia ſimplex ſed non eſt ſubſtãtia compoſita veluti eſt ſubſtantia prima vt ſortes, & etiã ſubſtantia ſecunda vt ſpecies homo, & genus animal.

Dub. ¶ Amplius forma eſt in materia 2. phy. 4. quæ materia eſt ſubiectum 2. phy. 4. 1. phy. 52. & 69. ſed forma eſt differentia 2. phy. 28. ergo differentia eſt in ſubiecto.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ forma eſt in materia non vt accidens in ſubiecto ſed vt pars illius.

Dub. ¶ Sed hic inſurgit grauis quæſtio, nũ differentia ſit ſubſtantia, vel accidens, vel medium, inter ſubſtantiam & accidens, verum quia de hac re foras mandauimus peculiare quæſitum quod per totum terrarum orbem eſt manifeſtum ideò candide lector ſi illud non vidiſti videas & pulcra, & vtilia doceberis.

Non conturbent autem nos ſubſtantiarum partes, quæ ita ſunt in toto, quaſi in ſubiecto ſint: ne forte cogamur eas non eſſe ſubſtantias confiteri nõ .n. ita ea quę ſunt in ſubiecto dicebãtur, quaſi vt partes ineſsẽt alicui.

Poſtquàm Ar. declarauit ꝙ accidens eſt id quod eſt in ſubiecto, & ꝙ ſubſtantia non eſt in ſubiecto, quoniam ſubſtantia non eſt

accidens, & ꝙ non eſt proprium ſubſtantię, ſed etiam differentiæ competit non eſſe in ſubiecto, in hoc textu mouet vnam dubitationem & ſoluit ipſam: propterea Diniditur iſte textus in tres partes, in prima admonet nos ꝙ non debemus turbari per illa quæ ſunt ſupradicta credendo ꝙ partes ſubſtãtiæ non ſint ſubſtantiæ in 2. ibi (non enim) ſoluit dubitationem: quo ad primum eſt ſciendum ꝙ Ar. dixit ſupra ꝙ accidentia ſunt illa quæ ſunt in ſubiecto, nunc inquit nos diximus ꝙ accidentia ſunt illa quæ ſunt in, ſubiecto. q. d. Ar. nunc circa hoc poſſumus cogi ad confitendum & dicẽdum eas ſcilicet partes ſubſtantiæ non eſſe ſubſtantias ideſt nos poſſumus turbari .i. dubitare de partibus ſubſtantiæ quoniam partes ſubſtantiæ ſunt in toto ergo ſunt accidentia & ratio format ſic quæ ſunt in ſubiecto ſunt accidentia ſed partes ſubſtantiæ ſunt in ſubiecto ergo partes ſubſtantiæ ſunt accidentia. quod eſt falſum qm̃ partes ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ 1. phy. 52. 2. de anima 4 primo de anima 2. ſequeretur etiã ꝙ ſubſtantia compoſita, quæ fit ex partibus fieret ex non ſubſtantijs pręterea ſequeretur ꝙ ſi partes ſubſtantię eſſent accidentia tunc non ſubſtantia eſſet prius ſubſtantia, veluti inquit Ar. 1. phy. 52. & 7. met. 47. 7. met. 4. & 1. phy. 14. impoſſibile. n. eſt nec ratione nec tempore nec generatione paſsiones priores ſubſtantia eſſe, ne igitur ſequantur hæc abſurda dicit Ar. non conturbent nos ſubſtantiarum partes. q. d. non oportet nos conturbari & dubitare de partibus ſubſtantiæ qm̃ ſi partes ſubſtantiæ ſunt in toto non ſunt in toto tãquàm in ſubiecto vt accidentia qm̃. q. d. Ar. differt dicere aliquod eſſe in toto & aliquod eſſe in ſubiecto, nã id quod eſt in ſubiecto eſt accidens, ſed partes ſubſtantiæ ſunt in toto vt partes eius vt patet in Antepredicamentis cap. 2. nã ſi quidquid eſt in aliquo id eſſent in ſubiecto partes ſubſtantiarum cum ſint in aliquo, ſ. in toto eſſent in ſubiecto, & ideo eſt Notandũ ꝙ eſſe in aliquo eſt vniuerſalius eo quod dicitur eſſe in ſubiecto, nam id quod eſt in ſubiecto eſt in alio ſed nõ quod eſt in alio eſt in ſubiecto, quoniã partes ſubſtantiæ ſunt in toto, tamen non ſunt in ſubiecto, vt patet de anima quæ eſt in alio 7. met. 40. 2. de anima 4. & 26. tamen non eſt in alio vt in ſubiecto, ſed eſt in alio ſcilicet in corpore vt in toto, & eſt pars totius, & conſtituit totum, ex quo eſt dicendum ꝙ eſſe in toto competit ſubſtantiæ, & eſſe in ſubiecto competit accidenti Alius. n. eſt modus eſſendi (in) vt accidens in ſubiecto & alius ſicut pars in toto (non enim ſic dicebamus) nunc Ariſt. ſoluit dubitationem & dicit quòd eſſe in ſubiecto ſumitur duobus modis, vno modo aliquod eſt in ſubiecto vt in toto, & eſt pars ſubiecti totius; Alio modo aliquod eſt in ſubiecto & non eſt pars ſubiecti vt patet in Antepręædicamentis cap. 2. tunc dicitur ꝙ ſi partes ſubſtantiæ ſunt in ſubiecto; non ſunt accidentia quę ſunt in ſubiecto inhęrenter, & per inhęrentiam & non ſunt partes ſubiecti, ſed ſunt in ſubiecto vt partes ſubiecti componentes ſubiectum totum, ex quibus dependet totum ſubiectum, vnde ſequitur ꝙ non omne quod eſt in ſubiecto eſt accidens. ¶ Dices quid intelligit Ar. per partes ſubſtantię? *Petitio.* ¶ Pro notitia eſt ſciendũ ꝙ partes ſubſtantię *Reſp.* ſunt plures quædã ſunt partes virtuales ſeu poteſtatiuæ, quædã ſunt partes relatiuę, quędã ſimplices ſimilares homeomerę, homogeneæ, eiuſdẽ naturæ, & eiuſdem generis 4. meteororũ 1. & cap. penultimo 2. de ge. & cor. 8. 1. de hiſt. an. cap. 1. 2. de par. an cap. 2. 5. met. cap. de parte 1. cæli 1. 5. met. cap. de elemẽto partes ſimilares ſunt plures Alię ſunt molles & humidæ vt caro ſanguis, ſanies, adeps, ſeuũ, medulla, genitura, lac, pituita, atrabilis, flauabilis; Alię verò ſunt partes ſimilares ſicçæ & ſolidę vt os, ſpina, neruus, vena, pili, villi, pellis, viſcus, & omnino illę dicunt partes ſimilares quę habent idẽ nomen & eandẽ definitionẽ, & eandẽ naturam cũ ſuo toto vt 1. de hiſt. an. cap. 1. 2. de par. an. cap. 2. & 8. phy. 15. vbi inquit Ar. ꝙ eadem eſt natura partis & totius, clarius tamen 1. cæli 19. 3. phy. 52. 4. cęli 73 80. 50. nec non 2. cęli 35. 92. clariſsimę 2. cęli 100. 102. 105. 4. cęli 22. & 1. cęli 58. & Nota ꝙ non ſolum partes ſimilares inueniuntur in animalibus, ſed etiam in plantis, vt lignum, cortex; foliũ, radix, inueniuntur etiam in metallis vt eſt æs, aurum, argentum, ſtannum, ferrum, 4. metheo. 48. Alię verò ſunt partes compoſitę, diſsimilares, officiales, Inſtrumentales, organicæ, anomehomeræ, ethereogeneę, diuerſi generis & naturę, vt eſt caput, collum, thorax, brachiũ, crus, manus, oculus, 1. de hiſt an. cap. 7. 4. metheororũ 48. 2. de par. an. cap. 2. Aliæ verò ſunt partes ſm̃ qualitatem ſeu eſſentiales vt materia & forma 7. met. 33. 1. phy. 5. & 36. Aliæ ſunt partes ſm̃ quantitatem vt ibidem patet ſeu integrales vt manus, pes, collum, caput, & alię partes diſsimilares. Aliæ ſunt partes cõmunes, Alię propriæ, 1. de hiſt. an. cap. 2. Aliæ ſunt partes formales, Aliæ verò materiales 7. met. 35. & 37. Alię ſunt partes ſenſibiles vt ſunt partes integrales vt manus, pes, & cetere. Alię ſunt partes intelligibiles veluti ſunt differẽtię, vt rationale, & mortale, quibus ſic ſtãtibus. ¶ Dices quę partes ſunt in toto? *Petitio.* ¶ Dicas ꝙ omnes *Sol.* ꝑdictę partes ſunt in toto. ¶ Dices ſi iſtę partes ſũt in toto & iſtę partes ſunt ſubſtãtię tũc *Petitio.* ſubſtãtia eſſet in ſubiecto & ſic ſubſtãtia non differret ab accidẽte. ¶ Dicas ꝙ partes ſunt in toto tñ differẽti modo ab accidẽte qm̃ partes

tes ſubſtãtię ſunt in ſubiecto cõſtitutiuę quia conſtituunt ſubiectum, accidens verò eſt in ſubiecto ſed conſtituitur à ſubiecto, partes ſubſtantiæ ſunt in ſubiecto perfectiuæ quia perficiunt ſubiectum, accidens verò eſt in ſubiecto, ſed perficitur à ſubiecto, partes ſubſtantiæ ſunt in ſubiecto completiuæ quia complent ſubiectum, dant eſſe ſubiecto, accidens verò eſt in ſubiecto ſed completur à ſubiecto, recipit eſſe à ſubiecto, partes ſubſtãtiæ ſunt in toto in ſeparabiliter, quia ſunt inſeparabiles à toto, accidens verò eſt in toto, & ſeparatur à toto, & ſi partes ſeparantur à toto, ſeparantur, cum corruptione totius, ſed accidens eſt in toto & poteſt ſeparari à toto ſine corruptione totius, reſumendo igitur omnia dicimus ꝙ partes ſubſtantiæ ſunt in toto perfectiuę, completiuę, conſtitutiuę, integratiuę, inſeparabiliter; accidentia verò ſunt: in toto & non conſtituunt, illud non complent, non perficiunt, non integrant totum, & ſic differenti modo ſunt in toto vt partes ſubſtantiæ & accidentia ſunt in toto non vt partes illius integrantes totũ quorum omnium concluſionem poſuit Ar. in Anteprædicamentis cap. 2. Au. 2. de anima 4. 2. phy. 4. qñ dicit hoc, .n. eſt proprium formæ vt ſit ſubſtantia in ſubiecto, & differt ab accidente, qm̃ accidens non eſt pars ſubſtãtiæ compoſitę, forma autem eſt pars ſubſtantię compoſitę; Amplius dicas ꝙ æquiuoce dicitur forma eſſe in ſubiecto, & accidens eſſe in ſubiecto. ¶ Sed Notatu dignũ eſt hoc quidnam intelligit Ar. per illam præpoſitionem (in) Nota ꝙ ly, (in) ſumitur multis modis, vno modo pro valdè, dicendo ſic hic textus eſt in difficilis .i. hic textus eſt valde difficilis; Alio modo pro non vt imperfectum .i. non perfectum, infertile, .i. non fertile. Alio modo pro contra vt aliquis commiſit in legem .i. contra legem, & contra præceptũ; Alio modo pro inter vt in flumen .i. inter flumen. Alio modo pro infra vt in diebus ſtatutis .i. infra dies ſtatutos. Alio modo pro vt promittis mihi centum in mille .i. aut mille. Alio modo, in, ideſt per vt 1. poſt. 4. vt in hunc modum diſciplina eſt, ideſt per hunc modum diſciplina eſt. Alio modo pro ſub, cum dixit Ar. ſecundæ ſubſtantiæ ſunt in quibus .i. ſub quibus. Alio modo pro, de vt 1. poſt. 148. 149. vt animal prędicatur in homine ideſt de homine. Alio modo pro vt eſt mera præpoſitio & hoc vltimo modo ſumitur hic vnde ſit ſenſus talis ſcilicet partes ſubſtantiæ ſunt in toto.

In, quot modis dicatur.

Petitio.

¶ Dices quid Ar. intelligit per ly totum? Nota ꝙ ly totum dicitur pluribus modis, & Primo modo totum integrale, vt domus reſpectu parietis, & tecti. Alio modo totum eſſentiale, vt homo qui coſtat ex anima & corpore; Alio modo totum poteſtatiuum vt anima quę coſtat ex diuerſis potentijs nutritiua ſenſitiua ſecundum locum motiua & intellectiua 2. de anima 27. 2. de gen. an. cap. 3. Alio modo totum difinitiuum, vt eſt definitum reſpectu ſuarũ partium definientium, 1. phy. 5. Alio modo totum ideſt perfectum 1. cæli 3. 3. phy. 64. Alio modo totum .i. prędicatum 1. priorũ cap. de prima figura. Alio modo totum .i. vniuerſum 1. cæli 4. Alio modo naturale, actuale, exiſtens extra animã, compoſitũ ex materia & forma, verè totum vt eſt in diuiduum, vt ſortes 5. met. cap. de toto 12. met. 27. 28. 2. de gen. & cor. 59. vbi dicitur particulare ſolũ eſt ens in veritate dicitur naturale quia natura facit ipſam & nõ ars 2. phy. 1. 2. dicit̃ etiam actuale qm̃ actualiter coſtat ex partibus ſuis & actualiter eſt in rerũ natura. Alio modo totum artificiale, ſeu potentiale, in anima, quod eſt ipſum vniuerſale, quod eſt factũ ab arte 1. de anima 8. 12. met. 4. eſt in anima 3. de anima 18. qđ vniuerſale nullũ habet eſſe extra animã ſed habet eſſe in ſingularibus 7. met. 57. 12. met. 4. 14. 21. 27. 2. de anima 60. 1. met. 6. 26. 27. 3. met. 29. ſed Nota ꝙ hęc duo tota .i. hi duo modi dicendi totũ differunt qm̃ totum quod eſt indiuiduũ eſt verè vniuocè, totũ actu cõtinens partes ſuas, & eſt apud naturã ſed totũ quod eſt vniuerſale non dicitur verè totũ ſed methaphorice totũ & ſimilitudinaliter qm̃ cõtinet ſuas partes in potentia & nõ actu & ideo Ar. dixit 1. phy. 4. vniuerſale eſt quoddã totum Alio modo totum permanens cuius omnes partes ſunt ſimul ſicut domus & lapis Alio modo dicitur totũ ſucceſsiuum ſicut dies & annus & tẽpus cuius vna pars pręcedit aliam & alia ſubſequitur ſicut præteritum & futurum Alio modo dicit̃ totum ſenſitiuũ de quo meminit Ar. 1. phy. 4. cum dixit totum eſt notum ſecundum ſenſum alia ſunt totius ſignificata quæ videre eſt in 5. met. 31. his igitur ſic ſtantibus Ar. hic loquitur de toto verè naturaliter dicto ſenſitiuo extra animam exiſtente ſed ſi de alio toto loquitur non primò & per ſe ſed ſecundario vnde exponatur textus hoc modo partes ſunt in toto 4. phy. 23. 65. vere dicto ideſt in compoſito indiuiduo particulari quod particulare ſolum eſt ens in rei veritate 12. met. 28. 7. met. 53. 12. met. 27. 2. de gen. & cor. 59. quoniam partes ſubſtantiæ compoſitæ ſunt in ſubſtantia compoſita, veltui eſt forma, & cæteræ partes 2. de anima & 2. phy. 4. 10. met. 23. quæ partes ideo ſunt in toto quoniam totum componitur ex partibus 4. phy. 89. & non ſunt totũ nec poſſunt eſſe extra totũ, ſed ſunt in toto, quia ſunt aliquid totius, veluti anima non eſt corpus, nõ eſt extra corpus, ſed in corpore, & eſt aliquid corporis, 2. de anima 4. & 26. & ideo partes ſunt in toto

totũ quot modis dicatur.

qm̃ indigent toto, aliter nõ poſſent exercere ſua officia, veluti manus in tantum exercet ſuum officium, inquantum eſt in corpore 7. met. 39. vbi inquit manus non eſt pars hominis, niſi quando agit actionem manus, ſed non agit actionem manus niſi quando eſt in toto homine, aliter diceretur æquiuocè manus, & omnes partes totius in tantum dicuntur vniuocè partes inquantum ſunt in toto, aliter æquiuocè dicuntur partes 7. met. 35. 37. 39. 4. Meteororum vltimo 1. de par. an. cap. 1. clarius 1. de anima 8. & 9. clariſsimè

Dub. 1. de gen. an. cap. 1. ¶ Sed Dices contra, nam inquit Ar. 4. phy. 23. & Porphyrius in cap. de ſpecie ꝙ totum eſt in partibus, ergo partes non ſunt in toto.

Sol. ¶ Dicitur ad vtrumque dictum verum Nota ꝙ partes dicunt materiam, & totum dicit formam 2. phy. 31. 3. phy. 66. 5. met 3 7. met. 35. & 4. phy. 49. tunc dicitur ꝙ partes ſunt in toto .i. partes quæ ſunt materia ſunt in toto. i. in forma, quando dicitur ꝙ totum eſt in partibus, eſt vt forma in materia 4. phy. 23. quod confirmat Ar. 4. de gen. an. cap. 1. quando dicit nec viſus ſine oculo, nec oculus ſine viſu perficitur, vnde oportet ꝙ viſus ſit in oculo, & oculus in viſu, quoniam oculus eſt materia viſus, & viſus eſt forma oculi viſus perficit oculum & oculus perficitur a viſu 2. de anima 9. & ſicut materia indiget forma ad hoc vt ſit & perficiatur 7. met. 37. 1. phy. 70. ſic forma indiget materia vt ibidem patet, & ſic oportet vt aliud ſit in alio, vnde poteſt dici quòd partes præcedunt totum vt materia præcedit formam, & totum præcedit partes vt forma materiam, 7. met. 35. 4. phy. 49. 7. met. 39.

Petitio. ¶ Dices quid ſibi vult hoc nomen totum?

Reſp. ¶ Reſpondet 1. phy. 17. & dicit ꝙ totum eſt congregatio partium 4. phy. 43. & 3. cæli 8.

Petitio. ¶ Dices vniuerſale & totum ſunt idem an diuerſum quoniam vniuerſale vocatur totum ab Ar. 1. phy. 4.

Reſp. ¶ Dicas ꝙ ſunt ſimilia quoniam ſicut, totum continet partes, ita vniuerſale continet particularia 5. met. 31. 1. phy. 4.

Petitio. ¶ Dices iſtę partes ſubſtantiæ quæ ſunt in toto ſunt partes ſubſtantiæ primæ vel ſecundæ?

Reſp. ¶ Dicas ꝙ ſunt partes ſubſtantiæ primæ.

Petitio. ¶ Dices ſi ſunt partes ſubſtantiæ primæ ipſæ ſunt ſubſtantiæ primæ vel ſecundæ?

Reſp. ¶ Dicas ꝙ ſunt ſubſtantiæ primæ tamen Nota ꝙ ſubſtantia prima eſt duplex, Alia tota vt totus ſortes, Alia quæ eſt pars vt hæc manus, hoc caput; tũc dicimus ꝙ partes ſubſtantiæ primæ totius ſunt ſubſtantiæ primæ vt partes, vt patet in cap. de relatiuis.

Petitio. ¶ Dices iſtæ ſubſtantiæ primæ quæ ſunt partes exiſtunt per ſe vel per aliud?

Reſp. ¶ Dicas per aliud ideſt per totam ſubſtantiam primam vt hæc manu eſt in hoc homine, & exiſtit per totum hominem qui eſt ſubſtantia prima tota, ex quo ſumas ꝙ non omnis ſubſtantia prima per ſe exiſtit, ſed ſola quæ eſt prima tota, & non quæ eſt pars, & ſic vna ſubſtantia prima eſt in alia ſubſtantia prima, tamen non tamquàm accidens in ſubiecto, ſed vt pars in toto.

Petitio. ¶ Dices omnis ſubſtantia eſt triplex, vna vt materia 2. de anima 2. alia vt forma 2. de anima 25. 7. met. 34 35. & tertia denique vt compoſitum 12. met. 14. 7. met. 7. de qua ſubſtantia conſiderat hic Ar.?

Reſp. ¶ Dicitur de ſubſtantia compoſita. ¶ Dices ſi de compoſita quare facit mentionem de ſubſtantia ſimplici quæ eſt pars? ¶ Dicimus ꝙ loquitur hic de ſubſtantia ſimplici per tranſeundo, & dubitando, non per ſe, & de intento.

Dub. ¶ Dices iſtæ partes quæ ſunt in toto non ſunt ſubſtantiæ ſed accidentia, nã id quod mouetur ad motum alicuius eſt accidens, 6. phy. 86. 5. phy. 1. 4. phy. 32. clarius 1 de anima 37. & mouetur per accidens, ſed partes ſubſtantiæ mouentur ad motum totius, vt ibidem patet, & 2. top. in loco 24. vbi inquit Ar. motis nobis, mouentur omnia quæ ſunt in nobis; ergo partes ſubſtantiæ ſunt accidentia, & nõ ſubſtantiæ.

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ id quod mouetur per accidens eſt duplex, vno modo mouetur per accidens pure, Alio modo non pure; tunc dicitur, ꝙ ſi partes ſubſtantiæ mouentur ad motũ totius, & per aliud, & per accidẽs, tamen non purè ſicut mouentur accidentia purè, & ſic differt moueri per accidens in accidẽtibus, & in partibus ſubſtantiæ.

Rep. ¶ Dices contra nã 5. phy. 1. ait Ar. ꝙ pars poteſt per ſe moueri clarius 4. phy. 32. 8. phy. 27. 1. de anima 37. 5. phy. 17. ergo pars non mouetur per accidens purè nec per accidens non purè.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ pars dupliciter cõſideratur vno modo quando eſt ſeparata à toto, Alio modo quando non eſt ſeparata à toto, tunc dicitur ꝙ pars tunc mouetur per accidens quando non eſt ſeparata à toto, ſed coniuncta cum toto ſed quando eſt ſeparata à toto, mouetur per ſe, vt 4. phy. 32. inquit Ar. veluti ſunt partes corporis, & in naui clauus, alia verò ſemper mouentur per accidens, & numquàm per ſe, vt albedo, & ſcientia; fætus etiam & embrio alligati cum matrice non mouentur per ſe, ſic etiam fructus coniuncti cum arbore non mouent per ſe, ſed per accidens.

Dub. ¶ Dices nihil poteſt eſſe in ſe ipſo 4. phy. 24. 25. ſi partes ſunt in toto, ergo idẽ eſt in ſe ipſo, qm̃ totũ eſt in partibus 4. phy. 23. & Porphyrius in cap. de ſpecie eoque magis quoniam totum nil aliud eſt niſi ſue partes 1. phy. 17. 4. phy. 47. 3. cæli 3. 7. met. 20. vbi inquit Ar. ꝙ ſortes nil aliud eſt quàm animalitas, & rationalitas, clarius 7. met. 44. inquit ꝙ in indiuiduo non eſt niſi materia & forma, ex quibus componitur 2. de anima 10. inquit Ar. ꝙ oculus eſt pupilla & viſus, ſicut anima &

corpus

corpus animal, ex quibus ſequitur ꝙ partes ſunt in toto & totum eſt in partibus, & totum aliud non eſt niſi ſuæ partes, ergo idem

Sol. erit in ſeipſo. ¶ Dicitur, ſed eſt Notandum, ꝙ aliquod eſſe in ſeipſo ſumitur dupliciter vno modo ſecundum ſe, & primo, Alio modo ſecundum alterum, ſeu per partē, 4. phy. 24. tunc dicitur, ꝙ totum non eſt in ſe ipſo primo & per ſe ſed per alterū, & per partem, vnde dicitur, ꝙ partes ſunt in toto, & totum eſt in partibus, & pars ſimilaris eſt in parte diſsimilari vt caro in manu, & totum eſt in toto vt totum partiale, eſt in toto communi

Dub. & totali. ¶ Dices ꝙ id quod eſt in ſubiecto, & non eſt pars ſubiecti, eſt accidens, vt inquit Ar. hoc videtur falſum quoniam ſpecies eſt in genere 4. phy. 23. & non eſt pars generis quoniam ſpecies eſt totum 1. phy. 5. & indiuidua ſunt in ſpecie & nec indiuidua nec ſpe

Sol. cies ſunt accidentia. ¶ Dicitur ꝙ aliquod eſſe in aliquo ſumitur duobs in modis, vno modo vt vera pars illius, vt manus, pes, collum, ſunt veræ partes & ſunt in corpore toto. Alio modo vt non eſt vera pars ſed eſt quaſi pars illius, tunc dicitur ꝙ Ar. non ſolum intelligit ꝙ illud quod eſt vera pars in toto exiſtens non eſt accidens, ſed etiam id quod eſt quaſi pars veluti eſt ſpecies quæ eſt in genere, & indiuidua quæ ſunt in ſpecie, & ſic pars & quaſi pars in toto exiſtens non eſt accidens quam diſtinctionem denotat illa particula in textu quando dicit quaſi vt partes ineſſent alicui.

Tex. 15. Ineſt autem ſubſtantijs & differentijs omnia vniuocè prædicari, omnia enim, quæ ab his prædicata ſunt aut de indiuiduis prædicantur, aut de ſpeciebus, à prima namque ſubſtantia nulla eſt prædicatio: de nullo enim ſubiecto dicitur.

Cum Ar. notificauit primam proprietatem quæ eſt communis tàm ſubſtātijs ſecundis, quàm differentijs ſubſtantialibus non eſſe in ſubiecto, in hoc textu declarat ſecundā proprietatem quæ etiàm eſt communis tàm ſubſtantijs ſecundis quàm ſubſtantialibus differentijs, quæ proprietas eſt hæc ſcilicet vniuoce prædicari. Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima Ar. dicit ꝙ ſolum ſecundæ ſubſtantiæ & differentię prædicantur de primis ſubſtantijs vniuoce, in 2. ibi (ſecundarum) probat ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ & differentiæ prædicātur de primis ſecundum nomen in tertia probat ꝙ tàm ſecundæ ſubſtantię quàm differentię prędicantur ſecundum rationē cauſa intentionis eſt, quoniam dicet aliquis, an primæ ſubſtantiæ vniuocè prædicantur, ad hoc excludendum probāt ꝙ ſolū ſecundæ ſubſtantiæ prædicantur vniuocè; & ſumitur talis ratio ex verbis Ariſt. ſubſtantia prima de nullo ſubiecto prædicatur 1. priorum cap. 23. 1. phy. 52. 62. clarius in libro de lōgitudine & breuitate vitæ cap. 2. clariſsimę 1. poſt. 4. 33. & in Anteprædicamentis cap. 2. ergo ſubſtantia prima vniuocè non prędicatur conſequētia probat, quoniam à quo negatur magis vniuerſale & magis commune, ab eo negatur minus vniuerſale, & minus commune, ſed à ſubſtantia prima negatur prædicari quod eſt vniuerſalius & communius quàm vniuocè, ergo à prima ſubſtantia remouetur vniuoce prædicari nā ſi dicimus ſubſtantia prima non prædicatur ergo ſequitur ꝙ ſubſtantia non vniuocè prædicatur, ſi enim non eſt animal, ergo non eſt homo, & ſi aliquis non facit ergo nec bene facit nam valet argumentum à negatione ſuperioris ad negationem inferioris qui enim non legit, nec bene legit, patet igitur ꝙ ſubſtantiæ primæ nec prædicantur nec vniuocè prædicantur ſecundæ vero ſubſtantiæ, & differentiæ non ſolum prædicantur, ſed vniuoce prædicantur quod probatur ſic, illa quæ prædicantur ſecundum nomen & ſecundum rationem vniuoce prædicantur, ſed ſecundę ſubſtantiæ & differentiæ prædicantur ſecundum nomen & ſecundum rationem ergo ſecundæ ſubſtantiæ & differentiæ de primis ſubſtantijs vniuocè prædicantur, exponatur igitur Ar. ſententia hoc pacto (ineſt autem) q. d. præter dictam proprietatem quæ competit ſubſtantijs ſecundis & differentijs ſcilicet non eſſe in ſubiecto (autem) pro ſed adde tu etiam competit illis alia proprietas ſcilicet (omnia vniuocè prædicari) ideſt omnes ſecundas ſubſtantias tàm genera quàm ſpecies & etiam differentias vniuocè prædicari (omnia enim) enim pro quia. q. d. quoniam (omnia quæ ab his prædicata ſumuntur) ideſt omnia prædicata ſubſtātialia ſunt ſpecies vel genera vel differentiæ quæ ſpecies immediatè prædicantur de indiuiduis genera vero & differentiæ immediate prędicantur de ſpeciebus & ſic illa quæ prędicantur ſolum ſunt ſubſtantię ſecundę & differentiæ (à prima namq; ſubſtantia nulla eſt prędicatio) q. d. Ar. ꝙ ſubſtantia prima nullo modo prædicatur. (de nullo enim ſubiecto dicitur) aſsignat cauſam quare de nullo ſubiecto prędicatur & dicit quia non habet ſubiectum de quo poteſt prædicari. ¶ Dices *Petitio.*
quare ſubſtantia prima nō habet ſubiectum de quo prędicatur? ¶ Dicas quoniam eſt pri- *Reſp.*
ma, quoniam ſi prædicaretur de ſubiecto tunc illud ſubiectum eſſet prius ipſa ſubſtan-

tia

tia prima; quoniam ſubiectum ſemper eſt prius prędicato 1. phy. 52. & ſic ſubſtantia prima non eſſet prima, quoniam de ratione primi eſt primum eſſe, & non habere prius ſupra ſe 5. met. cap. 1.

Petitio. ¶ Dices quid intelligit Ar. per ly (omnia?)

Reſp. ¶ Dicas ꝙ intelligit ſecundas ſubſtantias, & finales differentias.

Rep. ¶ Contra nam dicit Ar. 1. cæli 2. ꝙ ly (omne) nō dicitur de duobus ſed de tribus non enim dicimus duo omnia, ſed ambo; tria verò dicuntur omnia, ſi igitur per ly omnia Ar. intelligeret ſubſtantias ſecundas & differentias, ergo ly omne non applicaretur ad tria, ſed ad duo.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ ly. omnia non ad duo ſed ad tria applicantur, quando enim dicit Ar. (omnia hæc) intelligitur ſic ideſt ſpecies genus & differentia quæ tria & non tantum duo ſunt; quæ ſpecies genus & differentia ſiue fuerit ſpecifica vt rationale ſiue generica vt ſenſibile vniuocè prædicantur, & non immeritò iſte differentiæ vniuocè prædicantur, quoniam aliæ vt ſunt differentię communiter & proprie dictę non vniuocè, ſed æquiuoce prædicantur, & Nota ꝙ Ar. dicit (vniuocè) aduerbialiter loquendo, quod idē eſt ac ſi diceret prædicatione vniuoca. q. d. ſpecies genera & differentiæ prędicantur vniuocè ideſt prædicatione vniuoca ideſt ſecundum nomen & ſecundum definitionem, vt quidam homo eſt homo, & quidam homo eſt animal rationale.

Petitio. ¶ Dices quę eſt prædicatio æquiuoca?

Reſp. ¶ Dicas ꝙ tunc aliquod prædicatum æquiuocè prædicatur quando ſolum nomen illius prædicatur, definitio verò non, vt cygnus eſt albus, non autem definitio albi prædicatur de cygno, non enim dicimus cygnus eſt color diſgregatiuus viſus.

Petitio. ¶ Dices prædicari refertur ad ſubijci, & prædicatum ad ſubiectū ſi ſubſtantiæ ſecundæ & differentiæ ſecundarum ſubſtantiarum prædicantur de ſubiecto, de quo ſubiecto prædicantur?

Reſp. ¶ Dicitur ꝙ vna ſecunda ſubſtantia quæ eſt ſpecies immediate prædicatur de ſubſtantia prima, vt homo de quodam homine; alia verò ſecunda ſubſtantia quæ eſt genus prædicatur immediatè de ſpecie, vt animal de homine, quod animal mediate prædicatur de ſubſtantia prima, vt quidam homo eſt animal, ſimiliter differentia ſpeciei prædicaꝰ de ſpecie immediatè vt homo eſt rationalis, mediate vero & per accidens prædicaꝰ de ſubſtantia prima, vt ſortes eſt rationalis, vt rectè inquit Auer. 1. poſt. 94. differentia verò generis immediate prędicatur de genere, vt animal eſt ſenſibile, primò 2. de anima 15. mediate vero de ſpecie, vt homo eſt ſenſibilis, & de ſubſtantia prima, vt Callias eſt ſenſibilis, veluti inquit Ar. 1. poſt. 38. vbi inquit quòd prædicatum quod primo & per ſe competit generi ſi demonſtratur de ſpecie per accidens demonſtratur & prædicatum quod competit ſpeciei ſi demonſtratur de indiuiduo per accidens demonſtratur. Vnde oritur hæc ratio, illud prædicatum quod primo & per ſe cōpetit toti, & ſuperiori, ſi demonſtratur de parte & de inferiori per accidens demōſtratur, & prædicatur.

Petitio. ¶ Dices quid intelligit Ar. per ly (aut) quando dicit, aut de indiuiduis, prædicantur aut de ſpeciebus.

¶ Dicas ꝙ non ſumitur pro vel ſed pro &. q. d. Ar. ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ prædicantur aut ideſt & de indiuiduis.

Reſp. ¶ Dices ſubſtantia prima eſt duplex Alia ſimplex vt eſt anima Alia compoſita vt ſortes 7. met. 39. quādo dicit à ſubſtantia prima nulla eſt prædicatio de quà intelligit de ſimplici vel de compoſita? ¶ Dicas ꝙ intelligit de compoſita, vt ſe exponit in Anteprædicamentis cap. 2. & in principio huius cap. vt eſt quidam homo & quidam equus Nota ꝙ rectè dixit (nulla) denotando ꝙ prædicatio eſt multiplex quædam naturalis, & quædam artificialis, & quædam innaturalis, teſte Au. in Epit. log. cap. de dem. 1. poſt. 4. 148. 7. met. 59. & vt inquit lucidiſſimus themiſtius 1. poſt. cap. 38. 35. & Ioannes Grammaticus 1. phy. 29. quæ prædicatio naturalis eſt triplex Alia quando cauſa prædicatur de cauſato, vt homo eſt rationalis, Alia quando accidens prædicatur de ſubiecto, vt homo eſt riſibilis, Alia quando ſuperius prædicatur de ſuo inferiori vt homo eſt animal, volens Ariſt. nobis perſuadere ꝙ ſubſtantia prima nullo modo, nulla ſpecie prædicationis prędicatur, dixit, à prima ſubſtantia nulla eſt prædicatio, exponit An. ꝙ omnino nulla prædicatione nec naturali nec artificiali, quoniam ſubſtantia prima nō eſt cauſa, nón eſt accidens, nec eſt ſuperius, verum ſi prædicatur non niſi ſecundum accidens vt teſtatur Ar. 1. priorum cap. 23.

Quotuplex prædicatio.

Petitio. ¶ Dices quare ſubſtantia prima non prædicatur?

Reſp. ¶ Dicas quoniam prædicatio ſumitur ab inhęrere, & non inhęrere, vt quando aliquod extra animam alicui ineſt, tunc in anima illud prædicatur de illo, & ſi extra animā nulli ineſt, & in anima de nullo prædicatur, ſed ſubſtantia prima extra animam nulli ineſt, ergo & in anima de nullo prædicatur, regula quæ fuit relicta ab Au. 1. poſt, 147. & 148. & ſic intelligitur Ariſt. in Anteprædicamentis cap. 2. 1. poſt. 4. 33. 7. met. 7. 1. phy. 62 52. in libro de longit. & breuitate vitæ clarius 13. met. vltimo ꝙ ſubſtantia non prædicatur ſed ſi prædicatur non niſi inquantùm dicit aliquid ſpeciei & ſecundum accidens 1. priorum cap. 23. 1. poſt. 33. prædicatur ſecundum nomen, non ſecundum rem, æquiuocè, non vniuocè, indirectè, nō rectè, impropriè, non propriè, innaturaliter, non naturaliter, prę-

ter

ter curſum naturalem, non ſecundum curſum
naturalem, in ordinariè, non ordinariè, quæ
omnia in proprio noſtro quęſito & alia vi-
Dub. dere poteris candide lector. ¶ Dices quòd
non prædicatur de alio ſubiecto, ſed prædi-
catur de ſe ipſa, dicendo ſortes eſt ſortes ve-
luti ſumi poteſt ex Ar. 5. met. 23. vbi inquit
homo ſecundum ſe homo eſt, quod profectò
ſi eſſet verum ſequeretur ꝙ ſubſtantia eſſet
prior ſe met ipſa, & idem eſſet ſubiectum &
prædicatum, idem eſſet materia & forma,
& ideo Au. facit magnam digreſsionem con-
tra Galenum 1. priorum cap. 7. vbi inquit ꝙ
ſi daretur quarta figura tunc idem prædica-
retur de ſe ipſo, quod eſt in fine abhomina-
tionis, quod clarius confirmat 4. met. 3. 10.
met. 8. vbi inquit ꝙ prædicatio in qua idem
prædicatur de ſe ipſo eſt nugatoria licet Por
phyrius dicat oppoſitum, ſed vt veritas ma-
gis eluceſcat tamquàm ſpeculum ante ocu-
los habeat quis dicta Ar. 1. priorum cap. 23.
vbi diuidens ea quæ ſunt ait, ꝙ quædam ſunt
tantum ſubiecta, & de nullo prædicata, vt
ſunt ſingularia, Alia ſunt ſolum pręEdicata,
& non ſu biecta, vt decē prædicamenta, Alia
quę ſunt ſubiecta & prædicata, veluti ſunt in-
termedia, vnde luce clarius quiſque in logi-
ca peritus ſumat ſubſtantias primas ſolum
eſſe ſubiecta, ſubijci & non prædicata nec
prædicari, ſubijci per ſe & non pręEdicari per
Confirmatio. ſe 1. poſt. 33. Quod quidem valida confirma-
tur ratione nam ſubſtantia prima eſt vna nu-
mero, vt patet in hoc cap. & ſibi competunt
duo, ſubijci, nempè, & pręEdicari, neceſſe eſt
vnum iſtorum ſibi cōpetere per ſe, aliud per
accidens, ſed ſubijci competit ſibi per ſe, vt
patet per definitionem ſuam, ergo per acci-
dens ſibi competit pręEdicari, quod quidem
Alia confirmatio. alia & validiori ratione cōfirmatur. ¶ Quan-
do ſunt duo oppoſita neceſſe eſt vt vnum per
ſe & aliud per accidens competat ſubiecto,
v. g. calefacere per ſe competit igni & ſur-
ſum ferri, frigefacere vero & ferri deorſum
comp tit per accidens 8. phy. 8. ſed ſubici &
pręEdicari ſunt duo oppoſita, quoniam ſubie-
ctum dicit potentiam & materiam, prædica-
tum dicit actum & formam 1. phy. 52. qui
actus & potentia ſunt duo opoſita 1. de ani-
ma 6. 12. met. 8. 26. 8. met. 15. 7. met. 31. 5.
phy. 9. 5. met. 14. ſed ſubijci & eſſe ſubiectum
per ſe competit ſubſtantiæ primæ ergo aut
prædicari nullo modo ſibi competit, aut ſi
competit per accidens competit; taceant
igitur qui de prædicatione identica conten-
dunt, vt homo eſt homo, & ꝙ per ſe dicaē pręE-
dicatio quia non eſt ad mentem Ar. 5. met.
Dub. 23. ¶ Sed Dices contra noſtram determi-
nationem nam id quod recipit definitio-
nē alicuius eſt illud vt patet in cap. de qua-
litate cum inquit, quod recipit definitionem
circuli & trianguli, ſimiliter eſt circulus &
triangulus, ſed ſubſtantia prima recipit de-
finitionem generis, vt patet in hoc textu,
ergo ſubſtantia prima eſt genus, ſed genus
1. poſt. 30. 7. met. 11. 1. poſt. 35. 152. 153. & in
æpit. log. cap. de dem. per ſe & vniuocè prę-
dicatur ergo ſubſtantia prima per ſe & vni-
uocè pręEdicatur & non per accidens & æqui-
uocè. ¶ Dicitur, gloſando maiorem hoc mo- *Sol.*
do, id quod recipit definitionē cum hac ad-
ditione ſcilicet primò tunc eſt illud, modo ſi
ſubſtantia prima recipit definitionem gene-
ris non recipit illam primò, & ſic ſubſtantia
prima non eſt genus, & per conſequens non
prædicatur per ſe, ſed ſolum ſecundum acci-
dens. ¶ Sed contra inquit enim Auer. 1. poſt. *Rep.*
33. ſubſtantia prima non prædicatur de ſu-
biecto, nec prædicatione notificāte ſubſtan-
tiam ſubiecti, nec præd catione non notifi-
cante ſubſtantiam ſubiecti. q. d. nec per ſe
nec per accidens. ¶ Dicitur ꝙ ly per acci- *Sol.*
dens conſideratur dupliciter, vno modo re-
ducibile ad per ſe Alio modo non reducibile
ad per ſe tunc dicit. ꝙ ſubſtantia prima non
pręEdicatur per accidēs reducibile ad per ſe,
ſed prædicatur per accidens non reducibile
ad per ſe. ¶ Dices contra illa quæ ſunt per ſe
prædicantur per ſe 1. poſt. 30. ſed ſubſtan- *Rep.*
tia prima eſt per ſe 1. poſt. 33. & in æpit. met.
tractatu 2. cap. de eſſentia ergo ſubſtantia
prima prædicaē per ſe. ¶ Dicitur ꝙ id quod
eſt per ſe Aliud enim eſt per ſe ideſt exiſtit *Sol.*
per ſe & non prædicatur per ſe 1. poſt. 33.
Aliud eſt per ſe ideſt quod prædicatur per ſe
tunc dicitur ꝙ ſubſtantia prima eſt per ſe, i.
exiſtit per ſe ſed non eſt per ſe ideſt non eſt
prædicatum per ſe. Multa contra hęc candi-
de lector pulchra quidē & omni ſubtili inge-
nio digna poteris videre in noſtro quæſito
num ſingulare prædicetur. ¶ Dices inquit
Ar. ꝙ differentiæ & ſecundæ ſubſtantiæ vni- *Dub.*
uocè prædicantur de ſubiecto ſi hoc eſſet ve-
rum tunc differentiæ eſſent ſubſtantiæ ſecū-
dæ, nā ſecundæ ſubſtantiæ prædicantur vni-
uocè, differentiæ prædicantur vniuocè ergo
differentiæ ſunt ſecundæ ſubſtantiæ. ¶ Dici-
tur & primo negatur modus argumentandi *Sol.*
quoniam eſt in ſecunda figura ex ambabus
affirmatiuis, quod à perito prioriſtico ne-
gatur. ¶ Sed Dices contra tunc eſt bonus ar-
gumentandi modus quando eſt in aliqua fi- *Rep.*
gura, ſed iſte ſyllogiſmus factus eſt in ſecun-
da figura, quoniam medium in ipſo bis præ-
dicatur, ergo bonus arguendi modus. ¶ Di-
citur, ꝙ non ſolum requiritur ꝙ ſit in ſecun- *Sol.*
da figura ſed etiam vt ſit in aliquo modo ſe-
cundæ figuræ modo & ſi iſte ſyllogiſmus eſt
in ſecunda figura tamen nō eſt in aliquo mo-
do ſecundæ figuræ quoniam non reperitur
aliquis modus in ſecunda figura qui ſit ex
amba-

ambabus affirmatiuis vt patet ſed ex vna affirmatiua & reliqua negatiua vt ceſare, cameſtres, feſtino, barocho, aliter iſte ſillogiſmus concluderet meretrix eſt mulier illius mater eſt mulier ergo illius mater eſt meretrix. ¶ Dices contra nam Au. 2. phy. 23. 4. phy. 33. 42. 2. cæli. 23. inquit ꝙ in ſecunda figura licet argumentari ex ambabus affirmatiuis. ¶ Reſpondet Au. & dicit ꝙ valet in terminis conuertibilibus non autem in terminis non cõuertibilibus vt ſi diceremus homo eſt riſibilis, rationale eſt riſibile, ergo rationale eſt homo Nota etiam ꝙ non ſine cauſa dicit Ar. ꝙ ſubſtantia prima de nullo ſubiecto prædicatur, ad denotandum ꝙ ſubiectum eſt multiplex Aliud enim eſt ſubiectum de quo Aliud eſt ſubiectum in quo ad excludendum ꝙ ſubſtantia prima nec de ſubiecto in quo nec de ſubiecto de quo prædicatur ideo dixit ꝙ de nullo ſubiecto prædicatur. ¶ Sed Dices contra ſi enim dicit Ar. ꝙ ſubſtantia de nullo ſubiecto prædicatur ergo ſubſtantia prima prædicatur, dicendo ſic nullum ſubiectum eſt ſubſtantia prima & & ſic id quod Ar. negat videtur affirmare. ¶ Dicitur ꝙ ſi prędicatur non prædicatur affirmatiuæ ſed negatiue vt per textus verba patet.

Rep. *Sol.* *Rep.* *Sol.*

Secundarum verò ſubſtantiarum ſpecies quidem de indiuiduo prædicatur genus vero & de ſpeciebus & de indiuiduis ſimiliter autem & differentiæ & de ſpeciebus & de indiuiduis,

Expedita prima parte huius tex. in qua Ar declarauit ꝙ ſubſtantiæ ſecundæ & ſubſtantiales differentiæ ſecundarum ſubſtãtiarum prædicantur de ſubſtantijs primis vniuocè in hac ſecunda parte probat ꝙ ſecundæ ſubſtantię ordinatè prædicantur, de illis de quibus prædicantur, cauſa intentionis eſt vt nos ſciamus de quibus prædicatur ſpecies immediate & de quibus immediate prędicatur genus & dicit (ſecundarum ſubſtantiarum) q. d. ſi tu neſcis de quibus immediate & mediate prædicantur ſecundæ ſubſtantiæ dico ſecundarum ſubſtantiarum adde tu vna quæ vocatur ſpecies quæ eſt natura magis vniuerſalis. q. d. Immediate (prædicatur) Dices de quo prædicatur? ¶ Reſpondet nominando proprio vocabulo & dicit. (de indiuiduo) idest de ſubſtantia prima de natura particulari rectè dixit, de, & non dixit, in, denotando ꝙ quælibet ſpecies indicat & dicit ſubſtantiam indiuidui Dices, o, Ar. hoc eſt verum an quõdammodo dubium? Reſpondet & dicit (quidem) pro certe denotando certitudinem & purã veritatem ꝙ ſpecies prædicatur de indiuiduo tamquam ſuperius de ſuo inferiori propinquo & immediato ſubiecto Dices ſi ſpecies prædicatur de indiuiduo genus ſubalternum & generaliſsimum quod eſt natura magis vniuerſalis quod etiã eſt ſecũda ſubſtantia de quo prædicatur? Reſpondet & dicit ꝙ genus adde tu quod eſt alia ſecunda ſubſtantia differt à ſpecie quoniam genus prędicatur immediate de ſpeciebus adde tu ſpecialiſsimis (&) q. d. non ſolum de ſpeciebus ſed etiam de indiuiduis tamen mediate & mediante ſpecie de quibus immediate prædicaſ ſpecies quæ eſt natura minus vniuerſalis ex quibus nota differentiam quę reperitur inter genus & ſpeciẽ quam differentiam notauit quoque Por. in cap. de genere. Dices, o, Ar. ſunt ne alia quæ prædicantur de ſpeciebus & de indiuiduis? Reſpondet & dicit (ſimiliter) idest eo modo & eadem ratione qua genus prædicatur de ſpeciebus & de indiuiduis (&) ideſt etiam (differentiæ) adde tu finales ſpecifice & ſubſtantiales prædicantur de ſpeciebus & de indiuiduis recte quidem dixit, de, & non, in, denotando ꝙ non loquitur de differentijs accidentalibus, Dices de quibus differentijs loquitur hic Ar. genericis vel ſpecificis? ¶ Dicas ꝙ intendit differentias generi propinqui ſubalterni, & generum generaliſsimorum quæ prædicantur de generibus ſpeciebus & de indiuiduis. ¶ Si ſpecies prædicatur de pluribus indiuiduis vt teſtatur Por. quare Ar. hic dicit ꝙ prædicatur de indiuiduo in ſingulari & non dicit de indiuiduis in plurali? ¶ Dicas ꝙ ſpecies eſt duplex Alia quæ ſaluatur in vno indiuiduo ideſt quæ non habet niſi vnum indiuiduum vt ſpecies ſolis Alia vero quæ ſaluatur in pluribus indiuiduis ideſt quæ habet plura indiuidua vt homo tunc dicitur ꝙ Ar. loquitur de ſpecie quæ ſaluatur in vno indiuiduo denotando ꝙ præter illam ſpeciem quæ ſaluatur in pluribus reperitur, Alia quę ſaluatur in vno & de illo ſolo prædicatur, verum licet in actu prædicetur de vno indiuiduo virtute tamen & potentia prædicatur de pluribus ſi enim plura eſſent indiuidua in actu de pluribus in actu prædicaretur ſi plura eſſent tunc in actu de pluribus in actu prędicaretur. Sed Nota ꝙ indiuiduum dicitur pluribus modis, Aliud eſt indiuiduum quod omnino ſecari non poteſt vt eſt vnitas vel mens, Aliud eſt quod ob ſoliditatem diuidi non poteſt vt adamas Aliud dicitur nominatum vt Sortes, Alitd ſignatum vt hic homo, Aliud vagũ vt aliquis homo, Aliud circumloquutum vt ſophroniſci filius, Aliud ſubſtantiæ vt ſocrates, Aliud accidentis vt hoc album,

Dub. *Sol.* *Indiuidui quot modis dicatur.*

album; in Anteprædicamentis cap. 2. 1. poſt. 4.33.7. met. 2. Aliud eſt indiuiduum animalis.i.generis, Aliud ſpeciei vt hominis 3. met. 2. Aliud eſt ſubſtantiæ ſimplicis, Aliud ſubſtantiæ compoſitæ, Aliud habens animam, Aliud carens anima, vt ſcribit Au. in libro de diuinatione ſm̃ quietem dicimus ꝙ Ar. hic loquitur de omnibus indiniduis poſitis ſub ſuis ſpeciebus determinatis, de quibus plenam fecit Ar. mentionem 7. met. 53. 35. Au. 1. phy. 5. 1. poſt. 135. 1. de anima 60. 1. poſt. 3. quæ vt loquit Au. licet nõ ſint principium in doctrina demonſtratiua ſunt tamen principium acquiſitionis ipſius vniuerſalis, quod eſt principium doctrinæ demonſtratiuæ, teſte Au. 1. poſt. 135. 2. poſt. cap. penultimo & 12. met. 4.

Et rationem quoq; ſuſcipiunt primæ ſubſtantiæ ſpecierum & generum, & ſpecies generis, quæcumque enim de prædicato dicuntur eadem & de ſubiecto dicentur; ſimiliter autem rationem differentiarum ſuſcipiunt & ſpecies & indiuidua, vniuoca autem ſunt quorum & nomen commune eſt, & ratio eadem, quare omnia quæ à ſubſtantijs & differentijs ſunt vniuocè prædicantur.

Dilucidata prima parte & declarata ſecũda nunc in hac tertia parte tex. in qua cum propoſuit concluſionem ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ & differentiæ prædicantur de ſubſtantijs primis ſm̃ nomen, & ſm̃ definitionem & in 2. parte probauit ꝙ tàm ſecundæ ſubſtantiæ q̃ differentię prędicãtur ſm̃ nudũ nomen in hac 3. parte probat ꝙ prædicantur ſm̃ rationem ideo hęc pars diuiditur in quatuor partes in prima probat ꝙ ſecũdę ſubſtantiæ prędicanẽ ſm̃ rationẽ de primis ſubſtãtijs in 2, ibi (quęcumque) aſsignat cauſam quare ſecũdæ ſubſtantiæ prædicantur ſm̃ rationem in 3. ibi (ſimiliter) probat ꝙ non ſolũ ſecundæ ſubſtantiæ prędicantur ſm̃ rationẽ ſed etiã differentię pñr ſm̃ rationẽ de primis ſubſtantijs in 4. ibi (quare) infert concluſionẽ omniũ dictorũ quo ad primum inquit (Rationem quoque) q.d. non ſolum primæ ſubſtantiæ ſuſcipiunt nomen ſpeciei & generis, & ſpecies ſuſcipit nomen generis .i. non ſolũ nomina ſecundarum ſubſtantiarum vt homo, & animal prædicatur de ſubſtãtijs primis vt ſortes eſt homo ſortes eſt animal ſed (quoque) .i. etiam primæ ſubſtantiæ ſuſcipiunt rationem .i. definitionẽ ſpecierum & generum .i. ſed etiam ratio .i. definitio ſpecierum & generum prædicatur de primis ſubſtantijs vt Plato eſt animal rationale & eſt ſubſtantia animata ſenſitiua (& ſpecies generis) .i. non ſolũ definitiones ſpecierũ & generum prędicanẽ de primis ſubſtãtijs ſed etiã ſpecies ſuſcipit definitionẽ generis .i. definitio generis prędicatur de ſpecie vt homo eſt ſubſtãtia animata ſenſitiua. ¶ Dices qñ dicit Ar. ꝙ ſubſtãtiæ primę ſuſcipiunt rationem ſpecierum & generum quas ſpecies & quæ genera intelligit? ¶ Dicas quòd intelligit ſpecies ſpecialiſsimas & ſubalternas & genera generaliſsima & ſubalterna. Sed Nota ꝙ definitio ſpeciei non prędicatur de ſorte de ſubſtantia prima primo & per ſe ſed per accidens 2. poſt. 94. qm̃ prędicatum quod competit ſuperiori & toti primò & per ſe competit inferiori & parti per accidens 1. poſt. 38. 4. phy. 45. modo ſpecies eſt totum & ſuperius ad ſubſtantiam primam teſte Por. cap. de ſpecie. ¶ Dices quare definitio ſecundarum ſubſtantiarum prædicatur de primis ſubſtantijs & definitio generis prædicatur de ſpecie? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (enim) pro quia aſsignat cauſam (quęcumque) .i. omnia .ſ. prædicata quæ (dicuntur) .i. prędicantur, de prædicato (eadẽ) ideſt illa met (dicunẽ) .i. prædicantur de ſubiecto vt homo prædicatur de quodã homine & animal rationale qđ eſt definitio hominis prædicaẽ de homine ergo & de quodã homine vt ſortes eſt homo & homo eſt animal rationale ergo ſortes eſt animal rationale ſimiliter ſortes eſt animal & animal eſt ſubſtãtia animata ſenſitiua ergo ſortes eſt ſubſtãtia animata ſenſitiua. ¶ Dices ſi ſubſtãtię primę ſuſcipiũt definitionẽ ſecundarũ ſubſtantiarũ ſuſcipiũtne etiã definitionẽ differentiarũ? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (ſimiliter autẽ & rationẽ differentiarũ ſuſcipiunt ſpecies & indiuidua) q. d. ſicut primæ ſubſtantiæ ſuſcipiunt rationẽ ſpecierũ & generũ quæ ſunt ſecundæ ſubſtantiæ (ſimiliter) .i. ſimili ratione ſic etiam (Indiuidua) .i. primæ ſubſtãtiæ (&) .i. non ſolum indiuidua, ſed & ſpecies ſuſcipiunt rationem .i. definitionẽ differentiarũ .i. ſicut definitiones ſecundarũ ſubſtantiarũ prædicantur de ſubſtãtijs primis ſic etiã definitiones differentiarũ p̃dicantur de ſubſtãtijs primis & de ſpeciebus exemplũ eſt clarũ nã rationale eſt differẽtia hominis & definitio rationalis eſt id qđ vtiẽ ratione ſicut .n. dicimus ſortes eſt rationalis ſic etiã dicimus ſortes eſt id qđ vtiẽ ratione vel dicas rationale eſt tãgẽs in ſpeculatione & cognitione ſic dicimus ſortes eſt tangẽs in ſpeculatione & cognitione vt ait Au. in com. & ſicut p̃dicatur de ſubſtãtia prima ſic etiã p̃dicatur de ſpecie vt homo eſt rationalis & eſt id qđ vtiẽ ratione vel

Petitio · *Reſp.* · *Petitio* · *Reſp.* · *Petitio* · *Reſp.*

Petitio. eſt tangẽs in ſpeculatione & cognitione. ¶ Di
ces quomodo cognoſcit̃ qñ aliqua prędicant̃
Reſp. vniuoce de ſubiecto? ¶ Reſpondet Ariſt. &
dicit (vniuoca autem ſunt quorum nomen
commune eſt & ratio eadem) q.d. illa vniuo-
ce prædicantur quæ prædicantur ſecundum
nomen commune & ſecundum rationem ſed
ſecunde ſubſtantiæ & differentiæ prędican-
tur ſecundum nomen & rationem (quare)
infert concluſionem ideſt (omnia quæ à ſub-
ſtantijs & differentijs ſunt vniuoce præ-
dicantur) ideſt omnia prædicata quæ ſunt
ſubſtantiæ ſecundæ & differentiæ ſecunda-
rum ſubſtantiarum vniuoce prædicantur,
Dub. ¶ Sed Dices differentiæ nõ habent definitio-
nem ergo definitio differentiæ de ſubiecto
non prędicat̃, antecedens probatur qm̃ defi-
nitio 6 top. in 1. loco definitionis & 7. met.
43. conſtat ex genere & differentia 4. phy. 8.
& 2. poſt. 78. quod confirmat Por. in cap. de
differentia ſed ſi differentia haberet defini-
tionem ergo haberet aliam differentiam &
& ſic in infinitũ quod prohibetur ab Ar. 1. de
Alia ratio. gen. an. cap. 1. ¶ Amplius definitiones ſunt
compoſitorum 1. de anima 8. 1. poſt. 33. &
non ſimplicium 8. met. 9. ſed differentiæ vt
ibidem patet ſunt ſimplices ergo differentię
Sol. non habent definitionẽ. ¶ Dicit̃ Sed Nota ꝙ
iſta nomina. ſ. definitio, deſcriptio, expoſitio,
Quid definitio. interpretatio in ſignificatis valde differunt
nã definitio eſt oratio quideſſe rei ſignificans
1. top. cap. de termino (quæ vt dictũ) conſtat
Quid deſcriptio. ex genere & differentia. Deſcriptio verò eſt
oratio cõpoſita ex ſimilibus generi & diffe-
rẽtię, vt ex genere, & proprio accidẽte, vt ho-
mo eſt animal riſibile, vel ex genere & acci-
dẽte, vt homo eſt animal bipes q̃ deſcriptio
vt inquit Ammonius dat̃ vel per ethimologiã
vt ſi dicerẽ homo eſt ſublimẽ habens vultũ
vel datur per cõcurſum accidentiũ vt homo
eſt animal qđ recte incedit, manibus vtit̃ la-
Quid expoſitio. tos habens vnques, Expoſitio verò eſt vnius
propoſitionis minus note per alterã notiorẽ
Quid interpretatio. explicatio. Interp̃tatio verò eſt termini vel
propoſitionis ſi eſt termini eſt explicatio ter
mini vt ſi quis vellet interprętari hoc nomen
ſ. lapis dicet ſic lapis eſt pedẽ ledẽs, vel philo
ſophus eſt amator ſapientiæ, vel ſol .i. ſolus
lucens, vel cęlũ eſt omnia celãs, ſiue tangens
tũc dicitur ꝙ Ar. per ly (rationẽ differentia-
rum) nõ intelligit definitionẽ conſtantẽ ex
genere & differẽtia ſed intelligit deſcriptio-
Alia ſol. nẽ. ¶ Vel Dicas ꝙ differẽtię nõ habent defi-
nitiones à priori & per cauſam ſed habẽt de-
Dub. finitionẽ à poſteriori & ꝑ effectũ. ¶ Amplius
Dices ꝙ ſubſtantia prima nõ ſuſcipit ratio-
nẽ generis, qm̃ (vt dictũ eſt) definitio conſtat
ex genere, ſi igitur genus haberet definitio-
nẽ tunc genus haberet genus quod logici nõ
Sol. concedunt. ¶ Dicitur ſed Nota ꝙ ly ratio di-
citur pluribus modis, Vno modo pro ratio- *Tot quot modis ſumatur.*
ne computante vt vulgariter dicere ſolemus
rationẽ abaci ſeu computationẽ; Alio modo
ſumit̃ pro ratione diſcurſiua & ſyllogiſtica
vt inquit Ar. 1. priorũ cap. 1. & Au. 2. cęl. 3. Ar.
1. top. cap. 1. & in libro de motu animalium
cap. 4. qñ inquit ſillogiſmus eſt ratio. Alio
modo pro definitione vt patet 1. top. cap. de
termino 1. poſt. 30. 31. 35. 152. 153. 4. met.
48. 3. met. 42. Alio modo ſumitur pro ſimi-
litudine naſcentium vt 2. de anima 34. natu-
raliſsimum opus viuentium eſt generare ta-
le quale ipſum. Alio modo pro ratione quæ
fit ex proprijs principijs de qua meminit
Ar. 2. de gen. an. cap. 6. 1. de anima 11. Alio
modo pro falſa ratione 5. met. 34. Alio mo-
do pro forma 1. phy. 60. 2. phy. 28. 1. de gen.
anim. cap. 1. Alio modo ſumitur pro indu-
ctione 1. top. cap. 9. & 1. phy. 43. Alio mo-
do ſumitur pro doctrina demonſtratiua 2.
phy. 55. Alio modo pro probatione 8. phy.
22. Alio modo pro medio inferendi conclu-
ſionem 1. poſt. 48. 49. 2. poſt. 96. 97. Alio
modo pro intellectu 1. phy. 48. 49. Alio mo-
do pro deſcriptione, quibus ſignificatis ſic
ſtantibus dicendum ꝙ in habentibus defini-
tionem veluti ſunt ſpecies vt homo, leo, &
bos, ly ratio dicit definitionem ſed in cã-
rentibus definitione dicit deſcriptionem vn-
de ſequitur ꝙ primæ ſubſtantiæ ſuſcipiunt
rationem ideſt definitionem generum ſi fue-
rint genera ſubalterna quæ habent defini-
tionem ſed ſuſcipiunt rationem ideſt deſcri-
ptionem generum ſi fuerint genera genera-
liſsima. ¶ Dices contra nam dictum eſt ꝙ *Rep.*
deſcriptio fit ex genere & proprio ſi genus
generaliſsimum habet deſcriptionem ergo
habet genus ſupra ſe. ¶ Dicitur quòd ſicut *Sol.*
in natura ſunt quędam animalia quæ habent
cor & quædam quæ non habent cor ſed ha-
bent quid proportionale cordi 2. de par. an.
cap. 1. ſic in arte datur aliquod quod habet
verum genus & aliquod quod habet quid
proportionale generi genus generaliſsimum
habet deſcriptionem quæ coſtat non ex ve-
ro genere ſed ex eo quod eſt proportionale
generi. ¶ Dices quare Ariſt. in Anteprædi- *Petitio.*
camentis dixit vniuoca dicuntur & in hoc
textu dicit vniuoca ſunt? ¶ Dicitur ꝙ Ariſt. *Reſp.*
aliquando non habet curam de nominibus
vt inquit Auer. 1. phy. 1. hic enim accipit
ly (ſunt) pro dicuntur vel ibi accipit ly (di-
cuntur) pro ſunt. ¶ Vel Dicas vt inquit ſim- *Alia reſponſio.*
plicius quòd aliquando res prædicatur de
voce & aliquando vox prædicatur de re ali-
quando enim dicimus res dicitur & aliquan-
do vox eſt adeò quòd illud quod eſt vnius
tribuitur alteri vere enim vox dicitur res ve
ro eſt, ſed vox mutuat dici ipſi rei & res
mutuat eſſe ipſi voci vnde non eſt mirum
ſi Ar.

ſi Ariſtoteles dicit vniuoca ſunt quóniam nomina vniuoca mutuo accipiunt ly ſunt à rebus vniuocatis non quia eis per ſe eſſe competat quibus rebus vniuoce competit eſſe per ſe nominibus vero vniuocis competit dici per ſe nominibus vero vniuocatis dici per accidens & nominibus vniuocis eſſe per accidens ex quo fiat hæc ratio id quod competit vni per ſe competit alteri per accidens 1. poſt. 32. & 44. ſed dici per ſe competit vocibus ergo per accidens competit rebus & eſſe per ſe competit rebus ergo per accidens competit vocibus & nominibus.

Dub. ¶ Dices, id quod prædicatur in quale eſt accidens vt inquit Porphyrius & Ar. 1. top. cap. de accidente ſed differentia eodem Por. teſte in cap. de differentia prædicatur in quale ergo differentia eſt accidens ergo non vniuoce prædicatur de ſubſtantijs primis.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ prædicari in quale dicit᷑, tribus modis vno modo quale ſubſtantiale quod dicitur quale quid Alium modo dicitur quale proprie eſſentiale Alio modo dicit᷑ quale ſimpliciter accidētale & cōmuniter tunc dicit᷑, ꝙ differentia prędicat᷑ in quale quid ſubſtantiale vt qualis quid eſt homo dr̄ ꝙ eſt rationalis, qualis eſt homo dr̄ ꝙ eſt riſibilis vel ſi per accidens cōmune dicit᷑ ꝙ eſt currens vel ſedens.

Petitio. ¶ Sed Dices ſi differētia & accidēs & propriū omnia hæc tria prędicant᷑ in quale qn̄ aliquis interrogabit indiſtincte dicens qualis eſt homo qūo reſpondet᷑ per differentiā an per accidens cōmune an per accidens propriū.

Reſp. ¶ Dicas verū Nota ꝙ qn̄ eſt aliquod nomen plura ſignificās & illud nomen abſolute profert᷑ ſemper eſt accipiendū pro præſtātiori ſignificato teſte Au. 7. met. 3. & 7. verum etiā 2. met. 4. 8. met. 7. & in æpit. met. tractatu 2. & quoniā ly quale prædicatur de differentia de accidente proprio & de accidente cōmuni quibus omnibus ipſa differentia eſt prꝭſtantior quoniā differentia eſt ſubſtantia ſaltim ſimplex 7. met. 43. ideo ad interogationem factam per quale abſolute reſpondet᷑ per differentiā vt qualis eſt homo dicitur ꝙ eſt rationalis deinde reſpondet᷑ per accidens proprium dicendo eſt riſibilis vltimo ꝙ eſt grāmaticus prudens, iuſtus vel per aliquod huiuſmodi.

Rep. ¶ Sed Dices contra nam differentiæ non prędicantur in quale ſed ſolum in quid vt teſtatur Ar. 6. top. loco 16. & 17.

Sol. ¶ Dicit᷑ ꝙ differentię generice prędicantur ſolū in quid veluti eſt ſenſibile, animatū, ſenſitiuū ſed differentie ſpecifice prędicant᷑ in quale quid vt eſt rationale.

Dub. ¶ Dices quare differentię ſpecifice prædicantur in quale?

Sol. ¶ Dicas verum Nota ꝙ forma eſt qualitas vt in cap. de qualitate & in quarta ſpecie qualitatis inquit Ar. & in 5. met. ſed differentia eſt forma 2. de anima 2. ergo differentia eſt qualitas & ideo prædicatur in quale nam ſicut figura figurat & qualificat ipſum æs ſic differentia qualificat ſpeciem vnde fiat hæc ratio omne id quod qualificat prædicatur in quale, ſed omnis forma qualificat ergo omnis forma prædicat᷑ in quale tunc ſic omnis forma prædicat᷑ in quale omnis differētia eſt forma ergo omnis differētia prędicat᷑ in quale verū non in quale proprie nec in quale cōmuniter ſed in quale quid ſubſtantiale.

Dub. ¶ Amplius Dubitatur nam id quod vniuoce prædicat᷑ de aliquo nomen & definitio illius prædicatur de illo ſed nec nomen nec definitio differentiæ prædicat᷑ de ſubſtantia prima ergo differētia vniuoce de ſubſtātia prima non prædicatur minor probatur qm̄ non dicimus Franciſcus eſt greſſibilitas Antonius eſt pedeſtritas & per conſequens definitio greſſibilitatis & pedeſtreitatis non prędicatur de ſubſtantia prima nam qn̄ nomen alicuius rei non prędicatur de aliquo nec definitio illius de illo prędicat᷑ ſed nomen differētię nō prędicat᷑ de ſubſtantia prima ergo nec definitio differentię prędicabit᷑ de ſubſtantia prima.

Sol. ¶ Dicit᷑ ꝙ verū eſt ꝙ differentia in abſtracto conſiderata non prędicat᷑ de ſubſtantia prima nec ſecundū nomen nec ſm̄ rationē, ſed differentia in concreto ſumpta ſecundū nomen & ſecundum definitionem prædicatur de ſubſtantia prima.

Dub. ¶ Amplius Dices quæ differentiæ ſunt illæ quæ prędicātur vniuocè de ſubſtantijs primis generice an ſpecifice?

Sol. ¶ Dicas tam generice vt eſt ſenſibile, animatum, quàm ſpecifice vt rationale, ¶ Dices iſtę differentię prędicant᷑ ſolū de primis ſubſtantijs vel etiā de ſperiebus?

Sol. ¶ Dicit᷑ ꝙ differētię generice prędicant᷑ de primis ſubſtantijs & de ſpeciebus vt Franciſcus eſt ſenſibilis & hic equus eſt ſenſibilis & homo & bos qui ſunt ſpecies differētes ſunt ſenſibiles, ſed differentię ſpecifice prędicant᷑ ſolum de primis ſubſtantijs & non de ſpeciebus.

Rep. ¶ Dices contra nam inquit Por. in cap. de genere & de differentia ꝙ differentia prędicat᷑ de pluribus differētibus ſpecie.

Sol. ¶ Dicit᷑ ꝙ Por. intelligit᷑ hoc modo vȝ. differētia prędicat᷑ de pluribus indiuiduis cōtentis ſub vna ſpecie quę differunt ſpecie ab alijs indiuiduis contentis ſub alia ſpecie. v. g. rationale qđ eſt differētia ꝓdicatur de pluribus particularibus hominibus qui continentur ſub ſpecie humana vt de Petro, Antonio, qui differūt ſpecie ab indiniduis contentis ſub ſpecie æquina.

Alia ſol. ¶ Vel ſi differentia ſpecifica prędicatur de pluribus ſpeciebus non prædicatur de pluribus ſpeciebus inferioribus vt de homine & equo ſed de vna inferiori & alia ſuperiori vt de homine & de angelis ſpecie differentibus hinc ſoluitur vna difficilis dubitatio nam ſi differentia prędicatur de pluribus differentibus

ſpecie vt inquit Por. in cap. de differentia vt rationale tunc ſequeretur ꝙ homo & equus leo & bos qui differunt in ſpecie eſſent rationales quod quantum ſit falſum iudica tu vtare igitur ſupradicta ſolutione & dubitatio erit nulla,

Tex. 16. Omnis autem ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare. In primis igitur ſubſtantijs indubitabile, & verum eſt, ꝙ hoc aliquid ſignificant indiuiduum enim & vnum numero quod ſignificatur,

Poſtquàm Ar. de ſubſtantia docuit primam proprietatem quæ eſt non eſſe in ſubiecto & declarauit ſecundam quæ eſt ꝙ ſubſtantia & differentia vniuoce prædicantur nunc manifeſtat tertiam proprietatem quæ eſt ꝙ ſubſtantia ſignificat hoc aliquid cauſa intentionis eſt ne quis credat ꝙ tàm ſubſtantia prima quàm ſecunda ſignificat hoc aliquid. Diuiditur iſte textus in tres partes in prima præponit Ar. tertiam proprietatem ad mentem Platonis & aliorum quæ videtur conuenire omnibus ſubſtantijs tàm primis quàm ſecundis in 2. ibi (in ſecundis vero ſubſtantijs) refutat opinionem Platonis & ſequentium quibus videtur ꝙ omnis ſubſtantia ſignificat hoc aliquid & exponit in quibus ſubſtantijs eſt dubium ꝙ non ſignificant hoc aliquid in 3. ibi (non autem ſimpliciter) reſpondet cuidam tacitæ obiectioni quo igitur ad primum inquit (omnis autem ſubſtantia videtur ſignificare hoc aliquid) q. d. (autem) ideſt præter duas proprietates quas habet ſubſtãtia alia eſt tertia in ordine quæ eſt hæc ſcilicet ꝙ videſ ſignificare hoc aliquid.

Petitio. ¶ Dices cum ſubſtantia ſit duplex Alia prima Alia ſecunda de qua loquitur Ar.? *Reſp.* ¶ Dicas de omni ſubſtantia tàm prima quàm ſecunda ſignum eſt quoniam loquitur indefinite & vniuerſaliter quod clare ſignificat illud ſignum diſtributiuum quod eſt ly (omnis) ¶ Dices, o, Ar. quæ ſubſtantia ſignificat hoc aliquid in rei veritate tàm prima quàm ſecunda vel prima ſola vel ſecunda ſola? Reſpondet limitando verba & dicit ꝙ (indubitabile) ideſt ſine dubio (verum eſt) & non falſum quòd (in primis ſubſtantijs) ideſt ꝙ primæ ſubſtantiæ (ſignificant hoc aliquid) recte dixit in primis excludendo ſecundas ſubſtantias in quibus nõ eſt indubitabile ſed valde dubitabile & nec eſt verum ſed falſum ꝙ ſignificant hoc aliquid vnde male ſentiunt dicentes ꝙ omnis ſubſtãtia tàm prima quàm ſecunda ſignificant hoc aliquid, Sed Nota ꝙ nomina primarum ſubſtantiarum ſignificant hoc aliquid ſed primæ ſubſtãtiæ ſunt hoc aliquid. ¶ Dices ſi nomina primarum ſubſtantiarum ſignificãt hoc aliquid ideſt hanc particularem ſubſtantiam vellem ſcire quod eſt illud quod ſignificatur? *Petitio.* ¶ Reſpondet Ar. & dicit (indiuiduum enim) q. d. ſi tu neſcis quod eſt illud quod ſignificatur aliud non eſt niſi indiuiduum. *Reſp.* ¶ Dices quid ſibi vult indiuiduum exponit ſe & dicit (&) pro ideſt non copulatiue nec diſiunctiue ſed expoſitiue aliud non eſt niſi id quod eſt (vnum) Dices vnũ genere vel ſpecie vel numero? *Petitio.* ¶ Reſpondet. q. d. non genere non ſpecie ſed vnũ numero. *Reſp.* ¶ Dices vnũ numero duplex Aliud ſubſtantiale aliud accidentale quod vnum numero intelligit hic Ar.? *Petitio.* ¶ Dicas indiuiduum vnum numero ſubſtãtiale quod eſt res indiuidualis & particularis eſt id quod ſignificatur vt ſortes (videtur) licet de hoc ſuperius non ſemel plura diximus tamen vt Plato inquit idem ſæpe dictũ modo bene dictum ſit placebit ly igitur (videtur) aliquando dicit apparentiam & non exiſtentiam veluti ſunt quidam homines qui volunt apparere tales quales non ſunt volunt enim denominari exaltari & gloriari gloria magna ſine labore & faſtidio volunt dici ſcientes abſque ꝙ ſint digni dici ſcientes velut aurũ pigmentum videtur apparet aurum tamen non eſt aurum de quibus meminit Au. in libro elenchorum aliquando dicit imaginem vt paries videtur albus aliquãdo ſignificat opinionem vt ſi dicerem ita mihi videtur in hoc eſſe dicendum ideſt hæc eſt opinio mea aliquando ſignificat communem opinionem vt ſi dicerem ſic videtur omnibus ideſt hæc eſt communis omnium opinio ſicut ſumpſit Ariſt. 2. phy. 7. Alio modo ſumitur pro conuenit vt 2. de anima patet tex. 21. Aliquando pro certe ſine dubitatione vt dicit veritatem & certitudinem in rebus veris & famoſis vt patet in 1. de anima 29. Aliquando dicit dubitationem dubitatiue non certe Aliquando ſumitur pro hoc verbo (eſt) vt ſumit Ariſt. 2. de anima 21. & Por. in cap. de genere his ſic ſtantibus Reſpondetur ꝙ Ar. accipit hic ly (videtur) non aliter nec alio modo niſi vt dicit apparentiam & non exiſtentiam. q. d. Ar. videtur quibuſdam .ſ. Platoni & alijs ꝙ omnis ſubſtantia tàm prima quàm ſecunda ſignificat hoc aliquid tamen non eſt ſic quoniam ſecundæ ſubſtantiæ non ſignificant hoc aliquid ſed tantum prima. ¶ Vel dicas (videtur) ideſt dubitatur vtrum omnis ſubſtantia tàm prima quàm ſecunda ſignificet hoc aliquid ſoluit Dubitationẽ & dicit ꝙ in primis ſubſtantijs indubitabile ideſt non dubitatur quia eſt verum & certum ꝙ ſignificant hoc aliquid ſed. q. d. Dubitatur de ſecundis *Alia expoſitio.*

ſub-

Alia expoſitio. ſubſtantijs an ſignificent hoc aliquid. ¶ Vel aliter dicas ſcilicet (videtur) vt cui non placeat hoc. q. d. non placet mihi dicere ꝙ omnis ſubſtantia ſignificat hoc aliquid ſed tantum prima. *Dub.* ¶ Dices ſi prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid cum prima ſubſtantia ſit triplex ſcilicet materia prima 1. phy. 82. forma 7. met. 39. & compoſita ex materia & forma de qua intelligit hic Ar.? *Sol.* ¶ Dicas ꝙ intelligit de compoſita quæ vere ſignificat hoc aliquid ideſt vnum ſingulare ſubiectum demonſtratum quod eſt completum in eſſe & in ſpecie vnum numero particulare vnum ſignatum per ſe exiſtens digito monſtratum exiſtens per ſe hic & nunc. *Rep.* ¶ Dices contra nam forma ſignificat hoc aliquid 2. de anima 2. & tamen forma non eſt vnum indiuiduum numero per ſe exiſtẽs. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ forma non eſt hoc aliquid ſed eſt illa per quam eſt hoc aliquid vt ſortes eſt hoc aliquid .i. eſt vnum numero actu exiſtens per formam 2. de anima 2. 7. 8. 9. & 60. Au. vnde poteſt dici ꝙ forma eſt hoc aliquid & ſubſtantia compoſita eſt hoc aliquid tamen diuerſo modo, quã forma eſt hoc aliquid, vt quo, ſubſtantia vero compoſita eſt hoc aliquid, vt quod vt recte ſentit Au. 2. de anima 2. 1. phy. 69. *Dub.* ¶ Dices ꝙ non ſolum ſubſtantia compoſita vna numero ſigularis eſt hoc aliquid ſed etiam materia prima eſt hoc aliquid 1. phy. 66. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ quando dicit Ar. ꝙ materia prima eſt hoc aliquid non intelligit ꝙ materia prima eſt compoſita & ſingularis vt eſt ſubſtãtia prima ſed intelligit ꝙ materia prima eſt ens & eſt aliquid reſpectu priuationis quę eſt non ens per ſe 1. phy. 75. 79. *Rep.* ¶ Dices contra quoniam materia prima eſt vna numero & Ar. hic intelligit per ſubſtantiam id quod ſignificat hoc aliquid & eſt vnum numero ergo hic intelligit materiam primam. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ vnum numero eſt duplex Aliud priuatiue Aliud poſitiue dictum, tunc dicitur ꝙ materia prima eſt vna numero priuatiue Ar. vero hic intelligit vnum numero poſitiue. ¶ Nota ꝙ recte dixit Ar. ꝙ ſubſtantia prima ſignificat hoc aliquid ad denotandum ꝙ debet eſſe ſingulare ex quo ſumas ꝙ vniuerſale nõ eſt hoc aliquid & ad denotandũ ꝙ debet eſſe ſubſtantia per ſe exiſtens & nõ per aliud vt patet 1. poſt. 33. vnde ſequitur ꝙ nullum accidens neque in concreto neque in abſtracto eſt hoc aliquid & debet eſſe ſubſtãtia ſingularis perfecta cõpleta in ſpecie veluti ſunt indiuidua ſub ſpecie ſpecialiſsima vnde nulla pars eſſentialis nec integralis ſumpta in ſingulari vt hæc anima hęc manus hoc caput eſt hoc aliquid ſed ſolum indiuiduum completũ ex omnibus partibus vt ſortes de quo prædicatur ſpecies. *Dub.* ¶ Dices ſi res ſunt & ſignificantur, voces vero dicuntur & ſignificant ſubſtantia prima eſt res vt ſortes quare Ar. dixit omnis ſubſtantia videtur ſignificare & non dixit ſignificari? *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ quando dicit Ar. ꝙ ſubſtantia ſignificat non ſumit ſubſtantiam pro re ſignificata ſed pro nomine & voce dicendo ſubſtantia ideſt hęc vox hoc nomen (ſubſtantia) ſignificat hoc aliquid ex quo clare ſumitur quòd Ariſt. in hoc libro conſiderat de vocibus quæ ſignificantes.

In ſecundis vero ſubſtantijs videtur quidem ſimiliter propter appellationis figuram hoc aliquid ſignificare, quando quis dixerit hominem vel animal: non tamen verum eſt, ſed magis quale aliquid ſignificant. neque enim eſt vnum quod ſubiectum eſt; quemadmodum prima ſubſtantia: ſed de multis homo dicitur, & animal.

Cum Ar. declaraſſet in prima parte huius contextus tertiam proprietatẽ quæ conuenit primis ſolum & non ſecundis ſubſtantijs in hac 2. parte declarat in quibus ſubſtantijs eſt dubium & non eſt verum ꝙ ſignificent hoc aliquid aliquis enim dicet, o, Ar. ſi indubitabile & certum eſt ꝙ primę ſubſtãtiæ ſignificant hoc aliquid, vellem ſcire quæ ſunt & quomodo nominantur illa de quibus eſt dubium an ſignificent hoc aliquid. ¶ Reſpondet & dicit ꝙ in ſecundis ſubſtantijs, q. d. dubiũ eſt an ſignificent hoc aliquid. *Petitio* ¶ Dices quæ eſt rei veritas ſecundæ ſubſtantiæ ſignificant hoc aliquid vel non? *Reſp.* Reſpondet & dicit ꝙ non eſt verum ſed. q. d. eſt falſum ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ ſignificant hoc aliquid. *Petitio.* ¶ Dices ſi certum & verum eſt ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ non ſignificant hoc aliquid quare videtur alijs & multorum eſt iudicium ꝙ ſignificant hoc aliquid? quomodo in hoc decipiuntur? *Reſp.* Reſpondet & dicit (ſub appellationis figura) q. d. iſti qui dicunt ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ ſignificant hoc aliquid decipiuntur ſub figura appellationis ideſt vocis in numero ſingulari credẽtes ꝙ omne illud quod profertur in numero ſingulari eſt ſingulare vt ſignificat hoc aliquid particulare indiuiduum vnum numero. *Petitio.* ¶ Dices quid ſibi vult ſub figura appellationis? Dat exemplum & dicit (quando quis dixerit hominẽ vel animal) ideſt quando quis dixerit ideſt nominauerit hominem in numero ſingulari credit dicere hoc aliquid hoc ſingulare vnum numero tamen non eſt ſic (vel animal) vel

quando

quando quis dixerit (animal) in numero ſingulari, credit etiã dicere hoc aliquid vnum numero, tamen non eſt verum, vnde ſiue aliquis proferat ſpeciem, vel genus, in numero ſingulari, nullo modo nec ſpecies nec genus ſignificat hoc aliquid, & vnum numero, quoniam ſpecies vt homo, eſt natura vniuerſalis, quæ prædicatur de pluribus, ſimiliter genus vt animal, eſt natura magis vniuerſalis quàm ſpecies, & prædicatur de pluribus quàm ſpecies, & licet tàm ſpecies vt homo, quàm genus vt animal, proferatur in voce & numero ſingulari, tamen neutrum ſignificat hoc aliquid & vnum ſingulare, ſed plura, imno multo plura comprehendit, & dicit genus quàm ſpecies, quoniam ſpecies dicit tantum indiuidua genus vero comprehendit omnes ſpecies & indiuidua quæ continentur ſub illis ſpeciebus & Ideo inquit Ar. (neque vnum eſt quod ſubiectum eſt quemadmodum prima ſubſtantia ſed de multis homo dicitur & animal) q. d. homo qui eſt ſubiectum in numero & voce ſingulari prolatum non eſt ideſt non ſignificat (vnum) ideſt hoc aliquid vnum numero ſingulare & indiuiduum (quemadmodũ prima ſubſtantia vt ſortes ſed de multis homo dicitur) q d. ſed homo ideſt hęc vox homo ſignificat plura ideſt omnia indiuidua contenta ſub homine (& animal) q. d. ſimiliter (animal de multis dicitur) ideſt multa & multo plura ſignificat & ſub ſe comprehendit quàm homo ex quibus patet ꝙ tam ly homo quàm ly animal non ſignificat vnum licet in numero ſingulari proferatur quoniã id quod ſignificat hoc aliquid profertur in numero ſingulari & eſt ſingulare vnde Nota ꝙ non ſufficit vt aliquod ſignificet hoc aliquid vt proferatur in numero ſingulari ſed ipſum debet eſſe ſingulare vt ſortes & Plato

Aliq expoſitio. Alio modo poteſt exponi illa particula (ſub appellationis figura). aliquis enim ſolet vocare aliquod ſub nomine primę ſubſtantię & aliquãdo ſub nomine ſecundę ſubſtãtię veluti Petrus aliquando vocatur ſub nomine Petri aliquando ſub nomine hominis & ſic videtur propter appellationis figuram ꝙ ly (homo) qui eſt ſecunda ſubſtantia ſignificat

Dub. hoc aliquid. ¶ Dices ſi ſecundæ ſubſtantiæ non ſignificãt hoc aliquid, vellem ſcire quid

Sol. ſignificant? Reſpondet ꝙ ſicut certum eſt ꝙ primæ ſubſtantiæ ſignificant hoc aliquid ſic certum & verum eſt ꝙ ſecundę ſubſtantiæ ſignificant quale aliquid ideſt ſignificant vniuerſale & commune prędicabile de pluribus,

Dub. ¶ Dices ſi ſecundę ſubſtantię ſignificant plura indiuidua ergo ſignificant vnum, conſequentia eſt Ar. in cap. de priori, vbi inquit

Sol. ſunt duo ergo eſt vnum. ¶ Dicas ꝙ verum eſt ꝙ ſecundæ ſubſtãtiæ ſignificant vnum tamen

Dub. non ſunt vnum numero & hoc aliquid, ¶ Dices quare primæ ſunt hoc aliquid. ¶ Reſpondet Au. 2. de anima 2. & dicit per formam *Sol.*

indiuiduum eſt hoc. ¶ Dices contra nam 12. met. 14. 1. cæli 92. 1. met. 40. indiuiduum eſt hoc per materiam ergo non per formam. *Rep.*

¶ Dicitur ꝙ eſt hoc aliquid principaliter à forma 7. met. 5. à materia vero minus principaliter, *Sol.*

Non autem ſimpliciter quale quid ſignificat quemadmodum album, nihil enim aliud ſignificat album quàm qualitatem, vt ſpecies & genus circa ſubſtantiam qualitatem determinant, qualem enim quandam ſubſtantiam ſignificant plus autem in genere determinatio fit quàm in ſpecie, dicens enim animal plus complectitur quàm qui hominem.

Cum notificaſſet tertiam proprietatem quæ competit ſubſtantijs primis, quæ eſt, ꝙ primæ ſubſtantiæ ſignificant hoc aliquid, & in quibus ſubſtantijs, dubium eſt an ſignificent hoc aliquid, in hac 3. parte tex. remouet dubitationem, pro cuius intelligentia eſt Notandum, ꝙ dixit Ar. ꝙ primæ ſubſtantiæ indubitanter ſignificant hoc aliquid, ſed ſecundæ ſubſtantiæ videntur ſignificare hoc aliquid ſed in rei veritate non ſignificãt hoc aliquid, ſed certe ſignificant quale quid. Aliquis dicet ſi ſecundæ ſubſtantiæ ſignificant quale ergo ſunt accidentia, quod eſt falſum, quoniam id quod vere eſt, & ſubſtantia eſt, nulli accidit, & non eſt accidens, 1. phy. 27. & 30. Reſpondet Ar. & dicit. verum Nota, ꝙ ly quale dicitur tribus modis vno modo quale proprie quod dicitur quale eſſentiale, vt riſibile, Alio modo quale accidentale, quod dicitur quale abſolutè; & ſimpliciter vt album, Alio modo dicitur quale quid, quod eſt quale ſubſtantiale, & ſecundum ſubſtantiam, 5. met. 19. vt eſt rationale; quo ſtante inquit Ar. ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ ſignificant quale (autem) pro ſed non ſignificant quale quid, ideſt non ſignificant (quid) ideſt aliquod quale ſimpliciter, & abſolutè, accidentale, quod non dicit ſubſtantiam. ¶ Dices quod eſt illud quale abſolute accidentale quod non eſt ſubſtãtia nec dicit ſubſtantiam? Reſpondet & dat exemplum, & dicit, quemadmodum album ideſt veluti eſt album, quod album nil aliud ſignificat niſi qualitatem accidentalem non qualitates

pro-

proptias quæ ſunt in ſimplicibus, quæ non ſunt ſubſtantiæ ſed aſsimilatur ſubſtantijs 5. phy. 10.8. met. 5.4. cæli 40. nec ſignificant qualitates motiuas elementorum, quæ ſunt grauitas & lenitas, 4. cæli 2. 3. cæli 1.12. met. 18. 2. cæli 5. nec ſignificant qualitatem quę ponitur in definitione ad circumloquendum de qua meminit An. 1. poſt. 36. 2. poſt. 20 94. in Epit. log. cap. de def. 7. met. 41. 5. phy. 10.8. met. 5. 8. phy. 32. 4. cæli 6. 76. nec intelligit qualitates primas quæ ſunt initia elementorum, & ſunt cauſæ mortis & vitæ, iuuentutis & ſenectutis, ſonni & vigiliæ 2. de par. an. cap. 2. & 2. de ortu & interitu 7. ſed puram qualitatem accidentalem, purum accidens, quod nullo modo ſignificat ſubſtantiam (at) ideſt ſed ſpecies vt homo, & genus vt animal, quæ ſunt ſecundæ ſubſtantiæ nec ſignificaut qualitates prædictas ſed determinant qualitatem quæ eſt circa ſubſtantiam, ideſt qualitatem ſubſtantialem. ¶ Dices quare ſpecies & genus determinant qualitatem quæ eſt circa ſubſtantiam? dicit cauſam (enim) pro quia primæ ſubſtātię aſsignant ptimam ſubſtantiam qualem ideſt in-

Dub. dicant eſſentiam primæ ſubſtantiæ. ¶ Dices quare ſecundæ ſubſtantiæ dicunt eſſentiam

Sol. primarum ſubſtantiarum? ¶ Dicas quoniam ſuperiora dicuntur formæ reſpectu inferiorū 5. met. 5. & quoniam genus & ſpecies ſunt ſuperiora ad primas ſubſtantias ideo dicunt

Dub. eſſentiam primarum ſubſtantiarum. ¶ Dices ſi genus & ſpecies dicunt qualitatem primarum ſubſtantiarum vellem ſcire quod iſtorum dicit vniuerſaliorem & communiorem

Sol. qualitatem, ſpecies, an genus? ¶ Reſpondet Ar. & dicit ꝙ determinatio plus fit in genere quàm in ſpecie, q. d. ꝙ genus dicit vniuerſaliorem, & communiorem qualitatem, quàm ipſa ſpecies, aſsignat cauſam. q. d. Ideo plus in genere fit determinatio quam in ſpecie (enim) pro quia (dicens) ideſt ille qui (dicit) ideſt nominat animal quod eſt genus (plus) ideſt plura complectitur & nominat (quàm) ille qui dicit & nominat (hominem) qui eſt ſpecies, (quoniam) q. d. Ar. qui dicit animal dicit omnes ſpecies contentas ſub animali, & omnia indiuidua contenta ſub illis ſpeciebus, ſed qui dicit ſpeciem dicit ſolum indiuidua quę cōtinentur ſub illa ſpecie.

Dub. ¶ Dices ſi genus & ſpecies prædicātur inquid teſte Por. in cap. de genere quomodo hic aſſerit Ar. ꝙ dicunt quale quod confirmat Ar.

Sol. 1. top. cap. de genere? ¶ Dicitur ꝙ ſpecies dicit quale, quatenus actu habet differētias, vt inquit Por. cap. de differentia & ſic vt eſt genus & vt eſt ſpecies dicunt quid & nō quale ſed ratione differentiarū quas habent di-

Alia ſol. cunt quale. ¶ Vel Dicas, verum Nota, ꝙ hoc aliquid ſignificat ſingulare per ſe exiſtens & non in alio 1. poſt. 33. contra Platonem dicentem ꝙ naturæ vniuerſales vt ſunt ſpecies & genera per ſe ſubſiſtunt extra ſingularia quæ naturæ vniuerſales ſignificant hoc aliquid Ar. vero vult ꝙ non exiſtunt per ſe ſed exiſtunt in ſingularibus 6. etichorū cap. 13. 7. meta. 57. vbi inquit ꝙ nihil vniuerſalium ſeparatim præter ſingularia eſt & in hoc cap. quando inquit ꝙ omnia quæ ſunt aut ſunt in primis ſubſtantijs, vt ſunt accidentia, aut prædicātur de primis ſubſtantijs, vt ſunt ſecundæ ſubſtantiæ, & volens Ar. declarare ꝙ ſecundæ ſubſtantiæ quæ ſunt naturæ vniuerſales non exiſtunt per ſe, ſed per aliud, dicit hic ꝙ ſignificant quale. q. d. ꝙ ſicut qualitas non exiſtit per ſe, ſed in alio ſic ſubſtantiæ ſecūdę non exiſtūt per ſe, nec ſunt hoc aliquid, ſed ſunt in alio, & ad hoc vt ſint indigēt alio, quod clarè teſtatur Ar. 1. poſt. 33. cum inquit, quæcunque de ſubiecto dicuntur accidentia ſunt. q. d. ꝙ quæcumq; non exiſtunt per ſe veluti ſunt ſingularia ſubſtātię, & quęcumque non ſignificant hoc aliquid ſunt accidentia ideſt exiſtunt per accidens, veluti ſunt ſubſtantiæ ſecundæ, ex quibus ſequitur ꝙ non recte dixit Plato ꝙ naturæ vniuerſales per ſe exiſtunt. ¶ Dices ꝙ non ſolum ſub- *Dub.*
ſtantia prima ſignificat hoc aliquid, videtur falſum, quoniam hoc album ſignificat hoc aliqud, & tamen non eſt ſubſtantia prima, antecedens eſt verum, quoniam hoc album aut ſignificat hoc aliquid, aut nihil, non dicēdum ꝙ ſignificat nihil, ergo ſignificat hoc aliquid. ¶ Dicitur ꝙ ſi hoc aliquid ſumitur *Sol.*
vt eſt ens & conuertitur cum ente, ſic ly album ſignificant hoc aliquid, ſed ſi ſumitur pro vt dicit ſubſtantiam ſic nō dicit hoc aliquid, ſed quale & accidens.

Ineſt autem ſubſtantijs nihil illis eſſe contrarium. Primæ enim ſubſtantiæ quid erit contrarium, vt cuidam homini, vel cuidam animali? at vero nec homini nec animali aliquid eſt contrarium. *Tex. 17.*

Poſtquàm Ar. declarauit tertiam proprietatem quæ competit aliquibus ſubſtantijs & aliquibus non competit, in hoc textu docet quartam proprietatem quæ competit omni ſubſtantiæ, tàm primæ, quàm ſecundæ, cauſa intentionis eſt ne quis credat ꝙ ſicut quędam ſubſtātia ſignificat hoc aliquid, & quędam non, ſic etiam aliqua ſubſtantia non habet contrarium, & aliqua ſubſtantia habet contrariū, ideo vult notificare hoc prædicatū de omni ſubſtantia ꝙ non habet contrarium

trarium. Diuiditur iſte textus in tres partes
in prima ponit proprietatem declarandam
de omnibus ſubſtantijs in ſecunda ibi (non
autem) dicit ꝙ licet non habere contrarium
ſit propriũ, tamen non eſt conuertibile cum
ſubſtantijs, ideo debet dici potius commu-
nitas quàm proprietas in tertia ibi (niſi)
mouet dubitationem & illam ſoluit, verum
prima pars diuiditur in duas partes in pri-
ma ponit proprietatem ſeu communitatem
competentem omnibus ſubſtantijs.ſ.non ha-
bere contrarium in ſecunda ibi (vt cuidam
homini) probat per inductionem, ꝙ ſiue fue-
rit prima ſiue ſecunda ſubſtantia non habet
contrarium quo igitur ad primum dicit Ar.
(ineſt autem) autem pro ſed.q.d. præter tres
proprietates declaratas de ſubſtantia, adeſt
Dub. nunc quarta declaranda. ¶ Dices quæ nam
Sol. eſt? ¶ Reſpondet & dicit ꝙ ineſt .i. compe-
tit ſubſtãtijs adde tu compoſitis tàm primis
quàm ſecundis. q.d. non ſubſtantijs ſimplici-
Petitio. bus. Dices quæ eſt iſta proprietas? Reſpõdet
& dicit (nihil illis) adde tu primis & ſecun-
Reſp. dis ſubſtantijs eſſe contrarium. ¶ Dices quo-
Petitio. modo probatur ꝙ nulla ſubſtãtia habet con-
trarium probat ipſe per inductionem ſic di-
cens Primæ enim ſubſtantiæ quid erit con-
Petitio. trariũ? q. d. nihil Dices da mihi exemplum
Reſp. de prima ſubſtantia. Reſpondet & dicit (vt)
idest v. g. (cuidam homini) ideſt quidam ho-
mo ut ſortes qui eſt ſubſtantia prima non
habet contrarium (& cuidam animali) quod
etiam eſt ſubſtantia prima quid erit contra-
rium ideſt quodam animal quod eſt ſubſtan-
tia prima non habet contrarium (at vero) vt
compleat inductionem nũc probat in ſecun-
dis ſubſtantijs ꝙ nulla ſubſtãtia ſecunda ha-
bet contrarium & dicit (at vero) ideſt non
ſolum quidam homo & quodam animal &
omnes primæ ſubſtantiæ non habent contra-
rium ſed etiam (homini .i. ſpeciei qui homo
eſt ſubſtantia ſecũda (& animali) quod etiam
eſt ſubſtantia ſecunda nihil eſt contrarium
i. nec homo qui eſt ſpecies, nec animal quod
eſt genus quæ ſunt ſubſtantiæ ſecundæ non
habent contrarium, ex quibus latè patet ꝙ
ſiue fuerit quidam homo, & quodam animal,
& homo & animal ſimiliter, omnia indiui-
dua ſubſtantiæ ſiue ſpecies vt homo, capra,
& leo & quæcumque ſpecies & genus non ha-
Dub. bent contrarium. ¶ Dices quomodo cogno-
ſcitur ꝙ vna ſubſtantia non eſt contraria al-
teri ſubſtantiæ vt quidam homo non eſt con-
Sol. trarius cuidam leoni. ¶ Dicas, ſed pro intel-
ligentia eſt Notandum ꝙ lex & natura con-
trariorum eſt ꝙ vnum corrũpat & deſtruat
& expellat alterum 1.phy.81.2. cæli 19. & 8.
phy. 64. cum inquit corruptiua enim ſunt ſibi
inuicem contraria & ideo ſimul eſſe non poſ
ſunt 2.de gen.& cor.16. veluti amarum quod
eſt contrarium dulci, expellit, fugit deſtruit
& corrumpit dulce, ſed vna ſubſtantia vt ſor-
tes non deſtruit aliam ſed illam cõſeruat ſe-
quitur amplectitur gubernat & generat. 2.
phy. 13. 9. met. 13. 26. 1. de par. an. cap. 2. 2.
de anima 34. clarius 7. met. 28. & 12. met. 18.
homo generat hominem vt ſortes generat
Platonem & non deſtruit Platonẽ quod con-
firmatur hac ratione quoniam ſubſtantię cę-
leſtes regunt conſeruant & gubernant iſtas
ſubſtantias inferiores quod non facerent ſi
eſſent contrariæ teſte Ariſt. 1. meteo. cap. 2.
cum inquit oportet hunc mundum inferio-
rem eſſe contiguum lationibus ſuperioribus
vt inde tota eius virtus gubernetur, ex quo
ſequitur ratio, id quod conſeruat, gubernat,
& regit aliquod non deſtruit, non corrum-
pit & non expellit illud; & per conſequens
non eſt contrarium illi, ſed ſubſtantia non
corrumpit & deſtruit ſubſtantiam, ergo ſub-
ſtantia non eſt contraria ſubſtantię, & ex op-
poſito id quod deſtruit corrũpit & fugit ali-
quod eſt contrarium illi ſed vnum accidens
deſtruit aliud accidens vt calidum deſtruit
frigidum & dulce amarum ergo accidentia
ſunt contraria, vt bonum malo, iuſtum iniu-
ſto. ¶ Amplius materia & forma eſt ſubſtan- Confir-
tia 2. de anima 2. & 25. & materia natura ſua matio.
appetit & deſiderat formam 1. phy. 81. quod
non eſſet ſi ſubſtãtia eſſet contraria ſubſtan-
tiæ. ¶ Nota ꝙ non ſine cauſa dixit Ar. ꝙ ſub-
ſtantia non habet contrarium quoniam id
quod competit accidenti non competit ſub-
ſtantiæ 4. phy. 45. ſed habere contrariũ com-
petit accidenti (vt probatum eſt) ergo ha-
bere contrarium non competit ſubſtantiæ.
¶ Amplius 1. phy. 51. 54. 57. Au. 8. phy. 4. Confir-
12. met. 53. clarius 5. phy. 14. 1. cæli 116. matio.
vnum contrarium non recipit ſuum contra-
rium ſed omnis ſubſtantia tàm prima quàm
ſecunda prima per ſe & ſecũda per accidens
recipit contraria vt ſortes modo recipit ſa-
nitatem modo ægritudinem & materia mo-
do formam & modo priuationem 1. phy. 56.
2. cæli 18. 5. phy. 14. & 4. phy. 84. eadem.n.
eſt materia contrariorum ergo ſubſtantia
non habet contrarium. Amplius vnum con- Confir.
trarium non patitur reliquum 12. met. 53.
cum dicit contraria ſunt impaſſibilia 1. phy.
51. albedo enim non recipit nigredinem ſed
ſubſtantia recipit ſubſtantiã vt materia quæ
eſt ſubſtantia 7. met. 7. 34. 35. 2. de anima 2.
& 25. 12. met. 14. recipit formam quę etiam
eſt ſubſtantia vt in locis allegatis clarè patet
ergo ſubſtantia non eſt contraria ſubſtantię.
¶ Amplius contraria non poſſunt eſſe ſimul Confir.
nec compatiuntur vt patet in cap. de oppoſi-
tis & in cap. de ad aliquid clarius 2. de gen.
& cor. 18. 8. phy. 70. clariſsime 10. met. 17.
ſed ſubſtantiæ poſſunt eſſe ſimul in mixto vt

ſunt

ſunt quatuor elementa quæ ſunt ſubſtantiæ 3. met. 17. 3. cæli 1. & 8. met. 5. ergo ſubſtantiæ adinuicem non ſunt contrariæ. ¶ Præterea 2. phy. 15. 20, met. 7. 15. 16. contrariorum ſemper vnum eſt priuatio alterius clarius 4. met. 27, 1, de gen. & cor. 18. 32. 2. cœl. 28, clariſsime tamen 5. met. 17. 12. met. 22. 3. de anima 25. 4. phy. 49. & 118. vnum contrarium ſemper priuat reliquum ab eſſe non dat illi eſſe ſed remouet illud ab eſſe vt amarum priuat dulce & eſt contra illud ſed vna ſubſtantia non eſt priuatio alterius nec vna priuat reliquam immo vna ſubſtantia ſequitur amplectitur & fouet aliã vt pater non priuat filiũ ſed conſeruat regit & gubernat illum ſimiliter mater recipit ſemen & fetũ ſeruat & alit & anget in maiorẽ magnitudinẽ & illum fructificat dum eſt in vtero ſimiliter materia recipit appetit & deſiderat formã & conſeruat illam & ipſum ducit ad perfectionẽ & eſt ſubiectũ formæ ſubſtentat formam ſm̃ ꝙ forma non poteſt eſſe ſine ſubiecto & ipſum ſubſtentat ſm̃ ꝙ eſt complementum eius & illius perfectio & ſm̃ ꝙ ſubiectum non poteſt denudari à forma 1. phy. 70. Au. 2. phy. 30. 3. phy. 65. 2. de anim. 4. ex quibus latè patet ꝙ ſi vna ſubſtantia eſt conſeuatrix & auſiliatrix alterius vna ſubſtantia non eſt contraria alteri ſubſtantiæ. ¶ Amplius id quod eſt ſubyectum contrarijs non habet contrarium, ſed ſubſtãtia eſt ſubiectum contrarijs 2. de gen. & cor. 6. ergo ſubſtantia non habet cũtrariũ. ¶ Amplius contraria ſunt in ſubiecto vt patet in cap. de oppoſitis & 1. phy. 52. ſed nulla ſubſtãtia eſt in ſubiecto (vt patet in hoc cap.) ergo nulla ſubſtantia habet contrarium. ¶ Præterea contraria ſemper ſub vno genere ordinantur vt album & nigrum ſub colore vt patet in cap. de oppoſitis ſed ſubſtantia nõ habet genus ſuperius ſub quo ordinatur ergo ſubſtantia non habet contrarium. ¶ Amplius contraria ad inuicem mutantur 1. phy. 43. & i. 1 cap. de oppoſitis ſed ſubſtantia non mutatur ad non ſubſtantiã ergo ſubſtantia non habet contrarium. ¶ Rurſus contraria inter ſe continuo ſe remictunt ſed ſubſtantia eſt determinata & non remictitur ergo ſubſtantia non habet contrarium.

Dub. ¶ Aliquis poſſet dicere cõcedo ꝙ vna ſubſtantia non eſt contraria alteri ſubſtantiæ tamen accidens poteſt eſſe contrarium ſubſtantiæ.

Sol. ¶ Reſpondet Ar. in textu excludendo hanc inſtantiam & verificando ſuum dictum eſſe ſimpliciter & vniuerſaliter verum & dicit (nihil) q. d. neque ſubſtantia eſt contraria ſubſtantię neque accidens eſt contrarium ſubſtantiæ.

Petitio ¶ Dices, o, Ar. hoc prædicatum ſcilicet non habere contrarium competit ſubſtantijs ſolum vel competit alijs à ſubſtantia?

Reſp. ¶ Reſpondet & dicit

Non eſt aũtẽ hoc ſubſtantiæ proprium, ſed etiam multorum aliorum vt quantitati, bicubito enim vel tricubito nihil eſt contrarium, at vero nec decem, nec alicui talium.

Poſtquàm Ar. in prima parte huius tex. declarauit quartam proprietatem competentẽ omnibus ſubſtantijs tàm primis quàm ſecundis in hac ſecũda parte declarat ꝙ hęc quarta proprietas ſcilicet non habere contrarium non ſolum competit ſubſtantijs ſed alijs quę non ſunt ſubſtantiæ Diuiditur hęc pars in duas partes in prima declarat ꝙ non eſt proprium ſubſtantiæ non habere contrarium in ſecunda ibi (vt quantitatis) probat quòd præter ſubſtantias multis alijs competit non habere contrarium quo igitur ad primum

Petitio Dices tu, o, Ariſt. dixiſti quòd nulla ſubſtantia habet contrarium vellem ſcire competit ne ſoli ſubſtantiæ hæc proprietas ſcilicet non habere contrarium vel alijs à ſubſtantia?

Reſp. ¶ Reſpondet & dicit quòd hæc proprietas non competit ſoli ſubſtantiæ ſed competit alijs quæ non ſunt ſubſtantiæ quæ omnia innuit his verbis (non eſt autem ſubſtantiæ proprium (autem, pro ſed, q. d. ſtudioſi animaduertite ꝙ (hoc) ſcilicet prædicatum qood dictum eſt ſcilicet non habere contrarium (non eſt proprium ſubſtantiæ) ideſt non competit ſoli ſubſtantiæ (ſed etiam multorum aliorum) nunc aſsignat cauſam quare non eſt proprium ſubſtantiæ non habere contrarium (ſed) pro quia (hoc) prædicatum ſcilicet non habere contrarium (eſt multorum)

Petitio Dices ſimilium vel diuerſorum?

Reſp. Reſpondet & dicit (Aliorum) ideſt diuerſorum. q. d. Ar. non habere contrarium competit multis alijs quæ ſunt alia & diuerſa à ſubſtantijs & nullo pacto ſunt ſubſtantiæ nã id quod eſt proprium alicui competit ſoli illi & non alteri ab illo & conuertitur cum illo teſte Ariſt. 1. top. & Porphyrio in cap. de proprio ſed non habere contrariũ non competit ſoli ſubſtantiæ nec conuertitur cũ ſubſtantia ergò non eſt proprium ſubſtantiæ.

Dub. ¶ Dices ſi non habere contrarium competit alijs quæ non ſunt ſubſtantiæ quæ ſunt iſta?

Sol. Reſpondet Ar. vtens nomine communi. q. d. ſi tu neſcis quæ ſunt illa quibus pter ſubſtantiã competit non habere contrariũ dico (vt) i. v. g. competit (quantitati) quæ quantitas non habet contrarium & non eſt ſubſtantia ſed eſt alia & diuerſa ab ipſa ſubſtantia.

Dub. ¶ Dices quę eſt iſta quantitas quę non habet contrarium & quomodo vocaſ proprio nomine?

Sol. ¶ Reſpondet Ar. & dicit (bicubito) Nota vt clarius intelligatur ꝙ quãtitas eſt duplex

Alia continua Alia diſcreta vt patet in cap. de quantitate & 5. met. tunc dicitur ꝙ (bicubito)quod eſt quantitas continua nihil eſt *Petitio* contrariũ. ¶ Dices,o, Ar. ſi bicubitum quod eſt quantitas continua non habet contrariũ velle ſcire numerus qui eſt quantitas diſcreta haber ne contrarium? ¶ Reſpondet & dicit (at verò) q.d. non ſolum bicubitum quod eſt quantitas continua non habet contrariũ ſed etiam (nec decem) ideſt nec numerus denarius qui eſt quantitas diſcreta non habet *Petitio* contrarium. ¶ Dices ſolum hæc quantitas diſcreta.ſ. ly (decem) non habet contrariũ vel *Reſp.* alia quantitas diſcreta? ¶ Reſpondet & dicit (nec alicui talium) .i. nec vlla alia quantitas diſcreta vt quinque,tria,ſeptem,nullum iſtorum habet contrarium & ſic patet ꝙ non ſolum ſubſtantia ſed etiã quantitas cõtinua & *Petitio* diſcreta non habet contrarium. ¶ Sed Dices quid ſibi vult quantitas non habet *Reſp.* contrariũ? Dicas ꝙ nil aliud eſt dicere quãtitas non habet contrarium quàm dicere ꝙ nulla quantitas eſt cõtraria alteri quantitati vt bicubitũ non eſt contrariũ tricubito nec quinq; ſunt cõtraria decẽ nec ſeptem tribus. *Dub.* ¶ Dices quõ cognoſcif ꝙ vna quantitas non *Sol.* eſt contraria alteri quantitati? ¶ Dicas qm̃ vna quantitas nõ deſtruit non corrũpit aliã quantitatẽ imo vna auget & complet aliam vt minor quantitas auget maiorẽ quantitatẽ vt bicubitũ auget tricubitũ & tria faciunt quatuor vnde fiat talis ratio illud qđ auget & perficit aliud nõ eſt contrariũ illi,ſed vna quantitas auget & perficit, aliam quantitatem ergo ſiue fuerit quantitas continua ſiue diſcreta non eſt contraria alteri nec continua eſt contraria continuæ nec diſcreta eſt contraria diſcretæ nec continua eſt contraria diſcretæ latè igitur patet ex his omnibus ꝙ non eſt proprium nec ſoli ſubſtantiæ competit non habere cõtrarium ſed multis alijs quæ non ſunt ſubſtantiæ & ſi eſt hoc propriũ ſubſtantiæ non eſt proprium quarto modo ſed eſt proprium ſecundo modo vt in capite de proprio à Porphyrio declaratur.

Niſi quis dicat multum pauco eſſe contrarium, vel magnum paruõ, determinatorum verò quantorum nullum nulli eſt contrarium.

Cum Ar. probauit ꝙ non ſolum ſubſtantia ſed etiã quantitas non habet contrarium in hac tertia parte textus dubitat & ſoluit verũ pro faciliori intelligentia Diuiditur iſta pars in duas partes in prima Dubitat in ſecunda ibi (Determinatorũ) ſubtili vtens artificio diuidendo quantitatẽ ſoluit dubitationem inquit igitur ſic (niſi Aliquis) q. d. licet verum ſit ꝙ quantitas non eſt contraria quantitati tamen aliquis (dicat) .i. poſſet dicere contra nam 1. de gen. & cor. 46. 14. met. 1. 8. phy. 62. & 10. met. 22. multum & paucum ſunt contraria ſed multũ & paucũ ſunt quantitates ergo quantitas eſt contraria quantitati & per conſequens quantitas habet contrariũ (vel) .i. & etiam magnum quod eſt quãtitas eſt contrariũ paruo quod ſimiliter eſt quãtitas 3. cæl. 52. ergo quantitas habet contrariũ. ¶ Reſpondet & dicit (De- *Sol.* terminatorũ vero nullũ nulli eſt contrariũ) nunc ſoluit dubitationem ſed pro ſolutionis intelligentia Nota quòd quantum eſt duplex aliud definitum & determinatum certum limitatum vt decem centum,mille,decẽ millia Aliud eſt quantum in determinatum in certum inlimitatũ indefinitum tunc dicitur ꝙ nullũ quantorum determinatorũ eſt contrarium nulli quanto determinato .i. nullũ quantum determinatum habet contrariũ ſed.q.d. omne quantum indeterminatum eſt contrarium omni quanto indeterminato modo magnum & paruũ ſimiliter multum & paucum ſunt quanta indeterminata & hæc non eſt mirum ſi ſunt contraria de quibus non eſt quæſtio. ¶ Vel Dicas ꝙ multum & paucum *Alia ſol.* magnum & paruum non ſunt quanta ſed ſunt relatiua & cum non ſint quanta ſequitur iure optimo ꝙ quantitas non habet contrarium vt patet in cap. de quantitate. ¶ Vel Dicas *Alia ſol.* ꝙ multum & paucũ magnum & paruum non ſunt quantitates ſed ſunt accidentia quantitatis 5. met. 28. & cum non ſint quantitates meritò quantitas non habet contrarium. ¶ Vel Dicas cum Ariſt. 10. met. 19. ꝙ ma- *Alia ſol.* gnum non eſt contrarium paruo quoniam paruum continetur in magno 2. de par. an. cap. vltimo. ¶ Dices quarè Ariſt. adduxit *Dub.* duas inſtantias vnam de multo & pauco Aliam de magno & paruo? ¶ Dicitur ꝙ ideo *Sol.* adduxit duas inſtantias vnam de quantitate continua quando dixit magnum & paruum Aliam de quantitate diſcreta quando dixit multum & paucum ad denotandum ꝙ tàm quantitas continua quàm quantitas diſcreta non habet contrarium iuxta dictum Au. in 2. collige t cap. de cõplexionibus membrorum officialium vbi inquit magnum & parũ approprian tur quantitati continuæ multum verò & paucum quantitati diſcretæ quod confirmat 5. met. 18. dum inquit multum & magnum differunt quoniam multum eſt in diſcretis magnum verò in continuis. ¶ Dices ſi non habere contrarium compe- *Dub.* tit ſubſtantiæ & quantitati,competit ne alijs præter hæc? ¶ Reſpondet Ariſt. 12. met. vl- *Sol.* timo & dicit ꝙ non habere contrarium competit primo principio qđ eſt Deus 8. phy. 3.

12. meta.

12. meta. vltimo qui non eſt ſubſtantia pri-
ma compoſita nec ſecunda nec eſt quantitas
ſed eſt quid præter ſubſtantiam primam &
Rep. ſecundam & quantitatem. ¶ Dices contra
nam Deus eſt ſubſtantia prima & cauſa pri-
ma à qua omnia dependent 12. met. 38. &
Sol. in tex. vltimo. ¶ Dicas ꝙ Deus eſt ſubſtan-
tia prima ſimplex non ſubſtantia prima cō-
poſita ex materia & forma de qua hic loquit
Rep. Ar. ¶ Dices contra nā Ar. 1. phy. 81. dicit ꝙ
diuino bono & appetibili eſt aliquod cōtra-
rium quod diuinum optimū & appetibile eſt
Sol. Deus vt ibi exponit Simplicius. ¶ Dicas vt
ibidem Simplicius exponit ꝙ per ly bonum
diuinū & appetibile Ar. non intelligit Deum
ſed intelligit formam materialem ex quo pa-
Rep. tet ꝙ Deo nihil eſt contrarium. ¶ Dices ſed
forma materialis eſt ſubſtantia prima 7. met.
39. & 23. ergo ſubſtātia prima habet contra-
riū quod de directo eſt contra Ar. in hoc tex-
Sol. tu. ¶ Dicitur ꝙ ſubſtantia prima eſt duplex
Alia ſimplex vt eſt ipſa forma Alia cōpoſita
quæ non habet cōtrarium ſed ſubſtantia pri-
ma ſimplex ſtat per poſsibile vt habeat con-
Dub. trarium. ¶ Dices ſi Deus eſt ſubſtantia pri-
ma ſimplex & forma materialis eſt ſubſtan-
tia prima ſimplex quæ differentia erit inter
Sol. Deum & formam? ¶ Dicas ꝙ Deus eſt ſub-
ſtantia prima abſtracta libera ab omni ma-
teria ab illa omnino nuda & ſpoliata nullo
modo concernens materiam 7. met. 41. & 1.
phy. vltimo forma verè eſt ſubſtantia prima
materialis & ſic differt Deus à forma mate-
Dub. riali. ¶ Dices ſi Ar. aſſerit ꝙ ſubſtantię nihil
eſt contrariū ergo ſiue fuerit compoſita ſiue
ſimplex veluti eſt forma non habet contra-
Sol. riū. ¶ Dicas ꝙ forma non habet contrarium
ſimpliciter & propriè ſed habet contrarium
impropriè dictum veluti Dilucidiſsimus the-
miſtius aſſerit 5. phy. 9. cum dicit ꝙ priuatio
non eſt contraria formæ ſed data quadā ra-
dinſcula nominis ratione & priuatiuè q̄ con-
trarietas priuatiuè & impropriè dicta potius
dicitur oppoſitio vnde rectè dicebat Diluci-
diſsimus themiſtius 1. phy. 69. formam & pri-
uationem eſſe contraria pinqui minerua di-
Alia ſol. ctum eſt. ¶ Vel Dicas ſed eſt Notandū ꝙ for-
ma eſt ens propriè 2. de anima 4. 7. & 2. phy.
4. 12. priuatio eſt nō ens per ſe 1. phy. 75. 79.
& 4. met. 6. tunc dicitur ꝙ priuatio eſt con-
traria formæ inquantum non ens eſt contra-
Alia ſol. rium enti. ¶ Vel Dicas ꝙ dupliciter conſide-
ratur forma vno modo vt eſt ſubſtantia Alio
modo vt eſt habitus tūc dicitur ꝙ forma ha-
bet contrariā priuationem non inquantum
eſt ſubſtantia ſed inquantum eſt habitus.
Alia ſol. ¶ Vel Dicas quia dicit affirmationem pri-
uatio dicit negationem & ſic priuatio eſt
contraria formæ non inquantum forma eſt
ſubſtantia ſed inquantum dicit affirmatio-
nem & priuatio dicit negationem. ¶ Vel *Alia ſol.*
Dicas ꝙ forma eſt menſura priuatio eſt men
ſuratio & intantū priuatio eſt contraria for-
mæ inquantum forma eſt menſura & priua-
tio eſt menſuratio. ¶ Vel Dicas ꝙ forma di- *Alia ſol.*
cit finitatem priuatio verò dicit infinitatem
tunc dicitur ꝙ priuatio eſt contraria formę
non inquantum forma eſt ſubſtantia ſed ra-
tione finitatis & infinitatis. ¶ Vel Dicas ꝙ *Alia ſol.*
forma dicit principium priuatio dicit finem
& vltimum & quoniam principium contra-
riatur fini & finis contrariatur principio ſic
forma non vt ſubſtantia eſt contraria priua-
tioni ſed vt principium contrariatur fini.
¶ Vel Dicas Sed Nota ꝙ bonum eſt contra- *Alia ſol.*
riū malo vt patet in cap. de oppoſitis & quo-
niā forma dicit bonum & priuatio dicit ma-
lum 1. phy. 80. clarius in tex. 81. ſi igitur pri-
uatio eſt contraria formæ non inquantum
forma eſt ſubſtantia ſed ſub ratione boni &
mali. ¶ Sed contra Ar exclamant Gręci Ara- *Dub.*
bes & Latini omnes probantes ſubſtantiam
habere contrarium nam aqua eſt contraria
igni terra verò aeri 2. de gen. & cor. 22. 24.
7. 46. 3. phy. 43. 44. 49. 4. cæli 4. 18. 19. ſed
aqua ignis aer & terra ſunt ſubſtantię 8. met.
1. 3. met. 17. & 3. cæli 1. ergo ſubſtantia eſt
contraria ſubſtantiæ & per conſequens ſub-
ſtantia habet contrarium. ¶ Quod quidem *Confir-*
non ſolum auctoritate ſed ratione compro- *matio.*
batur nam illa in quorum definitionibus ſu-
muntur differentiæ contrariæ ſunt contra-
ria 10. met. 25. ſed in definitionibus aquæ
& ignis & aeris & terræ ſumuntur caliditas
frigiditas humiditas & ſiccitas quæ ſunt dif-
ferentiæ contrariæ 2. de gen. & cor. 16. 24.
ergo ignis aqua aer & terra quæ omnia ſunt
ſubſtantiæ ad inuicem ſunt cōtraria. ¶ Am- *Alia ra-*
plius illa quorum differentię ſunt contrariæ *tio.*
ſunt ad inuicē contraria 2. de gen. 24. ſed dif-
ferentiæ elementorum .ſ. aquæ ignis aeris &
terræ ſunt cōtrariæ vt caliditas frigiditas er
go elemēta ſunt cōtraria. ¶ Amplius res qua- *Alia ra-*
rū ſubſtantiæ ſunt ſimiles cōtrarijs habēt ſub *tio.*
ſtantias contrarias 4. phy. 5. ſed elementa vt
aqua & ignis habēt ſubſtantias q̄ ſunt ſimiles
contrarijs qm̄ ſunt conſtitute ex cōtrarijs 2.
de ge. & cor. 22. ergo elemēta ſunt cōtraria.
¶ His omibus Alexander Reſpondet dicens *Sol.*
ꝙ ſubſtantia eſt duplex Alia compoſita Alia
ſimplex tunc dicitur gloſando verba Ar. ꝙ
qn̄ dicit ꝙ ſubſtantia non habet contrarium
loquitur de ſubſtantia compoſita vt eſt qui-
dam homo & quodam animal quæ ſunt ſub-
ſtātię primæ & homo & animal quę ſunt ſub-
ſtantiæ compoſitæ ſecundę tamen non eſt in-
conueniens ꝙ ſubſtantię ſimplices vt ſunt ele-
menta habeant contrarium. ¶ Sed contra *Rep.*
Alexandrum non deſunt inſtantiæ & Primò
ſi ſubſtantia compoſita non haberet contra-

rium tunc ſequeretur ꝙ omnia induidna eſſent æterna vt ſortes, Plato, & Petrus conſequentia probatur qm̄ omne quod corrũpitur à ſuo contrario corrumpitur 1. phy. 47. 1. cæli 20. ſed ſubſtanti æ (vt inquit Alexander) compoſita non habet contrarium ergo non corrumpitur & per conſequens omnia indiuidua ſemper viuerent quod quidem quantum eſt contra naturam, ſenſum, & contra Ariſt. 1. poſt. 62. 7. met. 35. ſingularium non eſt ſcientia quoniam ſunt corruptibilia.

Sol. ¶ Pulcrè autem aduertit Alexander dicens cui nihil eſt contrarium, vel quod non poteſt ſuſcipere contraria hoc dicitur eſſe ęternum & ingenitum modo licet ſubſtantia cõpoſita non habeat contrarium tamen quia eſt ſuſceptibilis contrariorum quoniam non ſolum formam ſucipit ſed etiam formæ priuationem ideo non eſt ingenita & ęterna, ſed caduca mortalis & corruptibilis.

Rep. ¶ Sed Dices contra ſi hæc ſolutio eſſet vera ſequeretur ꝙ materia prima eſſet genita & corruptibilis quod eſt contra Ar. 1. phy. 81. vbi inquit ꝙ materia prima eſt ęterna conſequẽtia probatur qm̄ materia prima eſt ſuſceptibilis contrariorum quoniam non ſolum ſuſcipit formam, ſed formæ priuationem Nota candide lector quoniam hæc replica cõcludit contra Alexandrum quod confirmat Ar. 4. phy. 84. 2. cæli 18. vbi inquit ꝙ eadẽ eſt materia contrariorum forma & priuatio ſunt contraria 1. phy. 81. ergo materia modo ſuſcipit formam & modo ſuſcipit formæ priuationem.

Alia ſol. ¶ Ideo aliter dicendum eſſe arbitror ꝙ ſubſtantia compoſita non habet contrariũ propriæ & poſitiue dictum tamen habet contrarium impropriè & priuatiue dictum quod quidem Ariſt. innuit 12 met. 53. dum inquit (quibus non inſunt contraria quomodo ex contrarijs erunt?) Sed ſubſtantia compoſita fit & eſt ex contrarijs 1. phy. 42. omnia quæ fiunt ex contrarijs fiunt ergo ſubſtantia compoſita habet contrarium ſaltim (vt dictum) priuatiuè.

Alia ratio. ¶ Amplius contra Alexandrum inquit ipſe ꝙ ſubſtantiæ ſimplices habent cõtrarium hoc videtur falſum quoniam id quod negatur à genere negatur etiam à ſpecie & ab illa remouetur ſed non habere contrarium remouetur & negatur à ſubſtantia quæ eſt genus 1. phy. 50. 56. ergo remouetur & negatur à ſpecie ſed ſubſtaotiæ ſimplices ſunt ſpecies ſubſtantiæ contente ſub ſubſtãtia ergo ſicut ſubſtantia in genere nõ habet contrarium ſimiliter ſubſtantia ſimplex in ſpecie non habet contrarium maior probatur quoniam animal quod eſt genus non eſt colo ſic etiam homo qui eſt ſpecies non eſt color ecce ꝙ iam patet ꝙ color negatur ab animali genere & negatur ab homine ſpecie nam quod negatur à compoſito negatur etiam à componentibus ſed ſubſtantia compoſita non habet contrarium ergo nec ſubſtantiæ ſimplices habent contrarium eadem enim eſt ratio totius & partis 1. cæli 19. 73. 80. 50. & 2. cæli 35. 92. 100. 102. 105. & 4. cæli 22.

Sol. ¶ Dicitur gloſando maiorem hoc modo videlicet omne quòd negatur à genere negatur etiam à ſpecie quando ſunt eiuſdem ordinis modo ſi habere contrarium negatur à ſubſtantia compoſita non negatur à ſubſtantia ſimplici quoniam ſubſtãtia compoſita & ſubſtantia ſimplex nõ ſunt eiuſdem ordinis vnde clare relinquitur ꝙ ſubſtantia compoſita non habet contrarium ſubſtantia verò ſimplex non vacat contrario ſed habet contrarium.

Alia ſol. ¶ Vel dicendum ꝙ ab omni ſubſtantia in genere remouetur contrarium poſitiue dictum ſed in illa ponitur contrarium priuatiue dictum vt innuit Ar. 1. phy. 50. 56.

Dub. ¶ Dices quomodo quatuor elementa quæ ſunt ſubſtantiæ ſimplices habẽt contrarium & ſunt contrariæ?

Sol. ¶ Dicas ſed pro ſolutione eſt Notãdum ꝙ hæc quatuor elementa ignis nempè, aer, aqua, & terra ſunt conſtituta vt inquit Ar. 2. de gen. & cor. 22. & ſunt complexa vt ipſemet aſſerit 1. phy. 54. contrarijs qualitatibus 2. de gen. 16. caliditate ſiccitate frigiditate & humiditate ignis enim eſt calidus & ſiccus aer eſt calidus & humidus aqua frigida & humida terra autem eſt frigida & ſicca caliditas enim frigiditati & humiditas ſiccitati & è contra ad inuicem ſunt contrariæ quæ ab Ar. diuerſis in locis diuerſis & varijs vocabulis ac nominibus vocari ſolent modo quidem vocantur contrarietates vt 1. phy. 54. modo differentiæ vt 2. de gen. & cor. 18. 24. & 2. de anima 117. modo verò paſsiones vt 2. de geo. & cor. 22. & 3. met. 17. modo vocantur principia veluti 2. de gen. & cor. 7. modo vocantur cauſe vt 4. met. primo aliquando virtutes veluti 4. met. 2. & 2. de par. an. cap. 1. aliquando vocantur initia 2. de par. an. cap. 2. aliquaodo vocantur qualitates alteratiue 2. de geu. & cor. 22. aliquando accidentia nuncupantur 3. met. 17. denique appellantur formæ à Gręcis & ab Au. 2. de par. an. cap. 2. his igitur ſic ſtantibus Reſpondetur ad dubitationem quando dicitur quomodo elementa quę ſunt ſubſtantię ſunt contraria non enim ſunt contraria per ſe & vt ſubſtantiæ ſunt ſed ſunt contraria per accidens ratione alterius per aliud impropriè nõ propriè ſed propter qualitates contrarias quæ ſunt in ipſis propter initia principia virtutes differentias paſsiones accidentia ignis enim non contrariatur aquæ vt ſubſtantia eſt ſed quoniam ignis eſt calidus & aqua eſt frigida ſimiliter aer eſt contrarius terræ quoniam aer eſt humidus & terra eſt ſicca & ſic aer eſt contrarius ter-

ræ propter humiditatem & ſiccitatem & ſic
per aliud veluti ſummo cum iudicio dixit
Ar. 2. de gen. 24. 2. cæli 19. cum dixit ele-
menta autem omnia habent cõtrarietatem
ad inuicem quia differentiæ ſunt contrariæ
quod confirmat Au. 4. phy. 5. quorum om-
nium concluſionem poſuit Ar. 2. de gen. &
cor. 49. cum dixit contingit ſubſtantiam
ſubſtantiæ contrariam eſſe. q. d. ſubſtantia
non eſt contraria ſubſtantiæ per ſe & ſecun-
dum eſſe ſuum ſubſtantiale ſed per accidens
& ratione qualitatum ſubſtantia eſt contra-
ria ſubſtantiæ non enim ignis aquæ contra-
rius eſt ſed qualitates ignis qualitatibus a-
quæ opponitur patet igitur clariſsime quòd
ſubſtantia non eſt contraria ſubſtantiæ per
ſe ſed propter qualitates quæ ſunt in ſubſtan
tia quæ qualitates ſunt contrariæ vnde fiat
hæc ratio (illud quod eſt tale per aliud eſt ta-
le per accidens 5. phy. 1. ſed ſubſtantię ſunt
contrarie per aliud ſcilicet per qualitates
contrarias quæ ſunt in ipſis ergo ſubſtantiæ
ſunt contrariæ per accidens & non per ſe.

Rep. facta per Scipionē Galatiū. Sed quidam Noſter diſcipulus in medici-
na Doctor qui vocatur Scipio Galatius cro-
toniata habita hac noſtra ſolutione contra
illam ita quidem oſtēdens ſuam ingenij ſub-
tilitatem fuit argumentatus probans ꝙ ele-
menta non ſunt contraria per accidens, ſed
ſunt contraria per ſe ſic dicens nam tunc ali-
quod eſt & dicitur tale per accidens quando
illud per quod eſt tale non eſt proprium nec
eſt eſſentiale illi ideſt non eſt ſpecifica diffe-
rentia non eſt propria cauſa nec eſt pars il-
lius nec per ſe competit illi 5. phy. 1. 2. 3. 4.
ſed elementa ſunt ad inuicem contraria per
qualitates quæ ſunt eſſentiales & propriæ &
ſpecificæ differentiæ proprię cauſæ & prin-
cipia formalia elementorum 2. de gen. 7. 16.
24. & ſunt paſsiones ex quibus conſtituun-
tur elementa 2. de gen. & cor. 22. ergo ele-
menta non per accidens ſed per ſe ſunt con-
Sol. traria. ¶ Huic pulcherrime rationi Reſpon-
detur concedendo ꝙ elementa ſunt contra-
Alia sol. ria per ſe tamen non primò. ¶ Vel propter
rationis difficultatem aliter dicēdum quòd
aliud eſt dicere elementa eſſe contraria per
ſe & ex natura ſua & aliud eſt dicere elemē-
ta ſunt contraria per illa quæ competunt eis
per ſe tunc dicitur ꝙ elementa non ſunt con
traria per ſe ex natura ſua & vt elemēta ſunt,
ſed ſunt contraria per ea quæ eis compe-
tunt per ſe & ſic per aliud & non ex natura
Rep. ſua. ¶ Sed Doctor iſte non minus logicus
quàm medicus contra hanc ſolutionem ſic
inſurgit dicens ſicut elementa ſunt ſenſibilia
ſic ſunt cõtraria ſimilitudo eſt vera ſed ſunt
ſenſibilia per ſe 2. de anima 52. ergo per ſe
ſunt contraria & non ratione eorum quę per
Sol. ſe competunt illis. ¶ Dicitur concedendo ꝙ
ſunt contraria per ſe tamen nõ primò. ¶ Sed *Rep.*
iſte logicus logicè & acutè ſic inſtat ex Ar.
1. poſt. 36. dicens idem eſt per ſe & primùm
ſed elementa (vt dictum) ſunt contraria per
ſe ergo ſunt contraria primò. ¶ Dicitur ꝙ ly *Sol.*
idem dicitur dupliciter vno modo idem ſu-
biecto Alio modo idem ratione 1. phy. 60. 79.
5. met. & 1. top. cap. de eodem ſi enim per ſe
& primū ſunt idem ſubiecto tamen non ſunt
idem ratione. ¶ Sed Doctor iſte hac ſolutio- *Rep.*
ne non contentus iterum redarguit dicens
illa quæ ſunt ſynonima ſunt eadem ſubiecto
& ratione 1. top. & 5. met. cap. de eodem vt
veſtis tunica & indumentum ſed per ſe & pri
mum ſunt ſynonima 5. phy. 3. Auer. ergo per
ſe & primum ſunt eadem ſubiecto & ratione
& per conſequens elementa ſunt contraria
per ſe & primò. ¶ Dicitur ꝙ per ſe duplici- *Sol.*
ter conſideratur 1. poſt. 30. 35. 36. Vno mo-
do per ſe communiter Alio modò per ſe pro-
priè tunc dicitur ꝙ per ſe non ſemper eſt ſy-
nonimum cū primò quoniam poteſt eſſe per
ſe & non primū vt animal quod eſt genus eſt
prędicatum per ſe & non eſt primum quia eſt
per ſe communiter dictum vt inquit Auer. 1.
poſt. 30. & 2. poſt. 94. Sed tunc per ſe & pri-
mum ſunt idem ſubiecto & ratione quando
eſt per ſe propriè vt rationale vel riſibile
quando prædicatur de homine vel habere
tres angulos equales duobus rectis de trian-
gulo. ¶ Vel Dicas ꝙ quando dicit Ar. 2. de *Alia sol.*
anima 52. ꝙ elementa ſunt ſenſibilia per ſe
intelligitur hoc modo videlicet elementa
ſunt ſenſibilia per ſe ideſt inquantum ſunt ſu-
biecta eorum quæ per ſe ſunt ſenſibilia & per
ſe inſunt eis vt ſunt caliditas ſiccitas frigidi-
tas & humiditas à pari ſi elementa ſunt con-
traria non ſunt contraria per ſe & ex eorum
propria natura ſed inquantum ſunt ſubiecta
eorum quæ ſunt contraria per ſe quod clarè
innuit Ar. 2. de gen. & cor. 24. quando inquit
illa quorum differentiæ ſunt contrariæ ſunt
contraria & ſic patet ꝙ elementa non per ſe
ſunt contraria ſed per aliud. ¶ Vel Dicas ꝙ *Alia sol.*
aliquod eſſe ſenſibile per ſe intelligitur duo-
bus modis vno modo quia per ſe agit in ſen-
ſum & iſto modo elementa non ſunt ſenſibi-
lia per ſe Alio modo quia per ſe eſt ſubiectum
alicuius quod per ſe agit in ſenſum & hoc
modo elementa ſunt ſenſibilia per ſe ideſt in-
quantum ſunt ſubiecta eorum quæ ſunt ſenſi-
bilia per ſe ſcilicet caliditatis frigiditatis
humiditatis & ſiccitatis. ¶ Sed Dices contra *Dub.*
nam ſimile non eſt contrariū ſimili vt homo
non eſt contrarius homini ſed elemēta ſunt
ſimilia ergo non ſunt contraria minor pro-
batur quoniam ignis eſt calidus & aer eſt ca-
lidus ſimiliter aqua eſt frigida & terra eſt fri-
gida vt patet 2. de gen. & cor. 16. ¶ Dicas ꝙ *Sol.*
ignis non eſt contrarius aeri per calidita-
tem

tem ſed eſt contrarius per ſiccitatem quoniam aer eſt humidus & ignis eſt ſiccus ſimilite aqua non eſt contraria terræ per frigiditatem quoniam vtraque eſt frigida 2. de gen. & cor. 16. ſed aqua eſt contraria terræ per humiditatẽ ex quo Nota ꝙ quædam elementa ſunt contraria inter ſe per vnam qualitatem quædam verò ſunt contraria per ambas qualitates vt aqua & ignis nam aqua eſt frigida & humida ignis verò eſt calidus & ſic-
Rep. cus. ¶ Dices contra quoniam ignis eſt contrarius aeri non ſolum per vnam qualitatem ſcilicet per ſiccitatem ſed etiam per caliditatem quod probatur ſic quoniam ignis eſt magis calidus quàm aer & aer eſt minus calidus quàm ignis 2. de gen. & cor. 23. modo magis & minus fit per admiſtionem contrarij nam aliquid dicitur minus dulce per admiſtionem amari & minus calidum per ad-
Sol. miſtionem frigidi. ¶ Dicitur ꝙ hæc ſunt contraria in caliditate ſecundum magis & minus vt ignis & aer ſimiliter aqua & terra in frigiditate quoniam aqua eſt magis frigida quàm terra & terra eſt minus frigida quàm aqua vel terra eſt magis frigida quàm aqua & aqua minus frigida quàm terra quæ de re prolixam fecimus quæſtionem in primo phy. ſuper tex. 54. in publico ſtudio Neapolitano
Alia ſol. ad principalẽ dubitationẽ iam quartus voluitur annus. ¶ Vel Dicendum ꝙ duo elemẽta ſunt leuia vt ignis & aer 3. cæli 1. 4. cæli 17. & duo ſunt grauia vt aqua & terra 4. cæli 26. 29. quæ grauitas & leuitas ſunt qualitates motiuæ 1. cæli 17. 4. cæli 35. & ſunt contrariæ nam leuitas eſt contraria grauitati & grauitas eſt contraria leuitati 2. de gen. & cor. 8. quoniam grauitas eſt priuatio leuitatis 2. cæli 19. quo ſic ſtante dicitur ꝙ elementa non ſunt contraria ad inuicem ex ſua propria natura & per ſe ſed per aliud ſcilicet per qualitates motiuas ſcilicet
Alia ſol. per leuitatem & grauitatem. ¶ Aliter Dicas primò ſupponendo vnum ꝙ locus ſurſum eſt contrarius loco deorſum in cap. de quantitate & 2. de anima 14. 8. phy. 64. 1. cæli 26. 31. 44. ignis n. & aer ſunt in loco ſurſum aqua & terra ſunt in loco deorſum 1. cæli 5. 2. cæli 18. ex quo dicimus ꝙ elementa non ſunt contraria ex ſe & ex propria eorum natura, ſed ratione loci & ratione ſitus locus enim ſurſum habet vim conſeruandi leuia & locus deorſum habet vim conſeruandi grauia & ſicunt grauia & leuia ſunt contraria ſic locus
Alia ſol. ſurſum eſt contrarius loco deorſum. ¶ Reſpondet Ioannes Grãmaticus & dicit ꝙ elementa non ſunt contraria ſecundùm ſubiectum ſed ſolum ſecundùm ſpecificas potentias & ſecundũ ſuas formatiuas differentias quæ ſunt caliditas frigiditas humiditas & ſiccitas quod quidem confirmat Ar. 2. de gen. & cor. 24. quæ formatiuæ differẽtiæ ſunt contrariæ. ¶ Dices ſi elementa quæ ſunt ſubſtan- *Dub.*
tiæ ſimplices ſunt contraria per aliud ſcilicet per ſuas differentias quæro iſtæ differentiæ elementorum quomodo ſunt contrariæ per aliud an per ſe non eſt dicendũ per aliud quia ſunt vltimę differentię vt aſſerunt Gręci ergo ſunt contrarię per ſe & ſic ſequitur ꝙ ſubſtantiæ ſimplices ſunt contrariæ per ſe & non per aliud. ¶ Dicitur ꝙ ſubſtãtia ſimplex *Sol.*
eſt duplex Alia in qua eſt aliqua compoſitio Alia verò in qua nulla eſt compoſitio tunc dicitur ꝙ ſubſtantiæ ſimplices in quibus eſt aliqua compoſitio ſcilicet ex materia & forma ſunt contrarię per aliud ſcilicet per qualitates vt ſunt quatuor elementa ſed ſubſtantiæ ſimplices in quibus nulla eſt compoſitio non ſunt contrariæ per aliud, ſed ſunt contrariæ ex ſe ipſis Nota hæc candide lector *Alia ſol.*
quoniã pauci ſunt qui animaduertunt. ¶ Ali- *ad principalem.*
ter dicitur ad principalem dubitationem ꝙ ſubſtantia eſt contraria ſubſtantię ratione ſitus & loci quoniam ignis eſt ſituatus & locatus in loco ſurſum ſub ſphera & concauo cęli & aqua eſt locata & ſituata in loco deorſum & ſicut ſurſum locus eſt contrarius loco deorſum ſic ignis eſt contrarius aquæ. ¶ Di- *Dub.*
ces ſi tàm aqua quàm terra eſt ſituata & locata in loco deorſum vellem ſcire cui iſtorũ ignis qui eſt in loco ſurſum magis eſt cõtrarius aquæ vel terræ? ¶ Dicitur tñ eſt ſcien- *Sol.*
dum ꝙ regula eſt topica ꝙ ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter ſic ſe habet magis ad magis & maxime ad maxime modo ſi locus deorſum eſt contrarius loco ſurſum ergo magis locus deorſum eſt magis contrarius loco ſurſum ſed terra eſt magis deorſum & infima quàm aqua & aqua eſt minus deorſum quàm terra 1. cæli 17. 4. phy. 45. ergo terra eſt magis contraria igni ratione loci & ſitus quàm aqua eſt etiam terra magis contraria igni quàm aqua ratione frigiditatis nam ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter ſic ſe habet magis ad magis & maxime ad maxime nam frigidum eſt contrarium frigido & magis frigidum eſt contrarium magis frigido & maxime frigidum maxime frigido ſed terra eſt maxime frigida & multo magis quàm aqua quoniam maxime diſtat à motu & lumine cęli 2. cæli 94. ergo terra eſt magis contraria igni quàm aqua. ¶ Sed Dices ſi terra eſt con- *Rep.*
traria igni multo magis quàm aqua ergo duo eſſent contraria vni aqua nempè & terra quod eſt contra Ar. 1. cæli 10. & 10. met. 17. 24. vbi inquit ꝙ vnũ vni tantum eſt contrarium & non plura. ¶ Reſpondet Auer. 8. *Sol.*
phy. 62. & dicit ꝙ vnum poteſt habere duo contraria quando contrarietas non eſt maxima. ¶ Aliter Reſpondet Au. ibidẽ & dicit *Alia ſol.*
ꝙ idem habet plura cõtraria diuerſis modis & ſub diuerſa ratione vt inquit Beatus Do-

ctor

ctor 1.cœl. 10.ſatis igitur diſputauimus quo-
modo ſubſtantię ſimplices ſunt contrariæ &
non ſubſtantiæ compoſitæ vt inquit Alexan-
Replica der. ¶ Sed contra Alexandrum inſurgit qui-
ꝑ Fran- dam noſter diſcipulus qui vocatur Franci-
ciſcũ Sar ſcus Sardus iuuenis quidam maxime expe-
dum. ctationis dicens ꝙ ſubſtantia compoſita ha-
bet contrarium motus auctoritate Ar. 2. de
gen. & cor. 3. vbi inquit (impoſsibile eſt ſine
contrarietate eſſe hoc corpus ſenſibile exi-
ſtens ſed corpus ſenſibile eſt ſubſtantia com-
poſita vt ſortes ergo ſubſtantia compoſita
Sol. habet contrarium. ¶ Dicitur ꝙ habere con-
trarium itelligitur dupliciter vno modo ſu-
biectiuè Alio modo obyectiuè tunc dicitur
ꝙ ſubſtantia compoſita habet contrariũ ſu-
biectiuè. i. eſt ſubiectum contrariorum vt ſor
tes eſt ſubiectum caliditatis & frigiditatis
ſanitatis & ægritudinis quæ caliditas & fri-
giditas non ſunt contraria ſorti ſed ſunt con-
traria inter ſe quod quidem innuit Ar. quan-
do dicit (maximè verò proprium ſubſtantię
eſſe videtur ꝙ cum vnum & idem numero ſit.
Rep. Contrariorum ſuſceptiuum eſſe. ¶ Contra
hanc ſolutionem iſte iuuenis ad altiora in-
tentus ita inſtat dicens alimentum eſt ſub-
ſtantia cõpoſita & alitum eſt ſubſtantia com
poſita & tamen alimentum eſt contrarium
alito 2. de anima 43. & 44. ergo obyectiue
& non ſubiectiue ſubſtantia compoſita eſt
Sol. contraria ſubſtantiæ compoſitæ. ¶ Ad hanc
ſubtilem inſtantiam dicitur ꝙ alimentum
eſt contrariũ alito non ſecundum materiam
ſed ſecundum formam alia enim eſt forma
alimenti & alia eſt forma aliti vt rectè in-
quiunt doctores ex quibus ſequitur ꝙ ſiue
fuerit ſubſtantia compoſita ſiue ſimplex non
habet contrarium ex ſe per ſe & quo ad eſſe
ſuum ſubſtantiale ſed per aliud & per acci-
dens veluti exemplo clariſsimo manifeſtari
poteſt Plato enim & Ariſtoteles tenent duas
opiniones contrarias non contrariant per
Replica ſe ſed per accidens. ¶ Sed contra arguit ex
facta per noſtris auditoribus quidam qui vocatur An-
Andreã dreas Imperatus Neapolitanus dices ꝙ ſub-
Impera- ſtantia compoſita per ſe & non per accidens
tum. habet contrarium nam illa ſunt per ſe con-
traria & non per aliud & per accidens quæ
ad inuicem ſe deſtruunt corrumpunt & ex-
pellunt 1. phy. 81. 2. cæli 19. & 8. phy. 64. ſed
ſortes qui eſt ſubſtãtia compoſita ira ductus
occidit Platonem qui etiam eſt ſubſtantia
compoſita ergo vna ſubſtantia eſt per ſe con
Sol. traria alteri ſubſtantiæ. ¶ Dicitur ꝙ ſortes
inquantùm eſt ſubſtantia nõ occidit nec de-
ſtruit Platonem in quantùm eſt ſubſtantia &
per ſe ſed ratione iniquitatis odij inimicitiæ
impietatis & iræ vel propter factã iniuriam
& ſic per aliud & non per ſe ſubſtantia com-
poſita eſt contraria alteri ſubſtantię compo-
ſitæ. ¶ Sed ſubtilis iſte iuuenis contra ſolu- *Rep. fa-*
tionem arguit dicens Iudex cõdemnat reum *cta per*
ad mortem & tamen nullomodium nulla ini *eundem.*
quitas nec nulla inimicitia eſt inter vtrum-
que iuxta dictum Ar. 1. cæli 101. Iudex de-
bet eſſe remotus ab odio & amore ſimiliter
cuſtos percuſsit collum illius quẽ noctu cæ-
pit vt aſſerit Au. 1. poſt. 166. & tamen nul-
la eſt inimicitia inter vtrumque. ¶ Reſpon- *Sol.*
detur ꝙ ſi iudex condemnat reum ad mor-
tem hoc non eſt ratione qua iudex eſt con-
trarius reo ſed ratione erroris peccati & ex-
ceſſus commiſsi à reo & ſic per aliud & per
accidens & non per ſe ſubſtantia eſt contra-
ria ſubſtantiæ & ſic intelligitur Au. 1. poſt.
166. quando dicit cur cuſtos percuſſerit col-
lum illius quem noctu cæpit quia prætor ſic
ei præceperat & cur prætor ſic præcepit
quia princeps hoc mãdauerat & quarè Prin
ceps ſic mandauit propter iuſtitiã qua fun-
gitur contra iniuſtitiam à reo commiſſam.
¶ Sed Dices ꝙ omnes expoſitores qui dicũt *Dub.*
ꝙ ſubſtantia non habet contrarium de facto
ſunt contra Ar. videant quæſo textus verba
clariſsimè enim inquit Ar. ꝙ ſubſtantia ha-
bet contrarium quando dicit ſubſtantijs ni-
hil eſt contrarium ecce ꝙ clarè loquitur ꝙ
nihil eſt contrarium ſubſtantijs. ¶ Dicitur *Sol.*
ꝙ ly nihil dicit contrarium priuatiuum. q. d.
Ar. ꝙ ſubſtantia habet contrarium priuati-
uè & non poſitiuè. ¶ Vel Dicas ꝙ ly nihil di- *Alia ſol.*
cit nõ ens & ſubſtantia dicit ens & ſicut non
ens eſt contrariũ enti ſic ſubſtantia eſt cõtra
ria ſubſtãtię. ¶ Vel Dicas ꝙ non ens dicit fal- *Alia ſol.*
ſum & ens dicit verum 5. met. cap. de falſo
quando dicit Ar. ꝙ nihil eſt contrarium ſub-
ſtantiæ intelligitur ſic nihil. i. non ens ideſt
falſum eſt contrarium ſubſtantiæ ideſt enti
ideſt vero vnde ſequitur ꝙ ſicut falſum eſt
contrarium vero ſic ſubſtantia habet con-
trarium per modum falſi & veri. ¶ Amplius *Dub.*
ne nihil intactum relinquatur in omni ge-
nere eſt vna contrarietas 1. phy. 50. 56.
ſed ſubſtantia eſt vnum genus vt ibidem pa-
tet ergo in ſubſtantia eſt vna contrarietas.
¶ Dicitur ꝙ in ſubſtantia eſt vna prima con- *Sol.*
trarietas quæ eſt inter priuationem & habi-
tum quæ dicitur contrarietas priuatiuè non
poſitiuè. ¶ Vel Dicas ꝙ in omni genere eſt *Alia ſol.*
contrarietas differentiarum quoniam diffe-
rentiæ quæ diuidunt genus ſunt oppoſitæ.
¶ Amplius contra Alexãdrum inquit enim *Dub.*
ipſe ꝙ ſubſtantia compoſita non habet con-
trarium ſed ſubſtantia ſimplex habet cõtra-
riũ nam id qđ non competit per ſe alicui per
accidens competit illi 1. poſt. 32. ſed per ſe
competit ſubſtantiæ non habere contrarium
ergo per accidens competit ſubſtantiæ ha-
bere contrarium minor probatur quoniam
id quod eſt proprium alicui per ſe competit

illi

illi 1. poſt. 31. ſed proprium eſt ſubſtanliæ
non habere contrarium ergo per ſe compe-
tit ſubſtantiæ non habere contrarium modo
id quod eſt per ſe eſt de omni 1. poſt. 29. 30.
ergo omnis ſubſtantia ſiue fuerit compoſita
Sol. ſiue ſimplex non habet contrarium. ¶ Dici-
tur ꝙ competit ſubſtantiæ cõpoſitæ ſoli non
habere contrarium & quando dicitur ꝙ com
petit omni ſubſtantiæ intelligitur omni ſub-
ſtantiæ compoſitæ & ſic excluditur ſubſtan-
Rep. tia ſimplex quæ habet contrarium. ¶ Sed Di
ces contra nam quando partes vnius com-
poſiti ſunt contrariæ partibus alterius com-
poſiti tunc compoſitum eſt contrarium com-
poſito quoniam eadem eſt ratio de toto & de
parte 1. cæli 19. ſed partes vnius ſubſtantię
compoſitæ ſunt contrariæ partibus alterius
ſubſtantiæ compoſite ergo tota ſubſtantia
compoſita eſt contraria alteri ſubſtantiæ
Sol. compoſitæ. ¶ Dicitur ꝙ non valet dicere
partes ſunt contrariæ partibus ergo totum
eſt contrarium toti & compoſitum compo-
ſito vt benè inquit Ar. 1. cæli 29. & ſi compo-
ſitum eſt contrarium compoſito non niſi per
accidens vt mel quod eſt dulce eſt contrariũ
veneno quod eſt amarum: & quando dicitur
ꝙ eadem eſt ratio de toto & parte intelligi-
tur quò ad motum quoniam pars terræ mo-
uetur deorſum ergo & tota terra mouetur
Dub. deorſum. ¶ Iterum Dices materia & forma
ſunt partes ſubſtantiarum compoſitarũ ſed
materia & forma ſunt duo contraria ergo
ſubſtantiæ compoſitæ ſunt contrariæ, minor
probatur, quoniam priuatio eſt contraria
formæ, 1. phy. 81. 82. ſed materia & priua-
tio ſunt idem 1. phy. 60. 66. 79. 80. ergo ma-
Sol. teria & forma ſunt duo contraria. ¶ Dicitur
ꝙ materia & forma ſunt duo contraria per
accidens, & non per ſe, quoniam materia eſt
contraria formæ reſpectu priuationis, 1. phy.
79. quę priuatio & materia ſunt idem nume-
Rep. ro, ſeu ſubiecto. ¶ Dices contra nam 5. met.
12 quæcumque ſunt eadem numero, ſunt ea-
dem ratione, ſed materia & priuatio ſunt
eadem numero, 1. phy. 60. 66. 79. ergo ma-
teria & priuatio ſunt vnum & idem ratione.
Sol. ¶ Dicitur ꝙ illa quę ſunt eadem numero per
ſe propriè intrinſecè ſunt eadem ratione mo
do materia & priuatio ſunt eadem numero
non per ſe, nec propriè, & intrinſecè ſed per
accidens, impropriè, extrinſecè, ideſt inſe-
parabiliter, quoniam ſicut nigredo eſt inſe-
parabilis à coruo ſic priuatio eſt inſepara-
bilis à materia; & dato & non conceſſo ꝙ
materia & priuatio eſſent vnum & idem per
ſe & propriè, & per conſequens materia &
forma eſſent duo contraria per ſe, non per
hoc ſequeretur ꝙ compoſitum & compoſitũ
eſſent contraria per ſe, quod quidem ratione
comprobatur, nam id quod per ſe competit

parti, per accidens competit toti 1. poſt. 38.
4. phy. 45. 5. phy. 12. 3. 24. ¶ Dices contra Rep.
nam ſi per ſe competit parti, ergo per ſe com
petit toti, & compoſito ex illis partibus; con-
ſequens probatur quoniam totum nil aliud
eſt niſi ſuæ partes 1. phy. 17. ¶ Dicitur ꝙ to- Sol.
tum & partes ſunt idẽ ſubiecto, ſed differunt
ratione, & ſic ceſſat argumentum. ¶ Sed mi-
rum eſt quomodo inquit Au. 10. met. 13. ꝙ
ſubſtantiæ ſunt contrarię cum oppoſitum di-
cat 5. phy. 10. vbi inquit ꝙ in ſubſtantijs non
eſt contrarietas. ¶ Reſpondetur gloſando di-
cta Au. ꝙ in ſubſtantijs non eſt contrarietas,
quo ad eſſe, ſubſtantiale, ſed eſt contrarietas
quo ad eſſe qualitatiuum, vel quo ad eſſe me-
lius, nobilius, & deterius, vilius, & ſecundum
magis perfectum, & minus perfectum. ¶ Sed Notandũ.
vt ſcias candide lector quot modis aliqua di
cuntur eſſe contraria Nota quòd aliqua ſunt
contraria in habendo, Alia in agendo, Alia
in patiendo, Alia in expellendo, Alia in re-
cipiendo, Alia in priuando, contraria enim
in habendo non ſunt quia de ſe ſunt contra-
ria, ſed quia in ſe habent contraria, veluti
ſunt elementa quæ contrariantur ratione
qualitatũ primarum, quæ per ſe contrarian-
tur, veluti etiam duæ aquæ contrariantur
quarum vna eſt calida & altera eſt frigida,
ſic etiam ſanabile & ægrotabile aut calefa-
ctibile & frigefactibile inuicem contrarian-
tur, quoniam ſi non actu habent contra-
ria, habent tamen in potentia, contra-
ria verò in agendo dicuntur quia agunt
contraria, & ſunt actiua, contrariorum,
veluti ſol & luna in hoc contrariantur,
quia agunt contraria ſcilicet caliditatem &
frigiditatem. Sed vinum & acetum inuaſe
contrariantur non quia agunt contraria ſed
quia poſſunt agere contraria; contraria ve-
rò in patiendo quia patiuntur cõtraria actu
vel potentia nam guſtus ſanus & guſtus æger
ſunt contrarij quia ſanus percipit dulcedi-
nem, & æger percipit amaritudinem, viſus
autem aquilæ & noctuæ dicuntur contrarij,
non quia actu patiuntur contraria, ſed quia
pati poſſunt, vt in lumine ſolis viſus Aquilæ
poteſt pati delectationem, & viſus noctuæ tri
ſtitiam. Contraria autem in expellendo di-
cuntur quia expellunt contraria quomodo
dicuntur medicinæ contrariæ quarum vna
expellit coleram Alia expellit flegma. Con-
traria autem in recipiendo quia introducũt
contraria, vt ſanatio per quam intenditur ſa-
nitas abſque remiſſione ęgritudinis, & ægro-
tatio per quam intenditur ægritudo, abſque
de perditione ſanitatis, Contraria autem in
priuando ſunt priuationes contrariorum, vt
priuatio albi, & priuatio nigri, Pugnant etiã
& contrariantur elementa ad inuicem, quo-
niã ignis eſt rarus, leuis, terra verò eſt denſa,

& grauis. Pugnant etiam per operationes quoniam ignis dilatat, laxat, aperit, digerit, maturat, reſoluit; terra verò denſat, cogit, obturat, & non maturat; Ignis euaporatio: nem & reſolutionem inducit, alterat, congregat, ſegregat, & adurit; terra verò non demum ſi ſubſtantia habet contrarium non niſi ſecundum actum, & potentiam, quoniam actus & potentia ſunt differentiæ oppoſitæ 1. de anima 6. vt materia quæ eſt potentia eſt contraria formę quæ eſt actus 2. de anima 2. 25. 12. met. 14. & ſortes qui eſt potentia doctor, eſt contrarius Platoni qui eſt actu doctor.

Tex. 18. Videtur autem ſubſtantia non ſuſcipere magis & minus. Dico autem; non quòd ſubſtantia non eſt à ſubſtantia magis & minus ſubſtantia (hoc enim dictum eſt quòd eſt) ſed quòd vnaquæque ſubſtantia hoc ipſum quod eſt, non dicitur magis & minus.

Poſtquàm Ariſt. veſtigauit quatuor ſubſtantiæ proprietates, in hoc textu aggreditur quintam proprietatem, quæ eſt iſta ſcilicet quòd ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus, quæ non ſolum competit ſubſtantiæ, ſed etiam competit quantitati, quæ non eſt ſubſtantia; cauſa intentionis eſt, vt per hanc proprietatem manifeſta fit differentia inter ſubſtantiam & accidentia. Diuiditur iſte textus in quinque partes, in prima proponit quintam proprietatem declarandam de ſubſtantia, in ſecunda ibi (Dico) remouet tacitam obiectionem. in tertia ibi (vt ſi eſt) manifeſtat per inductionem factam tàm in primis quàm in ſecundis ſubſtantijs quòd nulla ſubſtantia ſuſcipit magis & minus; in quarta ibi (vt corpus) exemplo illuſtrat quòd ſubſtantia ſuſcipit magis & minus, in quinta ibi (ſubſtantia non dicitur magis & minus) ſed pro primæ partis maiori intelligentia diuiditur in tres partes, in prima proponit quintam proprietatē declarandā, in ſecunda ibi (Dico autem) monet dubitationem, in tertia ibi (ſed qm) ſoluit dubitationem, remouendo ſe à contradictione, & declarat quomodo ſubſtantia ſuſcipit magis & minus & quomodo non ſuſcipit magis & minus quo igitur ad primum, inquit Ariſt. (videtur) ſed quoniam iterum hoc verbum fuit examinatum, ideo non oportet, nunc iterum reiterare quæ diximus; verum quia Dilucidiſſimus Themiſtius 3. phy. 151 iubet aliqua eſſe repetenda non modo iterum, ſed ter, & quater, & ſi libuerit etiam ſepius, dummodo ordinatè procedamus. ſed quando ſine ordine & vtilitate eiuſdem rei bis fit repetitio, tunc vanum & fruſtratorium eſt hoc. Dicimus igitur quòd ly (videtur) multis in modis ſumitur, & primo vt dicit apparentiam, & non exiſtentiam, vt aurum pigmentum videtur, ideſt apparet aurum, ſed non eſt verè aurum. Alio modo vt dicit opinionem, vt ſi dicerem ita mihi videtur in hoc eſſe dicendum, ideſt hæc eſt opinio mea vel ita videtur omnibus, ideſt hæc eſt communis omnium opinio. Alio modo pro vt dicit certitudinem & veritatem ſine dubitatione in rebus veris & famoſis, dicens confirmationem vt 1. de anima 19. & in capi. de genere inquit Porphyrius his igitur ſic ſtantibus, quando inquit Ariſt. (videtur) intelligitur ſic (autem) ideſt amplius præter alias proprietates quas habet ſubſtantia, eſt alia quæ videtur, ideſt quæ eſt certa famoſa & ab omnibus approbata, & omnium communis eſt opinio, & ita eſt, ſcilicet quòd ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus. ¶ Dices cum ſubſtantia dicatur duobus modis prima & ſecunda quæ ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus? *Petitio.* ¶ Reſpondet Ariſt. & dicit quòd omnis ſubſtantia, quaſi dicat non ſolum prima, nec ſolum ſecunda, ſed omnis ideſt tàm prima, quàm ſecunda, non ſuſcipit magis & minus. *Reſp.* ¶ Dices o Ariſt. ſupradixiſti quòd ſubſtantia prima eſt magis ſubſtantia quàm ſecunda, & ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus, quomodo nunc dicis quòd ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus? *Petitio* Reſpondet Ar. & dicit. *Reſp.*

hæc pars videtur multis modis accipi poteſt.

Dico autem, non quòd ſubſtantia non eſt à ſubſtantia magis & minus ſubſtantia (hoc enim dictum eſt, quòd eſt) ſed quòd vnaqueque ſubſtantia hoc ipſum quod eſt, non dicitur magis & minus.

Cum Ariſt. in prima parte huius textus propoſuiſſet quintam proprietatem declarandam de ſubſtantia quæ eſt, quòd ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus in hac ſecunda parte remouet tacitam obiectionem, quæ eſt talis, poſſet enim aliquis dicere quòd Ariſt. ſupradixit quòd ſubſtantia ſuſcipitur magis & minus, quando dixit, quòd ſubſtantia prima eſt magis & maximo ſubſtantia quàm ſubſtantia ſecunda, nunc vero dicit quòd ſubſtantia non ſuſcipit magis &

minus respondet Ari. limitando sua dicta, & remouendo se à contradictione, & inquit (Dico autem) idest explico me, q. d. Arist. confirmo mea dicta & minime nego quòd substantia non est à substantia magis & minus substantia (hoc enim dictum est quòd est, quod dictum esse verum semper defendam) sed q. d. illud quod dico nunc scilicet quòd vnaquæque substantia hoc ipsum quòd est non dicitur magis & minus, quasi dicat Ari. intelligitur alio modo ab ijs quæ supradicta sunt, quando enim dicebamus quòd substantia suscipit magis & minus intelligitur secundum profunditatem, sed nunc intelligitur quòd substantia non suscipit magis & minus
Alia expositio. secundum latitudinem. ¶ Vel dico quòd substantia suscipit magis & minus quò ad substandum, hic verò intelligitur quòd substantia non suscipit magis & minus quò ad seipsam, quam expositionem innuit Arist. in illis verbis quãdo dicit sed quoniam vnaquæque substantia hoc ipsum quod est non
Alia expositio. dicitur magis & minus. ¶ Vel. Dicas quòd vna substantia idest non dicitur se ipsa magis vel minus substantia, tamen vna substantia potest dici, quasi dicat Arist. magis substantia quàm altera substantia vt Petrus qui est substantia prima dicitur magis substantia quàm homo qui est species & substantia
Dub. secunda. ¶ Dices si vna substantia non dicitur magis substantia se ipsa, sed est magis substantia quàm altera sequeretur quòd vna substantia prima esset magis substantia quàm alia substantia prima, vt Franciscus,
Sol. quòd est omnino falsum. ¶ Dicitur q. quando dicimus quòd vna substantia dicitur magis substantia quàm altera non facimus comparationem in eodem genere substantiæ scilicet inter substantiam primam & primam, sed in diuerso gradu, scilicet inter primam & secundam. ¶ Sed Dices hæc omnia vellem scire ex ore proprio Arist. ideo Respondet & dicit.

Vt si est eadem, substantia homo non erit magis & minus homo, neque ipse se ipso, neque alter altero. non enim est alter altero magis homo: sicut est album alterum altero magis & minus album: & bonum, alterum altero magis & minus bonum: sed & ipsum se ipso magis & minus dicitur vt corpus cum sit album, magis nunc album esse dicetur quàm prius; & cum calidum sit, magis & minus calidum dicitur substantia vero non dicitur magis neque minus nihil enim homo magis nunc homo quàm prius dicitur: neque aliorum quicquam; quæcumque substantiæ sunt quapropter non recipiet substantia magis & minus.

Postquàm Arist. in prima parte huius textus proposuit quintam proprietatem competentem omni substantiæ tam primæ quàm secundæ scilicet non suscipere magis & minus in hac 2. parte illud quod dixit esse verum per inductionem factam in omnibus substantijs tam primis quàm secundis & dicit (vt si) q. d. si tu non credis hoc esse verum probatur per exempla & per inductionem (vt) verbi gratia (si) non sumitur conditionaliter sed si pro quia (eadem substantia) idest si adcipiatur eadem substantia (homo) idest substantia quæ est vna numero vt Socrates qui est homo in hoc tempore præsenti, vt nunc est homo, non erit in futurum magis vel minus homo, quoniam species non prædicatur de indiuiduo cum hoc aduerbio magis & minus non enim Petrus dicitur magis homo quàm Ioannes nec Ioannes dicitur minus homo quàm Petrus nec è contra, nec homo qui est species est magis animal & bos est minus animal, sed equaliter species prædicatur de indiuiduis & genus de speciebus & de indiuiduis v. g. hodie nascitur Plato & viuit per centum annos possumus ne dicere quòd Plato erit magis homo, postquàm vixerit per centum annos quàm hodie, vel minus hodie quàm tunc. ¶ Respondet Arist. quòd eadem substantia numero vt Plato non suscipit magis & minus, idest non est magis homo nunc quàm si viueret per mille annos
nec è contra. ¶ Dices quomodo intelligitur *Petitio.*
hoc, vel ratione sui, vel ratione alterius?
¶ Respondet & dicit (neque ipse seipso) idest, *Resp.*
nec ratione sui quoniam aliquis non dicitur magis homo vel minus homo se ipso (neque alter altero) idest alter homo vt Petrus non est magis homo altero homine i. quàm Franciscus sed tam Petrus quàm Franciscus indifferenter dicitur homo quoniam indiuidua æqualiter participãt specie teste Porph. in cap. de specie dum inquit, plures homines participatione speciei sunt vnus homo quod quidem notat Auer. 8. met. 10. dum inquit quòd homo non est maioris humanitatis quàm alius homo. & Nota quòd non solum vna substantia numero in aliquo tem-

pore ſit & in aliquo tempore non, ſuſcipit magis & minus, ſed etiam in omni loco, nec ſurſum nec deorſum, nec ante, nec retro, nec dextrorſum, nec ſiniſtrorſum, & per conſequens in nullo loco ſuſcipit magis & minus, ſortes enim exiſtens Romæ non dicitur magis homo quàm quando exiſtit Neapoli. ¶ Sed Dices ſi vna ſubſtantia *Petitio.* non dicitur, magis & minus nec ratione ſui nec ratione alterius non enim ſortes dicitur magis homo ſe ipſo, nec ſortes dicitur magis homo quàm callias, vellem ſcire vtrum vna & eadem ſubſtantia poteſt aliquo modo dici magis & minus? ¶ Reſpondet Ar. & di- *Reſp.* cit quòd ſic, ſcilicet, ꝙ vna ſubſtantia numero quodam modo dicitur, magis & minus & declarat hoc eſſe verum & poſsibile in qualitatibus & dicit (ſicut eſt album) alterum altero magis & minus album: & bonum alterum altero magis & minus bonum: ſed etiam ipſum ſe ipſo magis & minus dicitur. Reſpondet Ar. declarando ſe. q. d. ſi tu non intelligis quomodo ſubſtantia dicitur magis & minus ecce exemplum (vt) ideſt v.g. corpus cum ſit (.i. quod eſt album magis nunc) .i. in hoc tempore præſenti (eſſe dicetur quã m prius) ideſt quàm in tempore præterito vt hic murus prius erat albus nunc verò fuit iterum dealbatus & ſic nunc eſt magis albus quàm prius (& cum calidum ſit magis & minus calidum dicitur) non contentus Ar. primo exemplo nunc aſsignat aliud exemplum declarando quomodo ſubſtantia ſuſcipit magis & minus & hoc non niſi propter illos qui ſunt noui logici & dicit (&) q. d. ſi tu per primum exemplum non habuiſti quomodo ſubſtantia ſuſcipit magis & minus ecce aliud exemplum (cum calidum ſit) corpus quod nunc eſt calidum poteſt eſſe magis calidum nunc quàm prius vel magis poterat eſſe calidum prius quàm nunc. ¶ Dices quomo- *Petitio.* do corpus poteſt eſſe magis calidum nunc quàm prius? ¶ Dicas vt callias quando *Reſp.* non eſt ebrius eſt calidus tamen eſt magis calidus quando non eſt ebrius vel aqua eſt magis calida quando feruet quàm quando non feruet & ſic patet quomodo vnum corpus reſpectu qualitatis dicitur magis & minus ſe ipſo. ſimiliter vnum corpus dicitur magis altero corpore vt Frãciſcus eſt bonus, & Antonius eſt bonus, tamen Franciſcus eſt magis bonus quàm Antonius, ſimiliter liliũ eſt magis album quàm lana, & ignis magis calidus quàm aer. Vnde aduertas ꝙ hoc aduerbium magis & minus prædicatur de ſubiecto vt Petrus eſt magis doctus quàm Antonius vel eſt minus doctus & ponitur cum prædicato accidentali & qualitatiuo & non cũ prædicato ſubſtantiali & eſſentiali non .n. dicitur ſortes eſt magis vel minus homo ſed ſortes eſt magis vel minus doctus patet igiť ꝙ ſubſtantia reſpectu accidentis ſuſcipit magis & minus tñ in diuerſis tẽporibus & hoc expertus ſum multotiens & præſertim hodie exponendo hunc textũ fui vocatus ad inſtantiã cuiuſdã Domini ægrotantis & inueni ipſum febricitantẽ & magno calore affectum qm̃ febris eſt calor teſte Au. 3. colliget. cap. 3. cras verò inueni ipſum magis febricitantẽ & maximo calore affectum & ſic patet ꝙ ſubſtantia ratione febris ſuſcipit magis & minus & in diuerſis temporibus. ¶ Dices iã per *Sol.* tot & tanta exempla manifeſtum eſt qñ ſubſtantia reſpectu accidentis ſuſcipit magis & minus, vellẽ ſcire modo ſubſtãtia vt ſubſtantia ſuſcipit ne magis & minus & nõ reſpectu accidentis? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (verò) .i. certe (ſubſtantia) q. d. vt ſubſtantia eſt non dicitur magis & minus. ¶ Dices quõ probatur ꝙ ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus? ¶ Reſpondet & dicit (nihil .n. homo) (enim) aſsignat cauſam pro quia (nihil) .i. nullus homo diciť magis homo nunc quàm prius hoc eſt Franciſcus puer & Franciſcus ſenex tãm dicit homo in pueritia quàm in ſenectutẽ nõ magis in vna ætate & minus in alia ſed in quacunq; ætate ſemper æqualiter. ¶ Dices *Petitio* ſolus homo qui eſt ſubſtantia nõ ſuſcipit magis & minus? ¶ Reſpondet & dicit (neq; alio- *Reſp.* rũ quicquã quæcumq; ſubſtantiæ ſunt) q. d. non ſolus homo ſed etiam omnes ſubſtantiæ non ſuſcipiũt magis & minus quod tanquàm verũ confirmat his verbis ſic dicẽs (qua propter non recipit ſubſtantia magis & minus. q. d. vt ſubſtantia eſt ſed ratione accidentis quod augetur & diminuitur in ſubſtantia ex quibus patet ꝙ illa quæ non ſunt ſubſtantiæ ſed ſunt accidẽtia recipiunt magis & minus non excludendo illa quæ ſunt contraria. Sed Nota ꝙ cõtraria ſunt duplicia quędã quę ſua natura poſſunt miſceri veluti ſunt contraria mediata vt albũ & nigrũ ideo dicimus albũ magis albo id .n. diciť magis albũ quod à nigro longius diſtat id verò dicitur minus album quod mixtum eſt cum nigro quędam verò ſunt contraria quę ſua natura non poſſunt miſceri vt ſunt contraria immediata & hæc non ſuſcipiunt magis & minus, veluti par & impar non enim vnus numerus qui eſt par eſt magis par alio numero pari, nec vnus numerus impar eſt magis impar alio numero impari 8. met. 10. quam de contrarijs diſtinctionem vide in cap. de oppoſitis. ¶ Sed *Notandũ* Nota ꝙ non ſemper fit magis & minus per contrarij admiſtionem qm̃ ignis eſſet humidus .i. minus ſiccus quàm terra vt rectè inquit Ammonius. ¶ Sed Dices cõtra inquit .n. Ar. ꝙ *Dub.* ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus hoc videtur falſum qm̃ Alexander referente Au. 8. met. 7. & 5. phy. 10. ait quòd quatuor qua-

litates vt caliditas ſiccitas humiditas & frigiditas ſunt formæ ſubſtantiales elementorũ & iſtæ formæ ſuſcipiunt magis & minus, vt ignis eſt magis calidus quàm aer, & aqua eſt magis frigida quàm terra. quàm ſententiam
Conf. omnes græci ſequuntur. ¶ Habita Græcorum pace.
Sol. ¶ Publicè à nobis fuit diſputatum in libro de gener. & cor. vbi contra Alexandrum fuit concluſum ꝙ iſtæ qualitates non ſunt formæ ſubſtantiales elementorum hac ratione inter alias quoniam intenduntur & remittuntur verùm ſi ſunt formę non niſi imperfectę & non perfectæ quæ ſunt media inter ſubſtantias & accidentia intenduntur & remittuntur vt rectè inquit An. 3. cæli 67.
Rep. ¶ Dices contra nam Au. 8. met. 10. clarè fatetur ꝙ forma ſubſtantialis perfecta ſuſcipit magis & minus in illis verbis (non enim eſt homo maioris humanitatis quàm alius homo ſecundum formam ſed ſi fuerit erit ſecundum ꝙ forma eſt in eo in materia ex quibus verbis latè patet ꝙ forma ſubſtantialis perfecta veluti eſt humanitas nõ ſuſcipit magis & minus & ſuſcipit magis & minus ſi conſideratur forma vt forma abſoluta à materia, & in ſua eſſentia non recipit magis & minus, ſed vt eſt forma in materia ſic recipit magis & minus, & ſecundũ diſpoſitiones materiales in quibus exiſtit quoniam ſolertia naturalis ſequitur temperamentum corporis & vniuerſaliter omnis ſubſtantialis forma melius operaſ in materia bene diſpoſita quàm in materia male diſpoſita iuxta dictum in 2. de anima 24. & 26. actus actiuorum fiunt in patiente bene diſpoſito vt ignis quando approximatur in ſulfure propter materiæ diſpoſitionem citius & magis operatur quàm quando approximatur in ligno viridi in quo propter indiſpoſitionem non ſic citius ſed tardius & minus operatur quæ omnia notat Ar. 2. de gen. & cor. 25. dum inquit quòd in habentibus ſymbolum ideſt conuenientiam
Dub. facilior eſt tranſitus. ¶ Dices ſi formæ ſubſtantiales perfectæ non recipiunt magis & minus quarè homines idiotę qui nunquàm nec libros nec doctrinã nec vllum ſcientiarum genus guſtarunt ſubtiliter diſcurrut in numerando & negotiando quaſi omnes ſuos annos conſupſiſſe videantur in ſtudijs Aliqui verò homines qui totam iuuentutem & ſenectutem & omnem eorum ętatem conſumpſerunt in ſcholis & ſtudijs vix loqui ſciunt quaſi nullo vtentes diſcurſu ex quo videtur ꝙ vnus homo ſit magis rationalis quàm alius homo quod quidem innuit Ariſt. 1. de anima dum inquit tex. 24. non omnibus hominibus
Sol. ineſt intellectus. ¶ Nota pro ſolutione quòd nec tota anima nec animæ partes ſecundum ſe recipiunt magis & minus & cum rationalitas ſit animę pars 2. de anima 27. ideo non ſuſcipit magis & minus ſed equaliter omnibus hominibus ineſt & nõ vni magis & alteri minus ſed ſi animę partes recipiunt magis & minus hoc prouenit ratione organi inquantum organum vnius habuerit meliorem complexionẽ temperiem & compoſitionem quàm organũ alterius, ſic vnus homo eſt melioris diſcurſus quàm alius homo, & hæc eſt cauſa quare alter magis diſcurrit propter organi bonitatem & alter minus propter illius defectum. v. g. potentia videndi æque ineſt omnibus ſed quoniam oculus qui eſt organum corporeum in quo eſt complexio & compoſitio quæ complexio & compoſitio ſunt diſpoſitiones quæ aliquãdo ſunt meliores in vno & deteriores in alio, ex quo prouenit ꝙ vnus homo melius videt quàm alter, quoniam habet inſtrumentum melius diſpoſitum ſicut muſicus bene ſonat quia habet citharam bene aptam & accomodatam, male verò alius ſonat quando habet citharam male comodã non aptam, & ad bene ſonandum, non ita diſpoſitam vnde iuuenis melius videt quàm ſenex quia complexio & compoſitio organi viſus eſt melius diſpoſita in iuuene quàm in ſene, vnde ſi ſenex acciperet oculũ iuuenis videret vt iuuenis vt rectè inquit Ar. 1. de anima 65. vnde ſequitur ꝙ iuuenis eſt melioris diſcurſus quàm ſenex, tamen ſi videmus ſenes præcipue in operabilibus melius diſcurrere quàm iuuenes hoc eſt per accidens ratione longi experimenti quod non niſi longitudine temporis perficit, & acquiritur in nobis veluti teſtatur Ar. 6. ethicorum cap. 9. cum inquit iuuenis autem non eſt expertus, longitudo enim temporis experientiam facit & ideo dixit Iob. ꝙ in Antiquis eſt experientia & in longo tempore prudentia inuenitur & ideo dixit Ar. 6. ethicorum cap. 9. quòd pueri & iuuenes non poſſunt eſſe prudentes & deinde inquit non minus inhærendũ eſt expertis & ſenioribus vel prudentum opinionibus atque ſententijs ſine demonſtratione quàm demonſtrationibus ipſis 6. ethichorum cap. 13. præſertim in agibilibus & factibilibus in quibus requiritur experimẽtalis cognitio quæ non niſi longitudine temporis perficitur, Concludimus igitur cum Ariſt. in ethicis ꝙ aliqui homines ſunt arborei & Aliqui brutales Aliqui Intellectuales nũcupati Aliqui enim vt dicit Heſiodus ad ſcientias capeſcendas per ſolã naturam ſunt apti & perfecti ex bonitate complexionis, ſicut fuit Hypocrates, Aliqui verò non per naturam ſed per Doctores exercitantes mentes eorum, Aliqui autem neutro modo apti ſunt & iſti omnino ad diſcernendum verum à falſo inutiles ſunt; Manifeſtum eſt ergo ꝙ iſta diuerſitas non prouenit niſi ex diuerſitate complexionis & diſpoſitionum

tionum in quibus forma exiſtit, & ſic patet ꝙ formę perfectæ non recipiunt magis & minus, ſed eſt æqualis participatio à ſuis indiuiduis, vt inquit Por. in cap. de ſpecie, & in communitatibus differentiæ & ſpeciei participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus *Rep.* homo. ¶ Sed Dices contra nam pueri videntur minus rationales quàm viri quoniã producunt operationes & actiones minus rationales quàm viri, & viri magis quàm pueri, quod innuit Ar. 8. de hiſt. an. cap. 1. vbi inquit ꝙ nihil videtur animam hominis dif- *Sol.* ferre ab anima belluarum. ¶ Dicitur ſed eſt Notandum ꝙ eque viri & pueri ſunt rationales, tameo pueri quodam modo ab organo ad actiones rationales ſunt impediti, ideo *Alia ſol.* non ſunt ſic expediti ſicut viri. ¶ Vel Dicas ꝙ Ariſt. hic non loquitur de anima rationali ſed de ſubſtantia compoſita, quæ eſt ſubſtantia prima & ſecunda, anima verò rationalis non eſt ſubſtantia compoſita, nec prima nec *Alia ſol.* ſecunda, ſed eſt principium vtriuſque. ¶ Vel Dicas ꝙ rationalitas conſideratur dupliciter vno modo vt eſt potẽtia & actus primus, Alio modo vt eſt actus ſecundus & ſecundùm operationem tunc dicitu ꝙ tàm viri quàm pueri æque ſunt rationales, & rationalitas æque vt eſt potẽtia & actus primus ineſt omnibus, ſed vt eſt actus ſecũdus & quo ad operationem & ſecundum vſum magis ineſt viris quàm pueris propter maiorem exercitationem & longiorem experientiam. his igitur *Notandũ.* ſic ſtantibus, ¶ Eſt Notandũ ꝙ maximè differt ſubſtantiam magis & minus ſubſtare & ſubſtantiã eſſe maiorem & minorem & ſubſtantiam magis & minus ſuſcipere nam magis & minus ſubſtare eſt reſpectu accidentium, eſſe verò maiorem & minorem eſt propter maiores & minores extenſiones & dimenſiones, ſuſcipere autem magis & minus idem eſt ꝙ intendi & remicti ſiue augeri & minui non quantitatiuè ſed perfectionaliter eſt propter perfectius, & imperfectius eſſe quod dat forma ſubiecto & participatur à ſubiecto primum competit ſubſtantiæ (nam dictum eſt ſupra) ꝙ prima ſubſtantia maximè ſubſtat & ꝙ ſpecies magis ſubſtat quàm genus vt homo quàm animal quoniam ſpecies propinquior eſt primæ ſubſtantiæ quam genus. Secundum etiã competit ſubſtantię quoniam videmus, ꝙ vna, & eadem ſubſtantia, vno tẽpore eſt minor vt planta quando plantatur eſt minor deinde fit maior. Tertium verò non competit ſubſtantiæ quoniam ſic ſuſcipere magis & minus eſt formam paulatim recipi in ſubiecto ſecundum eſſe magis ac magis perfectum, & hoc eſt intendi & augeri perfectionaliter minus autem remicti & diminui perfectionaliter eſt formam paulatim expelli à ſubiecto, ita ꝙ ab eſſe perfectiori deuenit ad eſſe minus pefectum, ꝙ quidem magis eſt in aqua, quæ dum caleſit intenditur calor, dum verò frigeſit remictitur, ꝙ autem hoc Tertium non competat ſubſtantiæ, probat Ar. ſic homo non eſt magis homo nunc quàm prius, nec vnus homo eſt magis homo quàm alter ſic per oppoſitum videmus ꝙ albũ eſt magis album nunc quàm prius, v.g. murus de nouo dealbatur & vnum album eſt magis album altero; vt cygnus eſt albior quàm murus & probat hac ratione omne quod ſuſcipit magis & minus duobus modis contingit aut propter remotionem à ſuo contrario ſicut dicimus ꝙ calor aquę intenditur quando diu caleſit minus admiſcetur frigiditati ſi autem magis admiſcetur remictitur aut quia magis firmatur in ſubiecto vt calor ignis receptus in ferro ſi autem debiliter recipitur velut in ſuperficie vt calor in manu remictit ſed ſubſtantia neutro modo poteſt recipere magis & minus non primo modo quia non habet contrarium non ſecundo modo quoniam non eſt in ſubiecto, nec receptibilis in ſubiecto nec obſtat ꝙ vna ſubſtãtia eſt perfectior altera puta leo quàm muſca. ¶ Dices contra nam ignis eſt ſubſtan- *Rep.* tia 3. met. 17. & tamen ignis lux eſt magis ſubſtantia quàm ignis flamma & ignis flamma eſt magis ſubſtantiæ quàm ignis carbo 5. top. 30. ergo ſubſtantia ſuſcipit magis & minus. ¶ Dicitur ꝙ dupliciter conſideratur *Sol.* ignis vno modo quantum ad eſſe ſubſtantiale & vt ſubſtantia eſt Alio modo quantum ad eſſe accidentale tunc dicitur ꝙ ignis lux eſt magis ſubſtantia quàm ignis flamma & ignis flãma quàm ignis carbo non quo ad eſſe ſubſtantiale & vt ſubſtantia eſt ſed per accidens quando enim dicitur ꝙ ignis lux eſt magis ignis flamma intelligitur in claritate & leuitate ſcilicet ꝙ ignis elementalis eſt ignis magis clarus & leuis quàm ignis flamma, & ignis flamma eſt magis clarus & leuis quàm ignis carbo. ¶ Amplius corpora naturalia *Dub.* ſunt maximè ſubſtantiæ 3. met. 17. ergo ſubſtantia ſuſcipit magis & minus. ¶ Aliqui di- *Sol.* cunt ꝙ per ly. maximè Ar. intelligit perfectionem. q. d. Ar. ꝙ corpora naturalia ſunt perfectiſsima. ¶ Dices contra nam ſemper *Rep.* propter quod vnumquodque tale & illud magis 1. poſt. 15. & 2. met. 4. ſed corpora ſunt ſubſtantiæ propter formas ergo formæ ſunt multo magis ſubſtantiæ perfectę quàm corpora 2. phy 4. & 2. de anima 7. ¶ Dicitur ꝙ *Sol.* corpora ſunt maximæ ſubſtantię ſecundum ꝙ eſt famoſum & ſecundum famoſitatem, formæ verò ſunt maximę ſubſtantię ſecundum rei veritatem 2. de anima 5. Au. ¶ Dices con- *Rep.* tra nam Ar. in principio cap. de ſubſtantia inquit ꝙ ſubſtantia prima eſt maxime ſubſtantia ſed ſubſtantia prima eſt corpus vt

cãllias ergo ſubſtantia prima eſt multo ma-
gis ſubſtantia & per cōſequens corpus quàm
Sol. forma. ¶ Dicas ꝙ quando dicit Ariſt. ꝙ ſub-
ſtantia prima eſt maxime ſubſtantia non fa-
cit comparationem inter ſubſtantiam pri-
mam & formam ſed inter ſubſtantias primas
& ſecundas. q. d. ꝙ ſubſtantia prima eſt mul-
Alia ſol. to magis ſubſtantia quàm forma. Vel Dicas
ꝙ quando inquit Ariſt. 2. de anima 3. ꝙ cor-
pora naturalia ſunt maxime intelligitur ſic
ideſt ſunt maxime nota vnde ly maxime de-
notat notioritatem. q. d. ꝙ corpora ſunt ſub-
ſtantię notiores quàm principia cauſæ & ele-
Rep. menta corporum 1. phy. 3. ¶ Dices forma
non ſuſcipit magis & minus ergo forma non
non eſt magis ſubſtantia quàm corpus ex au-
ctoritate Ar. 8. met. 10. vbi inquit ꝙ formæ
ſubſtantiales ſunt ſicut numeri nō ſuſcipien-
Sol. tes magis & minus. ¶ Dicitur ꝙ forma ſub-
ſtantialis dupliciter conſideratur vno modo
vt forma comparata ad aliam formam et ſic
vna forma non eſt magis et alia minus Alio
modo cōſideratur comparata ad materiam
Alia ſol. & ſic ſuſcipit magis & minus. ¶ Vel Dicas ꝙ
ſi formæ ſuſcipiunt magis & minus hoc non
eſt ſecundum ſe ſed ratione conditionum &
Replica. proprietatum quæ ſunt in materia. ¶ Dices
contra nam accidens ſecũdum ſe intenditur
& remittitur vt patet in hoc textu paulo in-
ferius, ſed formæ ſunt accidentia 2. de ani-
ma 8. ergo formæ ſecundum ſe & non ratione
Sol. alterius ſuſcipiunt magis & minus. ¶ Dicas
ꝙ ibi Au. loquitur de formis artificialibus
quæ ſunt accidentia non autem de formis na
Dub. turalibus quæ ſunt ſubſtantiæ. ¶ Amplius ef-
fectus arguit naturam cauſæ vt qualis fru-
ctus talis planta 1. cæli 8. motus ſimplex ar-
guit naturam ſimplicem ſed effectus imme-
diatus alicuius cauſæ ſuſcipit magis & mi-
nus ergo illa cauſa ſuſcipit magis & minus
ſed effectus ſubſtantiarum vt elementorum
ſuſcipiunt magis & minus veluti ſunt ipſæ
qualitates elementorum ergo ipſæ ſubſtan-
tiæ ſuſcipiunt magis & minus modus argu-
mentandi eſt Ar. 2. de gen. & cor. 24. & 56.
vbi inquit quorum cauſæ ſunt contrariæ il-
Alia ra- la ſunt contraria & è contra. ¶ Amplius 12.
tio. met. 14. operationes arguunt formas 3. phy.
& 1. cæli 19. 2. de anima 38. & per operatio-
nes cognoſcimus ſubſtantias 1. de anima 11.
Sed operationes vnius ſubiecti & ſpeciei non
ſunt æquales quoniam modo ſunt magis per-
fectæ & modo minus, ergo etiam ſubſtantię
ſuſcipiunt magis & minus quod probatur
quoniã intelligere & diſcurrere quibuſdam
magis quibuſdam minus ineſt ergo etiam
ſubſtantia quæ eſt principium diſcendi & in-
Sol. telligendi ſuſcipit magis & minus. ¶ Reſpon-
detur ad ambas rationes dicendo ꝙ licet ef-
fectus oſtendat cauſam tamen intentio effe-
ctus non prouenit ex intentione cauſæ, ſed
ex minori diſpoſitione ſubiecti in quo repe-
ritur ſimiliter dicimus ꝙ operationes & pre-
cipue animalium & hominis variæ & diuerſę
ſunt ſecũdum perfectionem etiam in eadem
ſpecie propter diuerſas diſpoſitiones orga-
norum corporalium quibus ille operationes
exercentur ex quo animæ hominum æquali-
ter ſunt perfectæ in ſe ſecundũ naturam ſed
quoniã hæc eſt in corpore magis apto & be-
ne diſpoſito ideo perfectius operatur ſicuti
artifex bene ſecat ſerra apta & alius artifex
male operatur & male ſecat ſerra male apta
ex quibus ſequitur ꝙ perfectio operationum
& earum imperfectio non arguit magis &
minus cauſarum ſed earum perfectio & im-
perfectio prouenit ex bonitate & malitia or-
ganorum quę producunt illas operationes &
vt reſoluta omnium dictorũ habeatur intel-
ligentia eſt Notandum ꝙ aliquod dici magis *Dici ma-*
ſubſtantia apud Ar. intelligitur quatuor mo- *gis ſubſtã-*
dis vno modo dicitur magis ſubſtãtia quan- *tia qua-*
do eſt perfectior ſubſtantia vt 2. met. 4. Se- *tuor mo-*
cundo modo dicitur magis ſubſtantia quan- *dis poteſt*
do eſt notior & magis nota nobis 2. de ani- *intelligi.*
ma 3. & 3. met. 17. & 7. met. 5. Tertio modo
dicitur magis ſubſtantia à ſubſtare vt illa eſt
magis ſubſtantia quæ pluribus ſubſtat & plu-
ribus ſubijcitur veluti prima ſubſtantia eſt
magis & maxime ſubſtantia quàm ſecundæ
ſubſtantiæ ſcilicet quàm ſpecies & genus, &
ſpecies eſt magis ſubſtantia quàm genus 7.
met. 7. Quarto modo dicitur magis ſubſtan-
tia illa quæ in ſua natura habet intentionem
ſecundum quam inuenitur maior quàm erat.
Sed pro intelligentia eſt Notandum ꝙ calor
qui eſt in manu duobus modis poteſt creſce-
re ſcilicet extenſiue & intenſiue, extenſiue
quidem vt ſi ſe extendit & dilatat per bra-
chium & per totum corpus & tunc dicitur
extenſiue maior quàm erat. Alio modo ſi in
illa met manu calor fortior fiat & augeatur.
& tunc dicitur, maior intenſiuè, & hoc pro-
priè & verè dicitur ſuſcipere magis & ſic in-
telligitur de ſubſtãtia vt de boue qui poteſt
augeri ſecundum quantitatem & ſic creſcit
& dilatatur & fit bos maior, Alio modo ꝙ
natura bouina in ſeipſa ſumat augmentum
vt nunc dicatur magis bos quàm prius erat
& hoc eſt ſuſcipere magis intẽſiue quod nul-
lo modo competit ſubſtantiæ & ſic intelligi-
tur textus quando dicit Ar. ꝙ ſubſtantia non
ſunt ſuſcipit magis & minus quæ expoſitio &
quæſiti veritas comprobatur ijs rationibus.
¶ Illa ſuſcipiũt magis & minus quę ſunt con-
traria ſed ſubſtantia 1. phy. 52. non habet
contrarium 5. phy. 10. ergo ſubſtantia non
ſuſcipit magis & minus. ¶ Amplius ſi ſub-
ſtantia ſuſciperet magis & minus tunc gene-
ratiõ ſubſtantiæ eſſet motus quod eſt contra

Au.

Ar. 5. phy. 10. ergo ſubſtantia non ſuſcipit magis et minus.

Tex. 19. Maxime vero proprium ſubſtantiæ eſſe videtur, cum vnum & idem numero ſit, contrariorum ſuſceptiuum eſſe: quale in alijs quidem non habet quiſque quod proferat tale, quæcunque non ſunt ſubſtantia: quod, cum ſit vnum numero, ſuſceptibile contrariorum ſit.

Poſtquam Ar. de ſubſtantia et de ſubiecto quinque notificauit proprietates in hoc textu de ipſa mer. ſubſtantia ſextam proponit declarandam quæ hæc eſt ſcilicet ſubſtantia quæ eſt vna numero ſola eſt ſuſceptibilis contrariorum cauſa inſeruionis eſt ve apud omnes ſitnotum & creditum quod ſola ſubſtantia prima vt ſortes et non ſubſtantia ſecunda vt ſpecies veluti homo vel genus vt animal eſt ſuſceptibilis contrariorum & quodlibet accidens quod eſt vnum numero nullo modo eſt ſuſceptibile contrariorum ſed ſola ipſa ſubſtantia prima gaudet hoc priuilegio. ¶ Diuiditur iſte textus in tres partes in prima proponit ſextam proprietatem de ſubſtantia declarandam in ſecunda ibi (vt in alijs) manifeſtat inductione quod omne illud quod eſt vnum numero & non eſt ſubſtantia ſed eſt accidens non eſt ſuſceptibile contrariorum in 3. ibi (ſubſtantia verò) Alia inductione manifeſtat quod ſola ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſcipitibilis contrariorum & nihil aliud quod eſt vnum numero & non eſt ſubſtantia non eſt ſuſceptibile contrariorum. Quo igitur ad primum inquit Ar. (Maxime Proprium) q. d. de dictis proprietatibus competentibus ſubſtantiæ quæ eſt vna numero id eſt quæ eſt ſingularis vt Petrus vt ſe exponit Ar. 5. met. 14. nulla videtur maxime id eſt magis proprie cõpetere ipſi ſubſtantiæ niſi hæc ſcilicet ſexta proprietas quod ſit ſuſceptibilis contrariorum quæ proprietas eſt maxime & proprie propria in quarto modo & conuertitur. ¶ Sed Dices, o Ar. ſi eſt aliquod quod eſt vnum numero & non eſt ſubſtantia eſt ne ſuſceptibile contrariorum? Reſpondet Ar. & dicit quod (quiſque) id eſt nullus poteſt proferre id eſt dicere (tale) ſcilicet prædicatum talẽ proprietatem (in alijs) id eſt in illis quæcunque ſunt vnum numero & non ſunt ſubſtantiæ ſola igitur ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum, quod quidem hac ratione probatur, id quod maxime & proprie proprium eſt alicuius & conuertitur cum illo & ſoli competit illi non cõpetit alteri ab illo ſed hoc prædicatum ſcilicet eſſe ſuſceptibile contrariorum eſt maxime & proprie proprium ſubſtantiæ quæ eſt vna numero & conuertitur cum illa ergo non competit alteri ab illa ſed hic ſunt quædam conſideranda & Primo quid per ly (maxime) Secundo quid per ly (videtur) Tertio quid per ly (vnum numero) intelligat Ariſt. quantum ad primum eſt ſciendum quod Ariſt. pluribus in locis vtitur hoc adverbio ſcilicet (maxime) modo ſub vno ſignificato & modo ſub alio ideo neceſſe eſt adducere aliqua loca vt detur occaſio videndi opera Ari. & primo in cap. de quantitate & 2. top. cap. de eodem & 8. phy. 16. 20. 28. [illegible] 49. 80. 2. met. 3. & 3. met. 27. [illegible] met. 21. vbi non etiam 1. poſt. 74. 1. phy. 74. 1. cæli 143. 15. [illegible] 1. de gen. 12. 24. & 2. phy. 64. 80. 86. & [illegible] met. [illegible] phy. [illegible] 34. 71. & in 4. phy. [illegible] & 2. cæli [illegible] 58. 59. 66. 2. de anima [illegible] 34. 6 [illegible] de anima [illegible] 19. 20. 25. [illegible] 31. 32. 41. [illegible] 75. 85. 91. in omnibus quidem his locis & in multis alijs varijs modis Ariſt. ſumit ly (maxime) tamen pro nunc ſumitur dupliciter vno modo pro proprie quia Ari. maxime proprium id eſt proprie proprium denotando quod hæc proprietas ſcilicet ſuſcipere contraria cõpetit omni ſoli & ſemper & Nota quod Ar. per ly maxime facit comparationem inter iſtam ſextam proprietatem & alias quinque ſupra numeratas quod dicit quod nulla proprietas earum quæ dictæ ſunt eſt maxime id eſt magis propria ipſi ſubſtantiæ quæ eſt vnã numero niſi hæc ſexta in ordine quæ eſt ſuſceptibilis contrariorum. Alio modo ſumitur ly (maxime) in caſu genetiuo quod dicit Ar. hoc prædicatum ſcilicet eſſe ſuſceptibile contrariorum eſt proprium ſubſtãtiæ primæ quæ ſubſtantia prima dicitur maxime ſubſtantia. prima expoſitio placet ſecunda verò non diſplicet. ¶ Dices quid per ly (videatur) intelligit Ar. & quoniam hoc verbum fuit à nobis iterum examinatum ideo non oportet augere ſiue multiplicare cartas ſine neceſsitate ſed tantum dicam aliqua loca in quibus Ar. diuerſo modo vtitur & vt oſtendam ſententias Ar. vidiſſe & Primo in 1. de anima 2. 3. 4. 7. 10. 12. [illegible] 20. 22. [illegible] 41. 45. [illegible] 62. 75. 78. 83. 88. 93. 95. & in 2. de anima 3. 14. 21. 24. 26. 40. 44. 70. 72. 73. 75. 80. 81. 93. 98. 100. 103. [illegible] 109. 110. 111. 114. 116. & ſi aliquis diceret quod iſtæ auctoritates non ſunt veræ, videat alias ſequentes & diſcat in 3. phy. 1. 8. 13. 14. 15. 28. 30. 40. 67. 73. & 2. phy. 7. & vt cum pace eius videat in 4. phy. 2. 3. 6. 14. 15. 16. 17. 18. 40. 42. [illegible] 55. 77. 78. [illegible] 64. 67. 70. 78. 88. 89. 90. 95. 97. 98. [illegible] videat etiam Ar. in 1. de cælo. 1. 61. [illegible] & in 2. cæli 37. 38. 47. 50. [illegible] 62. 73. 75. [illegible] 79. 80. 92. 95. 97. [illegible] & vt maiorem habeat

cogni-

cognitionem videat 1. de gen. 2.6. 19.25.26. 28. 32. 83. nolumus enim plures Ar. ſententias afferre quibus in locis diuerſo modo Ar. vtitur hoc verbo (videtur) tamen exponamus nunc hoc pacto ſicut ſe ipſum exponit Ar. 2. cæli 32. videtur ideſt hoc apud nos in oculis exiſtit ſcilicet ꝙ inter alias proprietates competentes ſubſtantiæ maximæ ideſt proprie propria eſt hæc ſcilicet ꝙ ſit ſuſceptibilis contrariorũ quam expoſitionem eſſe veram vide ab Ar. 4. phy. 26. 71. 74. 1. cæli 15. 21.25. 2. cæli 14. 1. de gen. 8. & 8. phy. 25.

Petitio. ¶ Dices cum ſubſtantia ſit duplex Alia æterna vt cælum Alia corruptibilis vt ſortes 2. de par. an. cap. vltimo quæ nam ſubſtantia eſt ſuſceptibilis contrariorum æterna an corruptibilis?

Reſp. Reſpondet Ar. paulo inferius & dicit ꝙ ſubſtantia corruptibilis eſt ſuſceptibilis contrariorum vt quidam homo & non cælum quia vt recte inquit Alexander ſi cælum eſſet ſuſceptibile cõtrariorum non eſſet æternum, Sed corruptibile. ¶ Dices plures ſubſtantiæ ſunt ſuſceptibiles contrariorum vniuerſalis & particularis an particularis tantum? Reſpondet & dicit illa quæ eſt vna & eadem ad excludendum ſubſtantias ſecundas quæ ſunt vniuerſales vt homo & animal. Dices vnum & idem dicitur pluribus modis vnum numero ideſt ſubiecto 1. phy. 60. vt eſt materia & priuatio, vel odor color & ſapor, quæ ſunt tria tamen ſunt vnum quia ſunt in vno ſubiecto. ſ. in pomo vel in vino Alio modo vnum in ſpecie vt ſunt omnia indiuidua contenta ſub vna ſpecie vt Petrus Franciſcus Ieronimus continẽtur ſub homine Alio modo vnum genere vt homo & equus teſte Porphyrio in cap. de differentia Alio modo vnũ ratione veluti ſunt omnia indiuidua contenta ſub vna ſpecie Alio modo vnum accidente vt nix camfora cignus conueniunt in albedine Alio modo vnum per ſe vt ſortes Alio modo vnum eſſentialiter vt eſt illud quod eſt vnum per ſuam formam vt callias Alio modo vnum violenter veluti eſt vnum artificiale Alio modo vnũ per ligamentum vt quando lignum vnitur cum ligno mediante funi Alio modo vnum per accidens vt coriſcus muſicus color odor & ſapor, in pomo 6. phy. 85. & 5. met. 7. Alio modo vnum numero & hoc eſt triplex 1. top. cap. de eodem primum vnum numero propriè vt diſcipline ſuſceptibile cum homine ſecundum vnũ numero accidente vt ſedens vel muſicũ. Tertium vnum numero inſeparabiliter vt materia & priuatio 1. phy. 60. 66. 79. Alio modo vnum numero propriiſsime vt quando ſunt plura nomina quæ habent vnum ſignificatum vt veſtis tunica & indumentum Alio modo vnum numero quod eſt ſingulare exiſtens per ſe vt ſortes quibus ſic ſtantibus dices quando dicit Ar. ꝙ id quod eſt ſuſceptibile contrariorum eſt vnum idem qua vnitate & qua identitate? Dicas ꝙ Ar. clarè loquitur & dicit ꝙ eſt vnum & idem numero identitate numerali quod non eſt aliud niſi ſingulare vt Petrus veluti per belle ſe declarat 5. met. 14. omnia quæ candide lector videre poteris ab Ar. 5. met. cap. de vno & 10. met. 1. reſolute igitur dicas ꝙ ſortes qui eſt vnus homo ſingularis eſt ſuſceptibilis contrariorum modo. ſ. ſuſcipit ſanitatem in actu & dum habet ſanitatem non ſuſcipit ægritudinem in actu ſed poteſt ſuſcipere ægritudinem & diſcedente ſanitate actu ſuſcipit ægritudinem & hoc nulli alteri competit niſi ſubſtantiæ primæ quæ eſt vna numero & ſingularis.

Dub. ¶ Sed contra nam illud quod competit vni & competit alteri ab illo non eſt maxime proprium illi ſed eſſe ſuſceptibile contrariorũ non ſolum competit ſubſtantiæ primæ ſed etiam competit materiæ primæ quę non eſt ſubſtantia prima quoniam materia prima eſt potẽtia 2. de anima 2. 25. 7. met. 54. 57. 12. met. 14. ſubſtantia prima eſt in actu per ſe exiſtẽs 1. poſt. 33. & etiam compoſita 1. phy. 65. 2. de anima 2. ergo non eſt maxime propriũ ſubſtantię primæ ꝙ ſit ſuſceptibilis contrariorum minor probatur ex Ariſt. 2. cæli 18. & 4. phy. 84. 5. phy. 10. vbi inquit ꝙ eadem eſt materia contrariorum.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ materia contrariorum eſt duplex Alia propinqua Alia remota tunc dicitur ꝙ ſubſtãtia prima ſuſcipit contraria vt eſt materia propinqua vicina & immediata, materia verò prima ſuſcipit contraria vt eſt materia remota & ſubiectum remotum.

Rep. ¶ Dices contra nam priuatio & forma ſunt contraria 1. phy. 66. 50. 56. & tamen materia prima eſt ſubiectum propinquum recipiens modo formam & modo priuationem ergo materia prima eſt ſubiectum propinquum & non remotum.

Sol. ¶ Dicas ꝙ contraria ſunt duobus modis Alia priuatiua vt eſt forma & priuatio Alia poſitiua vt caliditas & frigiditas tunc dicitur ꝙ materia prima eſt ſubiectum propinquum reſpectu contrariorum priuatiuè dictorum nõ autem poſitiuè dictũ.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ materia eſt ſubiectũ contrariorum ſecundum compoſitionem ſubſtantia prima eſt ſubiectum contrariorum ſecundum reſolutionem.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ materia eſt ſubiectum cõtrariorum partiale ſed ſubſtantia prima compoſita eſt ſubiectum contrariorum totale.

Rep. ¶ Sed Dices contra nam eo modo quo ſubſtantia prima ſuſcipit contraria eodem modo & non aliter materia prima ſuſcipit cõtraria & probatur ſic ſubſtantia quæ eſt vna numero maximè propriè per ſe eſt ſuſceptibilis cõtrariorum materia eſt ſubſtantia vna numero 12. met. 14. ergo materia prima maxime proprie per

ſe eſt

ſe eſt ſuſceptibilis contrariorum. ¶ Dicitur ꝙ vnum numero eſt duplex aliud priuatiue aliud poſitiue vt ibidem patet & 1. phy. 65. tunc dicitur ꝙ illud quod eſt vnum numero poſitiuè veluti eſt ſubſtantia prima maxime proprie & per ſe eſt ſuſceptibile contrariorum vt callias materia verò prima eſt vna numero priuatiuè & ſic ruit Replica remanet igitur ꝙ ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibillis contrariorum & Nota verba recte enim dixit Ar. ſuſceptibilis & non dixit ſuſcipit quoniã ſuſcipere dicit actum & ſic ſubſtantia actu reciperet contraria quod eſt falſum vt inquit Ar. in cap. de qualitate & de oppoſitis ſed dicitur ꝙ ſuſcipit contrarium in ſingulari & dum poſsidet vnum contrarium eſt ſuſceptibilis alterius. vt ſortes dum actu ſuſcipit ſanitatem eſt ſuſceptibilis

Rep. ægritudinis. ¶ Sed Dices contra album & nigrum ſunt duo contraria & tamen equus meus actu eſt albus & niger ergo actu ſuſcipit duo contraria.

Sol. ¶ Dicas quòd hoc eſt verum ſecundum pertem & non ſecundum totum vt ſecundum medietatem eſt albus & ſecundum aliam medietatem eſt niger.

Petitio. ¶ Dices, o, Ar. iam dixiſti ꝙ ſola ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum & quodlibet aliud quod eſt vnum numero & non eſt ſubſtantia non eſt ſuſceptibile contrariorum ego quidem tamquam curioſus deſiderarem exemplum quod nam eſt illud ad hoc vt ſim certus ꝙ valet dicere ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum & non è contra ſcilicet illud quod eſt vnum numero, eſt ſuſceptibile contrariorum.

Resp. ¶ Reſpondet Ar. & dicit.

Velut color, qui eſt vnus & idem numero, non dicitur albus & niger; neque eadem actio & vna numero, praua & ſtudioſa ſimiliter & in alijs, quæcumque non ſunt ſubſtantiæ.

Cum Ar. in prima parte huius textus propoſuiſſet ꝙ præcipua & maximè propriè dicta proprietas ſubſtantiæ quæ eſt vna numero eſt ꝙ ſit ſuſceptibilis cõtrariorum in hac 2. parte manifeſtat per oppoſitum inductione in omnibus illis quę ſunt vnum numero & non ſunt ſubſtantiæ ſed ſunt accidẽtia ꝙ nullum illorum eſt ſuſceptibile contrariorũ cauſa intentionis eſt vt firma remaneat ſua concluſio & vera quòd ſola ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum & vt appareat differentia inter ſubſtantiam quæ eſt vna numero & accidens ꝙ eſt vnum numero pro textus intelligentia eſt Notandum ꝙ inductio eſt duplex vt inquit Ar. 2. cęli 49. 59. 2. priorum cap. 26. clarius 2. phy. 80. 8. phy. 33. Alia enim eſt inductio demonſtratiua Alia vero eſt topica quæ inductio topica eſt illa quæ vt manifeſtet aliquam propoſitionem vniuerſalẽ neceſſe eſt vt inducat omnia ſingularia veluti aſſerit Ar. 1. top. cap. 9. & ratio eſt quoniam 1. phy. 17. totum & vniuerſale nil aliud eſt niſi partes ſimul & copulatim ſumptę & ſi vna defecerit nec totum nec vniuerſale dicitur confundo totum & vniuerſale quoniam vniuerſale eſt quodam totum 1. phy. 4. Inductio autem demonſtratiua eſt illa quæ vt inferat propoſitionẽ vniuerſalem non oportet vt inducat omnia ſingularia ſed ſufficit vt inducat vnum ſolum & ratio eſt iſta quoniam inductio demonſtratiua manifeſtat prædicatum per ſe & quod eſt per ſe eſt de omni 1. poſt. 30. & 2. poſt. 94. quod fecit Ar. 2. cæli 49. & 59. quando dixit luna eſt ſphericæ figuræ ergo omnis ſtella eſt ſphericæ figuræ quoniam in eſſentialiter ordinatis & per ſe prędicatis id quod competit vni vnius ſpeciei competit omnibus eiuſdem ſpeciei his igitur ſic ſtantibus Ar. in hac parte facit inductionem topicã inducendo quędam ſingularia quæ non ſunt ſubſtantiæ vt per illa manifeſtet propoſitionem vniuerſalem ſcilicet ꝙ omne id quod eſt vnum numero & non eſt ſubſtantia non eſt ſuſceptibile contrariorum. quaſi dicat Ariſt. ſola ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum & omne id quod eſt vnum numero & non eſt ſubſtantia non eſt ſuſceptibile contrariorum.

¶ Dices da exemplum de illo quod eſt vnum numero & non eſt ſuſceptibile contrariorum? Petitio.

Reſpondet Ariſt. & dicit (veluti) ideſt v.g. (color qui eſt vnus & idem numero) ideſt vnus color in numero vt hic color qui eſt vnum accidens numero (non dicitur albus & niger) .i. non ſuſcipit albedinem & nigredinem quæ ſunt duo contraria. q.d. Ar. ſicut vna ſubſtantia numero ſuſcipit contraria. Resp.

¶ Dices da mihi aliud exemplum. Petitio.

Reſpondet & dicit (neque eadem actio) quaſi dicat ſicut vnus color non ſuſcipit contraria (neque) ideſt ſic nec vna actio numero quæ eſt accidens non ſuſcipit contraria quoniam (non dicitur aliquando praua & aliquando ſtudioſa) ideſt non ſuſcipit prauitatem & aliquando ſtudioſitatem quę ſunt duo contraria.

¶ Dices, o, Ar. ſolum vnus color numero & vna actio numero non eſt ſuſceptibilis contrariorum an alia præter hæc? Petitio.

¶ Reſpondet & dicit (ſimiliter & in alijs) quaſi dicat non ſolum hæc duo ſed etiam (ſimiliter) ideſt ſimili modo (& in alijs) ideſt omnia quæ ſunt vnum numero & non ſunt ſubſtantiæ ſed ſunt accidentia non ſunt ſuſceptibilia contrariorum. ¶ Di- Resp.

ces quare Ariſtotel. dicit color qui eſt vnus numero & non dicit albus & niger. ¶ Dicas ad denotandum ꝙ color in genere aliquis eſt albus & aliquis eſt niger ſed idem color numero non poteſt eſſe albus & niger verùm Nota ꝙ non ſine cauſa inquit Ar. (& ſimiliter in alijs quoniam inductio topica 2. priorū 26. tunc manifeſtat vniuerſale quando inducit omnia ſingularia ſed quoniam hoc eſt impoſsibile quoniam ſunt infinita ideò ars breuitati ſtudens inuenit quamdam cautelam topicam vt aliquibus numeratis addatur illa particula ſcilicet (ſimiliter in alijs) per quam cautelam intelliguntur omnia ſingularia & ideò Ariſt. induxit duo tantum ſingularia ſcilicet colorem & actionem quibus duobus inductis vſus fuit illa cautella topica dicendò (& ſimiliter in alijs addetu ſingularibus quæcunque non ſunt ſubſtantię nullo pacto ſunt ſuſceptibilia contrariorum quo modo dicendi vſus fuit Ariſt. 1. poſt. 1. 2. poſt. 35. 1. phy. 47. & 1. magnorum moralium cap. 2. dicas igitur ſic iſte color vnus numero qui non eſt ſubſtantia vna numero non eſt ſuſceptibilis cōtrariorum hæc actio vna numero quæ non eſt ſubſtantia vna numero non eſt ſuſceptibilis contrariorum & ſic de ſingulis quæ ſunt vnum numero & non ſunt ſubſtantiæ non ſunt ſuſceptibilia contrariorum ergo ex his ſingularibus inductis ſequitur propoſitio vniuerſalis vera ſcilicet omne id quod eſt vnum numero & non eſt ſubſtantia non eſt ſuſceptibile contrariorum.

Petitio. ¶ Dices quarè Ar. manifeſtauit per inductionem ꝙ ſubſtantia quę eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum, & non per demonſtrationem?

Reſp. ¶ Dicas quoniam principia artis 1. poſt. 10. ſunt per ſe nota in arte 1. phy. 83. 2. phy. 22. 26. 2. poſt. 33. 12. met. 5. 8. phy. 22. & 2. phy. 36. quæ nota per ſe non probantur demonſtratione 1. poſt. 10. & 2. cæli 27. quoniam demonſtratio probat ea quæ ſunt naturaliter ignota 2. poſt. 1. Auer. ſed ſubſtantiam vnam numero eſſe ſuſceptibilem contrariorum eſt principium in logica ſua propria arte per ſe notum, ideo non per demonſtrationem, ſed tamquàm peritus logicus potius per inductionem manifeſtauit ꝙ omnis ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum quod quidem innuit Ar. quando dixit (videtur) q. d. apud ſenſum eſt notum, & oculatim videmus ꝙ ſubſtantia quæ eſt vna numerò eſt ſuſceptibilis contrariorum. ¶ Dices quomodo hoc manifeſtum eſt nobis hoc? ¶ Dicas vt ſortes qui eſt ſubſtantia vna nnmero modo ſuſcipit ſanitatem & poſtea videmus eundem ſuſcipere ęgritudinem & ideo non oportet hoc probare per demonſtrationem quoniam demonſtratio (vt dictum eſt) probat illa quæ ſunt ignota; rectè igitur inquit Ar. 8. phy. 22. relinquere ſenſum & quærere rationem eſt infirmitas intellectus.

Petitio. ¶ Dices quarè ſubſtantia vna numero & non accidens vnum numero eſt ſuſceptibilis contrariorum?

Reſp. ¶ Dicas quoniam ſubſtantia quæ eſt numero vna ſubiacet contrarijs & non indiget ſubiecto quoniam contraria ſunt accidentia ideo eſt ſuſceptibilis duorum contrariorum quæ ſunt accidentia color verò cum ſit accidens nulli ſubiacet, ſed alteri ineſt & indiget ſubiecto, & ideo ſubſtantia eſt ſuſceptibilis contrariorum accidens non vt color minimè.

Alia reſponſio. ¶ Vel Dicas quòd quando ſubſtantia ſuſcipit contraria eadem manet; color verò non manet; quoniam ſi color qui eſt albus recipiendo nigredinem oportet albedinem abire & recedere & recedendo, albedo recedit & ſimul cum albedine abit color, ſubſtantia verò quando recipit contraria vt ſortes quando recipit caliditatem oportet vt recedat frigiditas, tamen ſortes ſemper remanet; & cum frigiditate non recedit nec abit, ſed ſemper idem & ſaluus manet quod ſocrates eſt.

Dub. ¶ Sed Dices vnus motus numero aliquando eſt celer, & aliquando eſt tardus, quæ celeritas & tarditas ſunt duo contraria, ſimiliter diſpoſitio & habitus ſunt ſuſceptibilia contraria, & tamen nec motus, nec diſpoſitio, nec habitus ſunt ſubſtantię ſed ſunt accidentia & tamen ſuſcipiunt contraria quomodo igitur inquit Ariſt. quòd ſola ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum?

Sol. ¶ Dicas ꝙ ſuſcipere contraria ſumitur dupliciter vno modo primo & per ſe, Alio modo ſecundariò, & per accidens, tunc dicitur ꝙ ſi motus diſpoſitio & habitus recipiunt contraria non primo & per ſe, ſed per accidens ideſt inquantum illa indiuidua ſubſtantiæ in quibus reperiuntur ſunt motus; diſpoſitio vero & habitus ſuſcipiunt contraria, v. g. motus intantum ſuſcipit celeritatem & tarditatem, inquantum corpus in quo eſt motus mouetur celeriter vel tardè quoniam motus non eſt ſine corpore tamquam in ſuo ſubiecto vt teſtatur Ar. 1. cæli 99. 8. phy. 32. & 3. phy. 18.

Subſtantia verò, cùm vnum & idem numero ſit, ſuſceptiua contrariorum eſt. vt quidam homo, cùm vnus & idem ſit, aliquando quidem albus, aliquando fit niger, & calidus & frigidus, & prauus & ſtudioſus. in alijs autem nullis aliquid tale videtur.

Poſt-

Poſtquam Ar. inductione manifeſtauit ꝙ omne illud quod eſt vnum numero & non eſt ſubſtantia non eſt ſuſceptibile contrariorum ſed ſolum illud quod eſt vnum numero & eſt ſubſtantia eſt ſuſceptibile contrariorum in hac tertia parte textus alia inductione manifeſtat ꝙ illud ſolum quod eſt vnum numero & eſt ſubſtantia eſt ſuſceptibile contrariorum & primò ponit veritatem & dicit (verò) ideſt certè (ſubſtantia). Dices quæ ſubſtantia dicit (cum vnum & idem numero ſit) ideſt quæ eſt vna numero eſt ſuſceptiua contrariorum Nota quòd dixit ſubſtantia ad excldendum accidens dicit vna numero ad excludendum genus & ſpeciem quæ ſunt ſubſtantiæ ſecundæ vniuerſales quæ non ſuſcipiunt contraria Dices da exemplum de ſubſtantia quæ eſt vna numero? dicit (vt) ideſt verbi gratia (quidam homo) ideſt ſortes Dices ſemper hæc ſubſtantia ſuſcipit contraria vel aliquando ſic & aliquando non dicit ꝙ (aliquando) non ſemper Dices quomodo fit hoc dicit (aliquando fit albus) .i. ſuſcipit albedinem (aliquando fit niger) ideſt ſuſcipit nigredinem recte dixit aliquando quoniã in illo tempore quo ſuſcipit albedinem non in illo met tempore ſuſcipit nigredinem ſed in diuerſo tempore. Dices da aliud exemplum dicit (aliquando) adde tu quidam homo (fit calidus) ideſt ſuſcipit caliditatem & (aliquando fit frigidus): ideſt ſuſcipit frigiditatem non contentus Ar. his duobus exemplis vt facilius auditores intelligant dat aliud exemplum & dicit (aliquando fit prauus) ideſt negligens & (aliquando fit ſtudioſus) ideſt diligens & eadem anima aliquando fit capax prudentiæ aliquando imprudeatiæ vnde patet quòd tàm corpus quàm anima vnum numero ſuſcipiunt contraria. ¶ Dices hæc proprietas ſcilicet ſuſcipere contraria competit alijs quæ non ſunt ſubſtantiæ? Reſpondet Ariſt. & dicit (in alijs) ideſt in illis quæ ſunt alia & diuerſa à ſubſtantia quæ eſt vna numero vti ſunt accidentia & ſubſtantiæ ſecundæ (tale aliquid) hoc tale prædicatum ſcilicet ſuſcipere contraria (videtur) adde tu competere Dices tu in aliquibus vel nullis? Reſpondet & dicit (nullis) competit ideſt neque accidenti quod eſt vnum numero nec ſecundis ſubſtantijs competit ſuſcipere contraria hoc eſt nullum quòd non eſt ſubſtantia vna numero eſt ſuſceptibile contrariorum ſed accidens & ſubſtantia ſecunda non eſt ſubſtantia vna numero ergo nullum accidẽs nec nulla ſubſtantia ſecunda eſt ſuſceptibile contrariorum. ¶ Dices ſi Ariſt. dixit quòd ſubſtantia non habet contrarium quomodo nunc dicit quòd ſubſtantia eſt ſuſceptibilis contrariorum?

Sol. ¶ Dicas quòd aliud eſt dicere ſubſtantia habet contrarium & aliud eſt dicere ꝙ ſubſtantia ſuſcipit contraria nam quando ſubſtantia ſuſcipit contraria illa non ſunt contraria ſubſtantiæ ſed ſunt contraria inter ſe. v. g. ſortes ſuſcipit caliditatem & frigiditatem tamen illa caliditas non eſt contraria ſorti nec illa frigiditas ſed caliditas eſt contraria frigiditati & frigiditas eſt contraria caliditati.

Dub. ¶ Dices ſi ſubſtantia ſuſcipitur contraria ergo contraria ſimul erunt in eodem ſubiecto quod eſt contra Ariſt in cap. de quantitate & 2. de gen. 16.

Sol. ¶ Dicas quòd ſubſtantia non ſuſcipit contraria ſimul & in eodem tempore ad ſucceſsiue vt ſortes hodie ſuſcipit ſanitatem & cras ægritudinem & ſic vnum poſt alterum vno enim contrario migrante eadem ſubſtantia numero manus poteſt recipere alterum.

Replica. ¶ Dices contra nam inquit Au. 6. met. vltimo ꝙ in anima contingit vt recipiat duo oppoſita ſimul ergo non ſucceſsiue vnum poſt alterum

Sol. ¶ Reſpondet Au. ibidem & dicit ꝙ iſta propoſitio non tenet in anima ſed ſolum in materia nam licet materia extra animam non poſsit recipere duo contraria in ſimul, tamen anima bene poteſt, dat exemplum Ar. 3. phy. 8. & dicit vt aqua actu eſt frigida potentia tamen eſt calida adde tu & adiſcens actu eſt ignorans potentia tamen eſt ſapiens.

Rep. ¶ Dices contra nam medij colores vt color fuſcus pallidus puniceus fiunt ex albo & nigro vt inquit Ariſt. 1. phy. 47. quæ ſunt duo contraria & in actu ſunt in illis medijs coloribus ſimul & in eodem tempore ſimiliter aqua tepida actu recipit duo contraria ſcilicet caliditatem & frigiditatem.

Sol. ¶ Reſpondet Au. 1. phy. 56. & dicit quòd in medio eſt vtrumque extremum tamen non in vltima perfectione non in ſummo in eſſe completo perfecto & vltimato ſecundum eandem partem ſed in eſſe imperfecto diminuto caſtigato retracto & deperdito.

Alia ſ. ¶ Vel poſſumus dicere quòd ſubſtantia ſimul recipit contraria in actu vt ſortes habet dolorem capitis & habet crus ſanum tamen in diuerſis partibus ipſius corporis.

Dub. ¶ Dices quarè ſubſtantia ſuſcipit contraria & vnum contrarium non ſuſcipit reliquum?

Sol. ¶ Reſpondet Ariſtoteles 1. phy. 51. & 2. de gen. 46. & dicit quòd vnum contrarium non recipit reliquum nec vnum eſt materia alterius quia potius vnum deſtruit & corrumpit alterum quoniam contraria ſunt ad inuicem corruptiua 1. phy. 81. 8. phy. 64. 2. cæli 18.

Dub. ¶ Dices quarè Ariſt. dixit ſubſtantia vna numero in ſingulari vt ſortes eſt ſuſceptibilis contrariorum & non dixit ſubſtantiæ plures numero vt ſortes & Plato ſunt ſuſceptibiles contrariorum in plurali?

Sol. ¶ Dicas vt oſtendat hanc proprietatem etiã propriam

ſubſtantiæ in quarto modo nam non ſufficit
φ duæ ſubſtantiæ ſuſcipiant contraria vt ſor-
tes ſuſcipiat albedinem & Plato nigredinem
ſed φ ipſe met ſortes qui eſt vna ſubſtantia
numero manens ſit aptus natus recipere v-
trumque contrariorum & non vnum ſolum.
Rep. ¶ Dices cõtra nam hic ignis eſt vna ſubſtan-
tia numero & tamen ſemper ſuſcipit calidi-
tatem vnum contrarium & non ſuſcipit fri-
giditatem 2. de gen. 16. 8. phy. 8. & in cap. de
oppoſitis vbi inquit φ impoſsibile eſt ignem
eſſe frigidum verum etiã ignis ſemper eſt le-
uis & ſemper ſuſcipit leuitatem & nunquàm
eſt grauis & ſuſcipit grauitatem quæ eſt con
traria leuitati & ſemper tendit ſurſum & nũ-
quàm deorſum 2. phy. 4. & in 1. & 2. libro de
cælo ſimiliter cælũ ſemper mouetur & num-
Sol. quàm quieſcit. ¶ Dicas φ ſubſtantia vna nu-
mero eſt duplex alia quæ eſt apta nata ſuſci-
pere duo contraria & cui non naturaliter
ineſt vnum contrarium vt ſortes eſt aptus
natus modo ſuſcipere ſanitatẽ & modo ęgri-
tudinem Alia verò eſt ſubſtantia quę non eſt
apta nata ſuſcipere duo contraria modo vnũ
& modo reliquum vt aqua modo ſuſcipit fri
giditatem & modo caliditatẽ ſed vnum tan-
tum veluti ignis qui naturaliter eſt calidus
Sol. & non frigidus. ¶ Dicas igitur φ Ar. hic non
loquitur de illa ſubſtantia quæ non eſt apta
nata ſuſcipere duo contraria veluti eſt ignis
terra, nix coruus cignus. ſed loquitur de illa
ſubſtantia quæ eſt apta nata ſuſcipere vtra-
Rep. que contraria. ¶ Sed Dices contra nã ignis
tendit ſurſum & tendit deorſum vt patet 1.
Sol. cæli 19. ¶ Dicas φ ſi ignis ſuſcipit duo con-
traria vt motum ſurſum & motum deorſum
tamen non ſuſcipit ambo naturaliter ſed
vnum naturaliter vt quando tendit ſurſum
& aliud violenter præter naturaliter vt quã-
do tendit deorſum vt patet in toto primo li-
Alia ſol. bro de cælo. ¶ Vel Dicas φ contraria ſunt
duplicia Alia ſunt ſeparabilia Alia ſunt inſe-
parabilia tunc dicitur φ ſubſtantia recipit
duo contraria ſeparabilia vt ſortes recipit
ſanitatem & ęgritudinem quę ambę in diuer-
ſibus temporibus ab eo ſeparari poſſunt non
autem contraria inſeparabilia vt coruus in-
ſeparabiliter recipit nigredinem & non al-
bedinem & cignus inſeparabiliter albedinẽ,
& non nigredinem. ſimiliter mel eſt dulce &
non amarum & venenum eſt amarum & non
dulce, ſimiliter terra eſt grauis & non leuis
ſicca & non humida quæ ſemper quieſcit &
numquam mouetur, & ſemper tendit deor-
ſum, ſurſum vero numquàm ſemper frigida
& numquam calida ſol. ſemper eſt lucidus &
Rep. numquam obſcurus. ¶ Dices contra nam
ignis inſeparabiliter & naturaliter eſt cali-
dus & tamen dicit Ar. 8. phy. 8. φ poteſt eſ-
ſe frigidus ſimiliter in cap. de oppoſitis nix

poteſt eſſe alba & rubea 1. de hiſt. an. cap. 19.
¶ Dicas φ niuem poſſe eſſe calidam terram
vero moueri ſurſum & ignem deorſum non Sol.
per ſe & ſecundum naturam, ſed violenter
per accidens & præter naturam teſte Ar. 2.
ethicorum cap. 1. ¶ Dices contra id quod eſt
per accidens reducitur ad per ſe ſi ignis eſt Rep.
frigidus per accidens ergo poteſt eſſe frigi-
dus per ſe. ¶ Dicas, verum Nota φ hæc pro-
poſitio intelligitur ſic ſupponendo vnum Sol.
quod id quod eſt per accidens eſt imperfe-
ctum & id quod eſt per ſe eſt perfectum tunc
dicitur φ id quod eſt per accidens reducitur
ad id quod eſt per ſe non intelligitur quòd
id quod eſt per accidens poteſt eſſe per ſe ſed
id quod eſt per accidens tanquàm imperfe-
ctũ reducitur ad id quod eſt per ſe tamquàm
ad perfectum & ſic Replica non tenet contra
ſolutionem. ¶ Dices ſi ſubſtantia vna nume-
ro eſt ſuſceptibilis contrariorum ergo ſortes Dub.
qui eſt ſubſtantia vna numero eſt ſuſceptibi-
lis contrariorum modo enim eſſet rationalis
& aliquando irrationalis quoniam rationa-
le & irrationale ſunt duo contraria. ¶ Dici-
tur φ dictum Ar. eſt verum de contrarijs ſe- Sol.
parabilibus aptis ad ſuſcipiendum modo ra-
tionale inſeparabiliter ineſt ſorti & adeò eſt
rationalis. qui non poteſt eſſe irrationalis.
¶ Amplius Deus glorioſus eſt ſubſtantia vna
numero 12. met. 39. & in libro deſt. diſp. Dub.
quinta in ſol. vltimi dubij & tamen non ſuſci-
pit contraria quoniam contraria ſunt acci-
dentia vt patet in cap. de oppoſitis quæ non
ſunt in Deo. ¶ Dicitur φ ſubſtantia eſt du-
plex Alia ſimplex vt eſt Deus Alia compoſi- Sol.
ta vt ſortes tunc dicitur φ ſubſtantia vna nu-
mero propoſita eſt ſuſceptibilis contrario-
rum & de hac loquitur Ar. in textu. ¶ Om-
ne quod mouetur quieſcit 6. phy. 30. Sed Deus Rep.
mouetur 8. phy. 64. ergo quieſcit ſed quies
& motus ſunt contraria 5. phy. 10. ergo Deus
qui eſt ſubſtantia ſimplex ſuſcipit contraria.
¶ Dicitur φ tunc Deus mouetur quando ſu-
mitur pro cælo non quãdo ſumitur vt eſt pri- Sol.
ma cauſa. ¶ Sed Dices ergo cælum quieſcit
quod eſt contra Ariſt. in toto 8. libro phy. Rep.
¶ Dicas φ propoſitio Ar. valet de corpore
& ſubiecto apto nato ſuſcipere cõtraria mo-
do cælum ſi mouetur non eſt aptum natum
quieſcere: quia ſemper mouetur 9. met. 17.
¶ Dices contra nam in deo vt eſt prima cau-
ſa eſt ſcientia 12. met. 51. ſed ſciẽtia eſt con- Rep.
traria ignorantiæ vt patet in cap. de oppoſi-
tis ergo Deus vt prima cauſa & non vt cęlum
ſuſcipit contraria. ¶ Dicas φ ſcientia eſt du-
plex Alia eſt ſcientia Dei & quædã eſt ſcien- Sol.
tia noſtra ſeu humana 12. met. 51. & in libro
deſt. deſt. diſp. 12. in ſol. 2. dubij tunc dici-
tur φ ignorantia eſt contraria ſcientiæ no-
ſtræ humanæ non autem eſt contraria ſcien-
tiæ

ſiæ Dei 11. met. 39. ¶ Coruus vel cignus eſt vna ſubſtantia numero & tamen non ſuſcipit contraria coruus enim ſemper eſt niger & nunquàm albus cignus vero ſemper eſt albus & nunquàm eſt niger. ¶ Dicas q licet tàm coruus quàm cignus non recipiat contrarietatem quę eſt inter albedinem & nigredinem tamen recipit aliam contrarietatem ſcilicet humiditatem & ſiccitatem augmentationem & diminutionem modo volat ſurſum & modo deorſum quę dicitur contrarietas ſecundum locum vel quod ſuſcipit duo contraria apta nata recipi.

Dub. *Sol.*

Alia ſol. ¶ Vel Dicas q ſubſtantia vna numero eſt duplex Alia quæ eſt mutabilis de vno contrario in aliud contrarium Alia verò quæ non eſt mutabilis de vno contrario in aliud contrarium Ariſt. hic loquitur de illa ſubſtantia quæ eſt mutabilis non autem de illa quæ non eſt mutabilis videmus .n. ſortem de amore mutari in odium, de amicitia in inimicitiam de gaudio in triſtitiam & de ſanitatem in ęgritudinem.

Replica ¶ Sed Dices contra arbor vna numero eſt mutabilis de vno contrario in reliquum & tamen nunquàm videmus q ſuſcipit gaudium & triſtitiam odium & amoré nec ſuſcipit contrarias opiniones vt vult & non vult. ¶ Dicas q quando dicit Ariſt. q ſubſtantia vna numero eſt ſuſcepetibilis contrariorum non intelligit q omnis ſubſtantia vna numero eſt ſuſcepetibilis omnium cõtrariorum non enim loquitur vniuerſaliter ſed indefinitè videlicet ſubſtantia vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum illorum quæ eſt apta nata ſuſcipere vt diximus modo vna arbor numero licet nõ ſit ſuſceptibilis horum contrariorum ſcilicet amoris odij amicitię inimicitiæ velle & nolle veritatis & falſitatis tamen eſt ſuſceptibilis aliorum contrariorum ſcilicet frigiditatis humiditatis caliditatis ſiccitatis viriditatis ariditatis augmentationis & diminutionis ſed non ægritudinis & ſanitatis quoniam hæ nõ ſunt apta nata recipi ab ea, & q hoc ſit verum probatur ex Ariſt. 2. de anima 107. vbi inquit (omnis etenim ſenſus vnius contrarietatis eſſe videtur vt viſus albi & nigri auditus grauis & acuti,) & guſtus amari & dulcis & ſic non omnis ſenſus ſuſcipit omnem contrarietatem ſed tantum illam quam eſt aptus natus ſuſcipere à pari non omnis ſubſtantia vna numero eſt apta nata ſuſcipere omnem contrarietatem ſed ſolum illam quam eſt apta nata ſuſcipere.

Dub. ¶ Amplius ſuperficies eſt quantitas vt patet in cap. de quantitate & tamen eſt ſuſceptibilis contrariorum nam ſuſcipit albedinem & nigredinem vt patet in cap. de quantitate.

Sol. ¶ Dicitur q ſuſcipere contraria intelligitur duobus modis vno modo vt quo Alio modo vt quod tunc dicitur quòd ſuperficies quæ eſt quantitas & non eſt ſubſtantia ſuſcipit contraria vt quo non vt quod modo Ar. hic loquitur de eo quod ſuſcipit contraria vt quod non vt quo.

Dub. ¶ Dices dictum eſt ſupra q ſola ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum vellem ſcire quomodo hoc poteſt eſſe nam ſortes ſi eſt albus quomodo poteſt eſſe niger?

Sol. ¶ Dicas q hoc ſit poteſt eſſe nam quando ſortes eſt in vmbra ideſt in loco vbi non tangit ſolem tunc fit albus quãdo verò eſt ſub diu ideſt in loco vbi tangit ſolem veluti in tempore æſtiuo tunc fit niger, latè igitur ex omnibus dictis patet q ſola ſubſtantia prima quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum ſi vero ſubſtantia ſecunda eſt ſuſceptibilis contrariorum hoc non eſt per ſe ſed per accidens inquantum ſubſtantia ſecunda habet eſſe in ſubſtantijs primis.

Tex. 20. Niſi quis forſitan inſtet: dicens orationem & opinionem contrariorum eſſe ſuſceptibilia: eadem enim oratio vera vel falſa videtur eſſe veluti ſi vera ſit oratio ſedere quendam eo ſurgente ipſa eadem falſa erit.

Poſtquàm Ar. exemplo & inductione manifeſtauit q ſola ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum & quòd accidens quod eſt vnum numero non eſt ſuſceptibile contrariorum in hoc textu inſtando arguit contra ſeipſum probando q accidens vnum numero eſt ſuſceptibile contrariorum & primò probat de quantitate & poſtea de qualitate quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum cauſa intententionis eſt vt ex ſolutione hujus & ſequentis inſtantiæ magis ſit manifeſtum & eluceſcat ſcilicet q ſola ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum. Diuiditur iſte textus in tres partes in prima proponit duas dubitationes prima eſt de oratione quę eſt accidens numero in prædicamento quantitatis Alia eſt de opinione quæ eſt unum accidens numero de prædicamento qualitatis in ſecunda ibi (eadem oratio) facit primam dubitationẽ per quam probat q oratio una numero quæ eſt accidens ſuſcipit contraria in 3. ibi (ſimiliter autem & de opinione) facit aliam dubitationẽ de opinione per quam probat q opinio una numero ſuſcipit contraria.

Dub. ¶ Sed Dices quare Ar. primò facit inſtantiam de oratione quæ eſt quantitas & poſtea de opinione quæ eſt qualitas?

Sol. ¶ Dicas quo-

quoniam apud naturam primò eſt quantitas
deinde eſt qualitas & quoniam Ariſt. ſemper
imitatur naturam ideò primò facit inſtan-
tiá de oratione quæ eſt quantitas vt patet in
cap. de quantitate & poſtea de opinione quę
eſt qualitas quo igitur ad primum Dices, ò,
Ar, iam dixiſti ꝙ ſola ſubſtantia quæ eſt vna
numero eſt ſuſceptibilis contrariorum con-
tra hęc Aliquis (inſtet) ideſt dubitabit dicens
ꝙ non ſolum ſubſtantia ſed accidens eſt ſu-
ſceptibile contrariorum primò ſupponendo
vnum ꝙ verum & falſum ſunt duo contraria
5. met. cap. de falſo ſed (eadem oratio in nu-
mero quæ eſt vnum accidens numero (vide-
tur eſſe) ideſt eſt vera & falſa ideſt modo ſu-
ſcipit veritatem & modo ſuſcipit falſitatem
ergo vnum accidens numero eſt ſuſceptibi-
le contrariorum. ¶ Dices negatur ꝙ oratio
vna numero ſuſcipit veritatem & falſitatem.
Sol. ¶ Reſpondet & dicit (veluti ſi vera ſit oratio
ſedere quendam eo ſurgente ipſa eadem fal-
ſa erit) hoc eſt ſi hæc oratio vna numero vt
aliquis homo ſedet dum ſedet eſt vera ſed
dum ſurgit non ſedet, & ſic eo ſurgente illa
met oratio eſt falſa & ſic modo ſuſcipit veri-
tatem dum ſędet & modo ſuſcipit falſitatem
dũ ſtat & non ſedet ſed veritas & falſitas ſunt
duo contraria ergo vna oratio quæ eſt acci-
dens ſuſcipit contraria ergo non ſola ſubſtã-
tia vna numero eſt ſuſceptibilis contrario-
Dub. rum. ¶ Dices cum duplex ſit oratio Alia de-
præcatiua Alia enuntiatiua teſte Ar. 1. Peri-
hermenias cap. de orattione de qua intelli-
Sol. git Ar.? ¶ Dicas de oratione enuntiatiua vo-
Dub. cali ſeu pronuntiatiua. ¶ Dices quid ſibi
Sol. vult hoc nomen (oratio) Dicas ꝙ oratio nil
Alia ſol. aliud ſignificat niſi oris prolatio. ¶ Vel di-
cas ꝙ oratio eſt vox ſignificatiua vt 1. peri-
Petitio. hermenias inquit Ar. cap. 4. ¶ Dices quomo-
do in oratione reperitur verum & falſum?
Reſp. ¶ Reſpondet Ar. 9. met. 21. 22. & Auer. in
Epit. met. tractatu 3. cap. 8. Ar. 1. periher.
cap. 1. & dicit circa diuiſionem & compoſi-
tionem eſt verum & falſum. ¶ Dices quomo-
do erit hoc? ¶ Reſpondet Ar. 9. met. 21. 22.
clarius 1. periher. cap. 4. & dicit vt cũ enun-
tiamus id quod non eſt eſſe dicendo coruus
eſt albus in hac compoſitione ideſt oratione
affirmatiua reperitur falſum ſimiliter homo
eſt lapis & in negatiua reperitur verum vt
homo non eſt lapis & reperitur falſum vt ho-
Rep. mo non eſt animal. ¶ Dices contra nam vna
oratio non poteſt dicere verũ & falſum quo-
niam homo eſt rationalis hæc propoſitio eſt
adeò ſemper vera quæ non eſt falſa nec po-
teſt eſſe falſa ergo oratio non ſuſcipit con-
Sol. traria. ¶ Dicas ꝙ oratio eſt duplex Alia eſt
de prædicatis poſsibilibus & quędam de prę-
dicatis neceſſarijs tunc dicitur ꝙ oratio ali-
quando eſt vera & aliquando falſa quę eſt de
prædicatis poſsibilibus & non illa quæ eſt
de prædicatis neceſſarijs. ¶ Sed Dices con- Rep.
tra nam hæc oratio homo eſt animal eſt de
prędicato neceſſario quoniam genus 1. poſt.
36. eſt prædicatum neceſſarium & tamen po-
teſt eſſe vera & falſa vt quando dicimus ho-
mo eſt animal eſt vera, homo non eſt animal
eſt falſa. ¶ Dicas ꝙ hæc oratio conſideratur Sol.
dupliciter vno modo affirmatiuè Alio modo
negatiue tunc dicitur ꝙ affirmatiue conſi-
derata ſemper eſt vera & numquam falſa ne-
gatiue vero conſiderata ſemper eſt falſa &
numquam vera. ¶ Dices contra nam homo Rep.
non eſt animal ergo falſa eſt hæc oratio af-
firmatiua homo eſt animal antecedens pro-
batur nam quando ſunt duo quę habent duas
diuerſas definitiones vt homo & equs alte-
rum non prædicatur de altero non enim di-
cimus homo eſt equus quoniã homo eſt ani-
mal rationale & equus eſt animal hinnibile
ſed homo & animal ſunt duo quæ habẽt duas
diuerſas definitiones ergo animal non præ-
dicatur de homine & per conſequẽs falſa eſt
hęc oratio homo eſt animal minor probatur
quoniam homo eſt animal rationale & ani-
mal eſt ſubſtãtia animata ſenſitiua teſte Por
phyrio in cap. de differentia ergo propoſitio
de prædicato neceſſario non ſemper eſt vera.
¶ Dicitur ꝙ tunc eorum quæ habent diuer-
ſam definitionem vnum non prædicatur de
altero quando vnum non continetur ſub al-
tero & non ſubalternatur illi, modo licet ho-
mo & animal habeant diuerſas definitiones
tamen homo qui eſt ſpecies animalis conti-
net & ſubalternatur ſub animali ſicut trigo-
num in tetragono ideo animal prędicatur de
homine & eſt ſemper vera hæc propoſitio ho
mo eſt animal.

Similiter autem & de opinione ſi quis enim verum putet aliquem ſedere ſurgente, eo falſo putabit eamdem de ipſo opinionem habens.

Facta prima inſtantia in hac ſecunda par-
te textus facit ſecundam inſtantiam proban-
do ꝙ non ſolum ſubſtantia quæ eſt vna nume-
ro ſuſcipit contraria ſed accidens vnum nu-
mero ſuſcipit contraria cauſa intentionis eſt
vt magis augeatur difficultas & dubitatio
apud aliquos qui non credunt ꝙ ſola ſubſtan-
tia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis con-
trariorum Diuiditur iſta pars textus in duas
partes in 1. proponit ſecundam inſtantiam
de opinione in 2. ibi (ſi quis) facit inſtan-
tiam, quo ad primum dicit (ſimiliter) q. d.
(autem) pro ſed (ſimiliter) ideſt ſicut dixi-
mus de oratione ſcilicet ꝙ vna oratio nume-

ro quæ non eſt ſubſtantia ſed eſt quantitas & accidens eſt ſuſceptibilis contrariorum (&) ideſt ſic etiam (de opinione) ideſt dicimus quæ opinio vna numero non eſt ſubſtantia ſed eſt qualitas & accidens eſt ſuſceptibilis contrariorum & inſtantia eſt talis extra textum vna qualitas numero quæ non eſt ſubſtantia eſt ſuſceptibilis contrariorum ergo non eſt proprium ſubſtantiæ quæ eſt vna numero ſuſcipere contraria ſed negatur antecedens quod probatur hoc modo opinio vna numero eſt qualitas & non ſubſtantia & opinio vna numero ſuſcipit contraria in tertia figura ergo qualitas vna numero ſuſcipit cõtraria probatur hoc modo (ſi quis) ideſt ſi aliquis vt callias habet hanc opinionem ſcilicet aliquem ſedere .v.g. Platonem ſedere & dicit certè puto certe opinor ꝙ Plato ſedet Platone ſedente illa opinio quam habet eſt vera dum ſedet tunc ſuſcipit vnum contrarium ſcilicet veritatem (ſurgente eo) .i. ſi Plato non ſedet ſed ſtat, (falſo putabit) .i. illa met opinio numero ſuſcipit aliud contrarium ſcilicet falſitatem ex quo clarè patet ꝙ vna opinio numero quæ eſt qualitas & non ſubſtantia eſt ſuſceptibilis cõtrariorum quod quidem innuit Ar. 1. poſt. 195. vbi inquit ꝙ opinio eſt circa verum aut falſum clarius in textu 199.

Dub. ¶ Dices quid ſibi vult hæc dictio (opinio) *Sol.* inquit Plato ꝙ opinio eſt copulatio ſenſus & imaginationis & Au. 2. de anima 157. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas cum Ar. 7. met. 53. ꝙ opinio eſt contingentis quod aliter ſe habere poteſt & in hoc opinio differt à ſcientia quoniam ſcientia eſt neceſſariorum 6. ethicorum cap. 4. 1. poſt. 44. 45. 46. 47. 48. 49. opinio vero contingentium. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas vt inquit Alexander ꝙ opinio eſt aſſenſus cũ ratione & iudicio. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas vt inquit Ar. ꝙ opinio eſt motus 8. phy. 26. *Dub.* ¶ Dices vnde eſt ꝙ quãdo Aliques opinatur aliquam rem pro certo tenet & defendit illam. v.g. multi ſunt ignorantes & opinantur eſſe ſcientes. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ cauſa eſt quoniam opinioni ineſt fides 2. de anima 157. *Dub.* ¶ Dices videtur quòd opinio non ſuſcipit contraria quoniam ego opinor ꝙ homo eſt rationalis hæc enim opinio adeò eſt vera quæ numquam poteſt eſſe falſa ex quo patet ꝙ opinio non eſt ſuſceptibilis contrariorum ſcilicet veritatis & falſitatis. *Sol.* ¶ Reſpondet Ar. 10. met. 21. 22. & dicit ꝙ tunc opinio poteſt eſſe vera & falſa qñ verſatur circa contingentia ſed quando verſatur circa neceſſaria impoſſibilia aliter ſe habere eſt ſemper vera & numquam falſa modo Ar. in hoc textu loquitur de illa opinione quæ verſatur circa contingentia & nõ de opinione quæ verſatur circa neceſſaria ex quibus dictis optimè declaratis defenduntur duæ concluſiones quarum Prima eſt ꝙ opinio vna numero quæ eſt accidens & non ſubſtantia eſt ſuſceptibilis contrariorum ſecunda eſt ꝙ opinio vna numero non eſt ſuſceptibilis contrariorum. *Dub.* ¶ Dices quomodo ſoluitur inſtantia & prędicta dubitatio? *Sol.* Reſpondet Ar. & dicit.

Sed ſi quis & hoc ſuſcipiat: tamen modo differt, nam ei quæ in ſubſtantijs ſunt, ipſa quidem mutata ſuſceptibilia ſunt contrariorum: frigidum enim ex calido factum mutatur (alteratur enim) & nigrum ex albo, & ſtudioſum ex prauo: ſimiliter autem & in alijs vnumquodque eorum mutationem ſuſcipiens: ſuſceptibile contrariorum eſt. *Tex. 21.*

Cum Ar. decretaſſet ꝙ maxime proprium eſt ſubſtantię ſuſcipere cõtraria & circa hoc duas apportaſſet difficiles inſtantias probantes ꝙ ſuſcipere contraria non ſolũ competit ſubſtantiæ ſed alijs quæ non ſunt ſubſtantiæ veluti eſt oratio quæ eſt quantitas & opinio quæ eſt qualitas in hoc tex. ſoluit dictas inſtantias quibus ſolutis firma remanebit ſua concluſio ꝙ ſola ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum & nihil aliud licet vnum numero ſit cauſa intentionis eſt quoniam vt inquit Au. 1. phy. 71. clarius 4. phy. 31. ſermo verus & demonſtratiuus innatus eſt ſoluere omnes quæſtiones accidentes in re vel vt inquit Ar. 7. ethicorum cap. 4. ꝙ ſolutio dubitationis eſt inuentio veritatis nõ igitur ab re intentio Ar. in hoc textu eſt ſoluere dubitationes contingentes circa ſuam veram concluſionem. *Dub.* ¶ Dices ſi Ariſt. erat certus quòd ſola ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum & quodlibet aliud quod eſt vnum numero non eſt ſuſceptibile contrariorum quare circa hoc dubitauit & non ſemel ſed bis? *Sol.* ¶ Dicitur vt veritas magis eluceſcat & vt ipſemet inquit in cap. de relatiuis ꝙ de ſingulis dubitare non eſt inutile. Diuiditur iſte textus in duas partes in prima ſupponit modum ſuſcipiendi contraria eſſe duplicem in ibi (nam ea quæ) declarat vnum modum ſuſcipiendi contraria qui ſolum competit ſubſtantijs & non alijs pro dicendorum igitur intelligẽtia eſt. Notandum ꝙ modus ſuſcipiendi contraria eſt duplex & per conſequens illa quæ recipiunt contraria duplici modo recipiunt illa. vno modo per mutationem ſui .i. quando ſubiectum quod ſuſcipit contraria mutatur de vno contrario

in

in aliud contrarium. v. g. corpus de ſanitate mutatur in ægritudinem quod per belle inquit Au. 2. de anima 105. albedo non tranſfertur ad nigredinem niſi mediante aliquo medio vt chiano & charopo clarius Ar. 12. met. 6. lege literam (ſed ſi quis & hoc ſuſcipiat) ideſt ſi aliquis (ſuſcipiat) ideſt concedet hoc ideſt ꝙ oratio & opinio quæ non ſunt ſubſtantiæ recipiant contraria (tamen modo differt) ideſt iſte modus recipiendi contraria per quem recipit oratio & opinio differt ab illo modo quo recipit contraria ipſa ſubſtantia. q. d. Ar. ꝙ ſubſtantia quando recipit contraria recipit illa cum mutatione ſui ſed quando oratio & opinio recipit contraria non recipit illa cum mutatione ſui ſed cum mutatione facta in alio & per mutationem alterius ideſt non recipit contraria per ſe ſed per accidens quod quidem aſſerit Ar. quando dicit (nam ea quæ in ſubſtantijs ſunt ipſa quidem mutata ſuſceptibilia ſunt contrariorum (frigidum enim ex calido factum mutatur alteratur enim & nigrum ex albo & ſtudioſum ex prauo ſimiliter autē & in alijs vnumquodq; eorum mutationem ſuſcipiens ſuſceptibile contrariorum eſt) & quoniam hæc verba de facili intelliguntur quæ aliud non ſignificant niſi ꝙ quando aliquod ſubiectum recipit cōtraria illud ſubiectum ex vno contrario mutatur & alteratur in aliud vt Franciſcus ex albo ideſt poſt album mutatur in nigrum & ex ſtudioſo ideſt poſt ſtudioſum

Dub. fit & mutatur in prauum. ¶ Circa dicta dubitatur nam inquit Ar. ꝙ ex vno contrario fit reliquum vt ex albo fit nigrum oppoſitum legitur 1. phy. 51. 42. vnum contrarium non fit ex reliquo non enim album fit ex ni-

Sol. gro. ¶ Dicitur ꝙ ly (ex) habet plura ſignificata & inter alia ſignificat materiam vt ex lapide fit mercurius 1. phy. 63. & ex ſemine fiunt plante & animalia 1. phy. 62. ſignificat etiam cauſam efficientem 5. met. cap. de principio dum inquit ex quo prouenit pugna .i. quis nam fuit principium pugnæ 2. phy. 29. 1. de gen. an. cap. 1. ſignificat ordinem 1. poſt. vt ex nocte fit dies .i. poſt noctem fit dies vel ex puero fit vir .i. poſt puerum fit vir 8. phy. 4. Au. his igitur ſic ſtantibus quando dicit Ar. ꝙ vnum contrarium fit ex reliquo intelligitur ꝙ vnum non ex reliquo tamque ex materia & ſubiecto vt ſe exponit 1. de gen. an. cap. 18. & 2. met. 7. 2. top. loco 25. clarius 1. phy. 43. ſed ly ex ſumitur pro poſt & pro vt dicit ordinem vt ſortes ex ſano fit æger ideſt poſt ſanum ſortes fit æger cum mutatione ſui ideſt ex vno contrario .i. poſt vnum contrarium deperditum recipit alterum & mutatur in alterum quod innuit Ar. 12. met. 6. 12. met. 53. 2. de gen. 6. 1. de gen. 43. vbi inquit non enim tranſmutatur caliditas & frigiditas in ſe inuicem ſed manifeſtum eſt ꝙ ſubiectum quod quidem Au. confirmat in libro deſt. deſt. diſp. 1. in ſol. 15. dubij vbi ſic inquit quando namque calidum fit frigidum non caliditas in frigiditatem immo amictit calorem & nouiter frigiditatem recipit.

¶ Dices quid intelligit Ar. per ly alteratum? Dub.

¶ Dicas verum Nota ꝙ alteratio eſt duplex Sol.
Alia accidentalis Alia ſubſtantialis 1. phy. 63. & in libro de ſubſtantia orbis cap. 1. 2. de anima 8. 7. phy. 15. Alteratio accidentalis eſt illa inquit Au. 1. phy. 63. quæ non facit amictere nec nomen nec definitionem rei alterate. v. g. ſortes alteratur mutatur ſeu tranſmutatur de vno accidente contrario in aliud accidens contrarium vt de calido in frigidum ſemper tamen ſortes remanet idem numero ſanus & ſaluus quando enim amictit & dependit vnum ſtatim poſt illius deperditionem acquirit & recuperat de nouo reliquum Alteratio verò ſubſtantialis eſt illa vt ibidem patet quæ facit amictere nomen & definitionem rei alterate vt panis quando alteratur mutatur in ſanguinem deperdit nomen panis non amplius dicitur panis nec habet definitionem panis ſed dicitur ſanguis vel ciro vel aliquod ſimile hac igitur duplici alteratione ſic ſtante Dicas ꝙ per ly alteratum Ar. intelligit illud quod alteratur alteratione accidentali non autem illud quod alteratur alteratione ſubſtantiali de qua vide Ar. 1. de gen. 11. 23. 2. phy. 1. Au. 5. phy. 6. phy. 32. 1. cæli 20. 4. cæli 24. ¶ Dices Alteratio duplex alia ſpiritualis Alia corporalia 7. phy. 11. 2. de anima 57. 58. 3. de anima 38. de qua alteratione loquitur hic Ariſt. ¶ Dicas non de ſpirituali ſed de corporali veluti ſua verba clarè manifeſtant. ¶ Queres ſi declaratus eſt vnus modus recipiendi contraria quis nam eſt alius modus? ¶ Reſpondet Ar. & dicit.

Oratio namque & opinio ipſa quidem immobilia omnino perſe- Tex. 22.
uerant. cum verò res mouetur contraria circa ipſa fiunt oratio namque eius quòd ſedeat aliquis permanet eadem cum vero res mota ſit aliquando quidem vera aliquando autem falſa dicitur, ſimiliter autem eſt in opinione quapropter ſolummodo proprium ſubſtantiæ eſt vt ſecundum mutationem ſui ipſius ſuſceptibilia ſit contrariorum.

Cum

Cum Ar. declarauit vnum modum ſuſcipiendi contraria quia eſt per mutationem ſubiecti iu hoc textu declarat alium modum ſuſcipiendi contraria qui eſt per mutationem factam in alio & per accidens cauſa intentionis eſt ne aliquis credat quòd non eſt niſi vnus modus ſuſcipieudi contraria Diniditur iſte textus in duas partes in prima Ar. declarat ſecundum modum ſuſcipieudi contraria in ſecunda parte ibi (quapropter) concludit ꝙ recipere contraria cum mutatione ſui competit ſoli ſubſtantiæ quo igitur ad primum (namque) pro ſed (oratio) quæ eſt quantitas (& opinio) quæ ſt qualitas & nou ſubſtantiæ ſuſcipiunt contraria diuerſo quidem modo ab ipſa ſubſtantia quoniam ſubſtantia quaudo. recipit contraria mutatur ſed opinio & oratio quæ non ſunt ſubſtantiæ (immobilia omuino perſeuerant) .i. quaudo ſuſcipiunt contraria nullo modo mutantur & ſiue mutatione recipiunt coutraria (cum verò res mouetur contraria circa ipſa fiunt) verò pro ſed cum res ideſt ſubiectum circa quam rem & circa quod ſubiectum eſt oratio ideſt ex quo ſubiecto fit oratio mouetur tunc oratio vel opinio ſuſcipiunt contraria . v. g. ſortes ſedet ſtatim ſurgens ſtabit hæc enim oratio ſortes ſedet eſt vera & fiet falſa non per mutationem factam in oratione ſed in ſorte qui eſt ſubiectum orationis mutatur & mouetur ſi enim ſortes non mutaretur à ſeſsione in ſtationem uon fieret illa oratio falſa ſed continue maneret vera ſit etiam opiuio .ſi ſucceſsiue eſt vera & falſa hoc nou eſt per mutationem factam in ipſa opinione ſed per mutationem in illa re ; circa quam eſt illa opiuio, (quapropter ſolum proprium ſubſtantiæ eſt vt ſecundum mutatiouem ſui ipſius ſuſceptibilis ſit contrariorum) uunc Ariſt. infert concluſionem determiuando quòd ſoli ſubſtautiæ quæ eſt vna numero competit ſuſcipere contraria cum ſui mutatione & non alteri ab ipſa & ſi competit alteri tamen ſine mutatione ſui ſed cum mutatione alterius & per accidens ex quibus verbis Ariſt. poteſt formari hæc ratio id quod eſt proprium alicui & ex ſua propria natura competit illi non competit alteri ab illo 1. top. cap. de proprio ſed ſuſcipere contraria cum mutatione ſui eſt proprium immo maxime proprium ſubſtantiæ quę eſt vna numero ergo non competit alteri ab ipſa ſubſtantia ſed ſi competit alteri non niſi per aliud & per accidens ſi igitur oratio & opinio quæ uon ſunt ſubſtantiæ ſuſcipiunt contraria dicimus hoc non competere ipſis per ſe ſed per accidens & ſic ſicut proprium eſt ſubſtautiæ per ſe cum mutatione ſui ſuſcipere contraria ſic proprium eſt orationi & opinioni ſine mutatione ſui, & per accidens ſuſcipere contraria. ¶ Scd contra Ariſt. quis arguet Dub.
nam inquit Ariſt. quòd opinio nou mouetur nec mutatur cuius oppoſitum ipſe aſſerit 1. metheo. cap. 3. vbi inquit (non enim dicimus ſemel neque bis neq; raro eaſdem opiniones reuerti factas in hominibus ſed infinities & 1. cęli 22. inquit (neque .u. ſemel neque bis ſed infinitas oportet putare eaſdem peruenire opiuiones ad nos & 12. met. 50. (ſepius quoque arte & philoſophia quo ad poſſibile fuit inuenta corruptaq; rurſus illorum opiuioues quaſi quaſdam reliquias uunc vſque ſalnatas eſſe) ex quibus ſanè verbis clarè ſumitur ꝙ opiniones mutantur & per conſequens opinio nou eſt immobilis & uou mutabilis quod ratione confirmatur uam omne moueus in mouendo mouetur 4. de gen. an. cap. 3. & 3. phy. 8. 16. & 2. phy. 71. ſed opinio mouet vt patet 3. de anima 58. ergo opinio mouetur & mutatur & per couſequens non èſt immobilis. ¶ Dicitur ꝙ opinio po- Sol.
teſt mutari per generationem & corruptionem veluti mutantur ſciæ ſcilicet deſinente humano geuere vel renato & tot modis poſſunt mutari per generationem & corruptionem quot modis poſſunt mutari ſcientiæ ſed eſt Notandum ꝙ opiniones nou poſſunt mutari vt ſubiectum mutatiouis q̃m hoc modo homiues in opiuionibus mutantur ſed poſſunt mutari vt terminus mutatiouis quouiã poſſunt eſſe termini quibus homines mutantur de vna opiuione in alteram ex quo patet ꝙ quando dicit Ar. opinioues infinities mutari intelligitur hoc modo ſcilicet homines ſecundũ opiniones infinities mutautur. ¶ Sed Dices quarè homines de momento iu momentum mutãtur de opiuioue in opiuionem, vt hodie volo ducere vxorem cras verò non hodie defendo ꝙ logica eſt ſcientia cras verò non & ſic de ſingulis. ¶ Poſſet dici ꝙ hoc eueuit propter varias rationes vel propter conſiliarios nam boni conſiliarij boua mali verò mala perſuadẽt & propter multas alias cauſas quas in phyſicis dicemus cum res potius ſit phyſica quàm logica.

Si quis autem recipit etiam hæc, orationem & opinionem ſuſceptibilia eſſe contrariorum, non eſt hoc verum: Oratio namque & opinio, non in eò quòd ipſa aliquid recipiant, contrariorum ſuſceptibilia eſſe dicuntur: ſed eò quòd circa alterum aliqua paſsio facta ſit. nam in eò ꝙ

res eſt, vel non eſt, in eò etiam oratio vera vel falſa eſſe dicitur, non eò ꝙ ipſa ſuſceptibilis ſit contrariorum ſimpliciter enim à nullo, neque oratio, neque opinio mouetur.

Poſtquàm Ariſt. aſsignauit primam ſolutionem ad dubitationem factã nunc aſsignat aliam & qm̃ hic textus eſt ſermo continuus & facilis ideo non patitur diuiſionem inquit ergo Ar. ꝙ licet oratio & opinio vna numero aliquando ſuſcipiat contraria ſcilicet veritatem & falſitatẽ non propter hoc eſt concedendum neque eſt verum illã recipere contraria quoniã recipiens contraria eſt ſubiectum contrariorum per mutationem factam in eo ſed dicitur vera & falſa oratio & opinio per mutationem factam in re ex eo .n. ꝙ res eſt vel non eſt ſignata per orationem aut opinionem ipſa oratio vel ipſa opinio vera vel falſa dicitur non autem per mutationem factam in ea quia à nullo omnino mouetur aut mutatur ſicut enim ſanitas & ægritudo non ſunt in vrina tamquàm in ſubiecto ſed ſolum tamquàm in ſigno vt inquit Au. 4. met. 1. vbi inquit vrina enim dicitur, ſana quia ſignificat ſanitatem & eſt ſignum ſanitatis ſimiliter pocio dicitur, ſana quia ſignificat ſanitatem & ægritudinem exiſtentem in animali ſubiectiue ſic veritas & falſitas non ſunt ſubiectiue in oratione nec in opinione ſed ſolum ſignificatiue ita ꝙ non eſt ſubiectum veritatis neque falſitatis ſed ſolum ſignum illius exiſtentis in re extra animam inquit ergo Ariſt. (ſi quis autem recipiat etiam hæc) autem pro ſed ſi aliquis recipiat ideſt concedat (hæc) ſcilicet orationem & opinionem eſſe ſuſceptibilia contrariorum ideſt veritatis & falſitatis (non eſt verum hoc) ideſt hoc eſt falſum nam id quod non eſt verum eſt falſum 5. met. cap. de falſo & 1. cæli 119. & 1. poſt. 10. (oratio namque & opinio) namque pro quia ſignum redituum cauſæ (non in eo ꝙ ipſa aliquid recipiant contrariorum ſuſceptibilia eſſe dicuntur) ideſt oratio & opinio non in eo quòd ipſa ideſt non in quantum oratio & opinio non primò & per ſe aliquid recipiant ſunt ſuſceptibilia contrariorum. ¶ Sed eò ꝙ circa alterum) ideſt circa ſubiectum aliqua paſſio facta ſit & ſic per aliud & per accidens oratio & opinio ſuſcipiunt contraria (nam in eo ꝙ res eſt vel non eſt oratio dicitur vera vel falſa) nam in tantum oratio dicitur vera inquantũ habet ſubiectum verũ dicendo: ſortes eſt ſedens nã ſi ſortes ſedet vera eſt oratio ſi verò ſortes non ſedet oratio dicitur falſa (non in eo ꝙ ipſa) ideſt non in quantum oratio & opinio ideſt non primò & per ſe ſuſcipiunt contraria ſed ratione alterius & per accidens (ſimpliciter enim à nullo neque oratio neque opinio mutatur) aſsignat cauſam quare oratio & opinio non ſuſcipiunt contraria primo & per ſe & dicit quoniam (ſimpliciter) ideſt vniuerſaliter à nullo mouetur ideſt quia omnino ſunt immobiles & numquam mouentur primò & per ſe ſed ſi mouentur non niſi ad motum ſubiecti ex quibus oritur talis ratio id primò & per ſe & in eo quòd ipſum ſuſcipit contraria quod mouetur de vno contrario in aliud ſed ſubiectum orationis & opinionis & non oratio & opinio mouetur de vno contrario in in alid contrarium ergo ſubiectum orationis & opinionis & non oratio & opinio primo & per ſe eſt ſuſceptibile contrariorum.

Quapropter non erunt ſuſceptibilia contrariorum, cum nulla contrarij ſit paſsio in eis facta. Verum ſubſtantia in eo quòd ipſa contraria recipiat, in hoc ſuſceptibilis eſſe contrariorum dicitur. languorem enim & ſanitatem ſuſcipit, & candorem & nigredinem: & vnumquodq; talium ipſa ſuſcipiendo, contrariorum ſuſceptibilis dicitur. *Tex. 24.*

Poſtquàm Ar. notificauit ꝙ ſola ſubſtantia quæ eſt vna numero primò per ſe & in eò ꝙ ſubſtantia eſt, eſt ſuſceptibilis contrariorum ſecundum ſui mutationem & quodlibet aliud quòd eſt vnum numero & non eſt ſubſtantia ſed eſt accidens non eſt ſuſceptibile contrariorum ſed ſi ſuſcipit contraria non primò & per ſe ſed per accidens & per alterius ſcilicet ſubiecti in quo eſt mutationem veluti eſt oratio & opinio in hoc textu ex dictis infert duo correllaria concludentia id quod dixit ſcilicet quòd ſola ſubſtantia quæ eſt vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum cauſa intentionis eſt vt colligat id quod ſeminauit in præmiſsis. ¶ Diuiditur iſte textus in tres partes in prima infert primum correllarium in ſecunda ibi (quarè) infert aliud & ſecundum correllarium in tertia ibi (de ſubſtantia per quàm breuiter æpilogat quæ dixit inquit igitur Ar. (quapropter) eſt nota conditionis inferens corollarium (non erunt ſuſceptibilia contrariorum): i. oratio & opinio quæ licet ſint vnũ numero non ſuſcipient contraria (cum) pro quia aſsignat cauſam

nulla

(nulla paſsio) ideſt nulla mutatio (facta ſit in eis) ſcilicet in oratione & opinione alia verba ſunt clara patet igitur ꝙ Alio modo ſubſtantia quæ eſt vna numero ſuſcipit contraria & Alio modo oratio & opinio: vna numero quę non eſt ſubſtantia. ¶ Sed Dices quare ſola ſubſtantia vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum & vnum contrarium vt nigrum non ſuſcipit aliud contrarium .ſ. album? ¶ Reſpondet Au. 1. phy. 51. 54. 57. 8. phy. 4. quoniam datum eſt ſoli ſubſtantiæ à natura eſſe ſubiectum contrariorum & quoniam vnum contrarium non eſt ſubiectum alterius ideo vnum non recipit alterum 12. met. 53. 5. phy. 14. 1. cæli 116. & ꝙ hæc ſint vera Nota quæ ſequuntur.

Quare propriū erit ſubſtantię hoc, ꝙ cūm vnum & idem numero ſit, ſecundum ſui ipſius mutationem, ſuſceptibilis contrariorum eſſe.

Cum Ar. intulit vnum corollarium nunc infert aliud concludens ſolam ſubſtantiam quæ eſt vna numero eſſe ſuſceptibilem contrariorū inquit igitur Ar. (quare) nota concluſionis (hoc) ſcilicet prædicatū ſuſcipere contraria cū mutatione ſui (erit proprium) adde tu (ſubſtantiæ) cum vnum & idem numero ſit).i. quæ eſt vna numero (ſecundum ſui ipſius mutationem ſuſceptibilem eſſe cōtrariorum dixit vna numero ad differentiam ſubſtantiæ ſecundæ quæ non ſuſcipit contraria dixit ſubſtantia ad differentiam accidentis quod licet ſit vnum numero tamen non ſuſcipit contraria & ad differentiam intelligentiæ quæ ſi eſt vna numero non eſt ſuſceptibilis contrariorum. ¶ Dices quare Ar. ſupradixit maxime proprium hic verò non dicit maxime ſed ſolum proprium ſubſtantię eſt ꝙ ſit ſuſceptibilis contrariorum ſine illa particula (maxime.) ¶ Dicas quoniam ſupponit iam dixiſſe. ¶ Amplius Dices quarè dixit maxime proprium ſubſtantię eſſe videtur hic vero non dicit videtur ſed dicit (quare proprium erit) & non dicit videtur. ¶ Dicas cum Au. 1. de anima 19. ꝙ in rebus famoſis & certis ly (videtur) ſumitur pro (eſt) & quoniam certum & famoſum eſt ꝙ ſubſtantia vna numero eſt ſuſceptibilis contrariorum ideo hic non dixit (videtur) ſed dixit (proprium erit) vbi per ly erit intelligit ly (videtur) & è contra. ¶ Dices cum proprium ſit multiplex Aliud per ſe vt hominis eſſe natura manſuetum Aliud eſt proprium ſemper vt Dei eſſe immortale Aliud eſt proprium ad aliud vt animæ ad corpus quoniam illa imperare nata eſt hoc autem parere Aliud eſt proprium aliquando vt alicuius hominis imperare in ginnaſiō Aliud eſt propriū de omni & ſemper vt homini bipes quoniam omnis homo eſt bipes & ſemper eſt bipes Aliud eſt proprium de nullo & numquam vt equus nullus & numquàm eſt bipes 1. top. cap. 1. quod proprium accipit hic Ar.? Dicas ꝙ intendit propriū per ſe in ſecundo modo quod denotat accidens proprium. ¶ Dices contra id eſt proprium alicui in ſecūdo modo per ſe quod non competit alteri ab illo ſed ſuſcipere contraria non ſolū competit ſubſtantiæ quæ eſt vna numero ſed etiam quantitati ergo non eſt proprium ſubſtantiæ ſuſcipere contraria ſed etiam quantitati minor probatur nā eadem linea numero per incuruationem & rectificationem ſui aliquando eſt recta & aliquando eſt curua quæ curuitas & rectitudo ſunt duo contraria 1. phy. 41. 1. poſt. 35. ergo aliquod quod eſt vnum numero & non eſt ſubſtantia per ſui mutationem ſuſcipit contraria. ¶ Dicitur ꝙ linea recipit hęc duo cōtraria tamen non per ſui mutationem ſed per mutationē alterius ideſt ſubiecti in quo illa linea eſt. v. g. ferrum vbi eſt linea recipit curuitatem & rectitudinem. ¶ Amplius eadem ſuperficies numero recipit contraria ſcilicet albedinem & nigredinem vt inquit Ar. 5. top. in fine. ¶ Dicitur ꝙ ſuperficies non ratione ſui, ſed ratione corporis in quo eſt ſuperficies & ſic per aliud & ratione alterius ſuperficies, vna numero quę non eſt ſubſtantia recipit contraria.

De ſubſtantia quidem hæc dicta ſint.

Epilogat Ar. in hac vltima parte textus ſub verborū breuitate quæ dixit de ſubſtantia & inquit (de ſubſtantia quidem) quidem pro ſed (hæc) ideſt hæ proprietates (dicta ſint).i. ſint explicatæ & declaratę (de ſubſtātia) adde tu tàm de prima quàm de secūda ſi verò alia & aliter ſunt dicenda de ſubſtātia cum altioribus quæſtionibus dicemus (Deo fauente) hinc breui in libris methaphiſicorū.

CAPVT DE QVANTITATE.

Quanti Aliud quidem eſt diſcretum Aliud eſt continuum. Tex. 25

NON ſine maximo ſtudio ordinem ſemper obſeruandum reliquit Ar. 1. phy. 4. 57. clarius 3. phy. 2. & 2. de gen. 51. clariſsimè tū 2. de anima 1. & 1. de par. an. cap. 1. ab vniuerſalioribus inchoandū fore ad propria & particularia deſcendere hunc igit ordinē ſeruātes primò hu-

 ius

ius capituli cum primo vniuerſalẽ ſecundò particularem textus cũ textu continuationem aſsignabimus Poſtquàm ergo Ariſt. in Antepredicamentis cap. vltimo numerauit prædicamenta & numerando propoſuit ſubſtantiam deinde quantitatem & iam tractauit de ſubſtantia nunc vult tractare de quantitate cauſa intentionis eſt multiplex vt diximus tamen pro nunc dicamus vt tractatus ſit correſpondens prohemio ſicut .n. primò propoſuit ſubſtantiam & ſecundo quantitatem ſic primò tractauit de ſubſtantia nunc verò immediatè poſt ſubſtantiam tractat de quantitate hæc eſt continuatio & vniuerſalis intentio & cauſa intentionis vt igitur ſeruetur regula oportet deſcendere ad continuationem particularem quæ eſt talis Poſtquàm Ar. notificauit vltimam proprietatem competentem ſubſtantiæ quæ eſt vna numero ꝙ ſit ſuſceptibilis contrariorum in hoc textu diuidit quantitatem in quatuor membra vel facit duas diuiſiones de quantitate cauſa intentionis eſt quoniam quantitas eſt nomen multiplex tamen non eſt multiplex æquiuocè dictum ſed eſt multiplex multiplicitate ſpecierum quod ſi in ſuas ſpecies non fuerit diuiſum periculum eſſet ne auditores confuſi manerent Diuiditur iſte textus in duas partes in prima facit vnam diuiſionem in ſecunda ibi (Aliud) facit ſecundam diuiſionem de quantitate inquit ergo Ar. (quanti autem) Nota ꝙ ly autem inter Alia ſignificata quæ habet dicit cõtinuationem vt liquidò patet 1. de gen. 1. & 3. de anima 1. Poſtquàm determinatum & dictum eſt de ſubſtantia. quaſi dicat nunc dicemus de quantitate & dicimus ꝙ (quanti) quod eſt genus generaliſsimum (Aliud) in neutro genere vt inſinuaret ꝙ hæc diuiſio fit in genera ſubalterna quæ Porphyrio teſte ſunt ſpecies. ¶ Vel vt denotaret ꝙ iſte ſpecies quanti differunt ſpecifice & eſſentialiter quod innuit illa particula (Aliud) quoniam differt dicere aliud & alterũ quoniam (alterum) dicit differentiam accidentalẽ (Aliud) dicit differentiam eſſentialem vt inquit Por. cap. de differentia ex quo dicebat Homerus videns mutationem Vliſsis in accidentibus Alter mihi hoſpes videris quàm prius lege igitur verba ſic. (quanti Aliud) ſcilicet genus ſubalternum ſeu alia ſpecies (quidem) pro certe eſt diſcretum (Aliud) ſcilicet genus quanti diuerſum à primo ſeu Alia ſpecies differens à prima (eſt continuum) .i. quantitas continua ſed Nota ꝙ hæc diuiſio eſt aſsignata per differentias poſitiuas quæ ſunt diſcretum & continuum ex quibus latè patet ꝙ quantitatis duæ ſunt ſpecies eſſentialiter inter ſe differentes Alia quæ dicitur diſcreta Alia quæ continua appellatur. *Dub.* ¶ Dices præter hanc quantitatis diuiſionem poteſt ne aſsignari alia diuiſio? ¶ Reſpondet *Sol.* Ariſt. in promptũ & dicit ꝙ ſic. ¶ Dices quæ *Dub.* nam eſt? ¶ Reſpondet quaſi dicat lege quæ *Sol.* ſequuntur & inuenies aliam & ſecundam quanti diuiſionem.

Et Aliud quidem ex habentibus poſitionem ad ſe inuicem in ipſis, partibus conſtat, Aliud autem ex non habentibus poſitionem.

Aſsignata prima quanti diuiſione iam aſsignat ſecundam & dicit (quanti Aliud) eſt genus ſubalternum ſeu alia eſt ſpecies ſubalterna quæ conſtat ex habentibus poſitionem ad ſe inuicem in ipſis partibus conſtat Aliud autem ſcilicet genus ſubalternum ideſt alia ſpecies conſtat ex partibus non habentibus poſitionẽ ſed Nota ꝙ hæc ſecunda diuiſio eſt data per vnam differentiam affirmatiuam & per aliam negatiuam. ¶ Dices *Dub.* quare Ar. præpoſuit diſcretam & continuam & poſtpoſuit hanc quæ conſtat ex partibus habentibus poſitionem & non habentibus poſitionem? ¶ Reſpondet Ar. 2. phy. 66. 4. *Sol.* met. 10. 14. latius 1. cæli 14. 4. phy. 43. latiſſimè 1. ethi. cap. 7. vbi inquit id quod eſt per ſe & eſſentialiter natura eſt prius eo quod eſt per accidens & quoniã diuiſio data de quantitate per diſcretum & continuum eſt per ſe & eſſentialis ſecunda verò eſt accidentalis ideo primò de illa & poſtea de iſta. ¶ Dices *Rep.* contra nam 1. phy. 4. notiora præcedunt ſed ea quę ſunt per accidens ſunt notiora his quę ſunt per ſe 8. phy. 27. ergo Ar. t. debebat nominare prius quantitatem quæ conſtat ex partibus habentibus poſitionem & non habentibus poſitionem deinde diſcretã & continuam. ¶ Dicitur ꝙ ordo eſt duplex Alius *Sol.* ſecundum naturam Alius ſecundum notitiã ſeu apud nos, tunc Dicas ꝙ Ar. ſequutus eſt ordinem ſecundum naturam non autem ordinem ſecundum nos. ¶ Amplius Doctores *Dub.* illuſtres non fine maximo iudicio quærunt omnes quã ob cauſam Ar. poſt prædicamentũ ſubſtantię immediatè verba fecit de prędicamento quantitatis & non immediatè mentionem fecit de prędicamento qualitatis. ¶ Non nulli aſsignant cauſam & dicunt *Sol.* quoniam quantitas eſt propinquiſsima ſubſtantiæ ſecundum rem quoniam immediatè ineſt ſubſtantiæ & ſecundum modum quoniam ſubiacet & paſsiones habet quemadmodum ſubſtantia vt patet 5. met. cap. de quantitate. ¶ Alij dicunt quoniam maior eſt *Alia ſol.* conuenientia & ſimilitudo ſubſtantiæ cum quantitate quàm cũ qualitate quoniam ſicut

ſub-

ſubſtantia nõ ſuſcipit magis & minus & non
haber contrarium ſic etiam quantitas non
ſuſcipit magis & minus & non habétcontra-
rium qualitas verò ſuſcipit magis & minus
vt candidius nigrius & candidiſsimum & ni-
gerrimum & qualitas ſuſcipit contraria vt
album & nigrum Ideo Ar. poſt ſubſtantiam
Alia ſol. conſiderauit de quantitate. ¶ Alij vero aſſe-
runt ꝙ qualitates corporales ſuſcipiuntur in
ſubſtantia mediante quantitate ita vt quan-
titas ſit ſubiectum immediatum qualitatum
& hac conſideratione videtur quantitas aſ-
ſimilari ſubſtantiæ quoniam quodammodo
ſubſtat tamen & ſi non vt vltimatum & per
ſe ſubiectum per ſe ſubſiſtens quoniam & ip-
Alia ſol. ſum eſt in alio ſcilicet in ſubſtantia. ¶ Alij
dicunt ꝙ poſt ſubſtantiam non de quantita-
te ſed de qualitate debebat tractare Ar. nam
qualitas inſequitur formam quantitas verò
inſequitur materiam & quoniam forma 7.
met. 35. eſt prior materia ideo Ar. prius de
qualitate quàm de quantitate ſcribere de-
Dub. bebat. ¶ Amplius qualitas conuenit perfe-
ctiſsimis ſubſtantijs .ſ. intelligentijs quibus
Sol. non conuenit quantitas. ¶ Ad has inſtantias
nonnulli dicunt ꝙ Ar. non ſequutus eſt ordi-
nem nobilitatis, ſed ordinem ſubſtandi, in-
cipit enim conſiderationem prædicamento-
rum à prima ſubſtantia, quæ eſt omnium
ſubiectum, & poſt ſubſtantiam ſubiectum
omnium aliorum accidentium eſt quanti-
tas, quæ omnia corporalia accidentia inſunt
ſubſtantiæ mediante quantitate, & ideo illa
ratione qua præpoſuit primam ſubſtantiam
ſecundæ ſubſtantiæ, illa met ratione præpo-
ſuit prędicamentum quantitatis cęteris prę-
dicamentis, & ideo ſituauit quantitatem im-
mediatè poſt ſubſtantiam, Alia ratio eſt,
quoniam inter omnia accidentia, quantitas
eſt quæ prius conuenit ſubſtantiæ corporeæ;
ratio enim corporis conſiſtit in hoc quod
eſt habere trinam dimenſionem 1. cæli 2. ra-
tione cuius trinæ dimenſionis corpus eſt ſu-
biectum cæterorum accidentium, & quo-
niam cognitio noſtra incipit à ſubſtantia
corporea, ordine igitur congruo quantitas
præponitur cæteris prædicamentis, Alij di-
cunt ꝙ Ar. diuiſit ſubſtantiam in primam, &
Alia ſol. ſecundam, ſed primum & ſecundum ad nu-
merum ſpectant & quoniã numerus eſt quan-
titas ideo poſt ſubſtantiam immediatè tra-
Alia ſol. ctat de quantitate. ¶ Alia cauſa nam omne
corpus vt ſit, tribus dimenſionibus conſtat
longitudine latitudine & altitudine: vt verò
ſit corpus cum qualitate tunc erit aut album
aut nigrum, & quoniam prius eſt eſſe cor-
pus poſt verò eſſe corpus album prius erit
corpori tribus conſtare dimẽſionibus quàm
eſſe album, ſed tres dimenſiones & numero
& continuatione ſpatij quantitates ſunt lon-
gitudo enim latitudo & altitudo in quanti-
tatibus numerantur, album verò qualitatis
eſt quo circa ſi prius eſt conſtare ex tribus
dimenſionibus quàm eſſe album, prior erit
quantitas qualitate quo circa recte eſt tra-
ctatus de quantitate propoſitus: Alij verò *Alia ſol.*
dicunt ꝙ in cap. de ſubſtantia Ar. nomina-
uit quantitatem quando dixit non eſt pro-
prium ſubſtantiæ nihil ei eſſe contrarium ſed
quanti eſt non habere contrarium ne igitur
diu quanti naturæ ignaros relinqueret; ideo
ſtatim de quantitate poſt ſubſtantiam con-
ſulto verba fecit. Alij verò dicunt propter *Alia ſol.*
coniunctionem & vicinitatem quam habet
quantitas & ſimilitudinem cum ſubſtantia
ideo Ar. poſt ſubſtantiam ſubito de quanti-
tate relationem fecit, Aliæ eſſent cauſæ re-
ferẽde quas referunt Doctores nos relinqui-
mus cum omnes in vnum coincidere viden-
tur. ¶ Ego tamen dicerem (ſaluo ſemper *Propria*
meliori iudicio) materia quæ eſt ſubſtantia *ſol.*
7. met. 8. 2. de anima 2. 25. 7. met. 34. 35.
12. met. 14. in generatione natura ſua eſt in
formis carens omni forma 2. phy. 7. & 1.
phy. 69. in generatione primò recipit quan-
titatem ſcilicet tres dimenſiones longitudi-
nem pè latitudinem & profunditatem. 1. phy.
63. & in libro de ſubſtantia orbis cap. 1. quæ
ſunt quantitates quibus receptis in materia
poſtea recipit formas ſubſtantiales, deinde
qualitates 1. met. 27. & quoniam 2. phy. 22.
4. meteororum 27. ars imitatur naturam 2.
poſt. 94. 1. poſt. 41. tunc artes & ſcientiæ
ſunt vere quando inſequuntur opus naturæ,
ideo Ar. obediens naturæ voluit primò con-
ſiderare ſubſtantia tamquàm de immediato
ſubiecto quantitatis & poſt de quantitate
tamquàm de immediato accidente fundato
in ſubſtantia. ¶ Sed contra 12. met. 2. inquit *Rep.*
Ariſt. primum eſt ſubſtantia deinde quale &
poſtea quantũ ergo poſt ſubſtantiam ſequi-
tur immediatè qualitas, & non quantitas *Confir-*
(quod confirmatur hac ratione, nam vbi *matio.*
prius & poſterius ibi ordo in libro de memo-
ria & reminiſcentia cap. 1. & primo poſt. 99.
Au. ſed primum eſt ſubſtantia deinde quale
& poſtea quantum ergo hic clarę patet ordo
inter ſubſtantiam qualitatē & quantitatem.
¶ Dicitur ꝙ quando Ar. poſt ſubſtantiam or- *Sol.*
dinauit qualitatem & poſtea quantitatem
ſequutus fuit Architam qui fuit primus au-
ctor prædicamentorum vt patet 12. met. 2.
quando verò poſt ſubſtantiã ordinauit quan-
titatem & poſtea qualitatem ſequutus eſt or-
dinem naturę quem ipſe imitatur vt patet in
Antepredicamẽtis cap. vltimo & 1. top. cap.
de prædicamentis. ¶ Dices contra ſi Ar. ſe- *Rep.*
quutus eſſet ordinem naturæ iure debebat
primò de quantitate & poſtea de ſubſtantia
tractare, cuius oppoſitum ſubſerri non po-
teſt

teſt & probatur hoc pacto ſupponendo ꝙ Ar. in cap. de ſubſtantia conſiderat de ſubſtantia compoſita vt patet ex ſuis verbis quando dicit (vt quidam homo & quidam equus) quod in cap. de ſubſtantia cōfirmat Porphyrius, ſed ante ſubſtantiam compoſitam præcedit materia prima cum trina dimenſione quæ eſt quantitas ergo ante ſubſtantiā compoſitam præcedit quantitas. ſi igitur Ariſt. eſſet imitator naturæ prius de quantitate & poſtea de ſubſtantia debebat conſiderare.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ quantitas eſt duplex Alia interminata Alia verò terminata, tunc dicitur, ꝙ verum eſt ꝙ quantitas in terminata præcedit ſubſtantiam compoſitam & formam nō autem quantitas terminata de qua loquitur hic Ariſt.

Dub. ¶ Dices quare Ariſt. primò diuiſit quantitatem, & non definiuit?

Sol. ¶ Dicitur ſed Nota ꝙ quælibet definitio 6. top. in primo loco definitionis 2. poſt. 68. conſtat ex genere & differentia 7. met. 42. & quoniā non omnia habent genus & differentiā per quam poſsint definiri ideo non poſſunt omnia definiri, genera enim generaliſsima cum ſint ſuprema nullo modo genus habebunt & per conſequens nec habebunt differentias conſtitutiuas ideo dicit Ar. 7. met. 37. ſolius ſpeciei eſt definitio, & quoniam quantitas eſt genus generaliſsimum ideo Ariſt. ipſam non definiuit, ſed ſtatim ipſam diuiſit.

Rep. ¶ Dices contra nam ſubſtantia & qualitas ſunt genera generaliſsima & tamen Ar. definiuit ſubſtantiam dicens ſubſtantia eſt quæ neque de ſubiecto dicitur neque in ſubiecto eſt, & definiens qualitatem dicit qualitatem autem dico ſecundum quam quales quidam eſſe dicuntur ergo ſolutio eſt falſa.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ definitio eſt duplex 2. poſt. 32. 1. poſt. 2. Alia quid nominis Alia quid rei, tunc dicitur ꝙ definitio aſsignata de ſubſtantia & de qualitate non eſt definitio quid rei, ſed quid nominis quod clariſsimè innuit illa particula (dico) quam quid nominis definitionem genera generaliſsima de facili patiuntur definitionem verò quid rei nullo pacto.

Rep. ¶ Dices contra 1. poſt. 2. Au. inquit, ꝙ definitio quid nominis eſt definitio quid rei ergo ſi genera generaliſsima habent definitionē quid nominis habent etiam definitionem quid rei.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ definitio quid nominis quando eſt intellecta terminis tunc eſt quid rei; ſed quando non non eſt intellecta terminis non eſt quid rei, vt rectè ibidem inquit Au.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ quantitas ſi non habet definitionem ad minus eo modo quo poſsibile eſt, habet deſcriptionem quam aſsignat Ariſt. 5. met. 18. & Au. in æpit. met. tractatu 1. cap. de accidente.

Dub. ¶ Dices quare Ar. definit ſeu deſcribit quātitatem in methaphiſica & non in hoc loco?

Sol. ¶ Dicas quoniam ibi Ar. conſiderat quantitatem vt habet rationem eſſendi. & vt eſt quedam pars ſubiectiua entis, & quoniam ens deſcendit in in omnes ſpecies quantitatis ſecundum eamdem rationem eſſendi, ideo ibi definiuit quantitatem, ſed in hoc libro conſiderat quantitatem vt habet rationem menſuræ 5. met. 18. & quoniam non eſt eadem ratio menſuræ in omnibus quantitatibus, quia alia eſt ratio menſurę in quantitate continua, & alia in quantitate diſcreta, & alia in permanentibus, & Alia in ſucceſsiuis, & Alia in tempore, & alia in oratione, ideo hic non definit quantitatem ſed ſtatim ipſam diuiſit in genera & ſpecies importantes diuerſas rationes menſuræ.

Dub. ¶ Dices non ne Ar. 1. top. & Porphyrius in cap. de genere definierunt genus? ſed quantitas eſt genus ergo debebat definire quantitatem.

Sol. ¶ Dicitur quòd genus Porphyrio teſte eſt duplex Aliud ſubalternum in cap. de ſpecie Aliud generaliſsimum, tunc dicitur ꝙ ſi definitur genus non eſt genus generaliſsimum vt eſt ſubſtantia, quantitas; & alia prædicamenta ſed eſt genus ſubalternum vt corpus, corpus animatum animal, quod genus ſubalternum eſt ſpecies & ſub ratione qua eſt ſpecies ideo habet definitionem, genus verò generaliſsimum quia nullo pacto eſt ſpecies ideo non habet definitionem & ideo Ar. inquit. 7. met. 37. ſolius ſpeciei eſt definitio & ſic Ariſt. de quantiate non tradit nobis ſcientiam per definitionem, ſed per diuiſionem ipſam diuidendo non autem definiendo.

Dub. ¶ Dices quantitas non eſt genus ergo Ar. ſicut ipſam non definiuit ſic etiam ipſam non debebat diuidere, quoniam generis eſt diuiſio vt inquit Porph. cap. de differentia, antecedens probatur quoniam nullum genus prędicatur denominatiue de ſpecie ſed quantitas denominatiue prædicatur. v. g. linea eſt quanta ergo quantitas non eſt genus.

Conf. ¶ Quod confirmatur quoniam vnius generis vna eſt diuiſio per differentias, ſed quantitas diuiditur duplici diuiſione per continuum nempè & diſcretum, & per conſtare ex partibus habentibus poſitionem & non conſtare ex partibus habentibus poſitionem, ergo quantitas non eſt genus.

Alia ratio. ¶ Amplius ad corroborationem vniuſcuiuſque generis omnes ſpecies ſunt oppoſitę & per conſequens nulla ſpecies vnius generis de quacumque ſpecie alterius generis prędicatur quoniam oppoſitum non prædicatur de oppoſito ſed vna ſpecies quantitatis prædicatur de alia denominatiue vt linea eſt numerata ergo id quod ſequitur ſed

Rei veritas. bis non obſtantibus in rei veritate quantitas eſt genus generaliſsimum & continet ſub ſe ſpecies, nam omne illud quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid eſt genus 1. top. cap. de genere, ſed quantitas præ-

prædicatur de pluribus differentibus ſpecie
in quid, nam prædicatur de quantitate con-
tinua & diſcreta ſi enim aliquis interogabit
quid eſt numerus, quid eſt linea ſtatim re-
ſpondebis ꝙ eſt quantitas, vnde quantitas
prædicatur de continua & diſcreta in quid
Solutio tanquàm de ſuis ſpeciebus ſoluantur igitur
rationũ. rationes in oppoſitum & prima ſoluitur ſic
dicendo ꝙ de linea abſoluta non prædicatur
quantitas denominatiuè nec de aliqua ſui
ſpecie abſolute ſumpta, ſed in abſtracto &
in quid ſed denominatiue prædicatur de li-
nea in materia & alijs ſpeciebus & ſic lumi-
tur ſpecies eius vt concreta & non eſt mirum
concretum generis prædicari de concreto
ſpeciei vnde licet vſus ſit loquendi dicere li-
neam eſſe quantam ſiue diuiſibilem & ſic de
alijs ſpeciebus hoc ſimpliciter eſt falſum de
eis vt ſunt ſpecies. ¶ Ad ſecundam dicitur
ꝙ duplex eſt diuiſio Alia formalis Alia ma-
terialis. t. de anima 16. tunc dicitur ꝙ non
eſt inconueniens vnius eſſe duas diuiſiones
tamen vnam formalem Aliam verò materia-
lem, ſed harum diuiſionum de quantitate,
prima eſt formalis ſecunda verò eſt materia-
lis. ¶ Vel Dicerem ꝙ Ar. hic non facit diui-
ſionem ſed potius diſtinctionem diſtinguen-
do hoc nomen ſcilicet quantum in ſua signi-
ficata ex quo dicimus ꝙ hæc non eſt diuiſio,
ſed potius vocis æquiuocæ diſtinctio in ſua
ſignificata veluti fecit Porphyrius in cap, de
proprio quando dixit Proprium quadrifariã
Alia ſol. dicitur. ¶ Vel Dicerem ꝙ non eſt inconue-
niens vnius eſſe plures diuerſas vt diuiſiones
ſi Aliquis diuidat animal dicẽs animalis A-
liud eſt rationale Aliud irrationale, & Rur-
ſus Alud eſt greſsibile Aliud nõ eſt greſsibi-
le, & Rurſus Alud eſt carnibus veſcens Aliud
herbis Aliud ſeminibus & ſic patet ꝙ vna res
poteſt habere diuerſas diuiſiones & ſic facit
nunc Ar. de quantitate quę eſt vna res diuer-
Dub. ſo modo diuiſa. ¶ Amplius Dices ꝙ quanti-
tates ſunt multo plures quàm iſte quæ ſunt
hic numeratæ quarè igitur Ar. nominauit has
Sol. ſolum hic numeratas & non alias? ¶ Reſpon-
det Auer. 5. met. 18. & dicit ꝙ in prædica-
mentis fuerunt numeratæ ſolum quantitates
Dub. famoſe, & non aliæ. ¶ Amplius quare latini
dicunt quantitatis & non dicunt quanti Græ-
ci verò dicunt quanti & non dicunt quanti-
tatis? Vnde quæritur ab iſtis. quare Ar. di-
uiſit quantitatem in abſtracto & non in con-
Sol. creto? ¶ Dicunt, ꝙ quantitas in abſtracto
per ſe primò eſt genus generaliſsimum quan
titas verò in concreto eſt genus generaliſsi-
Dub. mum per ſe & non primò. ¶ Amplius qua-
rè Ar. dixit quantitatis in numero ſingulari,
& non dixit quantitatum in numero plura-
Sol. li? ¶ Dicunt quoniam quantitas eſt vnum
genus dicens non ſolum vnum conceptum

aut vnã vocem, ¶ Dices quare dixit (Aliud) *Dub.*
in neutro genere? ¶ Dicitur, ꝙ tria cum ſint *Sol.*
genera apud Grammaticum maſculinum, fę-
mininum, & neutrum, & quoniam reperitur
aliqua quantitas variata per articulum ma-
ſculinum vt numerus, & aliqua quantitas va-
riata per articulum fœmininum vt ſuperfi-
cies, & oratio linea & aliqua per neutrum,
vt corpus & tempus vt ergo includeret om-
nia hæc intra ſe vnico verbo putauit Ar. di-
cendum eſſe per genus neutrum quod conci-
pit fœmininum & maſculinum. ¶ Aliter Di- *Alia ſol.*
citur (aliud) ſcilicet membrum diuiſionis
eſt continuum (Aliud verò) eſt diſcretum.
¶ Ego tamen dicerem ꝙ hoc eſt dictum græ- *Propria*
cum & eſt modus loquendi græcorum, ſicut *ſolutio.*
ſolet dicere Porphyrius quando dicit ſpe-
cies quidem ſpecialiſsima eſt poſt (quod)
nam dicit quod more græco & quod cogit
me ad dicendum hoc eſſe quoniam non inue-
nio aliquem græcorũ ponderantem hoc ver-
bum nam ſi non ſonaret apud ipſos iam du-
bitarent & hoc dixi quoniam litera Boetij
habet (quantitatis) ſed apud græcam lite-
ram & veram vt puto habet quanti Aliud di-
ſcretum Aliud verò continuum & ſic genus
neutrum cum neutro concordat & non con-
tingit ſecundum hanc literam aliqua dubi-
tatio ſicut ſi diceretur ſubſtantiarum Alia
corporea Alia verò incorporea ſimiliter
quanti Aliud eſt diſcretum Aliud verò con-
tinuum, & ſic ſtante hac græca litera Dubi-
tatio ſoluitur. ¶ Dices, o, Ar. quod nam eſt
quantum diſcretum? ¶ Reſpondet & dicit.

Eſt autem diſcretum quidem, vt *Tex. 26.*
numerus, & oratio.

Poſtquàm Ariſt. de quantitate duas aſsi-
gnaſſet diuiſiones vnam, aut aiunt forma-
lem in diſcretum & continuum, Aliam vt aſ-
ſerunt materialem in hoc textu declarat nu-
merum determinatum & qualitatem, ſcili-
cet quot ſunt, & quæ ſunt diſcretæ, & quot,
& quæ ſunt quantitates continue ſigillatim
& proprio nomine ipſas nominando: cauſa
intentionis eſt ne per ignota procedat & vt
denotet ꝙ tàm diſcretæ quàm continuę quã-
titates ſunt finite & numerabiles, non autem
infinitæ & innumerabiles. ¶ Diuiditur iſte
textus in duas partes in prima numerat &
proprio vocabulo nominat quantitates di-
ſcretas in ſecunda ibi (continuum) ſimiliter
numerat & proprio nomine nominat quan-
titates continuas, quo ad primum Dices, o, *Petitio.*
Ariſt. dixiſti ꝙ quantitatis duo ſunt genera
Aliud diſcretum & Aliud continuum vellem
ſcire quot ſunt iſte ſpecies & quæ ſunt, quo-
modo nominatur quæ ponuntur ſub genere
diſcre-

diſcrèto, & quot & quæ ſunt ſpecies, quæ
ponuntur ſub genere continuo, id eſt quæ
ſunt ille ſpecies de quibus prędicatur quan-
titas diſcreta, & quæ ſunt ille ſpecies de qui-
Reſp. bus prædicatur quantitas continua? ¶ Re-
ſpondet & dicit (eſt autem) autem pro cer-
te in rei veritate prima ſpecies quantitatis
diſcrete (eſt) vocatur (numerus) (&) id eſt
Alia & ſecunda ſpecies in ordine vocatur
(oratio) & non ſine cauſa primo nominauit
quantitatem diſcretam, & poſtea continuam,
quoniam eſt ſimplicior nam 2. cæli 22. ſim-
Dub. pliciora præcedunt. ¶ Dices 1. poſt. 31.
35. numerus eſt duplex par & impar in cap.
de oppoſitis, ſi numerus eſt quantitas diſcre-
Sol. ta quiſnam par vel impar? ¶ Dicas tàm par
vt binarius quàm qui eſt impar vt trinarius
Dub. eſt quantitas diſcreta ſimiliter. ¶ Dices cum
oratio ſit triplex, Alia in ſcripto Alia men-
talis Alia vocalis quæ oratio eſt quantitas
Sol. diſcreta? ¶ Dicas ꝙ ſola oratio vocalis eſt
Dub. quantitas diſcreta. ¶ Dices numerus eſt du-
plex Alter eſt ſenſibilis Alter verò eſt mathe
maticus 3. cæli 41. de quo numero intelligit
Sol. hic Ariſt.? ¶ Dicas de numero ſenſibili non
Dub. mathematico. ¶ Dices quid eſt iſte nume-
Reſp. rus ſenſibilis? ¶ Reſpondet Ar. 3. phy. 68. 7.
met. 49. & dicit ꝙ numerus eſt coaceruus &
compoſitio vnitatum compoſitus ex indiui-
ſibilibus, qui cauſatur ex diuiſione continui.
Dub. ¶ Dices quare iſte numerus ſenſibilis eſt coa-
ceruus. i. multitudo aggregata ex vnitatibus?
Sol. ¶ Reſpondet Ar. 5. met. cap. de vno & dicit, ꝙ
ſola vnitas non facit numerum, ſicut ſolum
punctum non facit lineam, vnum .n. non eſt
numerus ſed principium numeri 10. met. 2.
Dub. ¶ Dices quare Ar. hic numerat ſpecies quan-
Sol. titatis? ¶ Dicas tamen eſt Notandum ꝙ vt
diximus ſubiectum totale in hoc libro eſt
prædicamentum pro vt eſt quidam commu-
nis conceptus ſumptus ex omnibus prædica-
mentis, quod prædicamentũ continet ſub ſe
ſuas partes ſiue ſpecies vt ſunt ſubſtãtia quã-
titas qualitas & cætera prędicaméta, ſimili-
ter quodlibet prædicamentũ continet ſub ſe
ſuas ſpecies, veluti quãtitas quę eſt ſubiectũ
partiale continet quantitaté diſcretã & con-
tinuam, his ſtantibus & qm̃ artifex nõ poteſt
demonſtrare ſubiectum ſuæ artis nec ſpecies
ſubiecti qm̃ omnia ſunt nota teſte Ar. 1. poſt.
2. & Au. 1. poſt. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 2. poſt.
33. 1. phy. vltimo 2. phy. 22. 26. 6. met. 1. 12.
met. 5. 2. de anima 27. & 29. ſed artifex nu-
merat ſubiecta quando ſunt plura & tãquàm
nota ſupponit veluti in Anteprædicamentis
cap. vltimo vbi numerauit ſingula prędica-
méta quę ſunt ſubiecta partialia in hoc libro
ſimiliter 1. top. cap. de prædicamentis & Ar.
in 2. de anima 27. vbi numerat ſpecies & po-
tentias animę, quę eſt ſubiectum totale, & ſuę
ſpecies ſunt ſubiecta partialia, & ideo videns
Ar. ꝙ hę animæ ſpecies tãquàm ſubiecta par-
tialia libri de anima non poſſunt demonſtra-
ri ſed potius debent numerari ideo dixit Au.
in com. ſic cũ voluerit incipere loqui de vna-
quaq; virtutum animæ incipit primò nume-
rare eas eſſe ſm̃ ꝙ artifex ponit ſubiectũ ſuę
artis, artifex .n. vt ponat ſubiectum de quo lo-
quitur & diuidit genera eius quaſi manifeſta
in eſſe artifex .n. non poteſt demonſtrare ſu-
biectum ſuę artis 2. de anima 29. 21. 3. de ani-
ma 21. ſic ergo Ar. in hoc libro prædicamen-
torũ ſupponit prædicamentũ quod eſt ſubie-
ctum totale & numerat ſuas ſpecies tãquàm
ſubiecta partialia, & non ſolum numerat ſpe-
cies ipſius prædicamenti tamquàm ſubiecti
totalis, ſed etiã numerat ſpecies ſingulorum
prædicamentorũ, tamquàm per ſe notas ma-
niſectum igitur eſt omnibus quanto ſtudio &
artificio vſus eſt Ar. in hoc textu numerãdo
ſpecies quãtitatis & quare ipſas nominauit.
¶ Dices de non ente non eſt ſcientia 1. poſt. *Dub.*
10. 2. poſt. 32. ſed numerus eſt non ens 4. phy.
134 ergo de numero non eſt ſcientia vt quid
igitur Ar. verba facit de numero? ¶ Dicitur *Sol.*
ꝙ non ens eſt duplex, vno modo non ens ex-
tra animã Alio modo non ens in anima, tunc
dicitur ꝙ ſi numerus non eſt ens extra ani-
mam tñ eſt ens in anima, ſed Nota ꝙ numerũ
eſſe in anima non eſt omnibus modis eſſe in
anima quia tunc eſſet ens ficticium vt chime
ra & hyrcoceruus, ſed eſſe eius extra animã
eſt in potentia ſcilicet propter ſubiectũ pro-
prium & eſſe eius in anima eſt in actu ex qui-
bus nota candide lector ꝙ entia quibus ali-
quid non correſpondet extra animam ſunt
figméta vt inquit Au. 4. phy. 134. Nota etiam
ꝙ numerus eſt in anima & correſpõdet extra
animam & ſi anima non eſſet vtiq; numerus
erit 4. phy. 132. ¶ Dices contra qm̃ numerus *Rep.*
eſt ens exiſtens extra animam 1. met. 36. ergo
non eſt ens in anima. ¶ Reſpondet Au. 4. phy. *Sol.*
131. & dicit, ꝙ numerus eſt anima in actu po-
tentia tamen eſt extra animam. ¶ Dices nu- *Dub.*
merus eſt duplex. 4. phy. 102. 110. Alter nume
rans Alter numeratus de quo numero hic lo-
quitur Ar.? ¶ Dicas de numero numerato nõ *Sol.*
de numero numerante quoniam numerus
numerans eſt anima & animæ intellectus. 4.
phy. 131. ¶ Dices, ò, Ar. quæ ſunt quantita- *Petitio*
tes continuæ? ¶ Reſpondet Ar. & dicit. *Reſp.*

Continuum verò, vt linea, ſuper-
ficies, corpus. Amplius autem præ-
ter hæc, locus & tempus.

Cum Ar. numeraſſet & proprio vocabulo
nominauit quantitates diſcretas in hac. 2.
parte textus numerat quantitates cõtinuas,
ipſas

ipſas proprio' nomine nominãdo lege igitur
literam ſed Aliquis Dicet, o, Ariſt. ſi quan-
titates diſcretæ ſunt duæ vt numerus & ora-
tio uellem ſcire quot ſunt quantitates con-
tinuę,& quæ ſunt. ¶ Reſpõdet & dicit (eſt au-
tem) autem pro ſed.q.d. ſi tu neſcis quot ſunt
numero quantitates continuæ dico ꝙ ſunt
quinq; ¶ Dices quæ ſunt, quomodo nominan-
tur! ¶ Reſpondet Ar. non ſolum proprio vo-
cabulo ipſas nominando ſed etiã ordinando
vnam poſt reliquã,& dicit(continuum verò)
verò dicit certitudinem. q. d. hoc genus .ſ.
continuum .i. quantitas continua continet
ſub ſe omnes iſtas ſpecies, quæ hic proprijs
vocabulis appellãtur, prima vocatur (linea)
ſecunda vocatur (ſuperficies) tertia vocatur
(corpus) quarta vocatur (locus) quinta voca-
tur (tempus) de quibus .ſ. linea ſuperficie,
corpore, loco, & tempore, tamquam de ſpe-
ciebus ꝑdicatur continuũ tamquam genus, ſi
quis .n. interogabit quid eſt linea, vel ſuper-
ficies, vel corpus locus, vel tempus, debes re-
ſpondere dicens eſt continuum.i.eſt quanti-
tas continua iuxta regulam logicam ad in-
terogationem factam per quid de ſpecie de-
bemus reſpondere, per genus teſte Porph. in
Dub. cap. de genere & Au. t. cęl. 2. ¶ Dices qᷓ Ar.
non dixit, linea, ſuperficies, locus, & tempus,
ſicut dixit Amplius pręter hęc locus & tem-
Sol. pus? ¶ Dicas qm̃ locus,& tẽpus ſunt quantita-
tes cõtinuę diuerſe à linea ſuperficie, & cor-
pore ideo exponatᷓ textus hoc modo videli-
cet, linea ſuperficies & corpus ſunt quantita-
tes cõtinuę adde tu per ſe (autẽ) pro ſed (Am-
plius).i.& de nouo (locus & tẽpus ſunt quan-
titates, præter hęc .i. extra hæc adde tu alia
& diuerſa ab his qm̃.q.d. Ar. locus & tempus
nõ ſunt quanta per ſe ſed alijs de cauſis vedi-
Dub. cemus ¶ Dices quare Ar. inter ſpẽs quãtita-
Sol. tis nõ numerauit motũ? ¶ Dicas, qm̃ motus
eſt quędã res infinita qm̃ eſt via à potẽtia ad
Alia ſol. actũ. ¶ Vel Dicas ꝙ Ar. hic loquitur ſub mo-
do introductionis, & qm̃ motus requirit ma-
iorẽ pręceptionem, ideo de ipſo hic non me
minit. ¶ Dubitabis dicens id quod cõſidera-
tur à mathematico non conſideratᷓ à logico,
ſed continuum conſideratᷓ à mathematico. 3.
cęl. 6. 1. cęl. 2. ergo non conſideratur à logico.
¶ Reſpondet Au. ibidẽ & dicit ꝙ continuum
conſideratᷓ à mathematico vt eſt ſeparatũ à
materia Alio tñ modo conſideratᷓ à logico.
Dub. ¶ Amplius id quod conſideratᷓ à methaphiſi-
co non conſideratᷓ à logico qm̃ vnũ ab vno &
plura conſiderantᷓ à pluribus, ſed locus con-
ſideratᷓ à methaphiſico ergo non conſideratᷓ
à logico, minor probatur à ſimplicio 3. phy.
Confir- in prologo. ¶ Quod confirmatᷓ ratione qm̃ de
matio. immobilibus tractat methaphiſicus vt ibidẽ
ait ſimplicius, ſed locus eſt immobilis 4. phy.
cap. de loco ergo ad methaphyſicũ de loco &
nõ ad logicũ ſpectat tractare. ¶ Rñdet Sim- *Sol.*
plicius loco allegato & dicit ꝙ licet locus ſit
immobilis tñ conſideratᷓ à naturali, & non à
methaphiſico, qm̃ methaphiſicus conſiderat
de illo immobili quod nõ eſt capax corporis
mobilis, nec eſt finis corporis mobilis, nec ꝑ
ipſum corpus mouetᷓ modo licet locus ſit im-
mobilis qm̃ eſt capax corporis, qđ mouetᷓ &
eſt finis corporis, quod mouetᷓ & propter ip-
ſum mouetᷓ corpus, ideo locus conſideratᷓ à
naturali, conſideratᷓ etiã à logico non vt im-
mobilis eſt, ſed vt quãtitas eſt. ¶ Dices ſub- *Dub.*
ſtãtia non eſt quãtitas ſunt.n. duo ꝑdicamenta
diſtincta, ſed corpus eſt ſubſtãtia ergo non
eſt quãtitas. ¶ Dicas ꝙ corpus conſideratᷓ du- *Sol.*
pliciter, vno modo pro trina dimẽſione .ſ. vt
eſt longũ latũ & profundũ, Alio modo pro vt
eſt ſubiectũ trine dimẽſioni, tũc dicitᷓ ꝙ cor-
pus ſumptũ pro trina dimenſione ſic eſt quan-
titatũ, ſed vt eſt ſubiectũ trine dimenſioni, ſic
eſt ſubſtãtia. ¶ Quęres in prima diuiſione pri- *Dub.*
mò nominauit quantitatẽ continuã & poſtea
diſcretã dicendo (quanti Aliud eſt continuũ
Aliud verò diſcretũ, hic verò volẽs numera-
re quãtitates diſcretas & continuas primò
nominauit quãtitates diſcretas deinde cõti-
nuas vnde diuidẽdo ꝓponit quantitatẽ con-
tinuã diſcretæ, & numerãdo ꝓponit diſcretã
cõtinuæ. ¶ Dicitur ꝙ ordo eſt duplex Alius *Sol.*
eſt ſm̃ noſtrã cognitionẽ, qui dicitur ordo ſm̃
nos, Alius verò eſt ordo ſm̃ naturã, tũc dicitᷓ
ꝙ qñ Ar. præponit diſcretã continuæ ſeruat
ordinẽ ſm̃ naturã qñ verò ꝓponit quantitatẽ
continuã ipſi quãti diſcretę ſeruat ordinem
ſm̃ nos & ſm̃ noſtrã cognitionẽ. ¶ Vel Dicas *Alia ſol.*
ꝙ diſcretũ, & continuũ poſſunt dupliciter
cõſiderari, vno modo vt habẽt rationẽ eſſen-
di Alio modo vt habent rationẽ menſurandi
tũc dicitᷓ, ꝙ ſi continuũ & diſcretũ conſiderã-
tur vt habent rationẽ eſſendi ſic continuum
eſt prius diſcreto quia numerus cauſatᷓ ex di-
uiſione cõtinui. 3. phy. 68. ſi verò conſiderantᷓ
vt habent rationẽ mẽſurandi ſic diſcretũ eſt
prius continuo. ¶ Aliter ego dicerẽ ꝙ ideo *Alia ſol.*
Ar. prius de quãtitate diſcreta, & deinde de
cõtinua qm̃ numerus qui eſt quãtitas diſcre-
ta eſt immaterialior ipſa quãtitate cõtinua
vt inquit Au. in æpit. met. tractatu. 3. ¶ Am- *Dub.*
plius ſi ſunt duę quãtitates diſcretę numerus
nẽpè & oratio, qᷓ Ar. prius nominauit nume
rũ & poſtea orationẽ? ¶ Dicas qm̃ in numero *Sol.*
adeſt virtus & maximè in numero impari &
qm̃ virtus eſt ꝑferenda ideo prius numerum
deinde orationem nominauit, quod quidem
probatᷓ ex Ar. 1. cęl. 2. vbi ait ꝙ numero trina-
rio tenemur magnificare creatorũ in oratio-
nibus, & ſacrificijs qa eſt numerus perfectus
& qm̃ perfectũ. 1. cęl. t 2. & 2. cęl. 2 2. eſt prius
natura imperfecto tãto magis qm̃ Ar. 7. pol.
cap. 14. dicit ꝙ perfectiora primò intenduntᷓ,

vnde recte fecit Ar. inter quantitates diſcretas primò numerare numerũ & poſtea orationé. *Dub.* ¶ Dices cum numerus ſit duplex, par vt binarius, & impar vt trinarius de quo numero eſt principalis intentio Ariſt. *Sol.* ¶ Dicas de impari & præcipuè de trinario quoniam (vt dictum) omnibus alijs & perfectior, & vt dicit ſapiens creator omnia fecit in numero, pondere, & menſura Primò patet in elementis nam videmus elementa eſſe diuiſa in tria veluti eſt ignis, qui habet lucem, calorem, & ſplendorem, aer verò habet tres regiones ſupremam, mediam & infimam, aqua autem eſt denſa in nubibus, congelata vt eſt glacies, liquida in fontibus, terra verò eſt diuiſa in tres partes Alia eſt frigida, Alia torrida, Alia temperata, ſimiliter corpus eſt diuiſum in tres dimenſiones, longitudinem, latitudinem & profunditatem, ſimiliter anima eſt diuiſa in tres ſpecies 2. de anima 27. & 3. de gen. an. cap 4 in vegetatiuam, ſenſitiuam & intellectiuam, vegetatiua in tres partes in generatiuam, nutritiuam, & augmentatiuam ſenſitiua in tres partes in cognoſcitiuam, appetitiuam & motiuam, intellectiua verò in tres partes in memoriam, intellectum & voluntatem, ſimiliter etiam in ſcientijs tres. n. ſunt ſcientiæ, vna rationalis Alia organica, Alia realis, rationalis eſt logica, quę cõſiderat tres terminos, medium, maius extremũ & minus extremũ, tres figuras, tres ſpecies demonſtrationis, organicę ſunt tres Grãmatica, Dialectica, Rethorica, Dialectica conſiderat tres figuras, Rethorica tria genera .ſ. deliberatiuũ, demonſtratiuum, & iudiciale, Realis triplex factiua, actiua, & cõtẽplatiua, factiua habet tres partes, vna dicitur lana, Alia agricultura. Alia militia, Ars lanę tria facit primum filat, ſecundum texit, tertium incidit agricultura tria quoq; facit, primo arat terram, ſecundo ſeminat, tertio exigit à terra, miles tria facit, offendit, defendit, & cuſtodit Actiua etiã tria facit gubernat hominẽ, vt eſt Ethica, Politica ciuitatẽ, œconomica familiam, contemplatiua verò diuiditur in tria, in phiſicãm, methaphiſicã, & mathematicam, phiſica conſiderat tria materiam, formam, & priuationem, naturam habens, naturam, & ſecundum naturam, corpora, principia corporum, & paſſiones corporum, 1. cæli & 3. cæli 1. Mathematica, diuiditur in tria, in Geometriam, Aritmeticam, & Aſtrologiam, Geometria conſiderat tria lineam ſuperficiem, corpus, Aritmetica tres numeros, conſiderat de abundanti, deficiente, & perfecto, Aſtrologia contemplatur tria, ſigna, planetas, & ſtellas. Methaphiſica habet tres actus, actum purum, actum medium, & actum entitatiuum, Medicina verò ſimiliter diuiditur in tria, quoniam tria facit, præſeruat, conſeruat, & curat, ideo diuiditur in præſeruatiuam, conſeruatiuam, & curatiuam, patet igitur quanta eſt numeri trinarij perfectio, ſed ſi de numero ſeptenario perfectionem ſcire plura deſideras, audias quæſo quæ dicit Alexander in problematibus ſecundi libri problemate 48. vbi admiratione digna videbis, & vtrum in numero, ſit virtus vide 12. met. vltimo quæ in vltima quæſtione diſputat Sueſſanus, habet igitur quare Ar. primò nominauit numerum imparem quàm numerum parem. ¶ Dices quare prius nominauit numerũ quàm lineam? *Dub.* ¶ Dicas qm̃ à notioribus eſt inchoandum, & qm̃ numerus eſt notior ſm̃ nos 4. phy. t. 12. ideo prius numerũ quàm lineam nominauit. *Sol.* ¶ Dices numerus, Alius eſt diſcretus, Alius eſt continuus 4. phy. vltimo, de quo numero loquit̃ hic Ar.? *Dub.* ¶ Dicas de numero diſcreto, qui eſt quantitas diſcreta. *Sol.* ¶ Dubitatur id quod eſt in vnoquoque genere non eſt in vno genere ſolum; ſed numerus eſt in vnoquoq; genere vt inquit Auẽn æple. met. tractatũ 3. ergo numerus nõ eſt ſolũ in prædicamento quantitatis & per conſequens nõ eſt quantitas *Dub.* ¶ Rñdet ibidem Au. & dicit, ꝙ ille numerus, qui eſt in prædicamẽto quantitatis nõ eſt ille met numerus, qui eſt vnoquoq; genere qm̃ differt alter ab altero. *Sol.* ¶ Dices quare linea, ſuperficies, & corpus, dicuntur quantitates? *Dub.* ¶ Dicas, qm̃ ſm̃ ipſas res dicuntur quantę. v. g. ſm̃ lineam res dicuntur longe, ſm̃ ſuperficiẽ dicuntur latę, ſm̃ corpulentiã res dicuntur craſſe, ſeu profundę, ſm̃ tempus dicũtur diuturnæ. *Sol.* ¶ Dubitatur multitudo non eſt quãtitas diſcreta ſed eſt relatio, qm̃ multum eſt de genere relationis ſicut & paucum, ſed numerus eſt multitudo vt patet ergo non eſt quãtitas. *Dub.* ¶ Reſpondetur ꝙ multum ſumitur duobus modis, vno modo vt opponitur pauco, Alio modo abſolutè, vt opponitur vni tunc dicitur ꝙ ſi multum ſumitur vt opponit̃ panco, ſic eſt in prędicamẽto relationis ſi verò ſumit̃ abſolute, ſic eſt in prędicamẽto quãtitatis. *Sol.* ¶ Amplius vox prolata eſt continua, quia paſsiones vocis ſunt continuitas, melodia; & de articulatio ſonorũ ergo oratio, quę eſt menſura talis vocis eſt continua, & non eſt quãtitas diſcreta. ¶ Dicit̃ ꝙ licet in voce ſit continuitas quantitatum ad ſonum eius, tamen ibi eſt diſcontinuitas quantitatum ad figurationẽ & formationem ſonorum, literarum & ſyllabarum, & menſura huius prolationis dicitur formaliter oratio ideo eſt formaliter diſcreta. *Sol.* ¶ Amplius tempus, non eſt quantitas ergo tẽpus non eſt ſpecies quãtitatis, inquit. n. Ar. 5. met. 18. ꝙ tẽpus eſt quãtitas per accidens, fiat ergo ratio talis ſed de nulla ſpecie genus prędicat̃ per accidẽs ſed per ſe. 1. poſt. 30. 3 35. 15. *Dub.*

35.152.153. 7. met. 11. ergo tempus non eſt
Sol. ſpecies quantitatis. ¶ Dicas ꝙ aliquod eſſe
quantũ per accidens intelligitur duobus mo
dis vno modo effectiue, Alio modo formali-
ter, tunc dicitur ꝙ tẽpus formaliter eſt quan-
tum per ſe & non per accidens nec per aliud,
ſed effectiue tempus poteſt dici quãtum per
accidens & per aliud, quia effectiue ſuam eſ-
ſentiam ſuam quantitatẽ habet ab alio ideſt
Dub. à motu. ¶ Præterea Ar. 5. met. 18. tempus eſt
quantum per motum, ergo motus eſt magis
quantum, qm̃ illud quod eſt tale per aliud eſt
magis tale 1. poſt. 15. & 2. met. 4. ſed tem-
pus eſt quantum per motum ergo motus eſt
magis quantus ergo prętẽr ſpecies hic nume-
ratas, quę ſunt quinq; datur alia ſpecies quã-
titatis & ſic erunt ſex ſcilicet linea, ſuperfi-
Sol. cies, corpus, locus, tempus, & motus. ¶ Dici-
tur ꝙ propoſitio Ar. eſt vera qñ aliquod vni-
uoce dicitur de cauſa & effectu quinatus eſt
recipere magis & minus, & qñ cauſa eſt per
ſe, & totalis modo hic deficit prima condi-
tio, & ſecunda, & probatur quia tempus eſt
quantitas, motus non eſt quantitas quia ra-
tio eius tota poteſt intelligi conuenire indi-
uiſibili nec vniuocatur in quantitate quia il-
lud dicit̃ de motu per ſe ſecundo modo, nullo
modo de tẽpore vt tempus eſt ſpecies quan-
Dub. titatis. ¶ Amplius tẽpus eſt numerus 4. phy.
101. ergo tempus non eſt alia ſpecies quan-
Sol. titatis. ¶ Dicitur ꝙ tempus aliquando tranſu-
mitur vt generaliter ſumat̃ pro menſura for-
te propter hoc ꝙ non menſura in quantitati-
bus primò cõuenit numero & ita ponitur in
definitione temporis, non autem vt eſt quan-
titas diſcreta & eſt æquiuocatio penes ſm̃
Dub. modum. ¶ Amplius locus non numeratur in-
ter ſpecies quantitatis. 5. met. 18. ergo vel
Ar. eſt in ſufficiens ibi, vel locus nõ eſt quan-
Sol. titas. ¶ Dicitur ꝙ Ar. ibi numerat quantita-
tes, non famoſè dictas, ſed hic numerat quan-
titates, non famoſè & famoſè, dictas, inter
quantitates famoſè dictas numeratur locus
ib. vt ibidem inquit Au. ¶ Præterea id quod eſt
in prædicamento relationis non eſt in præ-
dicamento quantitatis ſed locus eſt in præ-
dicamento relationis, quoniam locus dicitur
locati locus, & locatum loco locatum, ergo
locus eſt in p̃dicamento relationis & non in
Sol. prędicamẽto quantitatis. ¶ Dicitur ꝙ non eſt
inconueniens idem eſſe in diuerſis prædica-
mentis diuerſo modo ſumptum nam locus,
vt locus eſt in prædicamento quantitatis,
vt verò refertur ad locatum ſic eſt in prædi-
camento relationis.

Tex. 27. Partium etenim numeri nullus eſt communis terminus, ad quem co- lantur partes eius: vt quinque, ſi ſunt denarij partes, ad nullum terminum communem copulantur quinque & quinque, ſed ſemper diſcreta ſunt. & tria & ſeptem ad nullum communem terminum copulantur. neque omnino habeas in numero communem terminum partium accipere. ſed ſemper diſcretæ ſunt, quapropter numerus quidem diſcretorum eſt.

Cum Ar. de quantitate duas aſsignaſſet diuiſiones quarum, Prima eſt ꝙ quanti aliud eſt diſcretum Aliud cõtinuum Secunda verò eſt ꝙ quanti Aliud conſtat ex partibus habentibus poſitionem Aliud verò quod conſtat ex partibus non habentibus poſitionem, & proprio nomine, nominauit, quæ ſunt quãtitates diſcretæ, vt numerus, & oratio, & continuę vt linea, ſuperficies, corpus, locus, & tempus, in hoc tex ratione probat quòd numerus eſt quantitas diſcreta, cauſa intẽtionis eſt quoniam apud aliquos erat ignotum, & difficile videbatur, ꝙ numerus eſt quantitas diſcreta Diuiditur iſte textus in tres partes in prima ponit minorem in ſecunda ibi (vt quinque) ponit probationem minoris per duo exempla in 3. ibi (quapropter) infert rationis concluſionem quo ad primum Ar. ſupponit ꝙ numerus eſt quantitas, ſed probat ꝙ eſt diſcreta quantitas, & facit hanc rationem, accipiendo maiorem de foris quæ eſt talis, id cuius partes non copulantur non continuantur ad vnum terminum communem eſt quantitas diſcreta, valet enim argumentari à definitione ad definitum 6 top. in primo loco definitionis (etenim) pro ſed (partium numeri nullus eſt communis terminus ad quem copulantur particule eius) ideſt ſed partes numeri non copulantur & continuantur ad vnum communem terminum (quapropter) nunc infert concluſionem ergo (numerus diſcretorum eſt) ideſt numerus eſt quantitas diſcreta, & numeratur inter quantitates diſcretas, minor probatur duplici exẽplo ſed eſt ſciendum, ꝙ partes numeri ſunt duæ quædam ſunt aliquotę & quædã non ſunt aliquotę primo probat ꝙ partes numeri aliquotę, non habent communẽ terminũ ad quem copulant̃, & dicit (vt) .i. v. g. (quinque) ſi pro quia (ſunt denarij partes) .i. ſunt partes numeri qui eſt denarius ſupple tu aliquotę (ad nullũ communẽ terminũ copulãtur) quinq; & quinq; ſed ſemper diſcretę ſunt nõ coniũctę & copulatę (& tria & ſeptẽ) nunc probat ꝙ partes numeri nõ aliquotę nõ hñt

terminum communem ad quem copulantur dicens (&) ideſt non ſolum quinque & quinque; quæ ſunt partes numeri aliquotæ non habent terminum communem ad quem copulantur ſed. q. d. etiam tria & ſeptem quæ ſunt partes numeri non aliquotæ, nec habent terminum communem ad quem copulantur (neq; omnino habeas,) & reſolutè dicit (neque) omninò ideſt non habeas in numero accipere terminum partium accipere ideſt & omnino indubitanter dicas ꝙ omnes partes numeri ſiue aliquotę fuerint ſiue non aliquotæ non ſunt ad inuicem copulatæ & coniunctæ ſed ſunt diuiſe ſeparate, & per cōſequens numerus eſt quantitas diſcreta, diuiſa, & ſeparata.

Dub. ¶ Dices quæ ſunt iſte partes aliquotę?

Sol. ¶ Dicas ꝙ pars aliquota eſt illa quæ aliquotiens ſumpta facit præciſe ſuum totum, ita ꝙ non magis, nec minus ſicut duo reſpectu quatuor & reſpectu ſex, bis .n. duo ſumpta faciunt quatuor, & ter duo ſumpta faciunt ſex ita quinque, bis ſumpta faciunt deceni ideo quinque & quinq. ſunt partes aliquotæ numeri denarij conſtat autem ꝙ iſtę partes non copulātur ad aliquem terminum communem quia ſunt inuicem ſeparatæ, & diſcretæ non autem coniunctæ per aliquem communē terminum.

Dub. ¶ Dices quæ ſunt partes non aliquotæ?

Sol. ¶ Dicas ꝙ pars aliquota eſt illa quæ aliquotiens ſumpta non redit pręciſe ſuum totū ſed maius aut minus ſicut duo reſpectu quinq; ſi enim bis accipiantur duo non conſtituunt ſuum totum quod eſt quinque, ſed minus videlicet quatuor ſi autem ter accipiantur faciunt maiorem nmuerum videlicet ſex ita tria & ſeptem ſunt partes non aliquotæ numeri denarij, quia aliquotiens ſumptæ numquam reddunt præciſe numerū illum ſed maiorem, vel minorem ſi enim tria ſumuntur bis faciunt ſex & ſi ſumūtur ter faciunt nouem & ſi quatuor faciunt duodecim ita ꝙ numquam faciunt præciſe numerum denarium ſeptem autem ſi bis accipiuntur faciunt quatuordecim qui numerus maior quàm denarius tria igitur & ſeptem partes non aliquotæ numeri denarij conſtat autem ꝙ non copulantur per aliquem terminum communem qui ſit finis & principium alterius ſed ſunt ad inuicem ſe iuncte diuiſe & ſeparatæ & multum diſtantes ex qu bus fiat ratio, id cuius partes tàm aliquotæ quàm non aliquotæ non habent communem terminum ad quem, copulantur ideſt quæ ſunt diuiſe, ſegregate, & diſtantes, eſt quantitas diſcreta, ſed partes numeri tàm aliquotæ quàm non aliquotæ non habent communem terminum ad quem copulantur ideſt ſunt diuiſe, non copulatæ & ad inuicem diſtantes, & ſeiuncte, ergo numerus eſt quantitas diſcreta & numeratur inter quātitates diſcretas.

Dub. ¶ Dices numerus dicitur tribus modis. 4. phy. 102. 119. 131. vno modo, numerus numerans vt eſt anima, quæ numerat res. Alio modo numerus numeratus; veluti ſunt res numeratæ, Alio modo numerus, quo numeramus vt eſt, quantitas diſcreta, de quo numero loquitur hic Ariſt.?

Sol. ¶ Dicas ꝙ hic Ariſt. loquitur de numero quo numeramus veluti eſt quantitas diſcreta.

Rep. ¶ Contra nam ex non quantis non fit quantum velut patet apud mathematicos, ſed numerus fit ex non quantis ergo numerus non eſt quantitas, minor probatur quoniam numerus fit ex vnitatibus quæ non ſunt quantæ, quia id quod eſt quantum eſt diuiſibile, ſed vnitates non ſunt diuiſibilis, ergo non ſunt quantę & per conſequens numerus qui fit ex vnitatibus non eſt quantitas.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ non quantum eſt duplex Aliud in actu Aliud in potentia tunc dicitur ꝙ vnitates non ſunt quantæ in actu ſed ſunt quantæ in potentia.

Similiter autem & oratio, quòd etenim quantum eſt oratio, manifeſtum eſt: menſuratur enim ſyllaba breui, & longa, dico autem cum voce orationem factam. Tex. 28.

Poſtquam Ariſt. diuiſit quantitatem in diſcretam & continuam, & exemplo declarauit, quæ ſunt quantitates diſcretæ, & quòd ſunt numerus, & oratio, & per definitionem quantitatis diſcretæ probauit, ꝙ numerus eſt quantitas diſcreta, nunc probat, ꝙ oratio eſt quātitas diſcreta vtens eadem ratione ſumpta à definitione quantitatis diſcretæ, verum Nota ꝙ Ariſt, probat ꝙ oratio eſt quantitas & deinde probat ꝙ oratio eſt diſcreta quantitas, cauſa intentionis eſt quoniam apud multos dubium erat vtrum oratio ſit quantitas, apud verò alios erat manifeſtum, ꝙ oratio eſt quantitas, ſed dubium erat vtrum ſit quantitas continua, vel diſcreta ideo vt iſtis ſatisfaciat probat ꝙ oratio eſt diſcreta quātitas Diuidit iſte tex. in tres partes in prima proponit concluſionem probandam ſcilicet ꝙ oratio eſt quantitas diſcreta, ſicuti eſt numerus, in ſecunda probat ꝙ oratio eſt quantitas, in tertia ibi (ad nullum) probat ꝙ eſt diſcreta quantitas, lege literam (autem) pro certe (ſimiliter) ideſt ſimili ratione qua probatum eſt, ꝙ numerus eſt quantitas diſcreta, probatur etiam ꝙ oratio eſt quantitas diſcreta, quæ eſt talis illud cuius partes menſurantur longitudine & breuitate eſt quantitas, addit minorem, & dicit, (menſuratur enim ſyllaba breui, & longa) enim pro ſed partes orationis menſurantur longitudine & breuitate, ergo oratio

eſt

eſt quantitas; probat minorem dicens (menſuratur enim ſyllaba breui & longa) q. d. ꝙ ſyllaba quæ eſt pars orationis menſuratur an ſit breuis an longa, vel poteſt dici, omne illud quo ſyllaba menſuratur breui aut longa eſt quantitas, ſed oratione ſyllaba menſuratur breuis aut longa, ergo oratio eſt quantitas. ¶ Dices oratio dicitur quatuor modis, ſcilicet mentalis, ſcripta, & hæc eſt duplex, vel quia ipſa ſumitur pro ipſa materia vt eſt atramentum & ſic eſt in genere ſubſtantiæ, vel pro tractione literarum, & ſic eſt in quarta ſpecie qualitatis, vel pro vt eſt in voce animatorum, & ſic poteſt ſumi tribus modis vno modo pro ſono, vel voce prolata, & ſic eſt in tertia ſpecie qualitatis quia infert paſsionem ſenſui, Alio modo pro menſura ſiue diſcretione, ſyllabarum prolatarum, Alio modo pro motu aeris & inſtrumentorum, quibus vox formatur; his ſtantibus Dicitur ꝙ Ariſt. hic accipit orationem nullo alio modo niſi pro vt eſt menſura ſyllabarum prolatarum, vt patet quando dicit Ar. quòd oratio eſt quantitas diſcreta, quoniam menſurat ſyllabas vnde dicitur ꝙ oratio eſt menſura diſtinctorum ſonorum & diſtinctarum ſyllabarum atque dictionum pro vt ore profertur & ſic oratio vocalis eſt in prædicamento quantitatis, & ꝙ hoc ſit verum Reſpondet Ar. & dicit, (autem) pro ſed Dico ideſt explico orationem cum voce factam ideſt orationem vocalem, de hac enim eſt probatum ꝙ eſt quantitas, & non de alijs.

Dub.

Oratio quot modis dicitur.

Dub. ¶ Dices quomodo intelligitur ꝙ oratio eſt quantitas diſcreta? Nota ꝙ oratio eſt compoſita ex nomine & verbo 1. Perihermenias cap. de oratione & alijs quæ dicuntur partes orationis hæc autem omnia ex ſyllabis conſtant, ſyllabæ verò vel ſunt longę vel breues, & longæ ſe habent ad breues ſicut duo ad vnum, vnum & duo eſt numerus ſed numerus eſt quantitas diſcreta ergo etiam ſyllabe ſunt quantitates diſcretę ſed oratio cõſtat ex ſyllabis ergo oratio eſt quantitas diſcreta nam id quod conſtat ex aliquibus eſt ſicut illa ex quibus conſtituitur, ſed illa ex quibus conſtat oratio ſunt quantitates diſcretæ ergo oratio eſt quantitas diſcreta.

h. ¶ Dices quare partes ex quibus fit oratio
i. ſunt diſcretæ? ¶ Reſpondetur quoniam partes non habent vnum communem terminum ad quem copulantur qui copulat illas partes & illas coniungit. v. g. ſumatur hoc nomen Socrates in hoc nomine ſunt tres ſyllabe Prima eſt So. Secunda eſt cra. Tertia eſt tes. quæ tres ſyllabæ omnes ſunt diuiſæ & nõ copulatæ & coniunctæ quia non habent terminum copulantem eas nec eas coniungentem vnde ſequitur ꝙ cum oratio habeat partes diſcretas & diuiſas ꝙ oratio eſt quantitas diſcreta. ¶ Vel Dicas. Ci. ce. ro. iſtæ tres ſyllabæ ſunt diſcretæ & ab inuicem diuiſæ & faciunt quantitatẽ diuiſam & diſcretam & ſi aliquis acciperet illã ſyllabam quæ eſt media vt ly. ce. & ponat in principio &. ro. quæ eſt vltima ponat in medio &. ci. quę eſt prima ponatur in vltimo & illud nomen quod prius erat Cicero tranſpoſitis ſyllabis nihil ſignificabit nam quæcumque in quadam oratione proferuntur ſiue ſignificent ſiue non ſignificent ſyllabarum nullus eſt terminus communis ideſt nullum habent terminum communem ad quem copulantur ex quo ſumas quòd ſiue ſumatur Cicero ſiue, ceroci, non ſunt quantitates continuæ ſed ſemper diſcretæ.

Ad nullum enim communem terminum particulę eius copulantur. non enim eſt communis terminus ad quem ſyllabæ copulentur, ſed vnaquęquę diuiſa eſt, ipſa ſecùndum ſe ipſam.

Cum Ariſt. probauit ꝙ oratio ſola vocalis cum voce facta non ſcripta, nec mentalis eſt quantitas; in hac parte tex. probat quòd oratio vocalis eſt diſcreta & non continua quantitas & ſupponit vnum quòd oratio eſt quantitas diſcreta, & aſsignat cauſam & dicit, (enim) pro quia. q. d. hac de cauſa oratio vocalis eſt quantitas diſcreta quoniam ad nullum communem terminum particulæ eius copulantur, quod probatur hac ratione demõſtratiua à definitione ad definitu illa eſt quantitas diſcreta quæ habet partes quæ non habent communem terminum ad quem copulantur, ſed partes orationis vocalis non habent communem terminum ad quẽ copulantur ergo oratio vocalis eſt quantitas diſcreta, minor probatur in textu quoniam partes ſyllabæ quæ ſunt literæ non copulantur, neque partes dictionis quæ ſunt ſyllabæ copulantur. v. g. partes huius ſyllabæ (ba) aut huius dictionis (homo) ad nullum terminum communem copulantur ſed ſunt diuiſæ, & ſeparatæ ad inuicem, ſicut vnitates numerorum, nam ſicut in numero denatio ſunt decem caroleni, quorum vnus eſt ſeparatus, & ſecundum ſe ipſum diuiſus, & diſtinctus ab alio, & alter ab altero, ſic ſunt partes ſyllabæ diuiſæ & diſtinctę, & vnaquęque ſecundum ſe ipſam eſt ſola ſeparata diuiſa ab alia, ſimiliter partes dictionis quæ ſunt ſyllabæ, vna enim ſyllaba eſt ſeparata ab alia & quilibet dictio ab alia dictione & ſic manifeſte apparet ꝙ oratio eſt quantitas diſcreta.
¶ Dices ꝙ oratio & numerus non ſunt duæ ſpe- *Dub.*

ſpecies quantitatis diſtinctę, nam illa quæ habent eamdem definitionem non differunt ſpecie, ſed numerus & oratio habent eamdem definitionem, ergo non differunt ſpecie, minor probatur quoniam numerus habet partes quæ non habent vnum communem terminum, ad quem copulantur, ſimiliter oratio habet partes quæ non habent vnum communem terminum ad quem copulantur, ergo habent eandem definitionem & per conſequens ſunt eiuſdem, & non diuerſæ

Sol. ſpeciei. ¶ Dicitur ꝙ numerus & oratio ſunt duę ſpecies diſtinctę ad inuicem ſed quando dicitur ꝙ habent eamdem definitionem, Dicas ꝙ hæc definitio non eſt vera dicens qui-

Alia ſol. ditatem, nec numeri, nec orationis. ¶ Vel Dicas ꝙ oratio diſtinguitur à numero quoniam numerus eſt menſura diſcretorum permanentium, oratio verò eſt menſura diſcre-

Dub. torum ſibi ſuccedentium. ¶ Dices ſi numerus & oratio ſunt quantitates diſcretæ quà-

Sol. re propoſuit numerum orationi ? ¶ Dicitur quoniam per numerum orationem metimur.

Dub. ¶ Dices quare Ar. 5. met. cap. de quantitate non fecit mentionem de oratione ? ¶ Di-

Sol. cas ꝙ Ar. ponens duas ſpecies quantitatis ſcilicet multitudinem & magnitudinem, per multitudinem intelligit numerum qui eſt menſura diſcretorum permanentium & orationem quæ eſt menſura diſcretorum ſibi ſuccedentium, Nota etiam ꝙ vt habetur. 1. cæli 3. ꝙ omne totum & perfectum ſunt idem ſecundum ſpeciem differunt verò ſecundum materiam.

Tex. 29. Linea verò continua eſt, eſt enim ſumere communem terminum punctum ad quem partes eius copulentur.

Pro continuatione eſt ſciendum ꝙ quæſita ſimplicia ſunt duo Ar. teſte 2. poſt. 1. & 2. vt ſi eſt & quid eſt. 2. poſt. 39. 40. primum enim eſt quæſitum ſi eſt & poſtea eſt quæſitum quid eſt vt ibidem Ariſt. & 7. met. 59. clarius 2. poſt. 32. dum inquit ꝙ impoſsibile eſt cognoſcere quid ignorantes ſi eſt quibus ſic ſtantibus continuatur iſte textus ad præcedentes hoc pacto Poſtquàm Ar. declarauit ſpecies quantitatis diſcretæ veluti eſt numerus & oratio & ſuppoſuit tamquàm notum ꝙ oratio eſt quantitas & probauit ꝙ eſt diſcreta quantitas per definitionē diſcreti nunc vult declarare ſpecies quantitatis continuæ ſed nota ꝙ Ariſt. non probat ꝙ quantitates continuæ ſunt quia hoc ſupponit tamquàm manifeſtum ꝙ iſte quantitates ſunt veluti eſt linea ſuperficies & corpus ſed probat ꝙ continuæ ſunt ideſt probat ꝙ continuum eſt genus quod prædicatur de omnibus iſtis ſpeciebus ſcilicet de linea ſuperficie & corpore teſte Auer. 1. cæli 2. cauſa intentionis eſt nam Di-

Petitio. ces quomodo probatur ꝙ linea ſuperficies & corpus ſunt quantitates continuæ vt ſatisfaciat huic petitioni probat omnia hæc eſſe quantitates continuas Diuiditur iſte textus in tres partes in prima probat ꝙ hoc prædicatū ſcilicet continuum quod eſt genus prædicatur de linea dicendo ꝙ linea eſt continua in ſecunda ibi (& ſuperficiei lineam) probat ꝙ ſuperficies eſt continua in tertia ibi (ſimiliter) probat ꝙ corpus eſt continuum & ſic patet ꝙ continuum eſt genus quod prædicatur de linea ſuperficie & corpore tamquàm de ſuis ſpeciebus vnde erigatur ſyllogiſmus id cuius partes habent vnum communem terminum ad quem copulantur eſt quantitas continua; ſed lineæ partes habent vnum communem terminum ad quem copulantur ſcilicet punctum ergo linea eſt quantitas continua.

Et ſuperficiei lineam plani namque partes ad aliquem communem terminum copulantur.

Cum Ariſt. probauit ſyllogiſmo ꝙ linea eſt quantitas continua in hac ſecunda parte textus probat Alio ſyllogiſmo ꝙ ſuperficies eſt quantitas continua qui eſt talis id cuius partes habent communē terminum ad quem copulantur eſt quantitas continua ſed ſuperficiei partes habent communem terminum ad quem copulantur qui communis terminus eſt linea ergo ſuperficies eſt quantitas continua.

Similiter autem & in corpore habeas ſumere communem terminum, lineam vel ſuperficiem, ad quam corporis partes copulantur.

In hac tertia parte textus Ariſt. probat Alio ſyllogiſmo ꝙ corpus eſt quantitas continua qui eſt talis in eo in quo ſunt partes quę habent vnum communem terminum ad quem copulantur eſt quantitas continua ſed in corpore ſunt partes quæ habent vnum communem terminum ad quem copulantur, qui terminus communis vocatur linea vel ſuperficies ergo corpus eſt quantitas continua patet igitur per tres ſyllogiſmos ꝙ linea ſuperficies & corpus ſunt quantitates conti-

Petitio nuæ. ¶ Dices omne nomen æquiuocum 1. cæli

cæli 1 10. iure primò eſt diſtinguendum. 4.
phy. 24. 3. met. 1. & poſtea determinandum.
1. poſt. 33. clarius. 1. elenchorum cap. 1. cum
linea ſit multiplex Alia recta Alia circula-
ris. 1. cæli 5. Alia curua vt æuclides in pri-
mo ſuo libro elemẽtorum cap. 1. Alia eſt quæ
dicitur linea helix vt inquit Zenarchus hac
igitur multiplici linea ſic ſtante de qua linea
Sol. loquitur hic Ariſt.? ¶ Dicas reſolutè de om-
ni linea legas igitur literam hoc pacto (li-
nea) ideſt omnis linea vniuerſaliter ſumpta
.ſ. recta circularis curua & helix eſt quanti-
tas continua & ſic patet quòd omnis linea eſt
Dub. quantitas continua. ¶ Dices quid eſt linea?
Sol. ¶ Reſpondet æuclides in primo libro ele-
mentorum cap. 1. à quo accipit Ar. 1. cæli
2. & 5. met. cap. 18. & dicit ꝙ linea eſt lon-
gitudo ſine latitudine cuius extremitates
ſunt duo puncta loquendo tamen de linea re-
ctà. ¶ Vel Dicas ꝙ linea recta eſt ab vnò pun-
ctò ad alium punctum breuiſsima diſtentio
Dub. 5 phy. 24. ¶ Dices quid eſt ſuperficies? ¶ Re-
Sol. ſpondet æuclides ibidem & Ar. 1. cæli. 2. 4.
& 5. met. 18 & dicit ꝙ ſuperficies eſt longi-
tudo cum latitudine cuius extrema ſunt duę
Dub. lineæ. ¶ Dices quid eſt corpus? ¶ Dicas ve-
Sol. rum Nota ꝙ corpus eſt multiplex tamen hic
ſumitur corpus pro trina dimenſione ſcili-
cet pro longitu ſine latitudine & profundi-
tate non autem accipitur hic corpus pro re
habente trinam dimenſionem quoniam vt
eſt res habens trinam dimenſionem non eſt
quantitas nec ponitur in prędicamẽto quan-
titatis ſed eſt ſubſtantia & reponitur in præ-
Dub. dicamento ſubſtantiæ. ¶ Dices quare tres
tantum ſunt ſpecies quantitatis continuæ, vt
Sol. linea ſuperficies & corpus. ¶ Dicas ꝙ nume-
rus quantitatum continuarum ſeu ſpecierum
quantitatis continuæ ſumitur à numero di-
menſionum. & quoniam dimenſiones vt in-
quit Ar. 1. cæli 2. & æuclides ſunt ſolum tres
ideò quantitates continuę ſunt tres ſicut lon-
gitudo vt dicit Ariſt. 5. met. 18. latitudo &
profunditas & 1. phy. 63. ¶ Dicas contrà
nam linea non eſt ſpecies diſtincta à ſuperfi-
cie & à corpore ergo non ſunt tres ſpecies
quantitatis & probatur quoniam vna ſpecies
non eſt de eſſentia alterius ſpeciei, nec vna
conſtituit alteram vt homo non eſt de eſſen-
tia bouis nec homo conſtituit bouem nec in-
cluditur in alia ſed linea includitur in ſuper-
ficie & in corpore quoniam linea conſtituit
ſuperficiem, ergo linea non eſt ſpecies diſtin-
cta à ſuperficie ergo latè ſequitur ꝙ non ſunt
Sol. tres quantitates continuæ. ¶ Dicas ꝙ vnam
ſpeciem conſtituere aliam, intelligitur du-
pliciter: vno modo formaliter Alio modo
materialiter tunc dicitur ꝙ linea licet non
conſtituat ſuperficiẽ formaliter tamen con-
ſtituit ſuperficiem materialiter quoniam li-
nea eſt materia ſuperficiei. ¶ Dices contrà Rep.
nam id quod conſtituit aliquod eſt forma il-
lius vt clariſsimè patet ſed linea conſtituit
ſuperficiem ergo linea eſt forma & non ma-
teria ſuperficiei. ¶ Dicitur ꝙ maior huius Sol.
rationis non eſt omnino vera quoniam non
ſemper valet dicere ꝙ id quod conſtituit ali-
quod eſt forma illius quoniam corpora ſunt
conſtituta ex elementis 2. de gen. & cor. tex.
46. & tamen elementa nõ ſunt forma ſed ſunt
materia corporum & ſic ruit dubitatio. ¶ Di- Dub.
ces ſi quantitates continuæ ſunt tres prædi-
ctæ ſcilicet linea ſuperficies & corpus quare
Ariſt. incepit à linea deueniendo ad ſuperfi-
ciem & à ſuperficie ad corpus? debebat enim
potius è contra incipere à corpore ad ſu-
perficiem & à ſuperficie ad lineam deſcen-
dere: quoniam compoſita ſunt notiora ſim-
plicibus 1. phy. 3. & 2. de anima 3. ¶ Dici- Sol.
tur ꝙ ordo eſt duplex Alius ſecundum natu-
ram Alius ſecundum nos tunc dicitur ꝙ Ar.
ſeruauit ordinem ſecundum naturam quo-
niam linea ſecundum naturam eſt prior ſu-
perficie & corpore 6. top. cap. 3. ¶ Dices Dub.
vnius rei vna eſt definitio 2. poſt. 20. Au. 3.
met. 3. Ariſt. 7. top. cap. 2. aſsignatur cauſa
quoniam vnius rei vna eſt forma vt ibidem
patet cum igitur continuum ſit vnum genus
1. cæli 2. quare Ar. de continuo tres & non
vnam aſsignauit definitiones vnam in hoc
textu. Aliam. 3. phy. 1. & 1. cæli 2. Aliam ve-
rò 5. met. 18. ¶ Dicas ꝙ definitio eſt triplex Sol.
Alia compoſitiua Alia reſolutiua Alia à po-
ſteriori tunc dicitur ꝙ vnius rei poſſunt eſſe
plures definitiones tamen in diuerſo genere
definitionis veluti aſſerit Ar. 1. de anima 16.
continuum verò habet plures definitiones
vnam quæ dicitur compoſitiua & eſt iſta
quam aſsignat hic Ar. quando dicit conti-
nuum eſt id cuius partes habent vnum com-
munem terminũ ad quem copulantur Aliam
reſolutiuam & eſt illa quã aſsignat 3. phy. 1.
quando dicit continuum eſt diuiſibile in in-
finitum Aliam verò à poſteriori & eſt illa
quam aſsignat 5. met. 18. quando dicit con-
tinuum eſt cuius motus eſt vnus patet igitur
quomodo de vna re poſſunt aſsignari plures
definitiones. ¶ Vel Dicas ꝙ continuum ha- Alia ſol.
bet duas definitiones vnam materialem quæ
traditur in 3. phy. 1. Aliam formalem quæ
traditur in hoc libro materiali vtitur natu-
ralis quoniam verſatur circa materiam for-
mali verò logicus quia verſatur circa for-
mam 1. de anima 16. ¶ Dices id quod eſt ſub-
ſtantia non eſt quantitas ſunt enim duo præ-
dicamenta diſtincta ſed corpus 3. met 3. eſt
ſubſtantia 3. cæli 1. 2. de anima 3. ergo cor-
pus non eſt quãtitas. ¶ Dicas ꝙ corpus con-
ſideratur dupliciter vno modo pro vt eſt ſu-
biectum trine dimenſioni: Alio modo prout
eſt

eſt trina dimenſio tunc dicitur, ꝙ corpus eſt ſubſtantia & non quantitas pro vt eſt ſubiectum trine dimenſioni ſed eſt quãtitas & ſpeciei quantitatis pro vt eſt trina dimenſio veluti expreſsè aſſerit Au. 4. phy. 63. ad mentem Auicennæ vbi inquit ꝙ trina dimenſio eſt corpus. ¶ Amplius inquit Ar. ꝙ punctus eſt terminus communis qui copulat partes lineæ contra nam 2. de gen. & cor. 53. inquit Ar. ꝙ formę eſt agere vnire copulare ſed punctus non eſt forma ſed eſt materia lineæ quoniam linea fit ex puctis 1. poſt. 30. An. ergo punctus non vnit nec copulat partes lineę & per conſequens partes lineæ non habent cõmunem terminum ad quem copulantur. ¶ Dicitur ꝙ punctus dupliciter conſideratur vno modo in potentia Alio modo in actu tunc dicitur, ꝙ ſi punctus conſideratur vt eſt in potentia ſic eſt forma lineæ quia terminat & copulat partes lineæ ſed ſi conſideratur punctus vt eſt in actu & in quantùm cauſat lineã & in ipſum punctum diuiditur linea ſic eſt materia lineę & non forma nec agens & ſcias ꝙ punctus non eſt vera materia lineæ nec linea eſt vera materia ſuperficiei, nec ſuperficies corporis ſed eſt veluti materia nam id quod eſt veluti tale non eſt verè tale vt igitur tota textus ſententia intelligatur ſic exponas (linea verò continua eſt) verò pro certè (linea) adde tu communiter ſumpta. q. d. omnis linea recta curua circularis quæ eſt diuiſibilis ſolum in longitudinem (eſt continua) adde tu eſt quantitas continua. ¶ Dices ſcire eſt per cauſam 1. poſt. 7. 11. 2. poſt. 48. 1. phy. 1. 2. phy. 27. 2. met. 4. & 8. met. 12. quam ob cauſam linea eſt quantitas continua? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (enim) pro quia (eſt ſumere communem terminum punctum ad quem partes eius copulantur) ideſt quia linea habet partes quæ habent terminum communem qui copulat & coniungit vnit illas partes qui terminus communis eſt punctus non in actu ſed in potentia qui punctus in potentia eſt terminus indiuiſibilis communis partium lineæ quia ſicut eſt terminus vnius partis lineę ſic etiam eſt terminus alterius partis & non magis vnius partis & minus alterius ſed communiter eſt terminus vtriuſque partis copulat enim & coniungit equaliter vnam cũ alia & aliam cum alia (& ſuperficiei lineam) & . q. d. non ſolum linea eſt quantitas ſed etiam ſuperficies quoniam partes ſuperficiei habent vnũ communem terminum ſcilicet (lineam) quæ linea vnit terminat & copulat partes ſuperficiei quę ſuperficies eſt diuiſibilis in longitudinem & latitudinem (ſimiliter autem) autem. q. d. non ſolum linea ſuperficies ſed etiã (corpus) ideſt trina dimenſio eſt quantitas continua quoniam habet partes quæ habent vnum communem terminũ qui eſt linea quæ copulat partes corporis vel habent vnum communem terminum qui vocatur ſuperficies quæ copulat partes corporis & Nota ꝙ dixit Ar. ꝙ quantitas continua habet communem terminum ad quem copulantur ad differentiã numeri & orationis quæ habent partes quæ non habent terminũ communem ad quem copulantur. ¶ Dices quare linea eſt diuiſibilis in longitudinem ſolum ſuperficies verò in longitudinem & latitudinẽ corpus in longitudinem latitudinem & profunditatem? ¶ Reſpondet Ariſt. 1. cæli 4. & dicit ꝙ ſicut iſte quantitates adepte ſunt dimenſiones ſic etiam diuiduntur. ſed linea adepta eſt ſolam longitudinem & ſuperficies adepta eſt longitudinem & latitudinem corpus verò longitudinem latitudinem & profunditatem ſic linea diuiditur in longitudinem ſolam ſuperficies in longitudinem & latitudinem corpus verò in longitudinem latitudinem & profunditatem quarum trium quantitatum corpus eſt quantitas perfectiſſima quia diuiditur in tres dimenſiones quoniam omne totum & perfectum 3. phy. 64. & 1. cæli 2. 3. 4. ſunt idem Aliæ verò ſcilicet linea ſuperficies ſunt quantitates imperfectæ. ¶ Dices contra nam Au. 4. phy. 71. ait ꝙ linea eſt diuiſibilis in infinitũ quod confirmat 3. phy. 60. ergo non ſolum in longitudinem eſt diuiſibilis. ¶ Reſpondet ibidem Auer. & dicit ꝙ linea cõſideratur dupliciter vno modo linea in quantum linea Alio modo vt eſt terreſtris aut ignea tunc dicitur ꝙ ſi linea conſideratur vt linea ſic eſt diuiſibilis in infinitum ſed ſi conſideratur vt eſt terreſtris vel vt eſt ignea ſic eſt diuiſibilis in vnum tantùm .ſ. in longitudinem.

Dub. *Sol.* *Dub.* *Sol.* *Dub.* *Sol.* *Rep.* *Sol.*

Eſt autem talium & tempus & locus: prę́ſens enim tempus copulatur ad præteritum & ad futurum.

Cum Ar. declarauit ꝙ linea ſuperficies & corpus ſunt quantitates continuæ nunc declarat ꝙ præter has tres numeratas continuas quantitates in earum numero poſſunt etiam numerari duæ aliæ ſcilicet tempus & locus cauſa intentionis eſt quoniam quantitates continue ſunt in duplici differentia quædam ſunt intrinſecæ & quædam ſunt extrinſecæ ad denotandum ꝙ præter intrinſecas dantur etiam quantitates continuæ extrinſecæ ideo vult declarare illas. ¶ Vel dicas vt græci aſſerunt ꝙ quantitates ſunt duæ Aliæ quæ ſunt continuæ ex ſe & per ſe Aliæ quę ſunt continuæ non ex ſe, ſed alias ob cauſas, & quoniam declarauit quantitates quæ

Alia expoſitio

ſunt

ſunt continuæ ex ſe ad denotandum ꝙ dantur etiã quantitates continuę non ex ſe ideo vult declarare illas. *Alia expoſitio.* ¶ Vel Dicas ꝙ Ar. ideo declarat ꝙ tempus eſt quãtitas vt pateat error eorum qui dicebant ꝙ tempus non eſt quantitas, ſed quale 4. phy. 96. *Dub.* ¶ Sed Dices quare Ariſt. prius tractauit de quantitatibus continuis ex ſe & intrinſecis, & poſtea de extrinſecis? *Sol.* ¶ Dicas quoniam mos eſt Ar. ab intrinſecis incipere vt patet 1. phy. vbi tractat de materia & forma quæ ſunt principia intrinſeca 1.phy.t.Au & poſtea in 2. libro de principijs extrinſecis .ſ. de efficiente & fine. Diuiditur iſte textus in tres partes in prima proprio nomine nominat quæ ſunt quantitates continuæ extrinſecę in ſecũda ibi (pręſens .n. tẽpus) probat ꝙ tẽpus dicit̃ quantitas cõtinua. in tertia ibi (Rurſus locus) declarat ꝙ locus eſt quãtitas continua quo igit̃ ad primũ Ar. facit hunc ſyllogiſmũ probantẽ ꝙ tẽpus eſt quantitas continua vt inferius dicemus. *Petitio.* ¶ Dices quæ ſunt & quo vocãtur quantitates extrinſecæ ſeu illę quę ſunt continuæ non ex ſe, ſed ob alias cauſas? *Reſp.* Rñdet & dicit ꝙ vna proprio nomine vocat̃ tempus Alia vero vocat̃ locus, quod tempus & locus (eſt) .i. numerat̃ (talium) .i. in numero taliũ .ſ. quantitatum continuarũ .i. numerant̃ inter quantitates continuas. *Petitio.* ¶ Dices quare tẽpus, & locus ſunt quantitates continuæ? *Reſp.* ¶ Reſpondet aſsignãdo cauſam quarè pirimò de tempore, deinde de loco & dicit (enim) pro quia (pręſens tempus) quod eſt vna pars temporis copulatur ad præteritũ quod eſt alia pars temporis, & ad futurum, quod eſt alia pars temporis ſic ſyllogizando id cuius, partes habẽt vnum communem terminum, ad quem copulantur eſt quantitas continua, ſed tempus habet partes quæ habent vnum communem terminum ad quẽ copulantur, ergo tempus eſt quantitas continua. *Alia expoſitio.* ¶ Vel poteſt dici ꝙ tempus eſt continuũ qm̃ continuat̃ per inſtans & diuidit̃ per inſtans. 4. phy. 105. *Alia expoſitio.* ¶ Vel Dicas ꝙ tempus eſt continuum continuitate motus. 4. phy. 132. *Dub.* ¶ Dices quis eſt ille terminus communis, qui copulat tempus præteritum cum futuro, & futurum cum præterito? *Sol.* ¶ Reſpondet Ar. 8. phy. 1 t. & dicit ꝙ tempus quod dicit̃, nunc, coniungit tempus præteritũ cum futuro, qm̃ tres ſunt differentiæ temporis ſcilicet præſens, pręteritũ, & futurum, quod præſens eſt medium inter præteritum & futurum, & copulat vnum cum alio, quoniam præſens quod ab Ar. dicitur nunc, eſt finis præteriti & principiũ futuri 8. phy. 1 t. 4. phy. 121. 125. quod declarat Ar. 4. phy. ſic dicens ipſum autẽ nunc eſt continuatio temporis, continuat .n. tempus præteritũ & futurũ. *Alia expoſitio.* ¶ Vel Dicas qm̃ tempus pſens quod dicit̃ nunc eſt compoſitũ ex præterito & futuro 6. phy. 24. *Petitio.* ¶ Dices hoc tempus quod dicit̃ nunc quod eſt principiũ & finis eſt ne principium & finis eiuſdem, vel diuerſorum? *Reſp.* ¶ Reſpondet Ar. ibidem & dicit quod non eſt principium & finis eiuſdem, ſed diuerſorum eſt .n. finis temporis præteris; & principium futuri. *Petitio.* ¶ Dices quare non eſt principium & finis reſpectu eiuſdẽ? *Reſp.* ¶ Reſpondet Ar. 4 phy. 125. & dicit ꝙ hoc eſt impoſsibile qm̃ ſimul & ſm̃ idem oppoſita eſſent. *Dub.* ¶ Dices ꝙ tempus non eſt quantitas nã quęlibet quantitas eſt ens & eſt aliquid vt corpus, linea ſuperficies, numerus, & oratio, ſed tempus non eſt ens & aliquid, ergo tempus non eſt quantitas minor probat̃ 1. phy. 35. id quod componitur ex infinitis eſt infinitum à ſimili id quod componitur ex non entibus & ex ijs quæ non ſunt non eſt quantitas, ſed tempus cõponitur ex non entibus, & ex ijs quæ nõ ſunt, ergo tẽpus non eſt quãtitas, minor probat̃ qm̃ tempus fit ex pręterito, & futuro, ſed tempus præteritum non eſt, ſed fuit modo id quod fuit & non eſt pro nihilo reputatur, & futurum ad huc non eſt, ergo tàm pręteritum quàm futurũ non eſt & tempus componitur ex futuro & pręterito ergo tempus non eſt. *Sol.* ¶ Reſpondetur ꝙ tẽpus præſens non componit̃ ex non entibus, ſed illud præteritum & illud futurũ ex quibus cõponitur eſt ens nam ad eſſe ſucceſsiui ſufficit aliquid illius eſſe videlicet in diuiſibile, quod eſt finis vnius & principium alterius, & quoniam inſtans præſens eſt quod terminat tempus præteritum, & initiat tempus futurum ergo quodlibet illorum temporum eſt neque propter hoc tempus eſt res permanens quia rei permanentis non repugnant omnes partes ſimul eſſe & omnia accidentia illius manere per tempus patet enim ꝙ non omnes partes temporis poſſunt eſſe ſimul neque omnia pręſentia poſſunt permanere per tempus quia inſtans non poteſt manere per tempus, ſed ſubito tranſit. *Dub.* ¶ Amplius inquit Ariſt. ꝙ tempus eſt quantitas continua contra nam numerus nõ eſt quantitas cõtinua ſed diſcreta quo ſtante Arguii ſic diſcretũ non eſt continuũ, ſed tempus eſt quãtitas diſcreta ergo tẽpus non eſt quãtitas cõtinua minor probat̃ qm̃ tẽpus eſt numerus. 4. phy. 105. 106. 108. 101. 102. 132. & 8. phy. 10. ſed numerus eſt quantitas diſcreta ergo tẽpus eſt quantitas diſcreta. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ nunc eſt duplex Aliud qui eſt quantitas cõtinua Aliud qui eſt quantitas diſcreta, tunc dicit̃ ꝙ ſi tempus eſt numerus non eſt numerus qui eſt quãtitas diſcreta ſed eſt numerus qui eſt quantitas continua. *Dub.* ¶ Amplius præteritum non eſt, ſed fuit, ergo præteritum non copulatur cum præſenti, ſimiliter futurum non eſt, ſed erit, ergo neq; futurum copulatur cum præſenti ſi .n. præteritum copularetur cum præſente, & futurum

copularetur cum præſente ergo præteritum
& futurum eſſent præſentia quod eſt falſum.
Sol. ¶ Soluitur vt ſupra in alia dubitatione.

Rurſus locus continuorum eſt: locum enim quemdam partes corporis obtinent, quæ ad communem terminum copulantur: ergo & loci partes, quæ obtinent ſingulas corporis partes, ad eundem communem terminum copulantur, ad quem & corporis partes, quapropter continuus erit & locus: ad vnum .n. communem terminum eius partes copulantur.

¶ Poſtquàm Ar. declarauit, ꝙ tẽpus eſt quãtitas continua, nunc declarat ꝙ locus etiam eſt quantitas continua. Diuiditur iſta pars textus in duas partes in prima parte ſupponit ꝙ locus eſt quãtitas tamquàm notũ in 2. ibi (locum .n.) probat ꝙ locus eſt continua quantitas quo ad primũ (Rurſus) .i. præter tẽpus, quod eſt quantitas continua, locus etiã eſt quantitas continua, qđ probatur ſic nam, id, eſt quantitas continua, qđ habet partes, quæ habent vnũ communẽ terminũ ad quem copulanť, ſed locus habet partes quæ habent vnum communem terminũ ad quem copulantur, ergo locus eſt quantitas continua, minor probatur qm̃ ſicut corpus dicitur quantitas continua quia habet partes, quę ad vnũ communem terminũ copulantur, ſic etiã locus dicitur quantitas cõtinua, quia habet partes quæ habent cõmunem terminum ad quẽ copulantur, & ſicut partes corporis ſunt continuæ ſic etiam partes loci quoniã partes corporis occupant ſingulas partes loci vnde ſicut corpus locatum in loco eſt quãtitas continua, ſic locus locans illud corpus locatum eſt quantitas continua, ſed quantum pertinet ad literam dicas hoc modo partes corporis locati copulantur ad vnum cõmunem terminum ergo partes loci copulantur ad vnum communem terminum, conſequentia probatur qm̃ ſingulis partibus corporis locati coreſpõdent ſingulę partes loci, ſed partes corporis continuanť & ſunt continuæ ergo & loci partes ſunt continuæ.
Dub. ¶ Dices quõ probať ꝙ locus eſt quãtitas?
Sol. ¶ Pro ſolutione Nota, ꝙ corpus habet tres dimenſiones, longitudinẽ, latitudinẽ, & profunditatẽ, 1. cęl. 3. & ideo eſt quãtitas, & qm̃ locus circa corpus conſideratur & eſt corporis locus ideo locus etiam habet tres dimenſiones, & per conſequens locus eſt quãtitas veluti corpus.
Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ ſuperficies eſt quãtitas, ſed locus eſt ſuperficies 4. phy. 41. ergo locus eſt quãtitas.
Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ locus eſt quãtitas, qm̃ eſt menſura locati, & menſurat locatum veluti cadus, vel phiala menſurat vinum, & ſextario menſurať oleum, & ſacco menſuratur farina.
Dub. ¶ Dices quõ probať ꝙ eſt quantitas cõtinua?
Reſp. ¶ Dicas vt dictũ eſt ſupra.
Alia ſol. ¶ Vel alio modo quia ſuperficies eſt quãtitas continua, & qm̃ locus eſt ſuperficies 4. phy. 41. ideo locus eſt quantitas continua iuxta regulã logicam in Antepręedicamentis cap. 3. quidquid p̃dicatur de p̃dicato prędicať de ſubiecto illius prędicati, ſed continuũ prędicať de ſuperficie. 1. cęl. 3. & ſuperficies p̃dicatur de loco, ergo cõtinuũ p̃dicatur de loco patet igiť ꝙ locus eſt quantitas continua, vnde fiat hęc ratio id qđ rontinet quãtitatẽ continuam eſt continuũ, ſed locus continet corpus, qđ eſt quantitas cõtinua ergo locus eſt quantitas continua, & ſic ob corporis continuitatẽ & rõne qua corpus eſt quãtitas cõtinua locus diciť quãtitas continua.
Dub. ¶ Sed Dubitať, nã inquit Ar. ꝙ partes corporis, & loci habent eundẽ terminum communẽ ad quẽ copulanť, hoc videť falſum qm̃ partes corporis copulanť ad ſuperficiẽ, partes verò loci non copulanť ad ſuperficiẽ, qm̃ locus eſt ſuperficies. 4. phy. 41.
Sol. ¶ Dicas ꝙ Ar. hic loquiť de loco ad mentẽ Antiquorũ, qui dicunt ꝙ locus eſt ſpaciũ habens tres dimenſiones longitudinẽ, latitudinẽ & profunditatẽ.
Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ Ar. hic loquiť ex marte proprio tñ eſt. ſciendũ ꝙ per 1y (eumdẽ) non intelligit eumdẽ ſm̃ rem ſed ſm̃ proportionẽ & adequationẽ.
Dub. ¶ Sed dices cũ locus ſit multiplex .ſ. dexter, ſiniſter, deorſum, ſurſum, ante, & retro, & medius, & inter iſta loca teſte Ar. 3. phy. 54. 2. cęl. 9. 4. phy. 5. 8. phy. 64. vellẽ ſcire datur ne nobilitas in loco?
Sol. ¶ Rñdet Ar. & Au. 2. cęl. 74. & dicunt ꝙ locus ſuperior eſt diuinior loco inferiori cauſa eſt qm̃ locus ſuperior eſt forma 4. cęl. 35. & eſt perfectio. 4. cęl. 34. & qm̃ forma 1. phy. 81. & 2. de gen. an. cap. 1. eſt diuina, ideo cum locus ſuperior ſit forma ſequiť ꝙ eſt diuinus nobilis & perfectus.
Dub. ¶ Dices ſi inter ſuperius, & inferius dať mediũ qđ iſtorũ eſt nobilius?
Sol. ¶ Rñdet Ar. in 3. de par. an. cap. 4. & dicit, ꝙ locus medius eſt nobilior, qm̃ quã natura vult ſituare aliquod locatũ nobile in aliquo loco nobili ſituat & collocat illud in medio, ſicut fecit de corde qđ eſt membrũ nobiliſsimũ ſituauit ipſum in medio.
Dub. ¶ Dices deſter locus eſt nobilior ſiniſtro, vel ſiniſter dextro?
Sol. ¶ Reſpondet Ar. 2. cęl. 8. & dicit, ꝙ id qđ eſt dextrũ eſt nobilius ſinixtro qm̃ motꝰ localis eſt nobilior 8. phy. 75. inter oẽs motus q motꝰ localis incipit à parte dextra, qm̃ pars dextra eſt nobilior ſiniſtra qm̃ animal qñ moueť ſemper incipit mouere partem dextrã.
Dub. ¶ Dicęs contra, nã inquit Ar.

3. de par. an. cap. 4. ꝙ natura ſemper ſolet conſtituere rem nobiliorẽ in locis nobilioribus, & quia cor eſt membrum nobiliſsimum inter omnia membra noſtri corporis quare natura potius ipſum collocauit in parte ſiniſtra quàm in parte dextra vt latè patet in anathomia ergo pars ſiniſtra eſt nobilior parte dextra ex quo fiat ratio, illa pars loci eſt nobilior in qua reſidet locatum nobilius, ſed in parte ſiniſtra reſidet cor, quod eſt nobilius, & non in parte dextra ergo pars ſiniſtra eſt nobilior dextra.

Sol. ¶ Dicitur quòd cor habet duas partes habet cuſpidem, & habet baſim, quæ pars baſis appellata eſt nobilior cuſpide, tunc dicitur ꝙ licet cor ſecundum cuſpidem magis reſpiciat latus ſinixtrum, ſeu partem ſinixtram, tamen ſecundum baſim quę eſt nobilior pars cordis reſpicit partem dextram, & ſic natura ſituauit ipſum in parte dextra.

Dub. ¶ Dices quare natura non ſituauit cor totaliter in latere dextro?

Sol. ¶ Dicas ne propter nimiam caliditatem ipſius cordis ad talem partem prouenientem concurrente etiam caliditate æpatis in eadẽ parte dextra exiſtẽtis deſtrueret operationes.

Tex. 31. Amplius autem, Alia quidem conſtant ex partibus quæ in eis ſunt, poſitionẽ habentibus ad ſe inuicem, Alia autem ex non habentibus poſitionem vt lineæ quidem partes poſitionem habent ad ſe inuicem ſingule namq; earum ſitę ſunt alicubi, & habeas vnde diſtinctè ſumas, & aſsignes vbi ſingulæ ſitæ ſint in plano, & ad quam partem reliquarum copulantur ſimiliter autem & partes plani poſitionem habent aliquam. ſimiliter namq; aſsignaretur vnaquæq; vbi iacet & quę copulantur ad ſe inuicẽ ſed & ſolidi partes ſimiliter, & loci,

Cum Ar. docuiſſet primam quantitatis diuiſionẽ quæ eſt formalis, quæ fuit hæc. ſ. quanti aliud eſt continuum Aliud verò diſcretum in hoc textu facit ſecundam diuiſionem, quæ eſt materialis, quæ eſt hæc, ſcilicet quantitatis, Alia conſtat ex partibus, quæ in eis ſunt poſitionem habentibus, Alia verò quæ conſtat ex partibus, non habentibus poſitionem ſeu vt dicũt latini repetit in hoc textu ſecundam diuiſionẽ Diuiditur iſte textus in tres partes in prima rememorat ſeu repetit ſecũdam diuiſionem quantitatis in ſecnuda ibi (vt lineæ) declarat membra diuiſionis. ſ. quę ſunt quãtitates quę conſtant ex partibus habentibus poſitionẽ, & in textu futuro declarat ſm membrum diuiſionis. ſ. quæ ſunt quantitates quæ conſtant ex partibus non habentibus poſitionem, & primo probat ꝙ linea ſuperficies, corpus, & locus ſunt quantitates conſtantes ex partibus poſitionem habentibus in tertia parte (ſimiliter & partes plani) probat ꝙ non ſolum linea ſed etiam planũ, corpus & locus, ſunt quantitates quę conſtant ex partibus habẽtibus poſitionem quo igitur ad primum repetendo ſecundam quantitatis diuiſionẽ ſic dicit (Amplius autem) q. d. ſed præter dicta ſunt declaranda alia quanta quæ ſunt hæc, ſcilicet quæ conſtant ex partibus habentibus poſitionem ad inuicem Alia autem ex non habentibus poſitionem.

¶ Dices quæ ſunt illa quanta quæ conſtant ex partibus habentibus poſitionem, & quomodo cognoſcũtur, & quę ſunt illa quanta quę conſtant ex partibus non habentibus poſitionem, & quõ cognoſcuntur? Petitio.

¶ Rñdet Ar. & dicit ꝙ quãtitates quæ conſtant ex partibus habentibus poſitionẽ ſunt iſte videlicet, linea, ſuperficies, corpus, & locus, quę cognoſcunt hac via. ſ. ille ſunt quantitates conſtãtes ex partibus poſitionẽ habentibus, quæ habent tres conditiones quarũ ſi vna defecerit nõ erit talis quantitas quarũ conditionũ, prima eſt vt talia quãtitas habeat partes quę partes habeant ſitũ Secũda cõditio eſt vt ſingule partes permanentiã habeant Tertia cõditio eſt vt habeant continuitatẽ ſed addaſ minor. ſ. lineę corporis, ſuperficiei, & loci partes habent iſtas tres cõditiones ergo linea, ſuperficies, corpus, & locus, ſunt quantitates, quæ cõſtant ex partibus poſitionem habentibus. Resp.

¶ Dices declara mihi primã conditionẽ quõ intelligitur qñ partes habent ſitum, & qñ habent continuationẽ, & qñ habent permanentiã. Petitio.

¶ Dicas ꝙ tunc partes habent ſitũ qñ habent ordinẽ inter ſe. ſ. prioris & poſterioris ſic ꝙ vna pars ſit extra aliã, & in illo loco in quo eſt vna, in illo loco nõ eſt alia vt patet de ſitu, & ordine elementorũ, nã in medio eſt terra & circa medium. i. ſupra mediũ eſt aqua, & ſupra aquã eſt aer, & ſupra aerẽ eſt ignis, & ſic elementa ſunt ſituata & ordinata. 1. met. cap. 4. & 4. phy. 46. ſimiliter de ſitu & ordine ſenſuũ qui ſunt ſituati, & ordinati à natura hoc modo primò. n. viſus, ſub viſu auditus, ſub auditu odoratus, ſub odoratu guſtus, & vt facilius intelligãt curioſi quõ partes habent ſitũ, & ordinem, reſpiciant quęſo noſtrũ corpus, in quo adſunt partes ſcilicet capud, oculi, nares, lingua, collum, brachia manus, tibie, pedes, omnes iſte partes ſunt ordinate & ſunt ſituate in ſuis ꝓprijs locis & digito mõſtrari põt, primo vna, deinde alia, & vbi eſt Resp.

vna non eſt alia, & poteſt diſtincte cognoſci vna, ab alia quia omnes partes ſunt poſite ſituate & à natura deſignate in diuerſis locis, & vna eſt extra aliã Alia enim eſt ante, Alia retro, Alia ſurſum, Alia deorſum, quod Ar. clare aſſerit 1. de par. an. cap. 1. dum inquit ſic, quapropter membra non ſine ordine oriuntur ſed primum hoc deinde illud atque in hunc modum omnia quæ natura conſtant diſponuntur ex quibus à nobis declaratis Nota, ꝙ materia & forma, quæ ſunt in compoſito non habent poſitionem quia non habent ſitum in illo, non enim materia eſt extra formam neque forma eſt extra materiam & non in vno loco eſt materia, & non eſt forma, ſed vbi eſt materia ibi etiam eſt forma, & ſic cum ipſa ſint duo non ſunt in duobus locis diſtinctis, ſed in vno tantum loco, & ſic non habent poſitionem, ſimiliter formę elementorum non habent poſitionem in mixto, quia ſe inuicem penetrant ſine ordine, ſed manent ibi confuſe, & vbi eſt vna forma elementi, ibi eſt alia forma elementi quia confunduntur in mixto quoniam elementa, quæ ſunt in mixto refranguntur in mixto, cum habeant eſſe refractum ita vt vnum non ſit diſtinctum ab alio, vt inquit Ar. 3. cæli 67.

Dub. ¶ Sed ſi elementa & elementorum formę in mixto ſunt confuſa & refracta & habent eſſe refractum & confuſum quomodo dictum eſt ſupra ꝙ elementa habent ſitum & ordinem ſcilicet ꝙ vnum eſt ſituatum in vno loco & aliud in alio? *Sol.* ¶ Dicas ꝙ aliud eſt loqui de elementis vt ſunt in mixto, & aliud eſt loqui de elementis, vt ſunt in proprijs ſuis locis, tunc dicitur ꝙ verum eſt ꝙ quando elementa & eorum formæ ſunt in mixto tunc ſunt in eſſe confuſo, & vnum non eſt diſtinctum ab alio, nec vnum eſt in vno loco, & aliud in alio loco, ſed quando ſunt in proprijs locis omnia ſunt ſituata, & ordinata, & diſtincta, vnum ſeorſum ab alio declarata igitur prima cõditione ſcilicet quomodo intelligitur quòd partes habent poſitionem Inuicem & ſitum & quando non habent ſitum. *Petitio.* ¶ Dices quomodo intelligitur ſecunda conditio ſcilicet ꝙ partes habentes poſitionem ad inuicem debent habere permanentiam? *Resp.* ¶ Dicas ꝙ tunc partes habent permanentiam quando ſimul permanent idest quando eſt vna etiam eſt alia & non quando eſt vna alia non eſt. v. g. partes corporis animati quarum vna eſt deperdita & alia eſt acquiſita per nutritionem & iſte partes licet habeant ordinem quia non omnes permanent ſimul ideo non dicuntur partes habentes poſitionem ad inuicem quia iam eſt prius corrupta vna & poſterius altera generata, ſimiliter partes ignis que fluunt & refluunt non habent poſitionem inuicem Alio exemplo declarari poteſt nam corpus habet duo brachia quæ ſunt partes corporis & duos pedes ſi omnes iſte partes ſunt & permanẽt in corpore tunc iſte partes dicuntur habere poſitioné, ſed ſi vna eſt vt vnus pes, vel vnum brachium, & alter pes vel alterum brachium non eſt, tunc iſte partes dicuntur partes quæ non habent poſitionem inuicem quoniam vna pars permanet reliqua verò non permanet ſed ſi omnes iſte partes permanent dicuntur partes habentes poſitionem inuicem. *Petitio.* ¶ Dices quomodo intelligitur tertia conditio ſcilicet quòd partes habentes poſitionem inuicem debent habere continuitatem? *Resp.* ¶ Debes ſcire ꝙ poſitio non inuenitur niſi in quantitate continua. v. g. partes corporis ſunt continuæ ſunt inuicem coniunctę, & copulatę ſignum eſt euidentiſsimum quoniam quando mouetur vna pars corporis mouetur totum corpus hinc nota ꝙ homines qui ſunt partes exercitus, aut lapides qui ſunt partes cumuli non habent poſitionem inuicem quoniam nõ inuicem copulantur non obſtante ꝙ habeant ſitum & permanentiam. *Dub.* ¶ Dices ſi vna iſtarum conditionum defecerit dicũtur ne partes habentes poſitionem? *Resp.* ¶ Dicas ꝙ ſi vna defecerit nullo modo dicuntur partes poſitionem habentes, ſed omnes tres ſunt neceſſariæ quod probatur hac ratione ille & tot conditiones requiruntur ad partes habentes poſitionem inuicem quarum vna remota & deſtructa remouentur & deſtruuntur partes habentes poſitionem inuicem, ſed deſtructis omnibus his tribus conditionibus vel vna ipſarum deſtruuntur & remouentur partes habentes poſitionem inuicem ergo omnes iſte tres conditiones ſunt neceſſariæ ex qua ratione habeas ꝙ ſi ſunt alique partes, quæ habent ſitum, & non habent permanentiam non dicuntur partes habentes poſitionem inuicem & ſi habent ſitum & permanentiam & non habent continuitatem non dicuntur partes habentes poſitionem inuicem ſed ſi habent ſitum permanentiam & continuitatem ſic dicuntur partes habentes poſitionem inuicem quibus igitur declaratis lege literam hoc modo (Amplius) ideſt præter primam diuiſionem quantitatis quæ fuit hæc ſcilicet Alia eſt continua Alia verò diſcreta de nouo eſt alia diuiſio quantitatis dicta in principio huius capituli ſed iterum nunc repetitur & eſt talis ſcilicet quantitatis Alia conſtat ex partibus poſitionem habentibus ideſt quæ habent ſitum ſunt ſituatæ poſitæ & ordinate in ſuis diſtinctis & proprijs locis vna prius & alia poſterius Alia ſurſum Alia deorſum vel vna ante Alia retro vna in parte dextra & alia in parte ſiniſtra & ſunt ſimul coniunctæ vnite & copulatæ & omnes permanent & non vna eſt alia non eſt.

Petitio. eſt. ¶ Dices da mihi exemplum de illa quantitate quæ conſtat ex partibus habentibus *Reſp.* poſitionem inuicem. ¶ Reſpondet Ar. & dicit vt (lineæ quidem partes) quidem pro certe. q. d. Ar. linea cuius lineæ partes habent *Petitio.* poſitionem inuicem. ¶ Dices quomodo par- *Reſp.* tes lineæ habent poſitionem? ¶ Reſpondet Ar. & dicit ꝙ (ſingule lineæ partes ſite ſunt alicubi) ideſt ſunt poſite ſituate & ordinate alicubi ideſt in ſuo proprio loco (& habeas vnde diſtincte ſumas) ideſt ſunt in ſuo loco diſtincto & ſunt ad inuicem diſtincte vna ſeorſum ab alia & ad quam partem reliquarum copulantur) ideſt quæ partes non ſolum ſunt ſite in ſuis proprijs & diſtinctis locis ſed etiam ille partes ſunt copulate con- *Petitio.* iuncte & ſimul vnite. ¶ Dices ſola linea eſt quantitas quæ conſtat ex partibus habenti- *Reſp.* bus poſitionem? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (ſimiliter autem) q. d. ſed non ſolum linea eſt huiuſmodi ſed etiam ſimiliter ideſt ſimili modo ſicut linea conſtat ex partibus habentibus poſitionem ſic etiam partes plani ideſt ſuperficiei poſitionem aliquam habent ſimiliter namque aſsignaretur vnaquęque adde tu pars vbi iacet ideſt in proprio loco vbi manet & quæ copulantur ad ſe inuicem) ideſt ſunt partes copulatæ coniunctæ & ſimul vni- *Petitio.* tæ. ¶ Dices præter lineam & ſuperficiem datur ne alia quantitas quæ conſtat ex parti- *Reſp.* bus poſitionem habentibus? ¶ Reſpondet & dicit (ſimiliter ideſt ſimili modo quo linea & ſuperficies habent partes quæ habent poſitionem (partes ſolidi) ideſt corporis & loci habent poſitionem ex quibus patet ꝙ quatuor ſunt quantitates habentes partes quæ habent poſitionem inuicem .ſ. linea ſuperfi- *Dub.* cies corpus & locus. ¶ Sed Dices ꝙ hæc ſecunda diuiſio de quãtitate eſt ſuperflua quoniam loquendo de quantitate continua loquitur de quantitate quæ conſtat ex partibus poſitionem habentibus nam quantitas continua eſt linea ſuperficies corpus locus & ipſa met linea ſuperficies corpus & locus ſunt quantitates quæ conſtant ex partibus habẽtibus poſitionem ſimiliter loquendo de quantitate diſcreta loquitur de quantitate quæ conſtat ex partibus non habentibus poſitionem quoniam vtraque eſt numerus & *Sol.* oratio. ¶ Dicitur ꝙ eſt vna ſubiecto differt tamen ratione. ¶ Vel dicas ꝙ hæc ſecunda diuiſio reducitur ad primam quoniam omnis diuiſio vel eſt bimembris vel eſt reducibilis ad bimembrem.

Tex. 32. In numero autem non poſsit quiſquam oſtendere quemadmodum partes eius poſitionem aliquam habent ad ſe inuicem, aut vbi iacent aut quæ partes ad ſe inuicem connectuntur.

Declaratis quantitatibus quæ conſtant ex partibus habentibus poſitionem nunc declarat quæ ſunt quantitates quæ conſtant ex partibus non habentibus poſitionem cauſa intentionis eſt vt cognoſcatur differentia inter iſtas quantitates Diuiditur iſte textus in quatuor partes in prima Ariſt. probat ꝙ numerus eſt quantitas quæ conſtat ex partibus non habentibus poſitionem in ſecunda ibi (ſed neque ea quæ temporis ſunt) idem probat de tempore in tertia ibi (ſed oratio) idem probat de oratione in quarta ibi (igitur alia) concludit aſsignatam diuiſionem de quantitate quo ad primum eſt ſciendum ꝙ dictum eſt ſupra ꝙ Ariſt. hic intendit declarare quæ ſunt quantitates quæ conſtant ex partibus non habentibus poſitionem & dicit ꝙ ſunt tres ſcilicet numerus tempus & oratio quod probat hac ratione ille ſunt quantitates quæ conſtent ex partibus non habentibus poſitionem quæ non habent ſitum ideſt cuius partes non poſſunt aſsignari vbi ſitę ſint aut poſite nec habent continuitatem nec permanentiam ſed numerus tempus & oratio ſunt quantitates quæ conſtant ex partibus quæ non habent ſitum nec cõtinuitatem nec permanentiam ergo numerus oratio & tempus ſunt quantitates quæ conſtant ex partibus non habentibus poſitionem minor declaratur in principio huius textus ex qua probatione ſumas textus expoſitionem quando dicit Ar. (in numero) q. d. illa eſt quantitas conſtans ex partibus non habentibus poſitionem cuius partes non habent ſitum nec ſunt ſimul connexe & continue (autem) pro ſed (in numero) adde tu numerato (quiſque non poteſt oſtendere) .i. nullus homo poteſt oſtendere & monſtrare digito (quemadmodum) ideſt quo modo partes eius ſcilicet) numeri habent aliquam poſitionem (aut) ideſt vbi in quo loco iacent in quo loco ſunt ideſt non habent ſitum (aut) ideſt nec (partes ad inuicem connectuntur) ideſt eius partes non ſunt continue nec vnite & connexe quia numerus eſt quantitas diſcreta ſequitur ergo ex dictis ꝙ numerus eſt quantitas conſtans ex partibus non habentibus, poſitionem quia numero deficiunt duæ conditiones earum quæ requiruntur ad illam quantitatem quæ conſtat ex partibus habentibus poſitionem.

Neque ex quæ temporis ſunt, nihil enim permanent partes temporis, quod autem non eſt permanens, quomodo poſitionem aliquam habebit? ſed magis ordinem quemdam dices habere; eò q aliud quidem prius ſit temporis, aliud verò poſterius. Sed & in numero ſimiliter: eò quòd prius numeratur vnus quàm duo, & duo quàm tria, & ſic habebunt aliquem ordinem: poſitionem verò non omnino accipies.

Poſtquàm Ar. in prima parte huius textus probauit q numerus eſt quantitas quæ conſtat ex partibus non habentibus poſitionem in hac ſecunda parte vult probare q non ſolum numerus ſed tempus etiam eſt quantitas quæ conſtat ex partibus quę non habent poſitionem & vtitur tali ratione ſumendo majorem deforis dicens illa eſt quantitas quæ conſtat ex partibus non habentibus poſitionem cuius partes non permanent, ſed ſemper fluunt, & prætereunt minor in textu (neque) pro ſed (ex) adde tu partes temporis (nihil) ideſt nullam habent permanentiam, & nullo modo permanent infert concluſionem & dicit (quod autem non eſt permanens quomodo poſitionem aliquam habebit) q. d. ergo tempus eſt quantitas quæ conſtat ex partibus poſitionem non habentibus ſed potius dicitur quantitas ſucceſsiua quod Ar. confirmat 4. phy. 89. cum inquit temporis nihil eſt in actu niſi inſtans ideſt pręſens quoniam præteritum fuit non eſt, futurum non eſt, ſed erit & quoniam tempus tranſit, & fluit, & temporis nihil eſt accipere præter nunc. 8. phy. 11. & licet ſit longum tamen videtur breue vt inquit Au. 4 phy. 97. dū inquit (dormientibus, & opus delectabile facientibus tempus breue videtur è contrario laborantibus.) *Dub.* ¶ Dices ſi partes temporis non habent permanentiam quid habebunt? *Rep.* ¶ Reſpondet Ar. & dicit (ſed magis ordinē quemdam dices habere.) q. d. ſi tu fueris interogatus ſi partes temporis non habent poſitionem quid habebunt (Dices) ideſt reſpondebis q partes temporis magis) ideſt potius habet quemdam ordinem quàm poſitionem. *Petitio.* ¶ Dices & quid ſibi vult ordo? ¶ *Reſp.* Reſpondet & dicit (eò quòd aliud prius ſit vt temporis *Petitio.* Aliud verò poſterius ideſt futurum. ¶ Dices partes numeri ſi non habent permanentiam *Reſp.* quid habebunt? ¶ Reſpondet & dicit (ſed & in numero ſimiliter) ideſt ſicut diximus de tempore ſic dicimus de numero nam ſicut partes temporis habent ordinem & non habent poſitionem (ſimiliter) ideſt ſimili modo partes numeri habent ordinem & non poſitionem. ¶ Dices quis eſt iſte ordo quem ha- *Petitio.* bent partes numeri? ¶ Reſpondet & dicit *Reſp.* (eò q prius numeratur vnus quàm duo, & duo quàm tria & ſic habebunt aliquem ordinem. (&) ideſt ſed poſitionem non omnino accipies ideſt nullo modo tu poteris accipere poſitionem in partibus numeri, ſed hic Nota q aliqui non faciunt differentiam inter ordinem, & poſitionem, ſed dicunt q ſunt idem quod eſt falſum nam in modio tritici ſunt acini qui habent poſitionem & nullum habent ordinē ſimiliter in ficu & in malo punico ordo enim eſt inter prius & poſterius & eſt in reſpectu primi poſiti aut intellecti vt inquit Au. in com. ¶ Dices quid ſibi vult po- *Petitio.* ſitio? ſciendum q regula eſt Ar. 1. cæli 110. q nomen æquiuocum prius eſt diſtinguendum deinde eſt determinandum cum igitur poſitio ſit multiplex merito prius venit diſtinguenda deinde determinanda dicitur .n. poſitio quatuor modis Prima poſitio eſt ordo abſolute ſumptus partium in toto & hæc poſitio eſt differentia quātitatis importans tres conditiones ſcilicet vt partes habeant ſitum, continuitatem, & permanentiam ſecunda poſitio eſt ordo partium inuicem ſecundum diuerſas virtutes, facientes diuerſa genera motuum quæ poſitio eſt ſpecies prædicamenti relationis diuiſa in ſex differentias quæ ſunt ſurſum & deorſum deſtrum & ſiniſtrum ante & retro Tertia poſitio eſt ordo partium in loco importās certam diſpoſitionem corporis per reſpectum ad differentiam loci exemplum ſeſsio importat quandam varietatem partium hominis in coxis & tibijs & cum hoc ſurſum & deorſum in loco ita q caput ſit ſurſum & pedes deorſum in loco ſtatio autem importat rectitudinem partium hominis vna cum ſimilibus poſitionibus ſi enim eſſent duo homines recti quorum vnus haberet caput in aere & pedes in terra, & è contra autem alius haberet caput in terra, & pedes in aere iſte poſitiones eſſent diuerſe quàmuis cætere diſpoſitiones eſſent ſimiles quia licet cuiuslibet illorum caput eſſet ſurſum, & pedes deorſum per cōparationem ad hominem vt inquit Ariſt. 8. phy. tamen per reſpectum ad locum vnius caput eſſet ſurſum, & pedes deorſum alterius verò caput eſſet deorſum, & pedes ſurſum. Quarta poſitio eſt ordo totius in loco differt autē ab alia poſitione quia ſedens aut ſtans continuæ eſt in alio loco vbi continuę variat ſuperficiem continentem, ac etiam diſtantiam ad centrum mundi tamen continue eſt ſub eadem poſitione quæ eſt ordo partium

in loco quia continue manet eadem diſpoſitio corporis, & caput ſemper eſt ſurſum per reſpectũ ad cęlũ & pedes continue ſunt deorſum per reſpectum ad terram poſitio ergo totius in loco pertinet ad prædicamentum vbi & poſitio partiũ in loco pertinet ad prędicamentum ſitus quando ergo dicitur ꝙ poſitio eſt differentia quantitatis non intelligitur de poſitione quæ eſt ordo totius in loco neque de illa quæ eſt ordo partium in loco neque de illa quæ eſt ordo partium diuerſarum virtutum in motu ſed de illa quæ eſt ſimplex & abſoluta ordinatio partium in toto concernens illas tres conditiones quæ ſupra fuerunt aſsignatæ.

Sed & oratio ſimiliter. nulla enim remanet partium. ſed dictum eſt ſimul, & non eſt amplius aſſumere. quapropter non erit nulla poſitio partium eius: ſi quidem nihil permanet.

Cum probaſſet ꝙ numerus & tempus non ſunt quantitates conſtantes ex partibus habentibus poſitionem in hac parte textus declarat ꝙ nec oratio eſt quantitas conſtans ex partibus habentibus poſitionem & dicit (ſed & oratio ſimiliter) idest ſimili ratione qua probatum eſt ſupra quòd tempus non eſt quantitas conſtans ex partibus habentibus poſitionem (ſed &) ideſt ſic etiam adde tu nunc probatur ꝙ oratio non eſt quantitas conſtans ex partibus poſitionem habẽtibus & probatur ſic (nulla enim remanet partium) q. d. Ar. illa eſt quantitas conſtans ex partibus poſitionem habentibus cuius partes remanent permanent & non tranſeunt nec prætereunt (quemadmodum enim) enim pro ſed nulla partium orationis permanet ſed fluit tranſit euaneſcit ſtatim ꝙ dicta eſt (quapropter) infert concluſionem (non erit poſitio partium eius ſi quidem nihil permanet) ideſt ſequitur hęc concluſio ſcilicet ergo oratio non eſt quantitas conſtans ex partibus poſitionem habentibus quoniam partes eius nihil permanent licet in partibus orationis reperiatur ordo ſecundum prius & poſterius quia in ipſis non eſt cõtinuatio neque permanentia ideo nõ eſt quantitas conſtans ex partibus poſitionem habentibus.

ettitio. ¶ Dices quomodo intelligitur ꝙ partes orationis non permanent. Resp. ¶ Dicas quoniam partes orationis ſucceſsiue proferuntur & ſtatim ꝙ ſunt dictę ſubito prætereunt. v. g. hæc oratio homo eſt animal ly homo ſtatim ꝙ profertur tranſit & non permanet quia eſt vox quę dicitur ſed non eſt res enim eſt & poſtea ſuccedit alia pars ideſt prædicatum quod etiam eſt vox quæ cum fuerit prolata etiam tranſit & non permanet loquẽdo tantum de oratione quæ eſt in voce & ideo Ar. dicit hæc verba ſed dictum eſt non poteſt amplius aſſumere. q. d. quando vna pars orationis ideſt ſubiectum eſt dicta non poteſt amplius ſumi. v. g. Franciſcus qui eſt mortuus non poteſt amplius ſumi ideſt renaſci vt inquit Ar. 2. de gen. & cor. vltimo ſic quando vna pars orationis eſt prolata illa met numero non poteſt amplius dici nec proferri & ideo partes orationis non permanent ſed ſi iterum profertur pars orationis tamen non illa met numero ſed illa met in ſpęcie dicitur iuxta illud Ar. quod eſt ſemel corruptum non poteſt illud idem numero redire bene idem in ſpęcie 2. de gen. & cor. 70. hinc Nota ꝙ oratio eſt quantitas diſtincta à numero quoniam numerus cauſatur per replicationem vnitatum oratio autem cauſatur ordinatione ſyllabarum & dictionum abſque replicatione.

Igitur Alia ex habentibus poſitionem conſtant Alia ex non habentibus poſitionem.

Cum Ar. longa oratione declarauit quantitates ex partibus poſitionem habentibus & quę conſtant ex partibus poſitionẽ non habentibus in hac vltima textus parte ſub verborũ breuitate concludit ępilogando quę dixit dicens ſic (igitur) nota cõcluſionis (Alia) ideſt quanta ſunt quæ conſtant ex partibus habentibus poſitionẽ vt linea adde tu ſuperficies corpus & locus Alia verò quæ cõſtant ex partibus non habentibus poſitionem vt tempus numerus & oratio quæ non poſitionem ſed potius ordinem habent.

Propriè autem quanta hæc dicuntur ſola quæ dicta ſunt. Tex. 33.

Poſtquàm Ar. numerauit ſeptem ſpecies quantitatis quinq; continuas lineam ſuperficiem corpus tempus & locum & duas diſcretas numerum & orationẽ nunc Reſpondet tacitę obyectioni nam dicet aliquis hæc quanta prænominata & ita ſubtiliter declarata ſunt quanta propriæ, & per ſe an per aliud improprie, & per accidens cauſa intentionis eſt ne credat quis ꝙ omnia quanta dicuntur proprie quanta vel omnia quanta dicuntur per accidens quanta Diuiditur iſte textus in quatuor partes, in prima Ariſt. Reſpondens

ſpondens tacitæ obyectioni determinat quæ ſunt prorię quanta in ſecunda ibi (Alia) determinat ꝙ omnia alia quanta præter hæc non dicuntur quanta propriæ ſed impropriè & per accidens in tertia nominat proprio nominę & exemplo declarat quæ ſunt quanta per accidens in quarta ibi (quare he ſolæ infert concluſionem omnium dictorum quo ad primum inquit Ar. ꝙ proprie ideſt per ſe & ex ſua natura dicitur quanta illa ſola quę dicta ſunt ideſt quæ ſunt ſupra nominata & determinata vt linea ſuperficies corpus locus & tempus numerus & oratio Alia vero ab his ſi dicuntur quanta non per ſe proprię ſed per aliud & per accidens.

Alia verò omnia ſecundum accidens ad hæc enim aſpicientes & Alia dicimus quanta vt multum dicitur album : eò quòd ſuperficies multi ſit & actio longa eò ꝙ tempus multum ſit & motus multus.

Cum declaraſſet quæ ſunt propriè, & per ſe quanta in hac ſecunda parte textus declarat quæ ſunt quanta per accidens & proprio nomine nominat quæ ſunt quanta per accidens Diuiditur hæc ſecunda pars textus in duas partes in prima facit vnam propoſitionem excludendo quæ non ſunt quanta propriè ditta in ſecunda ibi (ad hæc) inductione probat & proprio nomine nominat & numerat illa quo ad primum (Alia vero omnia) verò pro certe (omnia)adde tu quæ non ſunt illa ſupra nominata ſed ſunt alia ideſt diuerſa & ſpecie diſtincta ab illis (dicuntur) ideſt appellantur quanta ſecundū accidens quod valida quidem ratione probatur ſic omne illud quod non eſt propriè & per ſe tale eſt impropriè & per accidens tale 1. poſt. 32. ſed multa ſunt quanta quæ non ſunt quanta pro-

Petitio. priè & per ſe ergo omnia illa ſunt quanta per accidens. ¶ Dices quæ ſunt quanta

Reſp. per accidens & quomodo cognoſcuntur ? ¶ Reſpondet Ariſt. & dicit (aſpicientes ad hæc) ideſt nos cognoſcentes (hæc) .i. quan-

Petitio. ta per ipſa poſſumus cognoſcere quæ ſunt quanta per accidens. ¶ Dices quomodo valet hoc ꝙ per illa quæ ſunt quanta per ſe cognoſcimus illa quę ſunt quanta per acci-

Reſp. dens. ¶ Dicas ꝙ ſicut per album cognoſcimus nigrū & per calidum cognoſcimus frigidum & vnum contrarium cognoſcitur per aliud contrarium. 2. de anima 65. 3. de anima 21. ſic id quod eſt quantum per accidens cognoſcitur per id quod eſt quantum per ſe quoniam quæ ſunt per ſe ſunt contraria his quæ ſunt per accidens vt inquit Au. in æpir. log. cap. de dem.

Petitio. ¶ Dices quæ ſunt iſta quanta per accidens.

Reſp. ¶ Reſpondet Ar. & dicit (vt) ideſt v.g. (multum dicitur album) ideſt album quod eſt qualitas & non quantitas dicimus ꝙ eſt multum ideſt quantum & aſsignat cauſam & dicit (eò ꝙ) ideſt quia (ſuperficies) adde tu in qua eſt album (multa eſt) ideſt eſt quanta per ſe & ſic album dicitur quantitas per aliud & per accidens ſcilicet propter ſuperficiem quæ eſt quantitas per ſe. ¶ Dices datur ne aliud quantum per accidens? ¶ Reſpondet Ar. & dicit ꝙ præter dictum datur aliud quod proprio nomine vocatur (actio): & dat cauſam dicens (eo ꝙ) ideſt quia (tempus multum ſit) ideſt quia menſuratur per tempus, quod eſt quantum per ſe, (& motus multus) q. d. Ariſt. non ſolum album & actio dicuntur quanta per accidens ſed etiam motus quoniam multo tempore aliquis currit & mouetur. Dices quomodo probatur ꝙ hęc dicuntur quanta per accidens ratio eſt talis, nam 5. phy. 1. id quod eſt tale per aliud eſt tale per accidens, ſed album eſt quantum propter ſuperficiem quia eſt in ſuperficie quæ eſt quātitas per ſe, & actio dicitur quanta quia menſuratur tempore, quod eſt quantum per ſe, & motus dicitur quantitas quia etiam menſuratur tempore ergo hæc nominata & omnia alia quæ per aliud ſunt quanta, & ratione alterius ſunt quanta per accidens, veluti ægritudo eſt quanta per accidens, quoniam multo tempore eſt in corpore animalis.

Neque enim horum ſingulum per ſe quantum dicitur, vt ſi quis aſſignet quanta actio eſt, tempore definiet annuam, vel ſic aliquo modo aſsignans. & album quantum quid ſit aſsignans, ſuperficie definiet: quanta enim fuerit ſuperficies, tantum album eſſe diceret.

Cum Ar. declaraſſet quæ ſunt quanta per accidens impropriè, & non per ſe dicta, veluti ſunt hæc album, actio, & motus in hac parte textus probat ratione & exemplo ꝙ nullum iſtorum dicitur quantum per ſe, ſed ſolum per accidens, & dicit (nequè enim horum ſingulum per ſe quantum dicitur) ideſt nullum horum adde tu prædictorum, neque actio, neque album, neque motus dicitur quantum per ſe, & cauſa eſt (vt) pro quia (ſi

quis

quis aſsignet) ideſt interogabit (quanta actio eſt tempore definiet) ideſt reſpondebit per tempus, & ſic cum actio per ſe, & abſolute ſumpta non ſit quantitas, ſed in tantum eſt quantitas in quantum menſuratur tempore, quod tempus eſt quantitas per ſe, ſequitur ꝙ actio eſt quantitas per aliud, & per accidens, vt ſi quis dixerit quanta eſt iſta actio ideſt quantum eſt ſtudium medicinæ, *Rep.* ſtatim dices actio medicinæ eſt longa vt inquit Hippocrates primo aphoriſmo ũ primo dum inquit Ars longa vita breuis, vel dicitur febris multa, quia per multum tempus fuit, producta. Dices propter quid eſt longa? Dicitur quia eſt annua ideſt quia requiritur vnus annus (vel aliquo modo ſic aſsignans) ſcilicet vel menſalis ideſt vnus menſis, vel quia eſt diurna, ideſt vnus dies (aut ſecundum aliquam talem denominationem importantem tempus vt ſi erit aliqua actio quæ durat per vnam horam, aut per vnum diem, aut per vnam ſeptimanam, illa actio menſuratur per tantum tempus per quantum durat, iuxta illud Ariſt. 4. phy. 109. vbi inquit tempus habet tria propria, non eſt velox neque tardum, ſecundum eſt ꝙ poteſt dici multum & paucum. Tertium eſt quoniam eſt longum & breue quod eſt proprium quantitatis continuæ, ſi etiam quærit quanta eſt hæc albedo, dicitur ꝙ eſt pedalis, & propter quid eſt pedalis dicitur quia eius ſuperficies eſt pedalis. ¶ Dices quomodo *Petitio.* ſequitur hæc conſequentia ſcilicet ſuperficies eſt pedalis, ergo albedo quæ eſt in ſuperficie eſt pedalis? Reſpondet Ariſt. & dicit (enim.) pro quia (quanta enim fuerit ſuperficies ſemper tantam albedinem eſſe dices.) ¶ Dices quare Ar. hic non interrogauit de motu ſicut interogauit de albedine & de actione? ¶ Dicitur quoniam dicendo de actione dixit de motu quoniam tàm actio quàm motus menſuratur tempore. ¶ Vel Dicas quod non nominauit motum ſeruando ſolitum breuitatis morem.

Resp. *Petitio.* *Resp.* *Alia reſponſio.*

Quare ſola propriè ſecundum ſe ipſa dicuntur quanta, quæ dicta ſunt: aliorum verò nihil per ſe, ſed ſi fortè per accidens.

Cum Ar. notificaſſet quæ ſunt quanta propriè & per ſe; & quæ ſunt quanta per aliud, per accidens, dicens illa eſſe quanta per ſe & propriè quæ non ſunt quanta per aliud, & in alio; ſed linea, ſuperficies, tempus, & locus, per ſe ſumpta, & non comparata ad aliud, & per aliud, & non in alio, ſunt quanta, ergo corpus, ſuperficies, linea, tempus, & locus, ſunt quanta propriè, & per ſe; illa verò ſunt quanta per accidens quæ ſunt quanta per aliud, ſed actio albũ & motus ſunt quanta per aliud, vt albedo eſt quanta per ſuperficiem, actio & motns ſuur quanta per tempus, ergo hæc ſunt quanta per accidens, iuxta illud. 5 phy. 1. illud quod eſt tale per aliud, eſt tale per accidens, in hac vltima parte textus Ariſt. ex dictis infert conclu-cluſionem ſimul quæ dixit æpilogando & dicit (quarè) non vt dicit continuationem, nec illationem ſed vt dicit concluſionem, quaſi dicat ergo ſequitur ex dictis ꝙ ſola quæ dicta ſunt ideſt quæ nominata & determinata ſunt & non alia dicuntur ideſt appellantur quanta propriæ & per ſe ſcilicet linea ſuperficies corpus tempus & locus (verò) pro ſed (nihil aliorum) ideſt nullum aliud quod eſt præter iſta quod ſi eſt quantitas non eſt quantitas per ſe, ſed potius dicitur & appellantur quale, ſed ſi eſt quantitas non niſi ſecundum quid, & per accidens ratione quantorum prius nominatorum ſcilicet ratione lineæ, ſuperficiei, corporis, loci, & temporis. ¶ Dices nulla ſcientia, neque nulla ars, neque actiuá, neque factiua, neq; ſpeculatiua conſiderat de his quæ ſunt per accidens. 6. met. 4. 11. met. cap. proprio & 5. phy. 6. ergo logica non debet cõſiderare de his quæ ſunt quãta per accidens; aſsignat cauſam Ar. ibidem dicens, non. n. qui facit domum facit ſimul quæ accidunt domui factæ infinita nãque ſunt ibidẽ Au. & dicit de non ente ſcientia non conſiderat. 1. poſt. 10 2. poſt 32. ſed id quod eſt per accidens videtur propé id quod non eſt, cũ raro accidat. quod confirmat Au. 2. phy 53. dum inquit id quod eſt per acidens eſt in minori parte, & quod eſt in minori parte exiſtimat non eſſe, quod alia ratione confirmari poteſt, nam ſcientia eſt eorũ quæ ſunt ſemper, & quæ ſunt neceſſaria. 6. ethi. cap 4. ſed id quod eſt per accidens, non eſt ſemper, nec eſt neceſſarium & poteſt non eſſe. 8 phy. 36. ergo ſcientia non eſt de eo quod eſt per accidens, eoque magis quoniam id quod eſt per accidens eſt cauſa deceptionis. 8. phy. 27. 1. poſt. 179. 1. de gen. animalium cap. 1. & id quod eſt cauſa deceptionis non eſt cauſa veritatis, & ſcientiæ; propter hæc igit̃ ſcientia non conſiderat de eo quod eſt per accidens. ¶ Reſpondetur ꝙ conſiderare de his quæ ſunt per ſe, & de his quæ ſunt per accidens intelligitur dupliciter, vno modo per ſe & de intento, Alio modo ſecundum quid, & ob melius, ad bene eſſe, ne cognitio ipſorum impediat cognitionem per ſe intentorum, tunc dicitur ꝙ ſi logica tractat de his quæ ſunt per accidens, non de intento, & per ſe, ſed ad bene eſſe ſecundum melius. ¶ Vel Dicas ꝙ ea quæ ſunt per accidens nõ conſiderant̃ ab arte, quo ad vſum, ſed quo ad fugam,

Dub. *Sol.* *Alia ſol.*

veluti medicus conſiderat de medicina be-
nigna caſsia manna ad vſum cõſiderat etiam
de venenis non quidem ad vſum ſed ad fu-
gam, ſimiliter Nauta conſiderat mare ſecu-
rum, ad vſum; & periculoſum, ad fugam,
vt euitet illud, ne nauis ſubmergatur in illo,
& ſic intelligitur Ariſt. 4. met. 4. quando di-
cit vuius eſt oppoſita ſpeculari, & 1. priorum
cap. 1. contrariorum eadem eſt doctrina, &
quoniam illa quæ ſunt per ſe, & propriè, ſunt
oppoſita his quæ ſunt per accidens, 4. quæ-
ſito poſt. ideo Ariſt. de vtriuſque conſiderat
Dub. differenti tamen modo, vt dictum. ¶ Amplius
Dices contra ea quę dicta ſunt nam dictũ eſt
ſupra ꝙ tempus eſt quantitas per ſe, proba-
tur totum oppoſitum, nã id quod eſt tale per
accidens, non eſt tale per ſe. 1. poſt. 32. & è
contra ſed tẽpus eſt quantitas per accidens.
5. met. 18. ergo tẽpus non eſt quantitas per ſe
Sol. ¶ Dicit ꝙ tempus eſſe quantum per accidens,
intelligitur duobus modis vno modo forma-
liter, Alio modo effectiuè tunc dicitur ꝙ tem
pus eſt quantitas per accidens, non formali-
Alia ſol. ter, ſed effectiuè. ¶ Vel Dicas ꝙ quãtitas per
ſe eſt duplex vt inquit Au. in æpit. met. cap.
de accidẽte 5. met. 18. Alia eſt per ſe primò,
vt magnitudo menſura, numerus, Alia verò
eſt quantitas per ſe. non primò, ſed ratione
alterius, vt eſt tempus, & motus, quoniam
tempus eſt quantitas ratione motus, & mo-
tus eſt quantitas ratione magnitudinis, tunc
dicitur quòd tempus, & motus ſunt quanti-
tates per ſe, vt diſtinguuntur contra per ac-
cidens, ſed dicuntur quanta per accidens
vt diſtinguuntur contra primum, ¶ Sed Di-
Dub. ces contra nam 1. poſt. 36. idem eſt per ſe,
& primum, ſed tempus eſt quantitas per ſe,
ergo tempus eſt quantitas primò, & per ſe; &
non per ſe ſolum, immo inquit Au. 5. phy. 3. ꝙ
primũ eſt ſynonimum cum eo quod eſt per ſe;
ſed tempus per ſe quantũ, ergo tẽpus primò
Sol. eſt quantũ. ¶ Dicitur ꝙ ly per ſe ſumitur du-
pliciter, vno modo per ſe, propriè, Alio mo-
do per ſe cõmuniter, tunc dicit ꝙ tempus di-
citur quantum per ſe, non propriè ſed per ſe
communiter, quod per ſe cõmuniter dictum,
Replica. non eſt primũ. ¶ Dices contra, nam eo modo
tempus eſt quantum per ſe, quo modo omnia
quæ dicta ſunt ſupra ſunt quanta per ſe? ſed
quæ dicta ſunt ſupra ſunt quãta per ſe primò,
& ſm̃ ſe ipſa, vt inquit Ar. in fine huius textus,
ergo tẽpus eſt quantum per ſe, & proprie, hęc
rҽplica eſt adeò difficilis, quam in ſolubilem
reputem ſoluant igitur illam ſubtiles, quibus
Dub. concedatur venia per centũ annos, ¶ Am-
plius videtur ꝙ tẽpus non eſt quantitas, nec
per ſe cõmuniter, nec per ſe proprie, nam nul-
la quantitas componitur ex non entibus, ſed
tempus componit ex non entibus, ergo tem-
pus non eſt quantitas; maior eſt vera, minor
probatur, qm̃ tempus præſens componit ex
præterito & futuro. 6. phy. 24. quorũ vtrumq;
eſt non ens, qm̃ pręteritũ fuit, & non eſt, futu-
rũ adhuc nõ eſt, ſed erit. 4. phy. 89. vbi inquit
tẽporis nihil eſt in actu, niſi inſtans, ergo tẽ-
pus non eſt qnãtitas, nec per ſe abſolute, nec
per ſe propriè. ¶ Dicitur ꝙ quantitas eſt du- *Sol.*
plex Alia permanens, Alia ſucceſsiua, tũc di
citur ꝙ quantitas permanens non componit
ex non entibus, ſed quantitas ſucceſsiua, ve-
luti eſt tẽpus quod componit ex non entibus
& ſic intelligit Ar. 4. phy. 46. qñ dicit tempus
eſt quantũ, & non quale. ¶ Sed Dices quid eſt *Petitio*
ſucceſsiuum? ¶ Dicas ꝙ ſucceſsiuũ eſt illud *Reſp.*
cuius vna pars eſt præterita: & alia eſt futu-
ra. v, g. iſte annus, cuius pars præterijt, &
alia pars ſubſequitur. ¶ Sed Dices Ar. vide- *Dub.*
tur hic diminutus, aut in 5 met. 18. ſuper-
fluus, nam hic nominat tempus inter quan-
titates, & non nominat motum, ibi verò no-
minat tempus & motum, dicens quòd tem-
pus eſt quantitas, & motus eſt quantitas.
¶ Dicitur ꝙ Ar. nec eſt ſuperfluus, nec dimi- *Sol.*
nutus, ibi enim tractat de tempore & motu,
vt oſtendat quomodo ſunt quantitates per
accidens, hic autem ponit tempus inter ſpe-
cies quantitatis, non autem motum, quia
tempus formalius importat quantitatem,
quàm motus cum ſit eius menſura, motus
autem eſt actus imperfectus, 3. phy. 6. 16. 8.
phy. 40. 2. de anima 57. 11. met. cap. de mo-
tu, ſeu forma in fluxu. 3. phy. 5. 15. 23. & ideo
ponitur ibidem in eodem genere cum rebus
ad quas eſt motus. ¶ Vel Dicas ꝙ Ariſt. in *Alia ſol.*
Prædicamentis nominat ſolum ſpecies quan
titatis quæ ſunt famoſe vt inquit Auer. 5.
met. 18.

Amplius, quanto nihil eſt contra- *Tex. 3*
rium. in definitis enim manifeſtum
eſt, ꝙ nihil eſt contrarium: vt bicubi-
to vel tricubito, vel ſuperficiei, vel
alicui talium. nihil enim illis eſt con-
trarium.

Declaratis quantitatibus nempe quanti-
tate continua, diſcreta, & ea quæ conſtat ex
partibus habentibus poſitionẽ, & non haben-
tibus poſitionem, & ea quæ eſt proprie, per
ſe, & quæ eſt improprie, & per accidens, nũc
incipit veſtigare proprietates ipſius quanti-
tatis cauſa intentionis eſt, qm̃ declarato ſu-
biecto debẽt declarari proprietates illius ſu-
biecti, q̃ proprietates numero ſunt tres, qua-
rũ Prima eſt ꝙ quantitas non habet contra-
rium 2. eſt ꝙ quantitas non ſuſcipit magis &
minus 3. eſt ꝙ quantitas dicit æqualis, & non
æqualis,

æqualis, in hoc textu Ar. ponit primam proprietatem .ſ. ꝙ quantitas non habet contrarium, & declarat quæ ſunt illæ quantitates quę non habent contrarium, & exemplo manifeſtat illas. Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima ponit ꝙ quantitas non habet contrarium, in ſecunda ibi (indefinitis) declarat quæ ſunt & quomodo nominantur illæ quantitates quę non habent contrarium in tertia ibi (bicubito vel tricubito) exemplo manifeſtat, & proprio nomine nominat illas, quo ad primum, inquit, Ar. (Amplius) ideſt de nouo præter dicta dicimus, ꝙ (quanto nihil eſt contrarium) ideſt nullum quantum eſt contrarium alteri quanto.

Petitio. ¶ Dices quomodo cognoſcitur ꝙ vnum quantum non eſt contrariũ alteri quanto?

Reſp. ¶ Dicas verum Nota ex Ar. 1. phy. 82. 2. cæli. 19. 8. phy. 64. ꝙ contraria habent hanc lagem ꝙ vnum corrumpit deſtruit fugit pellit & expellit alterum. v. g. amarum deſtruit, corrumpit dulce, modo vna quantitas. v. g. bicubitum non eſt contrarium tricubito, nec è contra quia vnum non deſtruit nec corrumpit reliquum, immo bicubitum auget tricubitũ, & ſine bicubito non poteſt eſſe tricubitũ, ex quo clarè ſequitur, ꝙ cum bicubitum ſit quantitas & tricubitũ ſit quantitas, & vnũ non deſtruit reliquum, ꝙ vnum non eſt cõtrarium alteri, & per conſequens vna quantitas non eſt contraria alteri quantitati.

Dub. ¶ Dices, o, Ar. cum quantitates ſint plures quarum vna dicitur definita certa limitata & determinata, Alia incerta indefinita, indeterminata, vellem ſcire quæ eſt illa quantitas quæ non habet contrarium?

Sol. ¶ Reſpondet Ar. in ſecunda parte textus & dicit (in quãtitatibus definitis) certis & determinatis verum eſt ꝙ vna non eſt contraria alteri, vna enim quantitas definita & certa non eſt contraria alteri quantitati, definitæ & certæ.

Petitio. ¶ Sed Dices quæ nam ſunt iſtæ quantitates certæ definitę & determinatę quæ non habent contrarium?

Reſp. ¶ Reſpondet Ariſt. & dicit ꝙ vna ipſarum vocatur bicubitum. Alia verò tricubitum.

Petitio. ¶ Dices præter hæc ſunt ne aliæ quantitates certę & definitæ quæ non habent contrarium?

Reſp. ¶ Reſpondet Ar. & dicit vt ſuperficies cui ſuperficiei non eſt contraria alia ſuperficies (nec alicui talium) q. d. Ariſt. nec nulla talis ideſt definita certa & determinata quãtitas eſt contraria alicui quantitati certæ & definitæ. v. g. hæc quantitas decem non eſt contraria ad quinque nec viginti, ad triginta, nec centum ad mille nec vna linea alteri lineæ; nec corpus corpori; nec numerus numero, nec oratio orationi, & per conſequens nulla quantitas habet aliam contrariam quantitatem.

Dub. ¶ Contra dicta dubitatur, nam linea eſt quantitas definita, & tamen habet contrarium, vt linea curua eſt contraria lineæ rectæ.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ linea conſideratur duobus modis vno modo linea vt linea & vt quãtitas eſt & ſic non habet cõtrarium Alio modo vt eſt talis .ſ. recta, vel curua, & ſic linea talis. i. in quantum eſt curua eſt contraria lineę rectæ, quæ rectitudo & curuitas ſunt ad inuicem contrariæ, & ſic per aliud & per accidens quantitas definita eſt contraria quantitati definitæ. 5. phſi. 44.

Dub. ¶ Amplius ſuperficies eſt contraria alteri ſuperficiei, quæ ſuperficies eſt quantitas definita.

Sol. ¶ Dicas ꝙ ſuperficies non eſt contraria alteri ſuperficiei per ſe, ſed per accidens, in quantùm vna eſt alba, & alia eſt nigra, & ſic per albedinem & nigredinem ſunt contrariæ.

Dub. ¶ Amplius corpus eſt quantitas definita & tamen corpus eſt contrarium alteri corpori vt coruus & cignus.

Sol. ¶ Dicitur quòd corpus vt corpus non eſt contrarium corpori, vt quantitas eſt ſed vt tale corpus, ſcilicet vel vt eſt ſanum vel agrum & ſic per accidens ſcilicet per ægritudinem & ſanitatem, per album & nigrum, calidum frigidum humidum & ſiccum corpus eſt contrarium corpori.

Dub. ¶ Amplius tempus eſt quantitas definita, & tamen tempus eſt contrarium tempori, ergo quantitas definita eſt contraria alteri quantitati definitæ.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ tempus vt tempus & vt quantitas eſt non habet contrariũ, vt dies eſt cõtrarias nocti, non vt dies & nox eſt, ſed in quantum eſt aer illuſtratus, & nox eſt aer ob tenebratus, & ſic hæc duo tempora ſunt contraria.

Dub. ¶ Amplius oratio eſt quãtitas definita, & tamen vna oratio eſt contraria alteri orationi, vt homo eſt animal eſt contraria huic homo non eſt animal.

Sol. ¶ Dicitur quòd oratio conſideratur duobus modis vno modo vt oratio eſt & vt quantitas Alio modo vt eſt vera vel falſa, tunc dicitur quòd oratio vt oratio & vt quantitas eſt non habet contrarium, ſed ſi conſideratur vt eſt talis ſcilicet vera vel falſa ſic vna eſt contraria alteri, vt oratio vera eſt contraria orationi falſæ.

Dub. ¶ Præterea omnis motus, 8. phy. 16. eſt de contrario in contrarium, ſed in quantitate, 3. phy. 4. & 5. phy. 4. 52. eſt motus augmentationis, & diminutionis, ergo in quantitate eſt contrarietas.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ quantitas dupliciter conſideratur vno modo ſecundum ſuum eſſe phyſicum & naturale, Alio modo ſimpliciter ſub rationæ menſuræ, tunc dicitur ꝙ ſub ratione menſuræ & in quantum menſura in quantitate, non eſt contrarietas, & hoc modo in logica conſideratur.

Dub. ¶ Amplius vbi eſt maxima diſtantia ibi eſt maxima controrietas, vt patet in hoc capitulo & 10. met. 13. 24. ſed vna quantitas magis diſtat ab alia, ergo vna quantitas eſt con-

trar ia alteri quantitati, minor eſt vera quoniam vna quantitas eſt maior & alia minor. Sol. ¶ Dicitur ꝙ contrarietas eſt duplex Alia priuatiuè, Alia poſitiuè, tunc dicitur ꝙ in quantitate propter diſtantiam eſt contrarietas priuatiuè, non poſitiuè. Dub. ¶ Amplius in omni genere eſt contrarietas. 1. phy. 50. 56. 10. met. 13. & 24. ſed quantitas eſt genus vt patet in Antepredicamentis cap. vltimo, ergo in quantitate eſt contrarietas. Sol. ¶ Soluitur hæc dubitatio illa ſolutione qua ſoluta eſt præcedens. Dub. ¶ Amplius illud eſt proprium quod competit omni, ſoli, & ſemper teſte Porph. cap. de proprio ſed non habere contrarium non competit ſoli quãtitati, ſed competit etiam ſubſtantiæ, vt patet in cap. de ſubſtantia & 1. phy. 52. ergo non eſt proprium quantitati non habere contrarium. Sol. ¶ Dicitur ꝙ proprium eſt duplex Aliud in quarto modo Aliud in ſecundo modo, tunc dicitur ꝙ non habere cõtrarium non eſt proprium quantitati in quarto modo, ſed ſecundo modo, & ſic non ſoli quantitati ſed etiam ſubſtantiæ competit non habere contrarium per ſe ſed per accidens nõ eſt inconueniens 1. de gen. & cor. 46. remanet igitur firma concluſio ꝙ quantitas ſecundum ſe & proprie & nudè ſumpta, ſimpliciter & abſolutè, non habet contrarium, ſed vt eſt induta aliquo & eſt coniuncta naturalibus formis, & quo ad ſuas diſpoſitiones habet contrarium.

Tex. 35. Niſi quis fortè dicat multum pauco eſſe contrarium, vel magnum paruo.

Poſtquàm Ar. de quantitate primam veſtigaſſet proprietatem, ſcilicet ꝙ quantitas non habet contrarium, in hoc textu contradicta dubitat probando ꝙ quantitas habet contrarium, cauſa intentionis eſt, quoniam officium ſermonis veri & demonſtratiui eſt non ſolum veritatem dicere ſed dubitationes circa illam contingentes ſoluere. 1. phy. 71. & 4. phy. 31. Au. Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima facit dubitationem in ſecundo ibi (horum autem nihil) ſoluit dubitationem in tertia ibi (nihil) probat ſolutionem datam eſſe veram quo ad primum inquit (niſi) ideſt ſi quis (forte) ideſt dubitabit dicens (multum pauco eſſe contrarium, vel magnum paruo) ſed multum. 5. met. 15. & paucum eſt quantum, & magnum & paruum eſt quantum, ergo magnum eſt contrarium paruo. 1. de gen. & cor. 46. 4. met. 1 ergo quantum eſt contrarium quanto. hæc eſt dubitatio. Dub. ¶ Dices ꝙ Ar. dubitando auget dubitationem quoniam multum idem eſt ꝙ magnum, & paruum idem eſt ꝙ paucum, ergo ſufficiebat dicere vnum iſtorum, vel magnum ſolum eſt contrarium paruo, vel multum eſt contrarium pauco. Sol. ¶ Dicitur negando ꝙ multum & magnum ſunt idem, nam valde differũt quoniam magnum & paruum appropriantur quantitati continuæ multum verò & paucum quantitati diſcretæ. 5. met. 18. Au. & 2. colliget. cap. de complexionibus membrorũ officialium, & ſic quantũ quantitas diſcreta differt à quãtitate continua tantum multum à magno, & paucum à paruo.

Horum autem nihil eſt quantum, ſed magis eorum quæ ſunt ad aliquid.

Cum Ariſt. mouiſſet dubitationem quòd quantum eſt contrarium quanto, in hac parte ſecunda textus ſoluit dubitationem, cauſa intentionis eſt quoniam ſolutio dubitationis eſt inuentio veritatis. 7. ethicorum cap. 4. ſed pro ſolutionis intelligentia oportet repetere dubitationem quæ fuit talis, multum eſt quantũ, & paucum eſt quantum, ſed multum eſt contrarium pauco & magnum eſt quantum & paruum eſt quãtum, & magnum eſt contrarium paruo, ergo quantum eſt contrarium quanto, ſoluit dubitationem Ariſt. negando ꝙ magnum & paruum multum, & paucum ſunt quanta, & ſi non ſunt quanta ſequitur ꝙ quantum non habet contrarium, & dicit (horum autem nihil eſt quantum) autem pro ſed (nihil) ideſt nullum (horum) ſcilicet prædictorum ſcilicet neque multum neque paucum nec magnum nec paruum eſt quantum, & cum nullum iſtorum ſit quantum ſequitur ꝙ quantum non habet contrarium; quod verè aſſerit ipſemet Ar. 10. met. 19. dum inquit magnum non eſt contrarium paruo. Petitio. ¶ Dices ſi multum & paucum, magnum & paruum non ſunt quanta, & non ponuntur in prædicamento quantitatis quidnam ſunt, in quo prædicamento ponuntur. Resp. ¶ Reſpondet Ar. & dicit (ſed magis eorum quæ ſunt ad aliquid) ideſt non ſunt quanta ſed ſunt relatiua.

Nihil enim ipſum per ſe ipſum magnum vel paruum dicitur: ſed eò ꝙ ad alterum refertur, vt mons quidem paruus dicitur, milium verò magnum: eò quòd hoc ijs quæ ſunt ſui generis maius ſit, illud verò ijs quæ ſunt ſui generis minus: ergo

ad

ad alterum eſt eorum relatio. nam ſi per ſe ipſum magnum vel paruum diceretur, numquam mons quidem aliquando paruus, milium verò magnum diceretur Rurſus in vico quidem plures homines eſſe dicemus, Athænis verò paucos, cum ſint illis multo plures. & in domo quidem multos, in theatro paucos, cum ſint plures.

In hac tertia parte textus Ar. probat ꝙ magnum & paruum, multum & paucum non ſunt quanta, ſed ſunt relatiua; quod probat hoc modo (nihil enim per ſe ipſum) ideſt nullum (per ſe) ideſt abſolutè ſumptum (magnum vel paruum dicitur ſed eò quod ad alterum refertur) ideſt ſed reſpectu alterius & in quantũ comparatur ad alterum (vt) ideſt v.g.(mons quidem paruus dicitur) q.d. mons diui Martini abſolute ſumptus non comparando ipſum ad alium montem nec dicitur paruus nec dicitur magnus ſed comparatus ad montem veſuuij ſic dicitur paruus, ſimiliter mons veſuuij abſolute ſumptus & non facta collatione ad alterum non dicitur magnus, nec paruus, ſed quando comparatur ad montem diui Martini, tunc dicitur magnus & ſic antequam fiat comparatio inter vnum & alterum neuter dicitur magnus & paruus; ſed facta comparatione tunc alter dicitur magnus, & alter dicitur paruus; aſſignat aliud exemplum & dicit (milium verò magnum eò quod iis quæ ſunt ſui generis maius ſit) q. d. Ar. accipiatur milium ideſt granum milij, & accipiatur (aliquid ex iis quæ ſunt ſui generis ideſt aliud granum ſynapis, vel granum pauaueris vel magis ad propoſitum granum panici vtrumque enim dicitur granum ſed granum milij abſolutè, ſumptum & per ſe non dicitur magnum, nec paruum, ſimiliter granum panici, vel papaueris, ſed ſi granum milij ponatur prope granum papaueris ſtatim granum milij reſpectu grani panici vel papaueris dicitur magnum, illud verò paruum, patet igitur per hæc duo exempla ꝙ eorum eſt relatio & ſingulum eorum eſt ad alterum. ¶ Dices ſi non fieret hęc comparatio vnius ad alterum & ſi abſolutè ſumerentur, dicerentur ne relatiua? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (nam ſi per ſe ipſum magnum vel paruum diceretur numquàm mons aliquando quidem paruus milium verò magnum) q. d. Ar. ſi non fieret hæc comparatio vnius ad alterum numquàm milium diceretur magnum. mons verò paruus.. ¶ *Alia reſponſio.* Vel Dicas ꝙ ſemper milium diceretur magnum, & numquàm paruum ſed videmus ꝙ aliquando dicitur magnum & aliquãdo dicitur paruum reſpectu diuerſorum, nam reſpectu grani papaueris dicitur magnum, & reſpectu ordei dicitur paruum, ideò neceſſe eſt vt dicatur magnum & paruum vt fiat hæc comparatio. ¶ *Petitio.* Dices iam habeo per duo exempla quomodo dicitur magnum & paruum, vellem ſcire quomodo multum & paucum non ſunt quanta ſed potius ſunt relatiua? ¶ *Reſp.* Reſpondet Ar. & dicit (Rurſus) dictio denotans aliquid noui, q. d. poſt exempla data de magno & paruo, oportet dare exempla de multo & pauco, per quæ erit manifeſtum ꝙ ſicut magnum & paruum non ſunt quanta, ſed potius ſunt relatiua ſic etiam multũ & paucum non ſunt quanta. ſed ſunt relatiua. ¶ *Petitio.* Dices quæ ſunt hæc exempla? ¶ *Reſp.* Reſpondet Ar. & dicit (in vico quidem ſunt homines, Athenis & ſunt homines, tamen illi homines qui ſunt in vico & Athenis abſolutè ſumpti & non facta comparatione ad inuicem non dicuntur plures, ſeu multi, nec dicuntur pauci ſed ſi comparantur ad inuicem Alij dicuntur multi, Alij verò dicuntur pauci, nam illi homines qui ſunt in vico ſunt mille, illi verò qui ſunt athenis ſunt centum, modo facta comparatione inter mille & centum cui dubium eſt ꝙ mille dicuntur plures, & multi, centum verò dicuntur pauci, & minores? (ſimiliter in domo ſunt homines, in theatro etiam ſunt homines, ecce aliud exemplum ſi abſolutè ſumuntur nec multi nec pauci dicuntur, ſed facta cõparatione multo plures ſunt illi qui ſunt in theatro pauciores verò. qui ſunt in domo, quæ omnia hac ratione clauduntur illa quæ ſunt ad aliquid non ſunt quanta ſed magnum & paruum multum & paucum vt probatum eſt ſunt ad aliquid ergo non ſunt quanta. ¶ Amplius id cuius nomen non ſignificat quantum ſed ad aliud & relatiuum illud non eſt quantum ſed hoc nomen ſcilicet magnum & paruum multum & paucum non ſignificat quantum, ſed potius ad aliquid & relatiuum, ergo hæc non ſunt quanta, ſed ad aliquid, & relatiua, ſed notabis candidè lector ꝙ ſi in aliquibus locis Ar. & Au. dixerint ꝙ magnum & paruũ multum & paucum ſunt contraria, per ly contraria intelliguntur oppoſita, ſed aduertas ꝙ non ſunt oppoſita oppoſitione contrarie dicta, neque priuatiuè neque contradictoriè ſed ſunt oppoſita oppoſitione relatiuè dicta quod quidem ratione demonſtratiua probatur illa quæ opponuntur relatiuè ſunt relatiua & non quanta hæc ſunt contraria ſed magnum & paruum multum & paucum opponuntur relatiuè ergo ſunt relatiua & non quanta nec ſunt contraria. ¶ *Rep.* Sed contra hanc determinationem

tionem

tionem in promptu eſt locus Ariſt: 5.met.18. ꝙ magnum & paruum multum & paucum Sol. ſunt quanta. ¶ Dicas quòd non ſunt quanta principaliter, ſicut dominus, & ſeruus ſunt ſubſtantiæ, tamen non principaliter, quoniam principaliter ſunt relatiua quia ſignificant ſubſtantiam per modum materiæ, & relationem per modum formæ, vnde patet ꝙ dicuntur quanta per ſe perſeitate materiæ (liceat philoſofo vti hoc vocabulo) ſed ſunt Dub. relatiua per ſe perſeitate formæ. ¶ Amplius relatiua ſunt contraria vt patet in ca q. de relatiuis, ſed magnum & paruum multum & paucum ſunt relatiua, ergo ſunt contraria ſed multum & paucum, ſunt quanta, ergo quanta ſunt contraria. ¶ Dicas quòd non omnia relatiua ſunt contraria vt ibidem in-Sol. quit Ariſt. ſed ſolum vitium & virtus, ſcientia & ignorantia, vnde non valet argumentari à; ſecundum quid ad ſimpliciter dicendo aliqua relatiua ſunt contraria, ergo omnia relatiua ſunt contraria, ſicut non valet dicere aliquis homo eſt albus, ergo omnis homo eſt albus, & quando dicitur ꝙ magnum & paruum ſunt quanta conceditur ꝙ ſunt quanta indefinita, in certa, vt inquit Ariſt. in cap. de ſubſtantia, quæ eſſe contraria nihil prohibet eodem teſte in hoc capite,

Tex. 36. Amplius bicubitum quidem, & tricubitum, & vnumquodque talium quantum ſignificat: magnum verò vel paruum non ſignificat quantum, ſed magis ad aliquid: quoniam ad aliquid conſideratur & magnum & paruum, quare manifeſtum eſt, ꝙ ipſa ſunt eorum quæ ad aliquid.

Cum Ar. probaſſet ꝙ magnum & paruum multum & paucum non ſunt quanta, ſed potius ſunt relatiua, in hoc textu noua ratione probat ꝙ magnum & paruū multum & paucum ſunt relatiua, cauſa intentionis eſt vt latius appareat ꝙ hæc non ſunt quanta, ſed potius ſunt relatiua. Diuiditur iſte textus in tres partes in prima ponit maiorem in ſecūda ibi (magnum & paruum) ponit minorem cum probatione minoris in tertia ibi (quarè) infert concluſionem, quantum ad primum (Amplius) ideſt præter rationem factam (quidem) pro certe bicubitum & tricubitum & vnumquodque talium .ſ. quantorum determinatorum ideſt decem, quinque, mille, & centum (ſignificat) ideſt eſt quantum ſcilicet determinatum certum & definitum (magnum verò & paruum) verò ſed magnum & paruum in ſecūda figura (non ſignificat) ideſt non eſt quantum definitum certum & determinatum (ſed magis ad aliquid) ideſt ſed magis eſt relatiuū quoniam vt probatum eſt ſupra ad aliquid & ad aliud conſideratur magnum & paruum (quare manifeſtum eſt) infert concluſionem dicens ergo manifeſte ſequitur ꝙ magnum & paruum nō ſunt quanta definita & determinata ſed. q. d. ſunt quanta indefinita incerta & indeterminata quę quanta indefinita potius debent dici relatiua quàm quanta.

Amplius ſiue Aliquis ponat quanta eſſe hæc, ſiue non ponat, nihil eſt in illis contrarium. quod enim non poteſt ſumi per ſe ipſum, ſed ad alterum refertur, quomodo huic aliquid erit contrarium? Tex 37.

Poſtquam Ar. probauit ꝙ magnum & paruū multum & paucū & non ſunt quanta, ſed ſunt relatiua in hoc textu reſolute & finaliter determinat ꝙ magnū & paruū, aut ſint quanta aut non ſint quanta nō ſunt contraria, cauſa intentionis eſt vt determinate ſciant omnes ꝙ magnum & paruum non ſunt contraria. Diuiditur iſte textus in duas partes in prima determinat ꝙ aut ſint quanta aut non ſint quanta, non ſunt contraria in ſecunda ibi (quod enim) ratione probat quòd non ſunt quanta affert ſecundam ſolutionem ad inſtantiam factam & dicit (Amplius) ideſt præter dicta, q. d. de nouo occurrit dicere ſcilicet ſiue ideſt aut aliquis homo ponat ideſt admittat & concedat hæc ſcilicet magnum & paruum multum & paucum eſſe quanta ſiue ideſt aut non admittat nec concedat hæc eſſe quanta nos. q. d. firmiter tenemus & determinamus hanc concluſionem, ſcilicet ꝙ nihil ideſt nullum iſtorum nulli eſt contrarium ideſt neq; multum pauco nec magnum paruo & quaſi dicat licet hoc fuerit alias probatum tamen iterum hac ratione ſumpta ex cap. de oppoſitis maior de foris contraria ſunt abſoluta, & vnum non dependet ab altero nec vnum refertur ad alterum vt album quod eſt contrarium nigro non dependet nigro, nec refertur ad nigrum, nec e contra ſed q. d. magnum & paruum multum & paucum (non poſſunt ſumi per ſe) ideſt non ſunt entia abſoluta, ſed ſunt entia dependentia, quorum vnum dependet ab altero, veluti pater & filius, pater enim dependet à filio, & filius à patre, ſic magnū dependet à paruo, &

par-

paruum à magno, non .n. dicitur magnum niſi reſpectu parui, nec dicitur paruum niſi reſpectu magni; ſequitur ergo ꝙ magnum & paruum multum & paucum non ſunt contraria.

Tex. 38. Amplius autem, ſi ſunt magnum & paruum contraria, continget idem ſimul contraria, ſuſcipere, & ea ipſa ſibi met eſſe contraria, contingit enim ſimul idem paruum eſſe, & magnum, eſt enim ad hoc quidem paruum, ad aliud verò magnum; quare idem & paruum & magnum eodem tempore eſſe contingit: quare ſimul contraria ſuſcipere; ſed nihil eſt, quod videatur ſimul contraria ſuſcipere poſſe, vt in ſubſtantia quidem ſuſceptibilis enim contrariorum eſſe videtur; ſed nullus ſimul ſanus eſt & æger, neque album & nigrum eſt ſimul: nihilquè aliud ſimul contraria ſuſcipiet.

Cùm Ar. probaſſet vna ratione quòd magnum & paruum non ſunt contraria, in hoc textu alia & noua ratione probare intendit ꝙ magnum & paruum non ſunt contraria, aut ſint quanta, aut non quanta, cauſa intentionis eſt, vt omnino rei veritas patefiat. Diuiditur iſte textus in quatuor partes, in prima ponit antecedens, in ſecunda ibi (continget) infert conſequens in tertia ibi (& ea ipſa) infert aliud conſequens impoſsibile, in quarto ibi (eſt enim) probat illa duo conſequentia impoſsibilia; lege literam (Amplius) q. d. præter rationem iam factam nunc alia & noua ratione probatur ꝙ magnum & paruum non ſunt contraria; & arguit hypotetice, primò ponit antecedens, dicens (ſi magnum & paruum ſunt contraria (continget) ecce conſequens ex illo enim antecedente ſequitur duplex conſequens impoſsibile primum enim eſt hoc, ſcilicet ꝙ vnum & idem ſubiectum numero vt ſortes (ſimul). i. in eodem tempore ſuſciperet duo contraria, ſed, q. d. Ar. hoc eſt impoſsibile, nec ergo ſequatur hoc inconueniens & impoſsibile; dicendum erit ꝙ magnum & paruum non ſunt contraria. ¶ Dices quod nam eſt ſecundum inconueniēs, quod ſcilicet ſequeretur ſi magnum & paruum eſſent contraria? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (& ea ipſa ſibi met eſſe contraria) ideſt continget, & ſequeretur non ſolum hoc vnum impoſsibile dictum, (&) ideſt ſed etiam aliud & ſecundum impoſsibile ſcilicet ꝙ (ea ipſa) ideſt eadem entia ſibi ipſis eſſent contraria, quod. q. d. eſt impoſsibile quoniam dictum eſt 1. cæli 10. ꝙ vnum vni, & ſibi met ipſi non eſt contrarium, 1. phy. 81. Au. ¶ Dices quomodo probatur primū impoſsibile ſcilicet ꝙ ſi magnum & paruum eſſent contraria ꝙ tunc ſequeretur ꝙ vnum ſubiectum numero vt ſortes ſuſciperet in eodem tempore duo contraria? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (enim) pro quia (contingit) ideſt poteſt eſſe ꝙ (idem) ideſt vnum ſubiectum numero veluti eſt granum milij (ſimul in eodem tempore ſit magnum reſpectu grani papaueris, & ſit paruum reſpectu fabæ. ¶ Dices quomodo idem in eodem tempore poteſt eſſe magnum & paruum? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (enim) pro quia (ad hoc) ideſt vnum numero comparatum ad hoc ideſt reſpectu vnius dicitur magnum (& ad hoc) ideſt & illud met numero comparatum ad hoc ideſt reſpectu alterius dicitur paruum. v. g. vna faba numero comparata ad nucem dicitur parua, & eadem faba numero comparata ad granum milij dicitur magna, reſpectu igitur diuerſorum vno & eodem tempore faba dicitur parua & magna (quare) q. d. ex hac probatione ſequitur ꝙ vnum & idem numero, magnum & paruum eſſe continget) ideſt poteſt eſſe ſimul ideſt & ſic in eodem tempore contraria ſuſcipiet (ſed nihil eſt). i. ſed nullū ens datur in rerū natura (quod videatur) ideſt quod ad ſenſum appareat (ſimul) ideſt eodem tempore, actu ſecundo contraria poſſe ſuſcipere. ¶ Sed petes da quæſo exemplum quomodo nihil ſit in rerū natura quod ſimul poſsit contraria ſuſcipere? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (vt) ideſt v. g. (in ſubſtantia quidem) quidem pro certè. q. d. hoc videtur ideſt hoc patet ad ſenſum & eſt luce clarius. ¶ Iterum petes in quo patet hoc? ¶ Reſpondet & dicit (in ſubſtantia) ¶ Subunges in qua ſubſtantia prima an in ſecunda? ¶ Reſpondet & dicit in ſubſtantia prima, quæ eſt ſuſceptibilis contrariorum, quæ numquam ſimul ſuſcipit duo contraria in actu (ſed nullus) ideſt homo ſingularis vt Petrus (ſimul) ideſt in eodem tempore (eſt ſanus) ideſt in actu ſuſcipit ſanitatem (& æger) ideſt in actu ſuſcipit ægritudinem ſed, q. d. Ar ſucceſsiue vt poſt ſanitatem ſuſcipit ægritudinem. ¶ Dices præter ſubſtantiam quæ eſt vna numero datur ne aliud quod ſimul in actu duo contraria ſuſcipere poſsit? ¶ Reſpondet & dicit (nihilque aliud) ideſt nullum aliud ens quod eſt aliud ideſt diuerſum ſit a ſubſtantia (ſimul) ideſt in eodem tempore (contraria) ſimul actu ſuſcipiet, adde tu quis vmquam viſus

Petitio. *Reſp.* *Petitio.* *Reſp.* *Petitio.* *Reſp.* *Petitio.* *Reſp.* *Petitio.* *Reſp.* *Petitio.* *Reſp.*

ſus

ſus eſt eodem tempore triſtari, ſimul & lætari? ridere, & lachrymari, dormire, & vigilare; quieſcere, & moueri, iacere & deambulare; & quoniam omnia hæc ſunt impoſsibilia, ideo ſequitur ꝙ vnum ſubiectum numero poteſt eſſe ſimul magnum & paruum, & per conſequens non ſimul ſuſcipere contraria, cum hæc non ſint contraria. ¶ Dices contra nam ſenſus viſus videt aliquam picturam in qua ſunt contrarij colores vt album & nigrum & ſimul ſpecies albi & ſpecies nigri eſt in oculo, quæ duæ ſpecies ſunt contrariæ & per conſequens vnus oculus numero ſimul ſuſcipit duo contraria. ¶ Dicas ꝙ contraria vt ſunt contraria ſimul nullibi eſſe poſſunt teſte Ar. 2. de gen. & cor. 16. quoniam ex ſuis rationibus formalibus ſunt incompoſsibilia, licet enim oculus ſuſcipiat ſimul duas ſpecies contrariorum, tamen ſcias ꝙ illæ ſpecies non ſunt contrariæ ſicut ſunt formæ contrariorum contrariæ vt exiſtunt in materia, vnde videmus ꝙ in eodem puncto in potentia viſiua eſt ſpecies albi & nigri, & ita in ſenſibus exterioribus, & in intellectu, quia quæ contrariãtur in materia non oportet ꝙ ſint contraria in anima, quia anima recipit ſimilitudinem rerum, non autem rerum materialium, ſicut cæra recipit tantum ſimulacrum characteris aurei, aut ferrei, ſed non recipit ferrum aut aurum; proprium enim ſenſus eſt eſſe ſuſceptiuum formæ ſine materia, & multo magis intellectus vnde. 3. de anima 38. lapis non eſt in anima, ſed ſpecie lapidis, ex quo intellectus dicitur locus ſpecierum, 3. de anima 6. ſi enim ſpecies contrariorum in anima eſſent conntrariæ, vtiq; ſimul eſſe non poſſent; remanet igitur ꝙ ſi ſenſus & anima ſimul recipiunt ſpecies contrariorum non propter hoc dicitur recipere contraria ſimul, quoniam ſpecies contrariorum non ſunt contrariæ. ¶ Amplius aer ſimul eſt grauis & leuis, ſed leuitas & grauitas ſunt contraria, ergo aer ſimul recipit duo contraria. ¶ Dicas quòd aer non eſt grauis neque leuis ſimpliciter, ſed reſpectiue, vt recte inquit Ariſt. 1. cæli 17. reſpectu ignis dicitur grauis reſpectu aquæ dicitur leuis.

Dub. *Sol.* *Dub.* *Sol.*

Tex. 39. Et eadem ſibi ipſis contingit eſſe contraria, nam ſi eſt magnum paruo contrarium: ipſum autem idem ſimul eſt magnum & paruum: ipſum ſibi erit contrarium. ſed impoſsibile eſt aliquid ſibi ipſi eſſe contrarium. non eſt igitur magnum paruo contrarium, neque multũ pauco.

Poſtquàm Ariſt. ratione ducente aduerſarium ad impoſsibile probauit ꝙ magnum & paruum non ſunt contraria; & manifeſtauit vnum impoſsibile, nunc declarat aliud impoſsibile, quod ſequeretur ſi magnum & paruum eſſent contraria; cauſa intentionis eſt, quoniam quando hæc duo impoſsibilia erunt manifeſta, quiſque erit certus ꝙ magnum & paruum non ſunt contraria. Diuiditur iſte textus in duas partes in prima manifeſtat ſecundum impoſsibile in ſecunda ibi (non enim) reſolutè concludit ex dictis, ꝙ magnum & paruum ſiue fuerint quanta, ſiue non fuerint quanta, vnum non eſt contrarium alteri; Sed Nota ꝙ mos eſt græcorum in ſyllogiſmo conſtruendo primo ponere minorem deinde maiorem. v.g. ſortes eſt homo, omnis homo eſt animal, ergo ſortes eſt animal, ſimiliter eorum mos eſt, primo ponere conſequens, deinde antecedens, v.g. dies eſt, ſi ſol eſt eleuatus ſuper terram, ſic facit in hoc textu primo ponit conſequens, deinde antecedens, nos tamen textus vt facilius intelligatur dicimus ſic, ſi magnum eſt contrariũ paruo, contingit ideſt ſequitur ex hoc antecedente hoc conſequens ſcilicet ꝙ eadẽ ſibi ipſis eſſent contraria, ſed nihil ideſt nullum eſt contrarium ſibi ipſi, quoniam idem appeteret ſui ipſius corruptionem, nam hæc eſt natura contrariorum. 1. phy. 81. 2. cæli 19. 8. phy. 64. vnum corrumpere & deſtruere reliquum probat Ariſt. conſequentiam & dicit ſic (ipſum autem idem) ideſt vnum ſubiectum numero (ſimul) ideſt eodem tempore eſt magnum & paruum, ſequitur ꝙ ipſum erit ſibimet contrarium, quod dictum deſtruit Ariſt. inquiens) ſed impoſsibile eſt aliquid ſibi ipſi eſſe contrarium (igitur) eſt enim nota concluſionis quaſi diceret ſequitur clara concluſio quòd magnum non eſt contrarium paruo, nec multum pauco. ¶ Sed contra, nam id quod corrumpitur à ſuo contrario corrumpitur. 1. phy. 47. & 1. cæli 20. vt amarum corrumpit dulce, ſed ignis corrumpitur ex ſe ipſo. 3. cæli 52. ergo ignis eſt contrarius ſibi ipſi, ergo idem eſt cõtrarium ſibi ipſi, & per conſequens idem appetit ſui ipſius corruptionem. ¶ Reſpondet Au. in com. 52. & dicit, ꝙ quando ignis corrumpitur ex ſe ipſo, non eſt quia ignis eſt contrarius ſibi ipſi, ſed extinguitur & corrumpitur propter defectum materiæ in qua retinẽtur; vt propter conſumptionem olei aut ſepi aut carbonis in quibus retinetur ignis, ad quorum conſumptionem extinguitur ignis, ex qua ſolutione patet ꝙ nihil eſt contrarium ſibi ipſi.

Sol. *Dub.*

Qua-

Quare niſi & eorum quæ ad aliquid hæc quis dicat, ſed quanti, nihil contrarium habebunt.

Cum Ariſt probaſſet duo inconuenientia falſa & impoſsibilia quæ ſequerentur ſi .ſ. magnum & paruum eſſent contraria, in hac ſecunda parte textus concludit omnia quæ dixit reſolutè, dicens ſic (quare) .i. ergo ex dictis ſequitur ꝙ (niſi) Nota quòd ly niſi .i. ſi non accipiatur primò ly ſi & deinde vbi opus erit ponatur ly (non) q.d. Ar. ſi quis dicat (hæc) .ſ. magnum & paruum, multum & paucum non eſſe .i. negabit eſſe (eorum) .i. eſſe eorū quæ ſunt in numero illorum quæ ſunt ad aliquid .i. negabit relatiua (ſed quanti) .i. ſed dicet eſſe quanti .i. quanta & in prædicamento quantitatis & non in prædicamēto de ad aliquid .i. relatiua dico ꝙ (nihil contrariū habebunt) .i. nullo modo habebunt contrarium .i. nullum nulli erit contrarium, nec magnum paruo, nec multū pauco, nec è contra, quod quidem præter rationes factas cōprobatur hoc modo. ¶ Illa quæ ſunt ſub eodē genere non ſunt contraria, vt homo & equus ſed magnum & paruum ſunt ſub eodem genere, teſte Au. 3. colliget. cap. 31. ergo magnum & paruum non ſunt contraria. ¶ Amplius id quod continet ſub ſe aliquid non eſt contrarium illi, vt animal quod eſt genus continet ſub ſe hominem qui eſt ſpecies teſte Porphyrio in cap. de ſpecie, ſed magnum continet paruum, vt inquit Ar. 2. de par. an. cap. vltimo, cum dicit paruum in magno continetur, ergo magnum non eſt contrarium paruo.

Rep. ¶ Sed contra, inquit .n. Ar. in Poſt prædicamentis cap. de Motu ꝙ augmentatio eſt contraria diminutioni, & è contra, ſed augmentatio dicit magnum, & diminutio dicit paruum, quoniā augmentatio eſt à minori quantitate ad maiorem, & diminutio à maiori ad minorem, ergo magnum eſt contrarium paruo.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ quantitas eſt duplex Alia ſimpliciter ſeu poſitiuè, Alia vero ſecundum quid, & quodam modo, quæ potius dicitur oppoſitio, quæ eſt inter habitum & priuationem, vt patet. 1. de gen. & cor. cap. de augmentatione, tunc dicitur ꝙ ſi magnum & paruum ſunt contraria ſecundum quid quæ potius oppoſita quàm contraria dicuntur non ſunt contraria verè ſimpliciter, & poſitiuè, vt album & nigrum, quoniam magnum dicit habitum, paruum verò dicit priuationem, veluti ſe ipſum exponit Ariſt. 14. met. cap. 3. quando dicit multum vero pauco opponitur, quaſi dicat multum & paucum ſunt oppoſita, ideſt diuerſa, & non contraria, quoniam quæ ſunt contraria ſe deſtruunt, & ſe corrumpunt, 8. phy. 64. 2. cæli 19. 1. phy 81. modo paucum non deſtruit multum, immo paucum facit, complet, & perficit multum ideſt facit vt appareat ly multum non enim aliquod poteſt eſſe multum ſi primo non eſt paucum.

Dub. ¶ Amplius inquit Ariſt. ꝙ vnum ſubiectum numero non poteſt ſimul ſuſcipere duo contraria, contra nam callias recipit ſanitatem & ægritudinem quæ ſunt duo contraria vt patet in cap. de oppoſitis, ergo idem ſimul recipit duo contraria.

Confirmatio. ¶ Amplius animal habet duos oculos quorum aliter eſt videns alter eſt cecus.

Alia cõfirmatio. ¶ Similiter vna manus calida Alia verò eſt frigida. ¶ Dicitur quòd vnum & idem poteſt ſuſcipitur duo contraria ſimul, tamen non in eadem parte & particula, nam illa pars manus quæ eſt calida non illa met pars eſt frigida; veluti videre eſt in oculo qui vnus numero habet nigredinem & albedinem ſimul, tamen non in eadem particula.

Alia cõfirmatio. ¶ Similiter vna vitis media eſt ſicca & media eſt viridis, vt in illa quę dicitur capreolū quæ ſolet ſimul ferre vuam albam & nigram; & cauſa ꝙ ex duabus inſitionibus, vel quoniam natura ſua eſt alba & nigra, vt inquit Ariſt. 4. de gen. an. cap. 4. ¶ Similiter in animali adeſt cerebrum quod eſt frigidiſsimum. 3. de par. an. cap. de cerebro & cor quod eſt calidiſsimum 3. de par. an. cap. 4. hoc igitur eſt illud quod aſſerit Ariſt. 2. de gen. & cor. 16. cum inquit duo contraria eſſe ſimul eſt impoſsibile, quod confirmat Au. 4. met. 9. & Ariſt. 9. met. 19. immò inquit Auer. 4. met. 21. ꝙ nullus intellectus dicit quòd entia contraria exiſtunt in ſimul. ¶ Sed Dices contra ea quæ dicta ſunt nam in aqua tepida ſunt duo contraria ſimul, & in eadem particula, & in eodem tempore, & in eodem ſubiecto.

Confirmatio. ¶ Similiter in colore medio vt in pallido, vel fuſco, adſunt duo contraria, in eadem particula, vt eſt albedo & nigredo, quia color medius fit ex contrarijs. 1. phy. 47. 1. met. 39. 5. phy. 52. 2. cæli 20. 1. de gen. & cor. 50. 10. met. 25. 2. de anima 44. 5. phy. 6. 19. 52. 4. cæli 26. 12. met. 22. & ſic in ſingulis partibus adſunt duo contraria.

Confirmatio. ¶ Quod confirmat Ar. in 2. de gen. & cor. 49. dum inquit, ꝙ in compoſito ſunt omnia ſimplicia, ergo in compoſito ſunt omnes contrarietates, quę ſunt in ſimplicibus & in omnibus partibus ipſius compoſiti, vt caliditas frigiditas, humiditas, & ſiccitas.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ duo contraria eſſe in eadē particula ſubiecti intelligit duobus modis vno modo in ſummo ſeu in eſſe perfecto, & cōpleto, & ſm eſſe intenſum & (vt dicit Au.) in vltima perfectione. 1. phy. 56. veluti eſt ignis qui eſt ſumme calidus. Alio modo in eſſe caſtigato, ſeu refracto, vel diminuto, in cōpleto, & remiſſo, & tandem non in vltima perfectione, tunc

dicif ꝙ ſi contraria ſunt in eadẽ particula nõ
primo modo, ſed ſecũdo modo, aqua .n. tepida
non eſt ſummè frigida, nec ſummè calida.
Dub. ¶ Dices ꝙ accidit ſepe numero ꝙ pars cor-
Sol. poris eſt calida & frigida. ¶ Dicas ꝙ hoc non
eſt impoſsibile qa poteſt eſſe ſucceſsiue vnũ
poſt reliquũ, non ſimul, veluti patet de mate-
ria prima, quę recipit duo contraria, ſucceſ-
ſiue, & ordinatim, qñ enim recipit vnam for
mã non recipit aliã vel priuationẽ, & è con-
Replica. tra, ſed recedente vno recipit reliquũ. ¶ Con-
tra nã in materia ſemper reperitur priuatio,
qm̃ materia & priuatio ſunt idẽ numero, &
inſeparabiliter, ſicut nigredo cum coruo. 1.
phy. 60. 79. ergo ſi ſemper reperif priuatio,
ergo materia ſimul recipit ſimul formã & pri
Sol. uationẽ quæ ſunt duo contraria. ¶ Dicas ꝙ
duplex priuatio alia communis, vniuerſalis,
Alia particularis, tunc dicif ꝙ illa priuatio
quæ ſemper eſt cũ materia eſt priuatio com-
munis, quæ non eſt contraria formæ & non
eſt priuatio particularis quę eſt cõtraria for-
mæ, quæ in aduentu alterius formæ ceſſat,
aboletur, & corrũpitur, tanquam à ſuo con-
Rep. trario. ¶ Dices contra nã Ar. 7 de hiſt. an.
cap. 1. inquit ſic hominibus tempore quo ſe-
men incipiunt ferre qui iam contrectare li-
bidinem inceperint, accidit, vt cum ſemen
emittunt non modo voluptate, verum etiam
dolore afficiantur; addo minorem ſed volu-
ptas & dolor ſunt contraria ergo in eodem
tempore apparent duo contraria ſimul in eo-
dem ſubiecto, & in eadem particula, & non
Confirmatio. ſucceſsiue, & ordinatim. ¶ Quod quidem
confirmat Alexander. 1. libro natural. quęſt.
cap. 12 vbi inquit ſi impoſsibile eſt contra-
ria eidẽ ſimul ineſſe, quo pacto poſsibile eſt
eundẽ ſimul voluptate & dolore affici? quod
accidit ſitientibus, & bibentibus, nam ali-
quis ſimul ſitit, & bibit, ſed ſitire & bibere
ſunt duo contraria, ergo duo contraria ſi-
Confirmatio. mul eſſe poſſunt. ¶ Similiter etiam fameſcen-
tibus, & comedentibus, nam aliquis ſimul
fameſcit, & comedit, ſed fameſcere & co-
medere ſunt duo contraria, ergo idem ſimul
Confirmatio. recipit duo contraria. ¶ Similiter accidit
ſcabioſis ſeipſis ſcalpentibus, vnus .n. & idem
homo habet ſcabiem, & ſe ſcalpit, nam haben
do ſcabiẽ ſentit dolorem, immo multotiens
lacrimat & ſcalpendo ſentit voluptatem,
aut igitur dicendum eſt ꝙ voluptas non eſt
contraria dolori, aut eſt dicendũ ꝙ duo con-
traria poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto &
Dub. in eadem particula. ¶ Amplius Ar. in 8. de
hiſt. an. cap. 13. inquit ꝙ loca maris terrena
ſunt calido & frigido temperata, ergo in eo-
Sol. dem ſubiecto ſunt duo contraria. ¶ Omnibus
his dubitationibus & alijs eiuſdẽ generis ſa-
Alia ſol. tisfaciendũ eſt ſicut ſuperius diximus. ¶ Vel
vt inquit Alexander in loco allegato, vbi in-
quit ſic, neque ꝙ impoſsibile ſit contraria ei-
dẽ ſimul ineſſe eſt ſimpliciter verũ, ſed ſecun-
dum quid. ¶ Vel Dicas vt inquit idẽ Alexan- *Alia ſol.*
der, nec ſimpliciter voluptas eſt omni dolo-
ri contraria, non .n. omnis voluptas omni do-
lori contraria, non eſt .n. voluptati quę eſt ex
ſpeculatione dolor qui eſt, ex ſtri contrarius
ſed quæ eſt ab eodem voluptas dolori qui eſt
ab eodem eſt contraria quos & impoſsibile
eſt ſimul eidẽ ineſſe neque .n. ſimul volupta-
te & dolore affici poſsibile eſt ſpeculando ꝙ
diameter eſt lateri incommenſurabilis ob id
neque fameſcentem dum fameſcit poſsibile
eſt ſimul voluptate & dolore affici cum ta-
men dolore ex fame affectum ſimul ex come-
ſtione voluptate affici non eſt impoſsibile,
non eſt contrarium illi voluptati huiuſmodi
dolor, eſt enim dolor indigentia, voluptas ve-
ro indigentia, voluptas vero indigẽtię ipſius
medela, idcirco quouſq; quidem fuerit indi-
gens medela, medelam recipiens voluptate
afficitur, ſimul autẽ medela indiget & eſt in
dolore, qui .n. non ab eodem ſit voluptas &
dolor manifeſtum eſt ex eo ꝙ qui fameſcunt
non autem cibãtur dolore ſolum afficiuntur,
& eo ꝙ cibantur minuunt dolorẽ, hoc pacto
indigentia quidem doloris eſt cauſa ſola, re-
pletio verò voluptatis, ſcabioſi quoq; & ſcal-
pentes non quia ſcalpunt ſe dolore afficiun-
tur ſed quia iterum indigent ſcalpere quem-
admodum & qui cibantur quia ad huc .i. fa-
meſcunt indigent, dolore afficiunf, non quia
cibentur hæc igitur eſt ſolutio Alexandri ad
huiuſmodi dubitationes. ¶ Dices ꝙ aliquod *Dub.*
eſt contrarium ſibi ipſi, ſupponendo vnum, ꝙ
illud quod eſt contrarium alicui corrumpit
& deſtruit illud. 1. phy. 81. 8. phy. 64. 2. cæli
19. ſed aliquis occidit ſe ipſum, & aliquis ſu-
mit venenum vt moriatur, & Aliquis ſe ip-
ſum ſuſpendit, ergo aliquod eſt contrarium
ſibi ipſi. ¶ Dicitur ꝙ hoc non eſt per ſe, ſed *Sol.*
per accidens. ¶ Vel Dicas ꝙ ſi aliquis con- *Alia ſol.*
trariaf ſibi ipſi, non tamen vno & eodem mo-
do, ſed diuerſo modo, quemadmodum idem
punctus in circulo vt terminus à quo con-
trariatur ſibi ipſi vt eſt terminus ad quem.
¶ Amplius vnum vni eſt contrarium vt in- *Dub.*
quit Auer. in epit. met. tractatu. 3. t. cæli
ro. 10. met. 14. 17. vt bonum eſt vnum, &
eſt contrarium malo quod eſt vnum, ergo
idem eſt contrarium ſibi ipſi. ¶ Dicitur ꝙ *Sol.*
quando inquit Ariſt. ꝙ vnum eſt contrarium
vni non intelligit vnum eſt contrarium vni. i.
ſibi ipſi, quia hoc eſt impoſsibile, ſed intelli-
git ſic .ſ. vnum quod eſt bonũ eſt contrarium
vni malo non ſibi ipſi ſed malo quod eſt vnũ,
¶ Dices contra nam Ariſt. 1. de gen. & cor. *Rep*
46. ignis eſt contrarius igni, ergo idem eſt
contrarius ſibi ipſi. ¶ Dicitur quòd idem *Sol*
ignis ſpecie eſt contrarius ſibi ipſi, ſed non

idem

Reſp. idem ignis numero. ¶ Sed Dices contra nam illa quæ ſunt eiuſdē ſpeciei non ſunt cuntraria, vt Petrus & Franciſcus, ergo falſa ſolu-
Sol. tio. ¶ Dicas ꝙ quando dicitur quòd ignis eſt contrarius igui nō intelligitur vera contrarietate, ſed ſunt potius oppoſita & diuerſa.
Dub. ¶ Præterea actus & potentia ſunt duo contraria. 4. meteorum 28. ſed actus &, potentia ſunt in eodem. 4. phy. 49. ergo in eo-
Sol. dem ſunt duo contraria ſimul. ¶ Reſpondet Au. 12. met. 8. 26. 8. met. 15. 7. met. 31. 5. phy. 5. 1. met. 14. clarius. 1. de anima 6. vbi inquit ꝙ actus & potentia ſunt differentiæ oppoſitæ vnde quando reperitur ꝙ dicit Au. ꝙ ſunt contraria, intelligitur ꝙ ſunt duo oppoſita, quæ non inconuenit reſpectu diuerſorum eſſe in eodē ſubiecto. v. g. aqua eſt actu frigida ſed potētia eſt calida, vt recte inquit
Dub. Ar. 3. phy. 8. & 4. phy. 49. ¶ Amplius. 1. phy. 47. medium componitur ex contrarijs ergo
Sol. contraria ſimul ſunt in medio. ¶ Reſpondet Au. 1. phy. 56. & 5. phy. 6. & dicit ꝙ contraria quæ ſunt in medio non ſunt in vltima perfe-
Alia ſol. ctione. ¶ Vel Dicas ꝙ medium componitur ex contrarijs tamquàm ex partibus virtualibus, non autem tamquàm ex partibus actualibus, quod videtur dicere Au. 4. met. 20. 5. phy. 6. 52. vbi inquit ꝙ contraria poſſunt eſ-
Alia ſol. ſe ſimul poteſtate, actu vero non. ¶ Vel dicas ꝙ contraria impoſſibile eſt eſſe ſimul ſecundum totum ſed ſecundum partem non inconuenit 6. phy. 83.

Tex. 40. Maxime autem circa locum eſſe videtur contrarietas quanti. ſurſum enim ei quod eſt deorſum, contrarium ponunt: locum qui in medio eſt, deorſum dicentes, eò quod plurima diſtantia eſt medij ad mundi terminos.

Cum Ariſt. feciſſet vnam dubitationē per quam probauit, ꝙ quantitas habet contrarium, & ipſam ſoluiſſet, nunc facit aliam dubitationem per quam iterū probat ꝙ quantitas habet contrarium cauſa intētionis eſt, quoniā dubitatio prius facta eſt facilis, ideo facit aliam que eſt valde difficilis. q. d. ſi quis voluerit contemplari vtrum in quantitate ſit contrarietas maxime poterit dubitare ꝙ in loco eſt contrarietas. ¶ Diuiditur iſte textus in duas partes in prima facit dubitationem, in ſecunda ibi (videntur autē) confirmat dubitationem factā, quo ad primum, ſed Nota prius ꝙ hæc ſecūda dubitatio non eſt Ar. ſed eſt Antiquorum ideo dubitat ex conſenſu, voto, & ex communi Antiquorum opinione dicentium ꝙ in loco eſt cōtrarietas, & per conſequens in quantitate eſt cōtrarietas, nam ſicut vnus locus eſt contrarius alteri loco ſic vna quantitas eſt contraria alteri quantitati, & ſic Antiqui arguētes contra Ariſt. contemnunt ꝙ in loco & in quantitate eſt contrarietas, inquit igitur Ar. referendo Antiquorum dubitationem ſic. q. d. ſi quis voluerit contemplari vtrum in quantitate ſit contr arietas (maxime) poterit dubitare ꝙ in loco eſt contrarietas (autem) pro ſed (videtur) adde tu Antiquis id eſt commune votum & communis eſt opinio Antiquorum ꝙ (circa locum) adde tu qui locus (eſt quanti) .i. eſt vna ſpecies quantitatis (eſſe maxime) .i. eſt maxima contrarietas, & vt in forma ſyllogiſtica ponatur hæc dubitatio, dicimus ſic. locus eſt quantitas (in tertia figura) ſed locus habet cantrarium, ergo quantitas habet contrariū minor probatur ab Antiquis, ſed eſt ſciendum ꝙ datur duplex locus Alter qui eſt ſurſum, & eſt in circumferentia cæli, Alius verò eſt deorſum. 4. cæli 40. qui eſt in medio mundi .i. in centro terræ, quo ſtāte dicūt Antiqui ꝙ locus quē ponūt ſurſum, eſt cō trarius loco quē ponūt deorſum, ſed locus eſt quantitas, ergo quātitas eſt cōtraria quanti-
tati. ¶ Dices quomodo probatur ꝙ locus ſur- *Petitio.*
ſum eſt contrarius loco deorſum? ¶ Reſpon- *Reſp.*
dent Antiqui dicentes (ꝙ patet arguendo) à definitione ad definitum hoc modo, illa ſunt contraria inter quæ eſt maxima ſeu plurima diſtantia, ſed inter locum qui eſt deorſum & locum qui eſt ſurſum eſt maxima diſtantia, ergo locus ſurſum eſt contrarius loco deorſum, nam locus ſurſum eſt in circumferentia cæli, & locus deorſum eſt medium mundi .i. centrum terræ. 2. cæli 31. inter quod mundi medium & terminos mundi qui ſunt polus arcticus & polus antarcticus eſt maxima diſtantia patet igitur ex dictis ab Antiquis contra Ar. ꝙ in loco & per conſequens in quantitate, eſt contrarietas, quæ Antiquorum opinio confirmatur ab Ar. 2. de anima 14. & 8. phy. 64. vbi clare dicit ꝙ locus ſurſum eſt locus contrarius loco deorſum, Sed Nota ꝙ ly (videtur) plura ſignificat, vt pluries diximus, ſumitur enim pro vt dicit opinionem ac ſi diceret Ar. communis eſt opinio, & cōmune eſt iudicium ꝙ quantitas habet contrarium, ta-
men non eſt verū. ¶ Vel Dicas ꝙ ly (vide- *Alia ſol.*
tur) ſumitur pro apparet. q. d. Ar. apparet per hanc factam rationem ab Antiquis, ꝙ quantitas habet contrarium, tamen in rei veritate quantitas non habet contrarium.
¶ Vel Dicas ꝙ Ar. dicit videtur alijs, & pla- *Alia ſol.*
cet alijs, ſed non placet ſibi, ꝙ locus eſt contrarius loco, & per conſequens quantitas ſit *Petitio.*
contraria quantitati. ¶ Dices quid intelligit Ar. per mundum? Nota ꝙ mundus eſt du-

plex 1. Metheororum cap. 2. Alius ſuperior ſuperlunaris, qui eſt compoſitus ex ſpheris, Alius verò inferior æthereus, ſublunaris, & elementarius, qui eſt circa terram qui conſtat ex elementis, additur & tertius mũdus qui dicitur intellectualis qui eſt compoſitus ex luce & luce, mundus verò cæleſtis ex luce & tenebris, mundus verò ſublunaris ex tenebris & tenebris, his ſtantibus, hic per mundũ Ariſt. ſolum intelligit mundum inferiorem.

Videtur autem & aliorum contrariorum ab his afferre definitionem quæ enim plurimum à ſe inuicem diſtant eorum quæ ſunt ſub eodem genere contraria eſſe diffiniunt.

Poſt factam rationem ab Antiquis probantem ꝙ quantitas habet contrarium, quoniam locus habet contrarium, in hac ſecunda parte textus Ar. ad mentem eorundem Antiquorum confirmat eamdem rationem, quæ confirmatio conſiſtit in hoc, nam volentes Antiqui confirmare eorum dictum ſcilicet ꝙ locus ſurſum eſt contrarius loco deorſum, videntur afferre definitionem aliorum contrariorum, vtentes illa pro maiori, dicentes, illa ſunt contraria quæ plurimum à ſe inuicem diſtant eorum quæ ſunt ſub eodem genere. 10. met. 13. ſtante igitur hac definitione aliorum contrariorum pro maiori, tacitè ducunt minorem, videlicet ſed locus ſurſum & locus deorſum ſub eodem genere plurimum diſtant, ergo locus ſurſum eſt contrarius loco deorſum, ſed locus eſt quantitas ergo vna quãtitas eſt contraria alteri quantitati. *Solutio.* ¶ Hæc dubitatio ſoluitur hoc modo, *Dub.* ꝙ locus qui eſt quantitas videtur habere cõtrarium, tamen in rei veritate non habet. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas ꝙ Ar. hic non ſoluit rationem factam, quoniam de loco tractaturus eſt in 4. phy. ideo magis cum diligentia ibi aſsignabit ſolutionem. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas ꝙ ſolutio huius dubitationis eſt manifeſta ex dictis, *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas ꝙ non eſt digna ſolutione, quoniam dubitatio eſt facilis & propter eius facilitatem ars deſpicit. 1. poſt. 76. ars enim verſatur circa difficilia & ignota. 2. ethicorum cap. 3. *Dub.* ¶ Dices ꝙ Ariſt. non ſoluit, quoniam approbat ipſam tamquàm veram, *Sol.* ¶ Dicas quòd Ariſt. non approbat ipſam, ſignum eſt clarum, quoniam dixit (videtur) q. d. Alijs videtur & placet ꝙ locus eſt contrarius loco, ſed q. d. non videtur mihi, immo diſplicet mihi dicere hoc ſcilicet ꝙ locus eſt contrarius loco. *Dub.* ¶ Dices, qui tacet affirmat, ſed Ar. tacet hanc ſolutionem, ergo affirmat dubitationem eſſe validam. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ Ar. non tacet vt ſolutionem affirmet & approbet dubitationem, ſed quoniam taciti & expreſsi eadem eſt virtus. q. d. Ar. quia nos expreſsimus ſolutionem de magno & paruo ꝙ non ſunt quanta ſed ſunt relatiua, ſed ſi ſunt quanta non ſunt contraria per ſe, ſed per accidens, ſic etiam dicendum eſt de loco ſurſum & deorſum ꝙ non ſunt duo cõtraria per ſe, ſed per accidens. ¶ Vel Dicas ꝙ ideo Ar. *Alia ſol.* non ſoluit quoniã peccat in forma & in materia. ¶ Dices quomodo locus ſurſum & deorſum ſunt contraria per accidens? *Petitio.* ¶ Dicas *Reſp.* quoniam datur locus calidus locus frigidus locus humidus locus ſiccus. 1. de anima 70. modo ſi accidit ꝙ locus eſt contrarius loco hoc accidit ſicut elemẽtis quæ ſunt cõtraria per qualitates ſcilicet per caliditatem frigiditatem humiditatem & ſiccitatẽ. 2. de gen. & cor. 49. & 24. vnde ſequitur ꝙ ſi locus eſt contrarius loco, non vt locus eſt ſed inquantum eſt calidus frigidus humidus & ſiccus. ¶ Vel Dicas ꝙ locus ſurſum habet vim con- *Alia ſol.* ſeruandi leuia, & locus deorſum habet vim conſernandi grauia, & quoniam leuia & grauia ſunt contraria ideo locus eſt contrarius loco ratione leuitatis & grauitatis & ſic per aliud & per accidens.

Frigida pugnabant calidis humentia ſiccis
Mollia cum duris & ſine pondere habentia põdus.

¶ Quod quidem confirmat Ar. 8 met. 4. 10. *Confirmatio.* met. 13. cum inquit ꝙ oppoſitio primò & eſſentialiter inuenitur in eis quæ opponuntur in loco, & ſic intelligitur Ar. quando dicit ſi in quantitate eſſet contrarietas maxime eſſet in loco, ſed in loco non eſt contrarietas, ergo in quantitate non reperitur contrarietas, ſed inquantum eſt admiſta & coniuncta cum qualitate, & ſic habet contrarium, linea enim vt linea non habet contrarium, ſed vt eſt recta vel curua, ſic habet contrarium, ratione huius qualitatis ſimiliter locus ratione ſurſum & deorſum, quæ ſunt paſsiones & qualitates & loci differentiæ, & accidentia, vt inquit. 1. cæli 26. 3. phy. 54. 2. cæli 9. 4. phy. 5. ¶ Vel Dicas ꝙ locus ſurſum eſt con- *Alia ſol.* trarius loco deorſum .i. eſt diuerſus à loco deorſum multotiens enim contrarietas ſumitur pro diuerſitate quod quidem pulcra ratione probatur nam ſi locus ſurſum eſſet contrarius loco deorſum tunc alter deſtrueret alterum, veluti eſt natura contrariorum. 1. phy. 81. 2. cæli 19 8. phy. 64. ſed nos videmus oppoſitum quoniam inquit Ar. 1. Metеororum cap. 2. vbi inquit ꝙ oportet mundum inferiorem eſſe contiguum ſuperiori lationi vt inde tota eius virtus gubernetur, vnde arguatur ſic id quod conſeruat regit & gubernat aliquod non eſt contrarium illi, quoniam contraria ſe expellunt, deſtruunt, & adinuicem ſe corrumpunt, ſed locus ſuperior

con-

conſernat regit & gubernat hunc mundum inferiorem, qui eſt locus inferior, ergò locus ſurſum non eſt contrarius loco deorſum.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ locus cõſideratur duobus modis vno modo vt locus & vt quantitas eſt, & ſic loco nihil eſt contrarium quoniam non dicit ſurſum nec deorſum ſed ſolũ dicit menſuram locati, Alio modo ſumitur locus pro hoc aut illo puncto reſpectu centri terræ, quod Ar. vocat V B I, quòd (vbi) eſt vnum de ſex poſt prædicamentis, & hoc modo locus non ſignificat quantum, ſed eſſe in hoc vt in illo puncto, reſpectu centri terræ, puta magis aut minus ab illo, ſicut aqua eſt in inferiori loco, & aer eſt in medio, & ignis in ſuperiori loco,

Ignea conuexi vis & ſine pondere cœli
Emicuit, ſummq; locum ſibi legit in arce.
Proximus eſt aer illi leuitate, locoq;
Denſior his tellus, elementaq; grandia traxit,
Et preßa eſt grauitate ſui circumfluus humo
Vltima poſſedit, ſolidumq; coercuit orbem.

Quia aqua minus diſtat à centro quàm aer, & aer minus quàm ignis, vnde Ar. clarius inquit 4. phy. 42. ꝙ locus aquæ eſt inferior, ſed non ſimpliciter, & locus aeris eſt ſuperius, ſed non ſimpliciter. 4. cæli 26. ſed locus terræ eſt ſimpliciter inferius, & circumferentia cæli eſt ſimpliciter ſuperius, aut propinquior orienti, aut occidenti, quam vocant coſmographi longitudinem, aut propinquior ſeptemtrioni, aut meridiano, & reſpectu hominis dicitur hoc eſſe à dextris, illud verò à ſiniſtris, & ſic ſumendo locũ pro vbi, dicimus

Alia ſol. ꝙ loco eſt aliquid contrarium. ¶ Vel Dicas ſupponendo vnum, quòd locus conſideratur tribus modis, vno modo pro corpore locante ideſt quando vnum corpus eſt locus alterius corporis, vt ignis eſt locus aeris, & aer eſt locus aquæ, & cathedra eſt locus lectoris, Alio modo ſumitur locus pro virtute conſeruatiua locati, vt inquit Porphyrius in cap. de genere, quod duo ſunt, principia generationis, vnum eſt effectiuum productiuum vt pater, Aliud verò principium eſt conſeruatiuum vt locus in quo quis genitus eſt qui locus dicitur principium conſeruatiuum quia cõſeruat locata quemadmodum Rhabarbarum ſepultum in milio & caſsia in arena, & fructus conſeruantur in melle, ſaccaro & in aceto dicebat enim Porphyrius, Pater & Patria ſunt principium generationis. Tertio modo ſumitur locus pro vltima ſuperficie corporis continentis, quo ſic ſtante Nota ꝙ locus Primo modo ſumptus eſt ſubſtantia, Secundo modo ſumptus eſt qualitas, Tertio modo ſumptus eſt quãtitas, tunc dicitur ꝙ locus tertio modo ſumptus nõ habet contrarium, quia eſt quantitas, cui quantitati nihil eſt contrarium, ſed locus ſecundo modo ſumptus ſcilicet vt eſt quantitas, ſic habet contrarium, quoniam qualitas eſt contraria qualitati, & quando dicitur ꝙ locus ſurſum & locus deorſum ſunt maxime diſtãtes. *Sol.* ¶ Reſpondetur ꝙ diſtantia eſt duplex, Alia ſecundum locum, Alia ſecundum formam, Dicas ꝙ illa ſunt contraria inter quæ eſt maxima diſtantia; ſecundum formam, non ſecundum locum. *Solutio propria.* ¶ Ego tamen dicerem ſoluendo rationem Antiquorum, negando formam argumentandi, quoniam eſt in ſecunda figura ex ambabus affirmatiuis. *Rep.* ¶ Dices contra quoniam. 2. phy. 25. inquit Au. ꝙ in ſecunda figura valet argumẽtum ex ambabus affirmatiuis, *Sol.* ¶ Reſpondet ibidem Au. & dicit ꝙ verum eſt in terminis conuertibilibus, & non in terminis non conuertibilibus, qualis eſt hæc ratio facta ab Antiquis. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas gloſando maiorem, quoniam illa ſunt contraria quæ maxime diſtant, & ſe expellunt, corrumpunt, & deſtruunt, modo locus ſurſum licet maxime diſtet à loco deorſum, tamen locus ſurſum & locus deorſum non ſe expellũt, nec ſe deſtruunt, aut corrumpunt, ergo non ſunt contraria, & vt omnia quæ ſunt à nobis dicta omnibus ſicut manifeſta ideſt ꝙ locus eſt contrarius loco per accidẽs oſtendunt homines nati in diuerſis locis, qui per accidens ad inuicem cõtrariantur, propter contrarios mores, & contrarias proprietates quas recipiunt à contrarietate locorum in quibus naſcuntur, videmus enim homines diuerſorum locorum habere diſtinctos & contrarios mores & varias proprietates, & conditiones, quod ob aliud non prouenit niſi ex diuerſitate & locorum varietate à cælo recipientium diuerſas virtutes & diuerſos influxus, veluti ſunt etiam animalia pro locorum qualitate, valde differentia, vt inquit Ar. 8. de hiſt. an. cap. 29. quæ virtutes & influentiæ diffunduntur in omnibus animalibus quæ in illo loco naſcuntur, videmus enim ꝙ omnes habitantes in eodem loco eumdem habent colorem & ferè vniformam ſtaturam, tanta enim eſt loci vis atque potentia vt incolas omnes ad vnum vniformiter trahat, atque compellat, Aethiopia nempè nigros atque criſpos generat, & ſtatura paruos, Germania vero candidos, comatos, & ſtatura proceres atque arrogantes, Scithia autem immanes, feroces, crudeles, & quia omnes ferè graſſantur. Itali denique ſemper quadam regali nobilitate refulgent affabiles, benigni, pij clementes, liberales, per fulgidi. Galli vero ſtolidi hilares amabiles Græci garulli leues; Afri ſubdoli ingenioſi auari; Siculi luxurioſi ſemper inſtantes, Aſiani voluptatibus occupati. Hiſpani audaces elati minantes iactantiæ animoſitate quadam furioſi. & demum gentes quæ frigidas regiones incolunt, & quæ per

Euro-

Europã naſcuntur animo quidem abundant, ingenij vero & artificij parum, & in libertate magis perſeuerãt. Gentes verò quæ Aſiam incolunt ingenio & arte abundant, ſed animoſitatem non habent, propter quod & parere dominantibus & ſeruire perſeuerant at Græcorum genus quia mediam regionem locorum ſortitum eſt, ſic etiam amborum eſt particeps, nam & animoſum & ingenioſum eſt teſte Ar. 7. pol. cap. 7. iſte ergo varietates ex diſtinctis locis oriuntur; quoniam diuerſitas locorum varias cælorum vires atque potentias ſuſcipit, patet igitur quomodo nõ eſt contrarius, aut varius, aut diuerſus ab aliquo loco vt quãtus eſt, ſed propter varias diuerſas & contrarias qualitates inquit enim Au. 2. cæli 34. ꝙ locus ſuperior eſt diuinus & locus inferior eſt diuinus, tamen locus ſuperior eſt diuinior loco inferiori, quo ſtãte pro maiori fiat minor, ſed diuinum non eſt contrarium diuino, ergo locus ſurſum non eſt contrarius loco deorſum, & per conſequens quantitas non eſt contraria quantitati.

Alia ratio. ¶ Amplius locus ſuperior eſt ſicut forma, & locus inferior eſt ſicut materia. 4. phy. 10. & 4. cæli 35. ſed forma non eſt contraria materiæ. 1. phy. 81. ergo locus non eſt contrarius loco, quod aſſerit Au. 4. cæli 33. cum dicit loci contrarietas non eſt manifeſta per ſe. 6. phy. 92. 5. phy. 16. 62. 5. phy. 9. ſed locus eſt cauſa eſſentialis contrarietatis corporum ſimplicium 4. cæli 35. & ſi loca ſunt contraria habent contrarietatem ex diuerſitate extremorum, & ſic per accidens, vt inquit. 8. phy. 76.

Alia sol. ¶ Vel dicas ꝙ locus ſumitur duobus modis vno modo nudè, abſolute, & ſimpliciter, Alio modo ſecundum quid, & quando eſt cum alio, quo ſtante dicitur ꝙ locus ſimpliciter ſumptus non eſt contrarius loco ſed ſecundum quid, & per aliud, ideſt inquantum eſt co[...]atiuus calidi eſt contrarius alteri loco [...]antum eſt conſeruatiuus frigidi, & ſic per accidens.

Tex. 41. Non videtur quantum ſuſcipere magis & minus.

Cum Ar. primam quantitatis proprietatem oſtendiſſet in hoc textu ſecundam proprietatem declarandam aggreditur. Prima fuit iſta ſcilicet quantitas non habet contrarium ſecunda eſt iſta ſcilicet quantitas non ſuſcipit magis & minus cauſa intentionis eſt, quoniam aliquis poſſet dicere quarè Ar. poſt ſubſtantiam immediate tractauit de quantitate & non de aliquo alio prædicamento? quoniam nullum aliud prædicamentum eſt magis ſimile ipſi ſubſtantiæ quam ipſa quantitas, nam ſicut ſubſtantia non habet contrarium, & nõ ſuſcipit magis & minus, ſic etiam quantitas non habet contrarium & non ſuſcipit magis & minus. Diuiditur iſte textus in tres partes in prima proponit ſecundam proprietatem quantitatis quæ eſt non ſuſcipere magis & minus, in ſecunda ibi (vt bicubitum) manifeſtat per inductionem hanc ſecundam proprietatem competere omni quantitati, in tertia ibi (quare) infert concluſionem: quo ad primum inquit Ar. (autem) ideſt poſtquam dixit ꝙ videtur Antiquis ꝙ quantitas habet contrarium, nobis verò nunc videtur ideſt noſtra opinio eſt, ꝙ (omne quantum) ideſt omnis quantitas non ſuſcipit magis & minus ideſt vna quantitas non eſt magis quantitas quam alia quãtitas, nec vna eſt magis quantitas ſe ipſa; ¶ Dices quomodo probatur hæc propoſitio vniuerſalis ꝙ omnis quantitas non ſuſcipit magis & minus? ¶ Reſpondet Ariſt. in ſecunda parte textus & dicit. *Dub.* *Sol.*

Vt bicubitum. neque alterum altero magis bicubitum. neque in numero: vt tria quàm quinque, nihil magis quinque aut tria dicuntur, neque quinque quam tria. nec tempus alterum altero magis tempus dicitur; nec in nullo eorum, quæ dicta ſunt omnino, magis & minus dicitur.

Hæc eſt ſecunda pars textus in qua Ariſt. poſtquam propoſuit illam propoſitionẽ vniuerſalem ſcilicet ꝙ omnis quantitas non ſuſcipit magis & minus, nunc manifeſtat illam eſſe verã, inductione facta in omnibus quantitatibus, ſed pro intelligentia Nota, ꝙ inquit Au. 2 cæli 49. 59. 2. priorum 26 2. phy. 40. & 8. phy. 33. ꝙ inductio eſt duplex, Alia topica, Alia verò eſt demonſtratiua, inductio topica eſt illa quæ vt manifeſtet propoſitionem vniuerſalem neceſſe eſt vt inducat omnia ſingularia, & ſi vnum defecerit non erit inductio perfecta ratio, eſt iſta quoniam; 1. phy. 17. totum nil aliud eſt niſi partes omnes copulatim ſumptæ, cum igitur vniuerſale ſit quoddam totum. 1. phy. 4. neceſſe eſt vt manifeſtetur inducendo omnia ſigularia quæ ſunt partes, hoc ſtante. q. d. Ar. ſi quis negabit ꝙ hæc propoſitio vniuerſalis ſcilicet omnis quantitas non ſuſcipit magis & minus inquit ipſe, ꝙ hoc non poteſt negari cum ſit manifeſtum per omnes & ſingulas quantitates, & primo inducendo hanc ſpeciem quantitatis (vt) ideſt v. g. bicubitum neque alterum

rum

rum altero magis bicubitum (q. d. vnum bicubitum nõ dicitur magis bicubitum quàm alterum bicubitum, nec. q. d. vnum bicubitum dicitur magis bicubitum ſe ipſo. (neque in numero) nunc inducit aliam ſingularem ſpeciem quantitatis. q. d. ſicut vnum bicubitum non dicitur magis nec minus bicubitum quàm alterum bicubitum, ſic nec vnus numerus qui eſt alia quantitas non dicitur magis
Petitio. & minus quàm alter numerus. ¶ Dices da
Reſp. mihi exemplum. ¶ Reſpondet & dicit (vt) .i. v. g. (tria) ideſt numerus trinarius non eſt magis vel minus numerus quàm alter numerus trinarius (quàm quinque) ideſt neque numerus quinarius dicitur magis numerus vel magis quantitas quàm alter numerus quinarius, nec ipſe ſe ipſo, & ideo dicit (nil magis tria aut quinque dicuntur, neque quinque quàm tria. q. d. neque numerus quinarius dicitur magis vel minus quantitas quam alter numerus quinariis, vel numerus trinarius, non dicitur magis vel minus quantitas quàm alter numerus trinarius, & quod magis importat nec tria quàm quinque. q. d. nec numerus trinarius dicitur minor quantitas quàm numerus quinarius, nec numerus quinarius dicitur magis quantitas quàm numerus trinarius (nec tẽpus) nunc inducit aliud ſingulare & dicit (nec tempus alterum altero) ideſt nec alterum tempus quod eſt alia quantitas dicitur magis & minus tempus, vel quantitas quàm alterum tempus, vt dies qui eſt quantitas non dicitur magis vel minus quantitas quam nox, quæ etiam eſt tempus, neque dies eſt minus quantitas quàm menſis, neq; menſis eſt minus quantitas quàm annus; nec hora eſt minus tẽpus quàm dies, nec dies magis tempus quàm hora, nec vna hora eſt magis vel minus quàm alia hora. ¶ Dices ſunt ne Aliæ quantitates quæ non ſuſcipiunt magis & minus? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (ſed in nullo eorum quæ dicta ſunt) ideſt nec nulla alia quantitas earum quę fuerunt nominatæ ſuſcipit magis & minus; neque oratio, nec linea, nec corpus, nec ſuperficies ſuſcipit magis & minus. (quare) nunc infert propoſitionem vniuerſalem dicens, ergo ex his ſingularibus inductis patet ꝙ nulla quantitas ſuſcipit magis & minus; ſed vt facilius mens Ar. intelligatur fiat inductio hoc pacto, inducendo omnia ſingularia, dicendo ſic numerus qui eſt quantitas non ſucipit magis & minus, oratio, linea, ſuperficies, corpus & locus, non ſuſcipit magis & minus; nec tempus, & quoniam ſingularia ſunt infinita, & non poſſunt omnia numerari, ideo Ar. vtitur quadam cautela topica quaſi inductiuè quæ concludit omnia ſingularia & dicit (nec in nullo eorum quæ dicta ſunt) .i. q. d. non ſolum ea quæ non ſunt dicta ſed etiã

(in nullo) ideſt nullum eorum quę ſunt dicta ſuſcipit magis & minus. ¶ Dices quare Ar. *Petitio.*
manifeſtauit hanc propoſitionem vniuerſalem ſ. ꝙ omnis quantitas non ſuſcipit magis & minus per inductionẽ; & non per demonſtrationem? ¶ Dicas quoniam quando res *Reſp.*
ſunt famoſæ, veræ, & certæ, & per ſe notæ non indigent demonſtratione, 1. poſt. 10. Au. 1. poſt. 1. ſed indigent modicula innuitione, & inductione, ideo dixit; Ariſt. (videtur) q. d. manifeſtum clarum & famoſum eſt, ꝙ quantitas non ſuſcipit magis & minus, in quibus rebus famoſis claris & per ſe manifeſtis ly; (videtur) dicit certitudinem & veritatem. 1. de anima 19. ¶ Sed Dices ſi inductio fit ex *Petitio*
ſingularibus & infert vniuerſalem, quare Ar. hic facit inductionem & non inducit ſingularia ſed inducit ſpecies, veluti eſt numerus, & tempus? ¶ Dicas ꝙ inducendo ſpecies inducit ſingularia, quoniam ſpecies ab Ar. vocantur *Reſp.*
ſingularia in cap. de oppoſitis & 1. phy. 4. Sed Nota dicit enim Ar. ꝙ nil magis quinq; quam tria vellem ſcire. ¶ Quomodo hoc eſt *Petitio.*
poſsibile? ¶ Dicas ꝙ admiratio dubitantis *Reſp.*
conſiſtit in hoc. ſ. ꝙ quinque ſunt plura quam tria, de hoc non oportet admirari, quoniam certum eſt quinque eſſe plura quàm tria, tamen illud quod dicit Ar. conſiſtit in hoc videlicet ꝙ quinque non ſunt magis quantitas quàm tria. q. d. Ar. ꝙ ly; magis & minus non competit quantitati, nam ſicut riſibile non competit equo, ſic dı.i magis & minus non competit quantitati, non enim dicimus ſeptem ſunt magis quàm tria, & tria ſunt minus quam ſeptem, & per conſequens non dicimus numerus eſt magis, & numerus eſt minus, nec tempus magis, & tempus minus. ¶ Dices ſi non poſſumus dicere ꝙ quinque *Petitio.*
ſunt magis quàm tria quomodo ergo dicemus? ¶ Reſpondet Ariſt. inferius & dicit ꝙ *Reſp.*
quantitati non competit dici magis & minus ſed ſibi competit dici æqualis & inæqualis, ideſt quinq; & tria ſunt duæ quantitates inęquales, ſimiliter tempus æquale & inæquale, non autem magis & minus. ¶ Dices hæc *Petitio.*
proprietas competit ne ſoli quantitati, vel alijs præter quantitatem? ¶ Dicas ꝙ com- *Reſp.*
petit alijs vt ſubſtantiæ, & ijs quæ ſunt ad aliquid, & qualitati. ¶ Dices ergo non eſt pro- *Dub.*
prium quantitati non ſuſcipere magis & minus. ¶ Dicas ꝙ non eſt proprium quarto *Sol.*
modo, ſed eſt proprium ſecundo modo dictum, quod competit omni ſed non ſoli, quod non dicitur propriè proprium. Sed Nota ꝙ quãtitas poteſt ſuſcipere magis & minus extenſiuè, per augmentationem & diminutionem, ſed non intenſiuè. ¶ Dices quid ſibi *Petitio.*
vult quantitas non ſuſcipit magis & minus? ¶ Dicitur ꝙ accidentia ettprualia à ſuo ſi- *Reſp.*
mili intenduntur, & à ſuo contrario remittuntur,

tuntur, ex quo Nota, ꝙ quanto minus accidens habet admixtum contrarij eſt intenſius v. g. albedo quæ eſt in niue habet minus contrarij admixtum quàm albedo quæ eſt in calce, eſt intenſius & quanto plus habet admixtum contrarij tanto eſt remiſsius. 5. phy. 19. Auer. quando ait magis & minus eſt in quo plus aut minus contrarij, vnde illa dicuntur ſuſcipere magis & minus quibus admiſcetur contrarium, vel magis, vel minus, ſed quantitas non habet contrarium, ideo quantitas

Rep. non ſuſcipit magis & minus. ¶ Dices contra nam vbi motus, ibi eſt magis & minus, ſed in quantitate eſt motus, ergo in quantitate eſt magis & minus. minor probatur, nam vt aliquid moueatur de vno in aliud, oportet ꝙ ibi ſint gradus per quos ſucceſsiuè eatur de

Sol. vno in aliud. ¶ Dicas ꝙ ibi ſunt gradus qui attenduntur ſecundum maius & minus, quia vna quantitas bene eſt maior altera, ſed non ſecundum magis & minus, quoniam linea maior non magis participat naturam propriæ ſpeciei quàm linea minor, tamen vna ſpecies quantitatis eſt perfectior altera, ſicut vnus numerus eſt perfectior alio numero; inter ſpecies enim quantitatis eſt ordo perfectionis, ſicut inter ſpecies aliorum generum

Dub. vt inquit Ar. 10. met. 3. ¶ Amplius dubitatur nam qualitas ſuſcipit magis & minus, quia vna qualitas magis diſtat, & alia minus à nõ gradu qualitatis, ſed vna quantitas magis diſtat à non gradu quantitatis, & alia minus, ergo à ſimili quantitas ſuſcipit magis & mi-

Sol. nus. ¶ Dicitur quòd dupliciter conſideratur quantitas vno modo vt quantitas eſt per ſe & abſolutè & in propria natura quantitatis, Alio modo per aliud, per accidens, & ratione alterius, & in natura aliena, tunc dicitur ꝙ quantitas conſiderata vt quantitas per ſe & abſolutè non ſuſcipit magis & minus, ſed

Dub. per accidens ſuſcipit magis & minus. ¶ Rurſus in quacumque natura inuenitur maxime In eadem repetitur magis & minus, ſed in natura quantitatis reperitur maximè, ergo in natura quantitatis reperitur magis & minus maior probatur quoniam in quacumq; natura in qua reperitur ſuperlatiuus gradus in eàdem reperitur comparatiuus & poſitiuus, minor probatur, quoniam linea circularis eſt maxime capacitatis, vt patet. 2. cæli in cap. proprio, ergo linea dicitur maximè linea, & per conſequens dicitur magis quan-

Sol. titas, ¶ Dicitur, negando maiorem, quoniam non valet dicere in quacumque natura inuenitur magis & minus, bene verum eſt ꝙ reperitur maius & minus, quia in ea reperitur maxime non ſecundum intenſionem, ſed ſecundum extenſionem, & ſi linea circularis dicitur ſuſcipere magis & minus, dicitur ꝙ hoc non eſt vt quantitas eſt, ſed inquantum talis. i. inquantum eſt magis & minus capax & ſic per aliud, & per accidens ſuſcipit magis & minus. ¶ Amplius ſicut vnum album *Dub.* eſt magis album quàm aliud, & vnum calidum eſt magis calidũ quàm aliud, ita vnum longũ eſt magis longum quàm aliud longum, & vnum latum eſt magis latum quàm aliud, & vnum profundum eſt magis profundum quàm aliud, ergo ſicut qualitas, ſic etiam quantitas ſuſcipit magis & minus. ¶ Dicitur *Sol.* ꝙ longum latum & profundum non ſunt in prædicamento quantitatis ſed ſunt in prædicamento relationis, & ſi ſunt in prædicamẽto quantitatis hoc non non eſt per ſe, ſed reductiuè, & per accidens, & hæc talia quæ ſunt per accidens in prædicamento quantitatis ſuſcipiunt magis & minus, illa verò quæ ſunt per ſe in prædicamento quantitatis nõ ſuſcipiunt magis & minus. ¶ Sed Quidam noſter *Dubitatio facta per Nicolaũ Cilia Melitenſem noſtrũ diſcipulũ.* diſcipulus qui vocatur Nicolaus Cilia Melitenſis iuuenis quidem multa laude dignus, ita ingenioſiſsime fuit poſt lectionem argumentatus, probando ꝙ quantitas ſuſcipit magis & minus, ſic dicens, æquale & inæquale ſuſcipiunt magis & minus, ergo quantitas ſuſcipit magis & minus, antecedens eſt Ariſt. in cap. de ad aliquid, conſequentia probatur, nam id quod reponitur in quantitate eſt quantitas, ſed æquale & inæquale reponuntur in quantitate vt patet in prædicamento quantitatis, ergo æquale & inæquale ſunt quantitates. ¶ Huic Reſpondetur hoc pacto ꝙ aliud eſt reponi in quantitate vt ſpecies, & Aliud eſt reponi in quantitate tanquàm proprietas, tunc dicitur ꝙ æquale & *Sol.* inæquale reponuntur in quantitate, non tanquàm ſpecies, ſed tanquam proprietates, & propria accidentia ipſius, & ſic non recipiunt magis & minus. ¶ Contra accidentia *Replica per eundem Nicolaum.* propria non recipiunt magis & minus, vt clariſsimè teſtatur Porphyrius in libro qui inſcribitur de communitatibus, ſed æquale & inæquale ſunt accidentia propria, ergo non ſuſcipiunt magis & minus. ¶ Dicitur ꝙ ac- *Sol.* cidentia propria ſunt in duplici differentia. quædam eſſentialia, & quædam accidentalia, tunc dicitur, ꝙ accidentia propria eſſentialia non recipiunt magis & minus, modo æquale & inæquale ſunt accidentia propria accidentalia, quæ recipiunt magis & minus. ¶ Sed hic curioſus iuuenis non cõtentus hac *Rep.* ſolutione, ita inſtat, illud eſt accidens proprium eſſentiale quod competit omni ſoli & ſemper, vt teſtatur Por. in cap. de proprio, ſed æquale & inæquale ſunt accidentia quæ omni ſoli & ſemper ſunt ipſi quantitati, vt inquit Ar. in hoc cap. ergo æquale & inæquale ſunt accidentia eſſentialia. ¶ Dicitur ta- *Sol.* men gloſando maiorem, ꝙ. ſ. illud eſt accidens eſſentiale ꝙ competit omni ſoli & ſem-

per,

per, & inſuper quod conſequitur formam illius, modo ſi ęquale & inęquale ſunt accidentia quę competunt vni ſoli & ſemper, tamen non conſequuntur formam, & ſic non ſunt propria eſſentialia Dices, o, Ar. ſi ſuſcipere magis & minus non eſt proprium proprie dictum quantitatis vellem ſcire quod nam erit illud proprium propriè competens quantitati? ¶ Reſpondet & dicit.

Tex. 41. Proprium autem maxime quanti eſt, quod æquale & inæquale dicitur,

Poſtquàm Ariſt. inductione manifeſtauit proprietates ſeu communitates ipſius quantitatis, in hoc textu declarat vnam proprietatem quæ competit ſoli quantitati, quæ differt ab alijs proprietatibus quæ competunt multis alijs præter quantitatem, cauſa intentionis eſt, vt notum fiat omnibus quomodo differt prædicamentum quantitatis ab alijs prędicamentis. Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima tradit proprietatē quæ competit ſoli quantitati, in ſecunda ibi (vnumquodque) proponit propoſitionem vniuerſalem inductione probandam, in tertia ibi (vt corpus) facit inductionem in omnibus quantitatibus, tàm continuis, quàm diſcretis, ſcilicet ꝙ omnis quantitas tàm continua quàm diſcreta dicitur ęqualis vel inęqualis, & non dicitur magis & minus; quo ad primum, Dicet aliquis, ſi non eſt proprium quantitati dici magis & minus. quod nam eſt proprium ipſius? Reſpondet Ariſt. & dicit (proprium maximè) ideſt proprium proprie conuertibile eſt quanti dici ęquale vel inęquale veluti hinnibile eſt proprium proprie dictum, & conuertibile cum equo, & riſibile cum homine, quod competit omni ſoli & ſemper, ſic æquale & inæquale eſt proprium quod competit omni quantitati ſoli & ſemper. Sed Nota quòd proprium propriè dictum eſt duplex, Aliud ſubſtantiale vt eſt differentia ſpecifica, vt rationale, Aliud eſt proprium propriè dictum accidentale, vt riſibile homini, tunc dicitur quod æquale & inæquale non eſt proprium ſubſtantiale quantitatis, ſed eſt proprium accidentale. ¶ Dices cum quantitas dicatur duobus modis, continua & diſcreta, cui quantitati competit hoc proprium? Reſpondet Ariſt. & dicit.

Vnumquodque enim eorum quę dicta ſunt quantorum æquale, & inæquale dicitur.

Cum Ariſt. notificaſſet quod nam eſt illud proprium propriè dictum, quod competit ſoli quantitati, & non alijs, & ipſum nominauit, dicens, ꝙ eſt æquale & inæquale in hac ſecunda parte textus proponit pro poſitionem vniuerſalem inductione manifeſtandam in omnibus quantitatibus veram eſſe, & dicit (enim) pro certè vera eſt hęc vniuerſalis propoſitio ſcilicet (vnumquodque quantorum) ideſt omnia quanta. ¶ Dices quæ quanta? ¶ Reſpondet & dicit (quæ dicta ſunt) ideſt quæ declarata & nominata ſunt & iterum nominanda ideſt tàm quanta continua quàm quanta diſcreta nullum excludendo æquale & inæquale dicitur) ideſt non dicuntur magis & minus, ſed dicuntur æqualia & inæqualia, vnde fiat ratio id quod eſt proprium eſt per ſe. 1. poſt. 36. & quod eſt per ſe eſt de omni. 1. poſt. 29. 30. ſed hoc prædicatum ſcilicet æquale & inæquale dici eſt prædicatum proprium, & non ſolum proprium, ſed eſt maxime proprium, ergo eſt per ſe, & de omni, ergo vera eſt propoſitio vniuerſalis probanda, quod omne quantum dicitur æquale & inæquale. ¶ Dices, o, Ar. quomodo probatur ꝙ hæc propoſitio vniuerſalis eſt vera an per demonſtrationem an per inductionem. ¶ Reſpondet & dicit. Petitio.

Reſp.

Vt corpus, æquale & inæquale dicitur, & numerus, & tempus, æquale & inæquale dicitur; ſimiliter autem in alijs, quæ dicta ſunt, vnumquodque æquale & inæquale dicitur.

Cum Ariſt. propoſuit vniuerſalem illam propoſitionem probandam eſſe veram, nunc ipſam manifeſtat per inductionem factam in omnibus quantitatibus, quas nominauit nomine communi, & traſcendenti, nunc illas inducit & inducendo illas proprio nomine nominat & dicit (vt corpus) q d. quod eſt quantitas continua dicitur ęquale adde tu alteri corpori,) & inæquale & (numerus) ideſt non ſolum corpus ſed etiam numerus qui eſt quantitas diſcreta dicitur ęqualis, vel inęqualis, alteri numero, vt quinque & quinque ſunt due quantitates ęquales & quinque & ſeptem ſunt quantitates inæquales (& tempus) .i. & etiam tempus quod eſt quantitas cōtinua dicitur ęquale &

inæquale alteri tempori,vt tempus vnius horæ dicitur æquale tempori,quod menſuratur etiam vna hora, & tempus vnius horæ, eſt æquale & inæquale tempori duarũ horarum, & ſic tẽpus dicitur æquale & inęquale. *Petitio.* ❡ Dices,o,Ar. inter quantitates continuas ſolum corpus dicitur æquale & inęquale an aliqua alia? *Reſp.* ❡ Reſpondet Ar. cõplendo inductionem & dicit(ſimiliter autem in alijs) q.d. non ſolum tempus quod eſt quantitas continua dicitur æquale & inæquale ſed etiam (ſimiliter) .i. ſimili modo (in alijs) adde tu quantitatibus continuis veluti eſt linea, ſuperficies, locus, ſimiliter & oratio, quæ dicitur quantitas diſcreta, dicitur æqualis & inæqualis, patet igitur per hanc inductionem factam in omnibus quantitatibus,tàm continuis quàm diſcretis,ꝙ hæc propoſitio vniuerſalis eſt vera, ꝙ omnis quantitas tàm continua quàm diſcreta dicitur æqualis & inęqualis,& nulla quantitas dicitur magis & minus quantitas. *Dub.* ❡ Sed Dices quarè Ar. prius declarauit proprietates quæ potius dicuntur communitates, quia præter quantitatẽ competunt multis alijs, & poſtea declarauit proprietatẽ quæ competit ſoli quantitati & non alijs? *Sol.* ❡ Reſpondet Ar. 1.phy.4.57.clarius.3, phy.2.clariſsime.2. de gen. & cor.51. & 1. de par.an.cap.1.vbi inquit ꝙ à communioribus eſt inchoandum, quod confirmat. 2.de anima.i.deueniendo ad propria. *Dub.* ❡ Dices iam certa eſt hęc via,ſed vellem ſcire quare communia præcedunt propria? *Sol.* ❡ Reſpondet Ar. & Auer. 1. de par. an. cap. 1. triplici de cauſa, primò ne detur reiteratio in doctrina, Secundò vt demonſtratio fiat ex notioribus. Tertiò vt demonſtratio fiat ex proprijs.

Petitio. ❡ Dices quid ſibi vult æquale & inæquale? *Reſp.* ❡ Dicitur ꝙ id dicitur æquale quod menſuratur eiſdem menſuris, id verò dicitur inæquale quod menſuratur pluribus, vel paucioribus menſuris, ex quo fiat hæc ratio, id quod aliquando menſuratur eiſdem menſuris, & aliquando pluribus vel paucioribus menſuris eſt æquale, & inæquale, ſed quantum aliquando menſuratur eiſdem, & aliquando pluribus vel paucioribus menſuris, ergo quantum dicitur æquale & inæquale.

Dub. ❡ Amplius Dices ꝙ hoc prædicatum ſcilicet æquale & inęquale non eſt proprium quantitati, ſed competit alteri ab ipſa quantitate, & probatur ſic ideſt proprium alicui. 1. top. cap. de proprio quod competit ſoli & non alteri ab illo, ſed æquale & inæquale competit alteri ab ipſa quantitate, ergo non competit nec eſt proprium quantitati, minor probatur, hoc modo, videlicet, ſumantur duo homines inæquali gradu fortes, & ſi luctentur ad inuicem, & alter nõ vincat nec ſuperet alterum.dicuntur ęquales in fortitudine, & æqualiter fortes, vel ſumantur duo homines qui habeant æqualem virtutem, iſti duo di‹›untur æquales virtute, & æquales in liberalitate,& ſunt inæquales in iuſtitia, vel in temperantia vel ſunt æquales incurrendo, & inæquales in pugnando, & ſimiliter duo ſunt æquales,quia ſunt æqualiter graues,aut leues,& duo Alij ſunt inæquales, quia ſunt inæqualiter graues,aut leues,& tamen nec virtus,nec fortitudo ſunt quãtitates, ſed potius in qualitate. *Sol.* ❡ Reſpondatur ꝙ aliquod dici æquale & inæquale dicitᷣ dupliciter, vno modo proprie,vere, per ſe, & ex ſua propria natura, Alio modo per ſimilitudinem & methaphorice, tunc dicitur ꝙ quando ſunt duo homines qui dicuntur æquales in fortitudine, vel in virtute,non propriè, verè, per ſe,& ex propria natura dicuntur ęquales,ſed methaphoricè, & ſimilitudinaliter (vt ita loquor) ſed proprie dicũtur ſimiles,vel diſsimiles ſecundum virtutẽ, ex quibus oritur hæc ratio probans ꝙ æquale & inæquale competit ſoli quantitati,quæ eſt talis: id quod cõpetit omni quantitati & nulli alteri ab illa, & ſi competit alteri nõ niſi ratione illius, eſt maximo propriũ illi,ſed dici æquale & inęquale competit omni quantitati,& competit alteri,non niſi ratione quantitatis, ergo dici æquale & inæquale maxime & ſoli cõpetit quantitati.

Dub. ❡ Dices Aliquod quod non eſt quantitas poteſt dici ęquale & inęquale, Dicas hoc modo accipiãtur duo ligna quę ſint æqualis menſuræ, ſcilicet quatuor palmorũ, hæc duo ligna vocantur ęqualia, vel accipiatur vnũ lignum quatuor palmorũ,& aliud,lignum trium palmorũ, illa duo quæ ſunt quatuor palmorum dicuntur æqualia, illa verò quorum vnum eſt trium palmorum & aliud eſt quatuor palmorum dicuntur inęqualia, & ſic duo ligna quæ ſunt ſubſtantię, & non quantitates dicuntur ęqualia, & inęqualia, & per conſequens non ſolum quantitati cõpetit dici æquale & inęquale, ſed etiam alteri ab ipſa quantitate.

Alia dub. ❡ Amplius duę actiones dicuntur æquales & inęquales. v.g. actio in medicina requirit ſex annos,& actio in philoſophia requirit ſex annos, iſtę duę actiones ſunt ęquales. *Sol.* ❡ Dicitur ꝙ hęc omnia non dicunᷣ æqualia & inęqualia inquantum ſunt ſubſtantiæ, & vt ligna, neque actiones dicuntur ęquales & inęquales vt actiones ſunt, ſed inquantum ligna ſunt quanta, & actiones inquantum menſurantur tempore, quod tempus eſt quãtitas, & ſic omnia dicta dicuntur ęqualia & inęqualia tranſumptiue, per accidẽs, ratione alterius, non proprię, per ſe. ❡ Dices, o, Ar. cętera quę non ſunt quanta dicuntur ne ęqualia & inęqualia? ❡ Reſpondet & dicit.

In

43. In cęteris verò quęcumque quanta non ſunt, nō prorſus videtur æquale, & inæquale dici.

Cum Ariſt. inductione manifeſtauit in omni ſpecie quantitatis tàm continua quàm diſcreta ꝙ non competit dici magis & minus ſed ſibi competit dici æqualis & inęqualis, in hoc textu vult notificare ꝙ dici ęquale & inęquale nulli alteri competit niſi quantitati & quęcumque non ſunt quanta non dicuntur æqualia & inæqualia propriè & per ſe, ſed ſi dicuntur æqualia, & inæqualia non niſi per accidens tranſumptiue, & impropriè, cauſa intentionis eſt vt excludat omnia illa quæ non ſunt quanta non dici æqualia & inæqualia, & vt oſtendat quòd hæc tertia proprietas competit ſoli quantitati & conuertitur cum quantitate. Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima excludit omnia illa quæ non ſunt quanta non dici æqualia & inæqualia, in ſecunda ibi (vt diſpoſitio) probat hoc quod dixit inductione, in tertia ibi (quare) infert concluſionem; quo igitur ad primum. ¶ Dices, o, Ariſt. cætera quæ non ſunt quanta dicuntur ne æqualia & inæqualia? ¶ Reſpondet & dicit (verò) pro certe (in cæteris) ideſt in illis (quæcumque) ideſt omnia quæ non ſunt quanta ſed ſunt alia à quantitate (prorſus) .i. omnino nullo modo (videbitur æquale & inæquali dici) ideſt nullo modo dicuntur æqualia & inæqualia dici adde tu proprie primò & per ſe ſed methaphoricè impropriè tranſumptiuè & per accidens. ¶ Dices quæ ſunt iſta & quomodo vocantur quæ non dicuntur æqualia, & inæqualia? Reſpondet & dicit.

Petitio. *Reſp.* *Petitio.* *Reſp.*

Vt diſpoſitio æqualis & inæqualis non omnino dicitur, ſed magis ſimilis & diſsimilis. & album æquale & inæquale non omnino dicitur, ſed ſimile vel diſsimile.

Cum Ariſt. excluſiſſet illa quæ non poſſunt dici æqualia & inæqualia per ſe, in hac parte textus exemplo & inductione manifeſtat proprio nomine quæ dixit, & dicit, q. d. ſi tu neſcis quæ ſunt & quomodo nominantur illa quæ non dicuntur æqualia & inæqualia (vt) ideſt verbi gratia (diſpoſitio) quæ non eſt quantitas ſed potius qualitas (omnino) ideſt nullo modo dicitur æqualis & inæqualis. ¶ Dices ſi diſpoſitio non dicitur æqualis & inæqualis, quæro quomodo dicetur? Reſpondet & dicit (ſed) adde tu ipſa diſpoſitio (magis) ideſt potius (dicitur) ideſt appellatur ſimilis vel diſsimilis. v. g. vna diſpoſitio dicitur ſimilis alteri diſpoſitioni, & non dicitur æqualis alteri diſpoſitioni. ¶ Dices ſola diſpoſitio dicitur ſimilis & diſsimilis an aliquod aliud? ¶ Reſpondet. q. d. non ſolum diſpoſitio ſed etiam album quod eſt qualitas, & non quantitas, dicitur ſimile & diſsimile, non autem æquale & inæquale, vnde patet quòd cum diſpoſitio & albedo ſint potius qualitates, quàm quantitates dicuntur ſimiles & diſsimiles, non autem æquales & inæquales, propria enim nomina & prædicata tribuuntur ſuis proprijs ſubiectis, ſed ſimile & diſsimile ſunt propria prædicata qualitatis & non quantitatis, ergo hæc prædicata & nomina per ſe tribuuntur qualitati & non quantitati & ſi tribuuntur qualitati non niſi per accidens. Sed Nota quòd Ariſt. dedit bonum exemplum de diſpoſitione quę eſt qualitas ſpiritualis & aliud exemplum de albedine quæ eſt qualitas corporalis; denotando quòd omnis qualitas ſiue fuerit ſpiritualis ſiue corporalis, non dicitur æqualis & inæqualis, ſed potius ſimilis & diſsimilis. ¶ Dices quid ſibi vult hoc nomen diſpoſitio? verbi gratia hoc anno in meo ſtudio adſunt centum ſtudentes in logica ſi aliquis interrogaret quis nam iſtorum eſt melius diſpoſitus & melius adiſcit logicam. ¶ Dices omnes profectò ſimiliter ſunt diſpoſiti & affecti ideſt omnes ſunt ſimiles & habent ſimilem diſpoſitionem & aptitudinem & non Dices omnes ſunt æquales, & habent æqualem aptitudinem in logica, ſimiliter ſi ſunt duo homines albi non poſſumus dicere quòd æqualiter ſunt albi ſed dicimus ſimiliter ſunt albi ideſt albedo vnius non eſt æqualis albedini alterius ſed albedo vnius eſt ſimilis albedini alterius, ſicut dicimus de diſpoſitione & de albedine ſic etiam dicimus de omni qualitate, cui omnino æqualis & inæqualis non competit dici, ſed potius ſimilis vel diſsimilis, vt ſunt albedo nigredo, fuſcedo, & omnino omnis qualitas.

Petitio. *Reſp.* *Petitio.* *Reſp.*

Quare quantima xime ſit propriū, æquale & inequale dici.

Cum Ariſt. exemplo & inductione manifeſtauit ꝙ quæcumque non ſunt quanta ſed ſunt qualia non dicuntur æqualia & inæqualia, ſed potius dicuntur ſimilia vel diſsimilia, in hac vltima parte textus infert concluſionem omnium dictorum ſic, dicens (quare) .i. ergo ſequitur ex dictis ꝙ (maximè) ideſt

proprie (proprium quanti) .i. ipſius quanti
& non qualis, hoc prædicatum .ſ. dici & no-
minari æquale & inæquale, quantitas igitur
æqualis & inæqualis dicitur, qualitas verò
ſimilis & diſsimilis appellatur, quod quidē
hac ratione corroboratur, illud quod eſt ma-
xime proprium alicui per ſe competit illi, &
per accidens competit alteri, Porphyrio te-
ſte & Ar. 1. top cap. de proprio & 1. poſt. 32.
ſed dici æquale & inæquale eſt maxime pro-
prium quantitati ergo per ſe competit quan-
Dub. titati, & alteri per accidens. ¶ Sed Dices
contra quantitas dicitur æqualis & inæqua-
lis, ſed qualitas vt albedo eſt quantitas, er-
go qualitas dicitur æqualis & inęqualis, mi-
nor eſt nota ex illis quæ dicta ſunt .ſ. quanta
Sol. eſt ſuperficies tanta eſt albedo. ¶ Dicitur ꝙ
albedo & quæcumque alia qualitas per ſe di-
citur ſimilis vel diſsimilia, & ſi dicitur æqua-
lis vel inæqualis non niſi per accidēs. ¶ Am-
plius duo homines vt Petrus & Franciſcus
ſunt æquales in liberalitate, & inæquales in
iuſtitia, ſed liberalitas & iuſtitia ſunt habi-
tus, & ſunt in prima ſpecie qualitatis, ergo
Dub. qualitas dicitur æqualis & inæqualis. ¶ Am-
plius ſunt duo homines vt Achilles & Camil-
lus ſunt æquales in currendo, & ſunt inæqua-
les in pugnando, ſed curſus & pugna ſunt in
ſecunda ſpecie qualitatis, ergo qualitas quæ
eſt in ſecunda ſpecie dicitur æqualis & inæ-
qualis. ¶ Amplius ſunt duo homines qui ſunt
Aethiopes æquales in nigredine, vt callias &
Chriſtophorus ſed nigredo eſt in tertia ſpe-
cie qualitatis, vel mel & ſaccarū ſunt æqua-
lia in dulcedine, quæ dulcedo & amaritudo
ſunt in tertia ſpecie qualitatis, & tamen di-
cuntur æqualia & inæqualia. ¶ Pręterea duo
circuli ſunt æquales quoniā à centro vtriuſ-
que lineæ ductæ ad circumferentiam ſunt
æquales & à centro alterius lineæ ductæ ad
circumferentiam non ſunt æquales, vel dan-
tur duæ figurę æquales, & duæ inæquales,
ſed circulus & figura ſunt in quarta ſpecie
qualitatis, ergo qualitas dicitur æqualis &
inæqualis, non autem ſimilis & diſsimilis;
Sol. ¶ Reſpondetur ad omnes iſtas inſtantias di-
cendo ſicut dictum eſt ſuperius ꝙ ſi qualitas
dicitur æqualis vel inæqualis non tamen per
ſe, ſed per accidens, methaphorice, & ſe-
cundum ſimilitudinem: hinc dicunt Docto-
res ꝙ quantitas eſt duplex, Alia dicit quan-
titas molis, Alia dicitur quantitas virtutis,
ſeu perfectionis, prima eſt in genere quanti-
Rep. tatis, ſecunda eſt in pluribus alijs. ¶ Dices
contra nam id quod eſt per accidens, redu-
citur ad id quod eſt per ſe, ſi qualitas dicitur
æqualis & inæqualis per accidens, ergo di-
Sol. citur æqualis & inæqualis per ſe. ¶ Dicitur
ꝙ quando dicitur id quod eſt per accidens
reducitur ad id quod eſt per ſe, non intelligi-
tur ꝙ illud quod eſt per accidens poteſt eſſe
per ſe, quia hoc eſt falſum ſed intelligitur ſic
videlicet id quod eſt per accidens reducitur,
ad id quod eſt per ſe, ſicut imperfectum re-
ducitur ad perfectum, quoniam id quod eſt
per accidens eſt imperfectum, & id quod eſt
per ſe eſt perfectum. 2 cæli 32. & ſic replica
eſt nulla. ¶ Dices quæ ſunt illa quæ dicuntur *Petitio.*
æqualia & quæ ſunt illa quæ dicuntur inæ-
qualia? ¶ Dicas ꝙ illa dicuntur æqualia quę *Reſp.*
inuicem comparata non excedunt nec exce-
duntur, exemplum eſt clarum. v. g. tres ho-
mines, & tres equi, & tres boues, vel quando
ſunt tres amici, ex vna parte & tres inimici
ex alia parte, & ad inuicem armis pugnant
iſti dicuntur æquales illa verò dicuntur inæ-
qualia, quorum vnum excedit alterum, velu-
ti ſunt tres homines ex vna parte, & quatuor
ex alia, vel quatuor ex vna, & quinque vel
octo ex alia.

DE HIS QVAE AD ALIQVID.

Ad aliquid vero talia dicuntur, *Tex. 44.*
quæcumque hæc ipſa quæ ſunt, alio-
rum eſſe dicuntur, vel quomodoli-
bet aliter ad alterum.

AB inſtituto haud quaquam diſce-
dendo eo ordine circa huius ca-
pituli expoſitionem procedemus
quo ſanè in pręcedentibus. Poſt-
quàm Ar. exactè & exquiſitè determinauit
de quantitate indagando eius qualitates &
proprietates, in hoc cap. determinat de his
quæ ſunt ad aliquid, & volens de his conſi-
derare primò (vt dicunt omnes latini) affert
eorum definitionem, ſeu (vt inquit Au.) eo-
rum deſcriptionem, ¶ Sed parcant mihi om- *Confuta-*
nes & eorum habita pace) nec definitionem *tio.*
vt latini nec eorum quæ ſunt ad aliquid de-
ſcriptionem affert Ar. vt Au. & cauſa eſt iſta,
quoniam 6. top. in primo loco definitionis,
7. met. 42. omnis definitio & deſcriptio eſt
per genus, ſed relatio cum ſit genus genera-
liſsimum non habet genus ſupra ſe, teſte Por-
phyrio in cap. de ſpecie, ergo non poteſt de-
finiri, nec deſcribi. ¶ Sed Dices contra nam
Ar. in hoc cap. clare dicit ꝙ relatiua habent *Reſp.*
definitionem quando inquit (ſi igitur eorum
quæ ſunt ad aliquid definitio aſsignata eſt)
huic difficultati Reſpondetur ꝙ definitio eſt
duplex, 1. poſt. 2. & 2. poſt. 32. Alia quid rei,
Alia quid nominis, tunc dicitur, ꝙ relatiua
habent definitionem quid nominis quę po-

tius

tius dicitur quædam declaratio, ſeu explicatio, quod quidem denotat illud verbum (dicuntur) non autem habent definitionem quid rei, Nos autem dicimus non vt multi ſed vt pauci dicunt, ꝙ Ariſt. non tradit definitionem nec deſcriptionem, ſed tãtum methodum & regulam cognoſcendi ea quę ſunt ad aliquid, cauſa intẽtionis eſt, ſcilicet quare Ariſt. poſt quantitatem conſiderat de his quę ſunt ad aliquid? Dicas quoniam Ar. in cap. de quantitate nominauit relatiua. ſ. magnum & paruum, & ne operis fuerit interrupta diſtinctio atque tractatio. ¶ Vel Dicas quoniam in cap. de quantitate dixit ꝙ multum & paucum, magnum & paruum ſunt ad aliquid, ideo poſt quãtitatem conſiderat de his quæ ſunt ad aliquid. ¶ Vel Dicas ꝙ omne accidẽs reſpectiuum cognoſcitur per abſolutum in quo fundatur & per quod ineſt ſubſtantiæ ſed relatio eſt accidens reſpectiuum & fundatur in quãtitate quia plures relationes fundantur in quãtitate, quàm in aliquo aliorum prędicamentorum ideo relatio maxime cognoſcitur per quãtitatem, & ideo quamquàm ordine naturæ qualitas quæ eſt accidens abſolutum debet præcedere relationem, tamen ordine doctrinæ relatio præcedit qualitatem, & ſequitur immediate poſt quantitatem, & ne nos diu lateret & ignoraremus quæ ſunt relatiua ideo poſt quantitatem immediate de relatiuis fecit mẽtionem. ¶ Vel Dicas quòd cauſa intentionis eſt quoniam ſtatim orta quantitate ipſaque poſita ſtatim naſcitur & ponitur maius & minus, quæ ſunt duo relatiua, Diuiditur iſte textus in duas partes; in prima Ar. (vt dicunt doctores) aſſignat relatiuorum definitionem quid nominis in 2. ibi (vt maius) numerat & exemplificat quæ ſunt relatiua, quo ad primum Aliquis Dicet quæ ſunt relatiua? Reſpondet & dicit (ad aliquid verò talia dicuntur) (verò) pro certè (talia) .i. illa (dicuntur) .i. appellantur & rectè dixit (dicuntur) & non dixit ſunt, quoniam relatiua hic conſiderantur non inquantum ſunt entia, ſed inquantum ſunt dicibilia. ¶ Vel Dicas ꝙ in logica non tractantur relatiua vt entia ſunt & principaliter, & realiter, quoniam ſic pertinet ad Methaphiſicum, ſed intentionaliter, ſecundum ꝙ referuntur ad dici, vel ad prędicari; ¶ Vel Dicas ꝙ ideo dixit (dicuntur) quoniam hæc definitio non eſt ſua, & ex proprio marte, ſed ex voto & opinione Platonis, & ideo dixit (dicuntur) quaſi ab alijs, ſed non ab ipſo, (quæcumque) .i. omnia hæc ipſa quæ ſunt aliorum eſſe dicuntur) .i. quorum eſſe &c. Nota ꝙ duplex eſt eſſe 3. de anima 9. 2. poſt. 33. aliud eſt eſſe eſſentiæ, Aliud verò eſt eſſe exiſtentiæ. hic non intelligit eſſe exiſtentiæ ſed eſſe eſſentię, quoniam relatiua non habent eſſe exiſtentiæ extra animã, ſed ſunt tantum in anima, & ſunt entia minime entitatis. 1. poſt. 32. & 22. met. 19. vbi habetur ꝙ relatio eſt debilioris eſſe cęteris prędicamentis (ly &) hic non ſumitur coniunctiuè & copulatiuè, ſed expoſitiue .i. ſubſtantia & eorum eſſentia eſt ad aliquid dici, & referri .i. quorum vnum refertur & habet reſpectum ad alterum; clarius tamen dicamus, illa dicuntur relatiua quorum vnum nõ poteſt habere aliquod nomen niſi reſpectu alterius. v.g. Franciſcus non poteſt dici nec nominari pater niſi reſpectu filij, & ſortes non poteſt nominari filius niſi reſpectu patris, ſimiliter de alijs ¶ Dices quare Ar. miſcet duo relatiua dicens (quorum vnum eſt ly (talia) aliud verò ly (quecumque?) Dicas quòd dixit (talia) vt daret intelligere quòd ly ad aliquid ſemper fundatur ſuper accidente, vt patet. 5. met. 20. quoniam ly tale eſt relatiuum identitatis accidentis. Secundò dixit (quæcumque) vt perciperetur ꝙ fundamentum ipſius ad aliquid poteſt eſſe ſubſtantia ſecundum rem ita ꝙ nos iudicamus ꝙ ad aliquid non fundantur niſi accidentia vel ſubſtantiæ ad aliquem modum accidentis tradite (ideo dixit vel quomodolibet alterum ad alterum) Nota ꝙ vnum pluribus modis refertur ad alterum. Primo modo in caſu genitiuo, vt pater eſt filij pater. Secundo modo in caſu datiuo vt ſimile eſt alicui ſimile, æquale æquali æquale, vicinum vicino vicinum, Tertio modo in caſu ablatiuo vt maius eſt minore maius. Quarto modo in caſu accuſatiuo vt verberans vapulantem verberãs; quibus ſtantibus ideo dixit (vel quomodolibet ad alterum) denotando quòd non ſolum relatiua requirunt caſum genitiuum, ſed multa relatiua (alio modo) id eſt alio caſu & ſecundum caſus diuerſos, vt ſenſus ſenſibilis ſenſus, & ſenſibile ſenſu ſenſibile, & ſcientia ſcibilis ſciẽtia, & ſcibile ſcientia ſcibile, hęc ſunt relatiua per diuerſos caſus, & ideo Ar. compleuit relatiuorum definitionem ſub diſiunctione, dicens (quomodolibet alterum ad alterum, propter diuerſum modum & hinc Nota ſolut orem quę dari poteſt ad dubitationem, quę fieri ſolet, quare Ar. inſcribit hoc caput de relatiuis in plurali, dicens (de relatiuis) & non in ſingulari, dicens, (de relatiuo) non niſi quia relatiua ſunt quidã reſpectus qui reſpectus eſt in duabus rebus, & non in vna re, v. g. deſtrum ſiniſtri eſt deſtrum, non enim aliquod per ſe & abſolutè nõ comparatum ad aliud poteſt dici deſtrum, & pater filij pater, non enim aliquis abſolutè ſumptus poteſt dici pater, ſed dicitur pater reſpectu alterius .i. reſpectu filij, ſed ſubſtantia poteſt eſſe abſolute, vt homo eſt ſubſtantia per ſe, & abſolute ſumptus

non

non reſpectu alterius, ſimiliter quantum vt bicubitum, & ideo relatiua proferuntur in numero plurali, alia verò prædicamenta in numero ſingulari; & Nota ꝙ relatiua in plura ſignificata, quædam enim ſunt relatiua per æquiuocationem, vt ſolutio ſenſata ſolutione, Alia ſunt per diuerſificationem & hęc quæ dicuntur per diuerſificationem dicuntur pluribus modis, quædam à mutuo exceſſu vel defectu, vt multum & paucum, magnum & paruum, maius & minus, Alia à principe & ſubdito, qui habet imperium ſiue auctoritatem præcipiendi ad eum in quem habet imperium, vt dominus ſerui dominus. Alia à iudicante, & eo qui iudicatur, vt ſenſibile ſenſu ſenſibile, & ſcibile ſcientia ſcibile, vel ab eo quod participat & quo participatur, vt ſciens ꝙ ſcientiæ particeps ſit nominatur, aut ſecundum cauſam, vt à cauſa perfectum, vt pater filij pater, vel ſecundum agens & patiens, vt verberans vapulantem verberat, vel pro locali differentia vt deſtrū à deſtro; his ſtantibus relatiuorum ſignificatis hic Ariſt. declarat omnia relatiua ſed eſt ſciendum ꝙ relatiua ad huc ſunt in duplici differentia, quædam ſecundum eſſe quædam ſecundum dici, relatiua ſecundum eſſe ſunt illa quæ ſolum habent eſſe relatiuum eſſentialiter & principaliter, & reſpectū ad aliud, vt duplum & dimidium, pater & filius, relatiua verò ſecundum dici ſunt illa quæ principaliter & eſſentialiter dicunt abſolutum per ſe de genere qualitatis, vt ſcientia & ſenſus, aut de genere ſubſtantiæ vt manus, pes, caput, vt caput capitati caput, Sed Nota ꝙ hæc relatiuorū definitio comprehendit tam relatiua ſecundum eſſe quàm relatiua ſecundum dici, quando enim dicit (quæcumque ipſa quæ ſunt aliorum eſſe dicuntur) intelligit relatiua ſecundum eſſe, quando verò dicit quomodolibet aliter ad alterum, intelligit relatiua ſecundum dici, & hæc eſt cauſa propter quam Ar. dixit relatiua in plurali & non relatiuum in ſingulari.

Quæ ſunt relatiua ſm̃ eſſe & ſm̃ dici,

Vt maius hoc ipſum quod eſt alterius dicitur, aliquo enim maius dicitur, & duplum alterius dicitur, hoc ipſum quod eſt alicuius enim duplum dicitur; ſimiliter autem & alia quæcumque huiuſmodi ſunt.

Cum Ar. relatiuorum definitionem aſſignaſſet, in hac ſecunda parte textus vt mos ſuus eſt per exempla declarat quæ ſunt & quomodo vocantur relatiua quę requirunt caſum ablatiuum & d. (vt) .i. v. g. inter alia hoc eſt vnum .ſ. (maius hoc ipſum quod eſt .i. cuius eſſe eſt alterius) .i. dicitur maius reſpectu alterius, quoniam non poteſt dici maius de ſe, & abſolute, niſi reſpectu alterius, (aliquo enim maius dicitur) Dices quomodo vocatur illud quo dicitur malus? q. d. Ar. minore maius & minus hoc ipſum quod eſt alterius dicitur, & minus non poteſt dici minus, niſi reſpectu alterius, ſcilicet aliquo dicitur minus .i. maiore minus (&) q. d. Ar. cum dedimus exemplum de relatiuis quę requirunt caſum ablatiuum nunc damus exempli de relatiuis quę requirunt caſum genitiuum (vt) .i. v. g. (duplum hoc ipſum quod eſt) .i. abſolute & per ſe ſumptum non poteſt dici duplum niſi reſpectu alterius nam duplum alicuius dicitur duplum Dices duplum reſpectu cuius dicitur duplum? Dicas reſpectu dimidij aliter non diceretur duplum (ſimiliter dimidium dupli dimidium) q. d. ſicut duplum non poteſt dici duplum niſi reſpectu alterius .i. reſpectu dimidij (ſimiliter) .i. ſimili ratione & cauſa dimidium non poteſt dici dimidium niſi reſpectu dupli.

Petitio. *Reſp.*

¶ Dices quarè inquit Ar. maius alterius maius in caſu genitiuo ſi maius requirit caſum ablatiuum? ¶ Dicas quoniam loquitur more gręcorum qui carent ablatiuo loco cuius vtuntur genitiuo quoniam caſus ablatiuus magnam habet conuenientiam cum genitiuo & ideo Ariſt. iuxta modum loquendi gręcorum conſtruit comparatiuum cum genitiuo (ſimiliter & alia quęcumque huiuſmodi ſunt) nunc Ar. vtitur cautela topica numeratis quibuſdam relatiuis quia inducebat faſtidium omnia numerare ideo dicit (ſimiliter) ideſt ſimili modo & alia .i. relatiua (hoc ipſa quę ſunt alterius eſſe dicuntur) .i. non dicuntur relatiua per ſe abſolute ſumpta ſed omnia dicuntur relatiua reſpectu alterius.

Petitio. *Reſp.*

¶ Sed dubitant curioſi quarè Ar. definiuit relationes in concreto dicens (relatiua) & non in abſtracto dicens relationes? ¶ Dicūt ꝙ relatio inter omnia entia eſt debiliſſimum ens vt inquit Au. 1. poſt. 32. vbi inquit ꝙ relatiua ſunt entia minime entitatis & 12. met. 19. & eſt minimum cognoſcibile in ſe ſed eſt nōſcibilior ſecūdum ꝙ informat ea quorum eſt habitudo & ideo conuenientius fuit determinare de relatiuis quoniam ex eorum cognitione poteſt habere cognitio de relatione, quoniam ſicut relatiuorū eſſe eſt ad aliud ſe habere, ſic relatio eſt forma ſecundum quam hęc ſic ſe habent ad aliquid. ¶ Sed contra relatiuorum definitionem inſurgunt aliqui illam .ſ. non eſſe optimam, & probant ſic Au. 3. phy. 1. omnis definitio debet conuerti cum definito, vt in ępit. log. cap. de def. & 6. top. in 1. loco definitionis Ar. ſed hęc definitio data de relatiuis non conuertitur,

Dub. *Sol.* *Dub.*

ergo

ergo mala definitio, minor probatur, nam id
quod comperit alteri à definito non conuer-
titur cum illo, ſed definitio relatiuorũ com-
Sol. petit alijs quę non ſunt relatiua, veluti ſunt
partes ſubſtantię, ſequitur ergo omni ex par-
te ꝙ hęc definitio eſt mala. ¶ Dicunt ꝙ licet
partes ſubſtantię & ſcientia & habitus non
ſunt relatiua ſecundum eſſe, tamen ſunt rela-
tiua ſecundum dici, inquantũ habent reſpe-
ctũ ad aliud, veluti partes habent reſpectum
ad totum, & ſcientia habet reſpectum ad ſci-
bile, & habitus ad habentem habitum, tunc
dicitur ꝙ hic definiuntur complectũtur om-
Alia nia relatiua tàm ſecundum eſſe quàm ſecun-
dub. dum dici, & ideo bona & non mala eſt rela-
tiuorum definitio. ¶ Amplius paternitas eſt
Sol. ad aliquid, & tamen non refertur ad aliud,
quoniam non dicimus paternitas filij pater-
nitas ergo data definitio non competit om-
nibus relatiuis. ¶ Dicunt ꝙ licet paternitas
Alia non referatur in abſtracto actualiter, tamen
dub. refertur aptitudinaliter & intellectualiter
in concreto. ¶ Amplius nulla bona definitio
eſt petitio, quoniam ſunt diuerſa inter ſe, &
nullo modo admittitur. 2. priorũ cap. de pe-
titione, ſed tradita relatiuorum definitio eſt
petitio, ergo peſſima definitio, minor pro-
batur, Ar. volens definire relatiua dicit ſic
ad aliquid dicitur id cuius eſſe ad aliquid di
citur. ¶ Dicas ꝙ ly ad aliquid quod ponitur
in definitione non accipitur loco vnius no-
Propria minis, ſicuti eſt definitum, neque eſt relati-
ſol. uum, ſed eſt tranſcendens, ac ſi dixiſſet cu-
ius eſſe dicitur ad aliquid ens. ¶ Ego tamen
dicerem ꝙ petitio eſt duplex. 1. poſt. 1. Au.
Alia eſt petitio ſimpliciter, Alia verò eſt pe-
titio ſecundum quid, tunc dicitur ꝙ ſi in hac
relatiuorum definitione adeſt petitio, nõ eſt
Rep. petitio ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quę
eſt topica petitio apparet petitio ſed in rei
veritate non eſt petitio. ¶ Contra, nam tunc
eſt vera ſimpliciter petitio quando procedi-
mus ab eodem ad idem, à noto ad notum,
vel ab ignoto ad ignotum, vel ab ignoto ad
notum. 2. priorũ cap. de petitione, ſed quan-
do Ar. definit relatiua diffinit notum per no-
tum, quando dicit (ad aliquid talia dicun-
tur quæcumque referuntur ad aliquid ecce
Sol. modo quàm clare patet ꝙ definit aliquid per
aliquid, ergo eſt ſimpliciter petitio, non to-
pica, nec apparens, & ſecundum quid. ¶ Di-
cas vt ſupra ꝙ ly ad aliquid poſitum in defi-
Dub. nitione accipitur loco vnius nominis, ſicut
eſt definitum neq; eſt relatiuum, ſed eſt tra-
ſcendens, & ſic replica non concludit. ¶ Di-
ces ꝙ relatiuorum non eſt definitio nam Au.
1. poſt. 32. 1. de anima 8. meta. 9. definitiones
non ſunt ſimplicium, ſed compoſitorum, ſed
relatiua non ſunt compoſita, quoniam ſunt
entia minimæ entitatis: in tantum ꝙ quidam
volebant ꝙ erant entia logicalia, teſte Au.
12 met. 19. nam diſcurendo per alia prædi-
camenta facile cognoſcuntur, nam quando
videtur quãtitas ſeu qualitas ſtatim cogno-
ſcuntur ſed in relatiuis, hoc difficile eſt nam
ſi ego video ſortem filium Platonis non ſubi-
to cognoſco quòd ille eſt filius Platonis, niſi
prius fuerit mihi dictum, & poſtea cognoſco
relationem, quæ eſt inter ſortem filium &
Platonem patrem, veluti inquit Ar. 4. phy.
cap. de tempore ex eo quia parum ſenſu per-
cipitur & eius eſſe eſt in mẽte & ſi anima non
eſſet relatio & tempus non eſſet anima enim
eſt quæ facit relationes, annum, menſem, &
horas, & ideo inquit Au. relationis prædi-
camentum eſt cauſatum ab anima. in ipſis en-
tibus & ſi non eſſet anima non eſſet relatio,
nec proportio nec comparatio in æpit. met.
tractatu. 3 pag. 3. ex quibus patet ꝙ cum re-
latiua non ſint merito non debent habere
definitionem, quod quidem confirmatur ex- *Confir-*
1. poſt. 10. & 2. poſt. 32. vbi inquit Ar. non *matio.*
entis non eſt quid .i. de eo quod non eſt non
eſt definitio, ſed relatiua ſunt non entia ergo
relatiuorum non eſt definitio. ¶ Dicas ꝙ re- *Sol.*
latiua habent duplex eſſe Aliud materiale,
quod eſt fundamentum in quo inuenitur re-
latio, Aliud eſt eſſe formale, quod eſt ipſa
met relatio quæ eſt in intellectu, & ideo eo-
rum eſſe eſt in mente quia ſecundum eſſe for-
male quod eſt totum eſſe rei, 7. met. 7. tunc
dicitur ꝙ ſi relatiua conſiderantur ſecũdum
eſſe formale ſic ſunt non entia, & minime en-
titatis ſed ſi conſiderantur ſecundum eſſe ma
teriale ſic ſunt entia, & ſic eorum eſt defini-
tio. ¶ Dices hæc definitio relatiuorum eſt ne *Dub.*
circularis .i. vnum relatiuum definitur per
alterum? ¶ Dicas ꝙ licet non detur definitio *Sol.*
circularis quia idem ſumeretur in definitio-
ne ſui ipſius, vt inquit Au. in æpit. met. tra-
ctatu. 3. col. 2. & 3. contra Auicennam tamen
Nota ꝙ relatiua ſe inuicem vt genus per ſpe-
ciem, & ſpeciem per genus teſte Porphyrio
in cap. de ſpecie, & Ar. 9. met. 11. dum in-
quit, relatiua ſe inuicem diffiniuntur, & non
accidit inde malum Amplius admirãtur do- *Dub.*
ctores quomodo Ar. poſt. quantitatem non
ſtatim de qualitate cõſideraſſet ſicut ſtatim
de relatiuis mentionem fecit, nam omne per
ſe & abſolutum eſt prius eo quod eſt reſpe-
ctiuum, & per accidens, 2. phy. 66. 4. met.
10. & 14. & 1. cæli 14. & 4. phy. 43. clarius.
1. ethicorum cap. 7. ſed qualitas eſt ens per
ſe & abſolutum & relatio eſt ens per accidẽs,
& reſpectiuum ergo Ar. prius debebat tra-
ctare de qualitate quàm de relatione, quo-
niam relatio fundatur in rebus abſolutis te-
ſte Auer. 5. phy. 10. vbi inquit ꝙ relatio non
producitur per ſe ſed ad productionem ali- *Confir-*
cuius quod confirmat Au. 5. met. 18. dum in- *matio.*
quit

qnit relatio accidit quanto & cęteris prędicamentis, ex quo fiat talis ratio id quod accidit alicui eſt poſterius illo, ſed relatio accidit non ſolum qualitati, ſed etiam cęteris prædicamentis, ergo non ſolum relatio debet ſequi qualitatem, ſed etiam debęret poſtponi omnibus alijs prædicamentis. Amplius Ar. 5. met. conſiderans ordinem rerum naturalium præpoſuit prędicamentum qualitatis ad prędicamentum relationis, Amplius notiora debent pręire minus nobis nota, 1. phy. 2. 4. & 7. met. 10. & 2. de anima 1. & 12. clarius 1. de par. an. cap. 1. & 2. de gen. ſi clatiſsime. 3. phy. 2. ſed qualitas eſt nobis magis nota quàm relatio, quoniam qualitas eſt ſenſata & eſt extra animam relatio verò eſt inſenſata & eſt tantum in anima. 12. met. 19. ergo Ar. iure debebat prius tractare de qualitate & poſtea de relatione. ¶ Dicas relictis omnium ambagibus, & primò ꝙ Ariſt. ideo poſt quantitatem conſiderauit de relatione quoniam in prędicamento quantitatis fuit facta mentio de magno & paruo, quę dicuntur ad aliquid, & ideo ne diutius protraheretur cognitio relatiuorum ſtatim fecit mentionem de relatiuis. ¶ Dices contra nam hęc non erat tanta potiſsima cauſa nec tanta neceſsitas vt ordinem naturalem perverteret. ¶ Et ideo aliter dicendum ꝙ Ar. hic non ſeruat ordinem naturę aut pr fectionis ſed ordinem quo cętera prędicamenta prędicantur de ſubſtantia quia hic tractat de prędicamentis logicè non ſecundum ordinem eſſendi ſed ſecundũ ordinem prędicandi, & de ſubſtantia poſt quantitatem prius prędicatur eſſe ad aliud, quàm eſſe quale, nam ſtatim conſiderata ſubſtantia quanta ſeclusa quacumque alia qualitate menſuratur quantitate, & eſt dupla ad ſuam medietatem & tripla ad ſuam tertiam & habet ſurſum & deorſum, quę omnia dicunt relationem; patet igitur ex his ꝙ Ar. naturę imitator & ordinis obſeruator debitè & miro cum ordine ordinauit & ſituauit poſt ſubſtantiam ipſam quantitatem, & poſt quantitatem relationem, & poſt relationem ordinauit qualitatem, taceant ergo aſſerentes ꝙ doctrina prędicamentorum eſt inordinata cum tàm mirũ ordinem in ea Ariſtoteles obſeruaſſet.

Tex. 45. At vero ſunt etiam & hæc ad aliquid, vt habitus diſpoſitio, ſenſus, ſcientia, poſitio, hæc enim omnia quæ dicta ſunt hæc ipſa quæ ſunt aliorum eſſe dicuntur, vel quomodolibet aliter ad alterum, & non aliud quodam, habitus enim alicuius habitus eſſe dicitur, & ſcientia alicuius ſcientia, & poſitio alicuius poſitio, & alia vero ſimiliter.

Cum Ar. relatiuorum ad votum aliorum aſsignaſſet definitionem & de ſingulis ſingula dediſſet exempla in hoc textu declarat ꝙ non ſolum illa quę fuerunt nominata dicuntur relatiua ſed etiam hęc quę in hoc textu continentur, cauſa intentionis eſt, ne Aliquis crederet ꝙ ſolum illa nominata ſunt relatiua Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima nominat alia relatiua pręterea quę dicta ſunt quę dicuntur relatiua ſub habitudine caſus genitiui, in ſecunda ibi (vt habitus) numerat & proprio vocabulo nominat illa relatiua quæ ſunt ſecundum dici, quo ad primum eſt Notandum, ꝙ relatiua ſunt in duplici differentia, quædam ſunt ſecundum eſſe & quædam ſecundum dici, quo ſtante Dices quæ ſunt alia relatiua pręter illa quę fuerunt dicta? Reſpondet Ar. & dicit (at vero) q. d. non ſolum illa ſed etiam ſunt hęc ſcilicet nunc dicenda ad aliquid quæ ſunt relatiua ſecundum eſſe, ſub habitudine caſus genitiui; ſed etiam aliqua relatiua quæ dicuntur ſecundum dici. q. d. referuntur ad aliquid ſub habitudine caſus genitiui. ¶ Dices quæ ſunt quomodo nominantur? ¶ Reſpondet & dicit (vt) .i. v. g. vnum iſtorum relatiuorum ſecundum dici vocatur habitus, Aliud verò vocatur poſitio, aliud vocatur ſenſus aliud ſcientia, (hæc enim omnia) adde tu quæ nũc nominata ſunt dicuntur relatiua ſecundum dici, & ſub habitudine caſus genitiui quæ non verè, ſed methaphoricè, dicuntur relatiua, vt habitus dicitur alicuius habitus. Dices cuius dicitur habitus? Dicas ꝙ habitus dicitur, habituabilis habitus, & diſpoſitio, alicuius dicitur diſpoſitio, .i. diſpoſiti, & ſenſus alicuius dicitur ſenſus, dicitur ſenſibilis ſenſus ſcientia alicuius ſcientia .i. ſcibilis ſcientia, poſitio alicuius poſitio .i. poſitæ rei poſitio (vel quomodolibet alterum ad alterum) Nota ꝙ quando inquit Ar. (hæc ipſa quæ ſunt aliorum eſſe dicuntur) intelliguntur, illa relatiua quæ requirunt caſum genitiuum, quando verò addit hanc particulam (vel quomodolibet alterum ad alterum) quæ particula eſt cum illa diſiunctione (vel) intelligit relatiua quæ aliter quàm ſecundum genitiuum caſum ad inuicem referuntur, vt puta vel ſecundũ caſum datiuum, vel ablatiuum, vel ſecundum caſum accuſatiuum, cum illa præpoſitione (ad) Alio modo poteſt exponi iſta particula quando dicit Ar. aliorum eſſe dicuntur, vel ſecundum aliquem caſum, vel ſecundũ aliquos, caſus quando ve-

Petitio.

Reſp.

do vero dicit quomodolibet aliter ad aliud, quæ non ſecundum vim alicuius caſus referuntur, ſed per aliquam præpoſitionem vt magnum dicitur ad paruum, & paruum ad magnum, ex quibus ſumas ꝙ ſunt quędam relatiua quæ ad inuicē referuntur, per aliquem caſum, & quædam ſunt quæ non per aliquem caſum, ſed per præpoſitionem (ad) quemad-

Petitio. modum dictum eſt. ¶ Dices quæ ſunt illa relatiua ſecundum eſſe & quæ ſunt ſecundum

Reſp. dici? ¶ Dicas ꝙ relatiua ſecundū eſſe dicuntur illa quæ ſecundum totum eſſe ſuum referuntur ad aliud, vt duplum & dimidium, pater & filius ſimile & ęquale Relatiua verò ſecundum dici dicuntur illa quæ nō ſecundum totum ſuum eſſe referuntur ad aliud ſed includunt relationem per quam ſunt in prædicamento relationis, & importāt vnum aliud eſſe primarium, per quod ſunt in alio prædicamento à prædicamento relationis, v. g. ſcientia ſecundum eſſe eſt in prædicamento qualitatis & ſecundum dici eſt in prædicamento relationis ſcientia enim ſecundum ꝙ huius eſt ens fixum in intellectu cum ſit qualitas de difficili mobilis, & ſecundum hoc eſt de prędicamento qualitatis ſcientia verò ſecundum ꝙ huius refertur ad ſcibile, & ſic pertinet ad prædicamentum relationis & quoniam ſcientia prius habet eſſe in intellectu & poſtea refertur adſcibile ideo ſecundum eſſe ſuum primarium eſt de prædicamento qualitatis, & ſecundum ſuum eſſe ſecundarium eſt de prædicamento relationis, eſſe enim primarium apud Platonicos dicebatur eſſe, & eſſe ſecundarium vocabatur dici; & ex hoc concedebant ſcientiam eſſe in prædicamento qualitatis ſecundum eſſe, & in prædicamēto relationis ſecundum dici, & quia eſſe primarium eſt principalius quàm eſſe ſecundarium, dicebant ſcientiam principalius eſſe in prædicamento qualitatis, quàm in prædi-

Quæ dicūtur relatiua ſēm eſſe & q̄ ſēm dici.

Petitio. camento relationis. ¶ Dices quid ſibi valt

Reſp. hoc nomen (habitus.) ¶ Dicas ꝙ habitus nil aliud eſt niſi diſpoſitionis, vel affectionis firma non facile permutabilis acceſsio. verbi gratia ſi aliquis ambulat in ſole fuſcior fiat quæ eſt quædam diſpoſitio ad nigredinem, dicitur ille & nigredine affectus, ſi vero illa nigredo fortius & immobiliter corpus infecerit, habitus appellatur, vnde habitus aliud non eſt niſi inueterata affectio, ex quo ſequitur ꝙ omnis habitus eſt diſpoſitio, vel affectio, non autem omnis di-

Petitio. ſpoſitio vel affectio eſt habitus. ¶ Dices quid

Reſp. ſibi vult hoc nomen (Diſpoſitio.) Dicas ꝙ non eſt aliud niſi ad aliquam rem mobilis applicatio. v. g. ſi aliquis flammæ propinquus caleat, ille dicitur diſpoſitus ad calorem .i. habens aliquam applicationem atque coniunctionem ad calorem, quæ diſpoſitio idem

Petitio. eſt ꝙ affectio. ¶ Dices quid eſt (poſitio.) ¶ Di-

Reſp. cas ꝙ eſt alicuius rei collocatio & accubatio, quoniam qui ſtat aliquo modo poſitus eſſe dicitur, & collocatus, & qui ſedet, & qui accumbit, & qui ſecundum alias poſitiones eſt, poſitus appellatur, vnde ſequitur ꝙ ſtatio ſeſsio & accubatio poſitiones dicuntur.

Rep. ¶ Contra Ar. 1. poſt. 14. inquit ꝙ poſitio eſt principium demonſtrationis ergo non eſt vt

Sol. dictum eſt ſupra. ¶ Dicas ꝙ Ar. hic non loquitur de poſitione illa quæ eſt principium demonſtrationis, ſed de poſitione quę differt ab illa. Sed Nota vnum ꝙ ſunt quædam relatiua quę ſecundum eoſdem caſus cōuertuntur, vt ſimile ſimili ſimile, & æquale æquali æquale, & diſſcibile diſſcibili diſſcibile. Alia verò quæ diſparibus vocabulis facta eſt prædicatio, vt duplum dimidij duplum, vel maius minore maius, & hoc ſignificat quando dixit (vel quomodolibet alterum ad alterū) denotando ꝙ ſunt quædam relatiua quę ſecundum eoſdem caſus conuertuntur, & quædam quæ non, veluti prius diximus, hinc dicitur, ꝙ relatiua ſunt trifaria, quædam ſecundum æquiparantia, vt quæcumq; eodem nomine dicuntur, vt ſimile ſimili ſimile, & æquale æquali æquale, vicinum vicino vicinum, Alia ſunt relatiua ſecundum ſuppoſitionem vt duplum triplum quia iſta ſupra ponuntur in alijs, vt dominus ſuper ponitur ſeruo. Alia vero ſunt relatiua ſecundum ſuppoſitionem, vt ſeruus domino ſupponitur, & filius patri, & dimidium deplo.

Tex. 46. Vel quomodolibet alterum ad alterum. vt mons magnus dicitur ad alterum, magnus enim mons dicitur ad aliquid, & ſimile alicui ſimile, & cætera talia, ſimiliter ad aliquid dicuntur.

Pro continuationis intelligentia eſt Notandum, ꝙ relatiua ſunt duplicia, quædam quæ dicuntur ad aliquid ſub habitudine genitiui caſus, quædam verò quæ dicuntur ad aliquid ſub habitudine aliorum caſuum, quo ſtante continuatur præſens textus hoc modo, poſtquam Ar. declarauit illa relatiua quę dicuntur ad aliquid ſub habitudine caſus genitiui, nunc declarat illa quæ dicūtur ad aliquid ſub habitudine aliorum caſuum, & primo declarat illa quæ dicuntur ad aliquid ſub habitudine aliorum caſuum & poſtea alia. Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima declarat relatiua quæ dicūtur ad aliquid ſub habitudine aliorum caſuum in ſecunda

ibi (ſunt autem) ſoluit quandam dubitationem, quantum igitur ad primum inquit Ariſtoteles vt mons magnus dicitur ideſt refertur ad alterum, magnus enim mons dicitur ad aliquid ideſt refertur ad paruum montem (& ſimile alicui ſimile) nunc declarat relatiua quæ dicuntur ad aliquid ſub habitudine datiui caſus, (& cætera talia ſimiliter ad aliquid dicuntur) ideſt multa alia dicuntur ſub habitudine datiui caſus & ablatiui caſus, vt diſciplinatum diſciplina diſciplinatum & poſitum eſt poſitione poſitum horum enim magnum & paruum ſimile & æquale ſunt relatiua ſecundum eſſe diſciplinatum & poſitum ſunt

Petitio. relatiua ſecundum dici. ¶ Dices quare Ariſtoteles non exemplificat de relatiuis quæ referuntur ad aliquid ſub caſu ablatiuo, ſed

Reſp. ſolum in caſu datiuo & accuſatiuo? ¶ Dicas quoniam Græci deſignant ablatiuum per genitiuum, ideo Ariſt. more græco vti-

Petitio. tur genitiuo, pro ablatiuo. ¶ Dices quare Ariſt. non facit mentionem de caſu nomi-

Reſp. natiuo & vocatiuo? ¶ Dicas quoniam non ſunt aliqua relatiua quæ dicuntur ad aliquid ſub habitudine caſus nominatiui, vel vocatiui.

Sunt autem & accubitus, & ſtatio, & ſeſsio poſitiones quædam. poſitiones verò ad aliquid ſunt. iacere autem & ſtare vel ſedere, ipſa quidem non ſunt poſitiones: denominatiue vero dicuntur ab ijs quę dictæ ſunt poſitionibus.

Cum Ariſt. notificaſſet quæ ſunt relatiua quę referuntur ad aliud ſub habitudine genitiui caſus, & ſub habitudine aliorum caſuum, in hac ſecunda parte dubitat & ſoluit. Diuiditur hæc ſecunda pars in duas partes in prima mouet dubitationem, in ſecunda ibi (iacere) ſoluit dubitationem quæ dubitatio eſt hæc, ſcilicet, in illo prædicamento in quo reperitur genus, in illo met reperiuntur ſpecies, ſed poſitio quæ eſt genus eſt in prædicamento relationis, ergo accubitus & ſtatio & ſeſsio quæ ſunt poſitiones quædam .i. quæ ſunt ſpecies poſitionis ſunt in prædicamento relationis, ergo ſicut iſte ſpecies ſunt in prædicamento relationis ſic etiam & accubere & ſtare & ſedere ſunt in prædicamento relationis. ¶ Reſpondet Ariſt. & dicit ꝙ licet poſitio quæ eſt genus & accubitus ſtatio & ſeſsio quę ſunt poſitionis ſpecies ſint in prædicamento relationis per regulam ſupradictam, ſcilicet vbi reperitur genus ibi reperiuntur ſpecies, tamen non ſequitur ꝙ accubere ſtare & ſedere ſint etiam in prædicamento relationis, quoniam hęc talia non ſunt poſitiones nec ſunt ſpecies poſitionis, ſed potius ſunt denominatiua, à ſpeciebus poſitionis, modo nullum denominatiuum eſt idem cum illo à quo denominatur. v. g. grammaticus denominatur à grammatica, tamen grammaticus non eſt idem ꝙ grammatica, modo ſedere & iacere & accubere denominantur ab illis poſitionibus, ideo non ſunt poſitiones, nec ſpecies poſitionis, & ſic firmiter remanet ꝙ hæc talia nō ſunt in prædicamento relationis. ¶ Vel Dicas quòd *Alia ſol.*
licet poſitio quæ eſt genus ſit in prædicamento relationis, tamen non ſequitur quòd ſpecies poſitionis ſint in prædicamento relationis, quoniam non valet hæc conſequentia ſcilicet vbi reponitur genus, ergo ibi reponuntur ſpecies, quoniam ſcientia quæ eſt genus reponitur in prædicamento relationis vt patet in cap. de qualitate, tamen grammatica & muſica quæ ſunt ſpecies ſciētiæ non ponontur in prædicamento relationis, ſed accubitus ſeſsio & ſtatio, quæ ſunt ſpecies poſitionis non ponuntur in prædicamento relationis, & per conſequens accubere ſtare & ſedere non ponuntur in prædicamento relationis, quod probatur hac ratione, nam in illo prædicamento in quo ponitur concretum ponitur abſtractum, & ab illo prædicamento à quo remouetur concretum ab illo etiam remouetur abſtractum ſed accubitus, ſtatio ſeſsio, quæ ſunt abſtracta, non ponuntur in prædicamento relationis, ergo accubere, ſtare, ſedere, & iacere quæ ſunt concreta, non ponuntur in prædicamento relationis: quibus ſic ſtantibus fiat ſyllogiſmus textualis. Sed Nota ꝙ Ariſt. more græcorum primo ponit minorem, ſecundo maiorem, inferendo concluſionem, maior eſt iſta, poſitiones ſunt ad aliquid, ideſt ſunt in prædicamento relationis, minor (autem) pro ſed accubitus, ſtatio, & ſeſsio ſunt quædam poſitiones; ergo accubitus, ſtatio, & ſeſsio ſunt in prędicamento relationis, iuxta regulam dictam, ſcilicet, vbi ponitur genus, ibi ponuntur ſpecies, ſed poſitio quæ eſt genus ponitur in prædicamento relationis, & accubitus, ſtatio, & ſeſsio ponuntur in prędicamento relationis, ſed iacere ſtare & ſedere non ſunt poſitiones, nec ſpecies poſitionis, ſed potius quędam quę denominantur ab iſtis poſitionibus, ergo accubere ſtare, & ſedere non ſunt in prædicamento relationis; iuxta illud, id quod denominatur ab aliquo non eſt illud, vt homo muſicus denominatur à muſica,

tamen

tameo non eſt muſica; à ſimili etiam accu-
bere, ſtare, & ſedere denominantur à ſtatio-
ne, ſeſsione, & ab accubine, ergo nõ ſunt ſta-
tio, nec ſeſsio, nec accubitus, Hæc igitur eſt
vera textus expoſitio.

Tex. 47. Ineſt autem & contrarietas in
ijs quæ ſunt aliquid, vt virtus vitio
contrarium, cum ſit vtrumque eo-
rum ad aliquid; & ſcientia igno-
rantiæ.

Cum Ariſt. ex Antiquorum communi ſen-
tentia relatiuorum definitionem ſiue deſcri-
ptionem tradidiſſet, omnibus communem;
nunc declarat relatiuorũ proprietates, cau-
ſa intentioois eſt, quoniam communia. 1.
phy. 4. 57. natura. 3. phy. 2. præcedunt pro-
Quatuor pria. 2. de gen. & cor. 51. 2. de anima. 1. cla-
proprie- rius. 1. de pur. an. cap. 1. quæ proprietates
tates Re- ſunt quatuor; quarum prima eſt ꝙ relatiua
latiuorũ. ſunt contraria. Secunda eſt quòd relatiua
ſuſcipiunt magis & minus. Tertia eſt quòd
relatiuâ dicuntur ad conuertentiam. Quar-
ta & vltima eſt quòd relatiua ſunt ſimul na-
tura. Diuiditur iſte textus in duas partes,
in prima parte declarat primam proprieta-
tem, dicens quòd ijs quæ ſunt ad aliquid
ineſt contrarietas, quam proprietatem ma-
nifeſtat in aliquibus relatiuis, non in omni-
bus; in ſecunda parte ibi (vt virtus) exem-
plo declarat quæ relatiua ſunt illa quæ ſunt
contraria, & illa proprio vocabulo nominat,
inquit igitur Ar. (ineſt autem contrarietas
in ijs quæ ſunt ad aliquid) (autem (pro cer-
to & ſine dubio (ijs quæ ſunt ad aliquid) i. re-
latiuis tamquàm ſubiectis (ineſt) i. compe-
tit adde tu hoc prædicatum, hæc paſsio, ſeu
prima proprietas quæ vocatur (contrarie-
tas) hoc eſt relatiua, ſunt contraria, ad dif-
ferentiam ſubſtantiæ & quantitatis quæ non
Petitio. habent contrarium. ¶ Dices quæ ſunt &
quomodo vocantur illa relatiua quæ ſunt
Reſp. contraria? ¶ Reſpondet in ſecunda parte
textus & dicit (vt) ideſt v. g. vnum ipſorum
Petitio. vocatur (virtus.) ¶ Dices cui ipſa virtus
Reſp. eſt contraria? ¶ Reſpondet & dicit, (vi-
tio) quod eſt aliud relatiuum (&) quaſi di-
cat non ſolum virtus & vitium ſunt relatiua,
ad inuicem contraria, ſed etiam (ſcientia)
quæ eſt vnum relatiuum eſt contraria igno-
rantiæ, quæ eſt aliud relatiuum, ex quibus
fiat hæc ratio, omnis habitus eſt ad aliquid,
ſed vitium & virtus ſunt habitus. 7. phy. 19.
ergo vitium & virtus ſunt ad aliquid, vel di-
cas virtus & vitium ſunt contraria, virtus &
vitium in ſecũda figura ſunt contraria, ergo
relatiua ſunt contraria. Dices quomodo *Petitio.*
probatur quòd virtus eſt habitus. ¶ Dicas *Reſp.*
quoniam virtus eſt mentis affectio, in bo-
nam partem, & de difficili commutabilis, ſi-
militer vitium eſt mentis affectio, in ma-
lam partem, & difficile mobilis, ex diutur-
nitate perdurans. Sed Dices cum virtus ſit *Petitio.*
multiplex, ſcilicet virtus Attractiua, Re-
teotiua, Digeſtiua Expulſiua, & Diſcreti-
ua teſte Au. 2. colliget cap. 10. Moralis. 7.
phy. 20. Rationalis, imaginatiua 2. colli-
get. cap. 7. Alio modo virtus motiua. 2. col-
liget cap. 7. virtus excellentiæ. 1. cæli 116.
virtus creſcitiua. 2. colliget cap. 7. Alia eſt
virtus naturalis, Alia vitalis Alia animalis.
2. colliget. Auer. A alia eſt virtus pulſatilis.
2. colliget. cap. 7. Alia eſt virtus imagina-
tiua, Alia cogitatiua, Alia rememorati-
ua. 2. de anima. 6. & in libro de ſenſu & ſen-
ſato 2. Alia eſt virtus actiua, Alia paſsiua,
4. meteo. com. 1. Alia eſt virtus exiſtimati-
ua 2. colliget 7. Alia verò quæ eſt habitus,
de qua virtute hic loquitur Ariſt. quando
dicit quòd virtus eſt contraria vitio! ¶ Di- *Reſp.*
cas quòd loquitur de illa virtute quæ eſt ha-
bitus, qui acquiritur conſuetudine paſsio-
num laudabilium, ſimiliter, loquitur de vi-
tio quod eſt habitus qui acquiritur conſue-
tudine paſsioonum illaudabilium. 7. phy. 19.
¶ Iterum Dices cum ignorantia ſit duplex; *Petitio*
Alia negatiools, Alia diſpoſitionis. 1. poſt.
109. de qua ignorantia loquitur Ariſt. quan-
do dicit ꝙ ignorantia eſt contraria ſcien-
tiæ? ¶ Dicas ꝙ non loquitur de ignorantia *Reſp.*
negationis, quæ eſt priuatio ſcientiæ, cum
aptitudine habendi eam, quoniam ſic ſcien-
tia non contrariatur ignorantiæ, ſed loqui-
tur de ignorantia diſpoſitionis, quæ eſt ha-
bitus oppoſitus ſcientiæ, veluti fuit habi-
tus Zenonis qui credidit ſe nihil poſſe mo-
ueri, & habitus Platonis qui credidit ſe ſci-
re continuum componi ex indiuiſibilibus,
& vterque deceptus fuit, vt probat Ariſt.
6. phy. Sed Nota quòd ignorantia eſt con-
traria ſcientiæ noſtræ, & non ſcientiæ Dei,
quæ ſemper eſt in actu 12. met. 39. vnde ſe-
quitur quòd non omnis ſcientia habet con-
trarium, ſed tantum ſcientia noſtra & non
ſcientia Dei. ¶ Amplius Dices id quod po- *Dub.*
nitur in vno prædicamento non ponitur in
alio prædicamento. 2. de anima 6. cum in-
quit, ꝙ anima ponitur in prædicameoto ſub-
ſtantiæ, 2. de anima. 2. 25. & 12. met. 14. &
non in prædicamento quantitatis, vt dice-
bat Zenocrates nec in prædicamento qua-
litatis, vt medici, nec in prædicamento re-
lationis, ſed virtus & vitium, & habitus, po-
nuntur in prędicameoto qualitatis, ergo non
ponuntur in prędicamento relationis. ¶ Re-
ſpondet Ariſt. in cap. de qualitate & dicit ꝙ

enim dicimus coruus eſt niger & albus ergo pater & filius non ſunt relatina contraria.

Sol. ¶ Dicas ꝙ non ſequitur hęc conſequentia ſi aliqua relatiua ſunt contraria ergo pater & filius ſunt contraria, ſed potius eſt fallacia conſequentis, nec debeat concedi ꝙ pater & filius ſunt ſimiliter contraria, ſed ſunt relatiua oppoſita quando ſunt cōparata ad idem & ſi dicatur ꝙ pater & filius vere prædicantur de eodem ergo non ſunt contraria, vel oppoſita, aliquo genere oppoſitionis Dicas ꝙ pater & filios accepta in ſuis communitatibus non ſunt oppoſita, ſed quando ſunt comparata ad idem ſunt oppoſita relatiuè, nec prædicantur ſic de eodem numero, quia impoſsibile eſt ꝙ idem numero ſit pater alicuius, & filius eiuſdem, vnde melius eſt dicere ꝙ pater & filius ſunt relatiuè oppoſita.

Dub. ¶ Amplius dictum eſt in cap. de quantitate, ꝙ magnum & paruũ non ſunt contraria, quia ſunt relatiua, quo ergo nunc dicit ꝙ relatiua ſunt contraria?

Sol. ¶ Dicitur, ꝙ virtus & vitium, ſcientia & ignorantia, conſiderantur dupliciter, vno modo vt ſunt relatiua, Alio modo vt ſunt qualitates animæ, tunc dicitur quòd vitium & virtus, ſcientia & ignorantia non ſunt contraria inquantum ſunt relatiua, ſed

Alia ſol. vt ſunt qualitates animæ. ¶ Vel Dicas ꝙ relatiua conſiderantur duobus modis vno formaliter, Alio modo materialiter, tunc dicitur ꝙ non formaliter conſiderata ſed mate-

Alia ſol. rialiter conſiderata ſunt contraria. ¶ Vel Dicas ꝙ relatiua ſunt duplicia Alia ſecundum eſſe, Alia verò ſecundum dici, tunc dicitur ꝙ relatiua ſecundum eſſe non ſunt contraria, ſed relatiua ſecundũ dici, veluti ſunt

Alia ſol. virtus & vitium, ſcientia & ignorantia. ¶ Vel Dicas vt dicit Au. 10. met. 21. ꝙ relatiua quę ſunt per ſe ſunt contraria, non autem relatiua quæ ſunt per accidens, & per aliud. 5. met.

Dub. 20. ¶ Amplius ibi eſt contrarietas vbi eſt motus. 5. phy. 10. in relatiuis non eſt motus. 5. phy. 10. ergo relatiuã non ſunt contraria.

Sol. ¶ Dicas ꝙ vbi eſt contrarietas per ſe ibi eſt motus per ſe, modo licet in relatiuis non ſit contrarietas per ſe, tamen eſt contrarietas per accidens; & eo modo quò in eis eſt contrarietas, eodem modo eſt motus.

Non autem omnibus ijs quę ſunt ad aliquid, inſunt contraria. Duplici enim nihil eſt contrarium neq; triplici, neque vlli talium.

Declarata prima relatiuorum proprietate quę potius communitas quàm proprietas dici deberet, quoniam non ſolum relatiuis ſed etiam qualitati competit, quæ eſt alia & diuerſa à relatiuis, & declarauit ꝙ quædam relatiua ſunt contraria, vt virtus & vitium, ſcientia & ignorantia, in hac ſecunda parte declarat ꝙ non omnia relatiua ſunt contraria, ſed quædam ſic & quædam non; cauſa intentionis eſt vt oſtendat ꝙ habere contrariũ non eſt proprietas propriè dicta ipſorum relatiuorum. ¶ Diuiditur hæc ſecunda pars in duas partes, in prima per regulam contradictoriorum oſtendit ꝙ non omnia relatiua ſunt contraria, in ſecunda ibi (duplici) exemplo & inductione manifeſtat quæ ſunt illa relatiua quæ non ſunt contraria, & dicit (non omnibus relatiuis inſunt contratia) q. d. licet dictũ ſit à nobis ꝙ relatiua ſunt contraria tamen eſt ſciendum ꝙ non omnia relatiua ſunt contratia, ſed quædam ſic, & quędam non, ſed pro maiori doctrina Nota ex 1. priorum cap. 1. & 5. ꝙ negatio præpoſita vniuerſali affirmatiuæ facit conuenire cum particulari negatiua. v. g. ſi dicerem non omnis homo eſt albus, idem eſt ac ſi dicerem aliquis homo non eſt albus. ſimiliter quando dicit Ar. non omnibus relatiuis inſunt contraria, idem eſt dicere ꝙ aliquibus relatiuis non in ſunt contraria, hoc eſt non omnia relatiua ſunt cōtraria. i. aliqua relatiua non ſunt contraria; hinc Nota ꝙ dicit Ar. 1. Perihermenias cap. 5. ꝙ ambæ propoſitiones contrariæ ſunt falſæ vt omnis homo eſt albus, & nullus homo eſt albus, ſimiliter omnia relatiua ſunt contraria, & nulla relatiua ſunt contraria, ambæ propoſitiones ſunt falſæ quas relinquit Ar. & accepit ſub contrarias ambas veras, vt aliqua relatiua ſunt contraria, & aliqua relatiua non ſunt contraria; primã propoſitionẽ accepit in prima parte huius textus, ſecundã verò in hac ſecunda parte textus, quando dicit, non omnibus relatiuis ineſt contrarietas, q. d. aliqua relatiua non ſunt contraria, & ipſa proprio nomine nominat, & dicit (Duplici enim nihil eſt cõtrarium nec triplici) q. d. duplex & triplex ſunt duo relatiua, quorum vnum non eſt contrarium alteri, vt duplex non eſt contrarium triplici, nec triplex eſt contrarium duplici (atque vlli talium) adde tu ineſt contrarietas. q. d. non ſolum hæc duo nominata non ſunt contraria, ſed etiam nulla alia relatiua his ſimilia ſunt contraria. ¶ Dices quare virtus & vitium ſcientia & ignorantia ſunt relatiua contraria, & duplex & triplex ſunt relatiua non contraria? ¶ Dicas ꝙ quædã ſunt relatiua fundata in relatione, vt virtus vitiũ, ſcientia & ignorantia, & quædam ſunt fundata in quantitate, vt duplex & triplex, tunc dicitur ꝙ virtus & vitium ſcientia & ignorantia ſunt contraria, quoniam fundantur in relatione, ſed duplex & triplex non ſunt contraria, quia fundantur in quantitate, & ſi-

cut

cut quantitas non habet contrarium: ſic relatiua fundata in quantitate nõ habent contrarium, vt duplum dimidium, triplum & ſubtriplum, linea pedalis & linea ſemipedalis, & linea tripedalis, & linea aliſpedalis, ſunt relatiua fundata in quantitate, & non habent contrarium.

Dub. ¶ Sed Dices contra, nam dicit Ar. in cap. de oppoſitis ꝙ duplum opponitur dimidio, ſed duplum & dimidium ſunt relatiua fundata in quantitate, ergo relatiua fundata in quantitate ſunt contraria, & per conſequens omnia relatiua tàm fundata in relatione quàm fundata in quantitate ſunt contraria, & non quædam ſic, & quædam non.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ aliud eſt dicere contraria, & aliud eſt dicere oppoſita, nam valet dicere ſunt contraria, ergo ſunt oppoſita, ſed non valet dicere quæ ſunt oppoſita ſunt contraria quoniam rationale & irrationale ſunt oppoſita idest diuerſa tamen non ſunt contraria, modo duplum & dimidium ſunt oppoſita, ſed non ſunt contraria.

Dub. ¶ Dices ſi aliqua relatiua ſunt contraria ergo omnia relatiua ſunt contraria, & probatur ſic nam Idem eſt indicium de particulari & de vniuerſali. 2. cæli 49. 59. & 2. de anima 9.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ verum eſt in materia neceſſaria, & non in materia contingente, in qua materia neceſſaria valet hæc propoſitio, vt quidam homo eſt rationalis, ergo omnis homo eſt rationalis, & luna eſt ſphericæ figuræ ergo omnis ſtella eſt ſphericæ figuræ.

Replica ¶ Dices contra nam inquit Ar. in Antepredicamentis cap. 2. quſi color eſt in corpore ergo & in quodam corpore nam ſi non in aliquo eſſet ſingulorũ, nec omnino in corpore ex quibus patet ꝙ Ar. arguit à particulari ad vniuerſale in materia contingente, quoniam color non eſt prædicatum neceſſarium, ſed contingens.

Confirmatio. ¶ Quod confirmat Au. 10. meth 25. dicens ſic, homo eſt albus quia callias eſt albus, q. d. callias eſt albus ergo omnis homo eſt albus, ergo ſi verum eſt dicere aliqua relatiua ſunt contraria, ergo omnia relatiua ſunt contraria, & aliqua relatiua non ſunt contraria, ergo nulla relatiua ſunt contraria.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ propoſitio eſt vera non ſolum in materia & prædicatis neceſſarijs, ſed etiam in accidentibus inſeparabilibus, veluti, ſi verum eſt dicere hoc corpus eſt coloratum, ergo omne corpus eſt coloratum, & ſi aliquod corpus non eſt coloratũ, ergo nullũ corpus eſt coloratũ; ſed eſt Notandum ꝙ Ar. & Auer. intentio in locis allegatis non eſt probare ꝙ à particulari valet conſequentia ad vniuerſale, ſed ꝙ accidentia communia veluti color & albedo primo competunt indiuiduis, & deinde ſpeciebus, valet igitur argumentum à particulari ad vniuerſale, in materia neceſſaria, & in prædicatis eſſentialibus, vt hic homo eſt riſibilis, ergo omnis homo eſt riſibilis, non autẽ in materia contingente & in prædicatis accidentalibus, vt non valet dicere hic homo eſt diues, vel infirmus ergo omnis homo eſt diues, vel infirmus.

Videntur autem & magis & minus ea quæ ad aliquid ſunt, ſuſcipere ſimile enim & diſsimile magis & minus dicitur: & æquale & inæquale magis & minus dicitur, cum vtrumque ſit ad aliquid. ſimile enim alicui ſimile dicitur, & inæquale alicui inæquale. *Tex. 45.*

Cum Ariſt. relatiuorum primam declaraſſet proprietatem ſcilicet ꝙ relatiua ſunt contraria, licet non omnia, nunc declarat ſecundam proprietatem, ſcilicet quòd relatiua ſuſcipiunt magis & minus; & ſi proprietas dici poteſt, cauſa intentionis, eſt quoniam hæc ſecunda dependet à prima, quoniam ſi aliqua relatiua ſunt contraria, neceſſe eſt vt ſuſcipiant magis & minus. Diuiditur iſte textus in duas partes in prima Ar. aſſerit ꝙ quædam relatiua ſuſcipiunt magis & minus, in ſecunda parte ait ꝙ quædam relatiua non ſuſcipiunt magis & minus; verum hæc 2. pars diuiditur in duas partes in prima declarat ꝙ non omnia relatiua, ſed quędam ſuſcipiunt magis & minus, in ſecunda ibi (ſimile) exemplo manifeſtat quæ ſunt relatiua quæ ſuſcipiunt magis & minus, lege literam hoc pacto (autem) pro ſed (ea quæ ſunt ad aliquid) i. relatiua; q. d. Ar. non ſolum (videntur) habere ſupradictam proprietatem, (&) idest ſed etiam (ea quæ ſunt ad aliquid) i. relatiua videntur) habere aliam ſecundam proprietatem ſcilicet ſuſcipere magis & minus, & Nota ꝙ ly (videntur) non ſumitur dubitatiue, ſed aſſertiue, veluti ſumpſit Porphyrius in cap. de genere ab Ar. 2. de anima 21.

¶ Dices quæ ſunt relatiua quæ ſuſcipiunt magis & minus? Reſpondet Ar. & dicit (ſimile) adde tu vnum & aliud vocatur (diſsimile) & non ſolum hæc (&) idest ſed etiam, (ęquale & inęquale videntur ſuſcipere magis & minus.

Petitio. ¶ Dices relatiua ſunt duobus modis, quædam ſub habitudine genitiui caſus & quædam ſub habitudine datiui caſus quæ relatiua ſuſcipiunt magis & minus?

Reſp. ¶ Dicas vtraque relatiua tàm illa quæ ſunt ſub habitudine genitiui caſus, vt (ſimile alicuius ſimile) quàm illa quæ ſunt ſub habitudine datiui ca-

200

ui caſus, vt (æquale alicui & inęquale alicui) v. g. terra eſt ſimilis aquæ & lapidi in frigiditate ſed magis eſt ſimilis lapidi quàm aquæ, quia magis conuenit cum lapide, quàm cum aqua, in qualitatibus ſecũdis & ſi non in qualitatibus primis, nam magis terra conuenit in grauitate & dẽſitate cum lapide, licet non magis in frigiditate, albedo enim vt duo eſt magis diſsimilis albedini vt quatuor, quàm albedini vt tria quia magis diſtat ab albedine vt quatuor, quàm ab albedine vt tria. v. g. puer eſt ſimilis patri & matri, tamen eſt magis ſimilis patri minus verò matri, & paries eſt albus, & veſtis eſt allea, & nix eſt alba, tamen album quod eſt in pariete eſt magis ſimile albo quod eſt in veſte, quàm albo quod eſt in niue.

Non autem omnia quæ ſunt ad aliquid ſuſcipiunt magis & minus, duplum enim non dicitur magis & minus duplum, neque aliud talium.

Cum Ariſt. in prima parte huius textus exemplo manifeſtauit ſecundam proprietatem relatiuorum ſcilicet ꝙ quędam relatiua non ſuſcipiunt magis & minus, in hac ſecunda parte oſtendit ꝙ hæc ſecunda proprietas non competit omnibus relatiuis. Diuiditur hæc ſecunda pars in duas partes in prima facit id quod dictũ eſt in ſecunda ibi (duplum) exemplo declarat quæ ſunt illa relatiua quæ non ſuſcipiunt magis & minus; ſed quoniam verba textus patent ideo pro maiori intelligentia dicamus ꝙ duplum non dicitur magis nec minus duplum, ſed etiam pater, non dicitur magis pater quàm alius pater, nec filius dicitur magis vel minus filius quàm alter filius, nec reſpectu alterius nec reſpectu ſui. v. g. ſortes eſt pater & habet quatuor filios, non enim ſortes eſt magis pater vnius filij, & minus pater alterius filij, nec eſt magis pater hodie quàm cras, nec vnus filius eſt magis filius quàm alter filius, nec magis hodie & cras, minus bene poteſt eſſe ꝙ filius, ſuſcipiat magis & minus, per accidens. v. g. vnus filius magis eſt obediens patri quàm alter filius, & pater magis amat vnum filium ſibi magis obedientem quàm alium filium ſibi minus obedientem, & magis vel minus in vno tempore quàm in alio tempore.

Petitio. ¶ Dices ſi eſt aliquis pater qui habet decem filios, & Alius pater qui habet quinque filios, vel dominus qui habet quatuor ſeruos, & alius qui habet duos ſeruos, nonne qui habet decem filios, & qui habet quatuor ſeruos; dicitur magis pater, & ille dicitur magis dominus qui habet decem filios, quàm ille qui habet quinque filios, & quàm ille qui habet duos ſeruos?

Reſp. ¶ Dicas ꝙ nec ille qui habet decem filios, dicitur magis pater nec ille qui habet quatuor ſeruos dicitur magis dominus, ſed dicitur pater plurium filiorum & ille dicitur dominus plurium ſeruorum.

Dub. ¶ Dices & quare non dicitur magis pater & minus pater magis dominus & minus dominus?

Sol. ¶ Quoniam relatio non ſuſcipit magis & minus & intenſionem & remiſsionem quoniam intenſio & remiſsio ſolis qualitatibus competit quod .n. competit vni per ſe alteri competit per accidẽs ſed ſuſcipere magis & minus per ſe competit qualitatibus ergo per accidens competit relationi ſcilicet inquantum in ipſis magis vel minus fit mixtio contrariorum.

Petitio. ¶ Dices quare illa relatiua quæ ſuſcipiunt magis & minus ſunt cõtraria & illa quæ non ſuſcipiunt magis & minus non ſunt cõtraria?

Reſp. ¶ Dicas quoniã quæ ſuſcipiunt magis & minus ſunt qualitates & quoniam qualitates vt albedo & nigredo ſunt contrariæ ſic relatiua quæ ſunt qualitates ſunt contraria illa vero relatiua quæ non ſuſcipiunt magis & minus non ſunt contraria quia ſunt quantitates vt duplum & dimidiũ quæ ſunt in prædicamento quantitatis

Rep. ¶ Dices contra nam ſi hoc eſſet verum ſequeretur ꝙ æquale & inæquale non ſuſcipeerent magis & minus quoniam æquale & inęquale ſunt proprie paſsiones ipſius quantitatis quando dicit Ariſt. maxime proprium ipſius quantitatis eſt dici æquale & inæquale ſed quantitas non ſuſcipit magis & minus ergo æquale & inæquale non ſuſcipit magis & minus, & non ſunt contraria.

Sol. ¶ Dicas ꝙ aliud eſt proprium alicuius ſubiecti & aliud eſt illud ſubiectum vt riſibile eſt proprium hominis & tamen eſt aliud ab homine modo licet æquale & inæquale ſit proprium quantitatis tamen non eſt quantitas ſed potius eſt qualitas & paſsio quantitatis vnde non ſequitur ꝙ ſi paſsiones quantitatis ſunt contrariæ ꝙ etiam quãtitates ſunt contrariæ quoniam illud quod tribuitur paſsioni non debet tribui ſubiecto illius paſsionis 4. phy. 45.

Rep. ¶ Sed contra nam 2. de gen. 24. illa quorũ differentię ſunt contrarię illa etiam ſunt contraria, ſed differentię & paſsiones elementorum ſunt contrariæ. 2. de gen. 16. 49. 22. ergo elementa ſunt contraria, ergo quantitates quarum paſsiones ſunt æquale & inæquale ſunt contrariæ etiam ipſæ ſunt contrarię, ergo æquale & inæquale ſuſcipit magis & minus.

Sol. ¶ Dicas ꝙ ſi elementa & quantitates ſunt contrarię per ſuas differentias & paſsiones non per ſe, ſed per accidens. 4. phy. 47. nam quod competit per ſe paſsioni, per accidens competit ſubiecto illius paſsionis.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ad principale quæſitum quare quædam relatiua ſuſcipiunt magis & minus,

minus, & quædam non quoniam relatio fundatur in rebus diuerſorũ prædicamentorum & habent ſuam realitatem à fundamento, & quoniã ſunt quędam relatiua quę fundantur in re ſuſcipiente magis & minus vt ſimilitudo ſuſcipit magis & minus, quia fundatur in qualitate, quæ ſuſcipit magis & minus, relatiua vero quæ non fundantur in re ſuſcipiente magis & minus nõ ſuſcipiunt magis & minus. v. g. duplum & dimidium fundantur in quantitate quę non ſuſcipit magis & minus, ideo duplum & dimidium ſunt relatiua quæ non ſuſcipiunt magis & minus, habes igitur candide lector cauſam propter quam quædam relatiua non ſuſcipiunt magis & minus, & quædã relatiua ſuſcipiunt magis & minus.

Dub. ¶ Dices quare dixit Ar. ęquale vel inęquale & non dixit æqualitas vel inęqualitas? *Reſp.* ¶ Dicas quoniam non eſt conſuetus loquẽdi modus, vel non erat dictio in conſuetudine, ideo dixit ęquale & inęquale & non ęqualitas vel inęqualitas. *Dub.* ¶ Amplius videtur ꝙ ſimile & diſsimile & ęquale & inęquale non ſunt relatiua, quoniam ſimile nõ refertur ad diſsimile, nec diſsimile ad ſimile, non enim dicimus ſimile diſsimili ſimile, nec diſsimile ſimili diſsimile, nec æquale inæquali æquale, nec inæquale ęquali inęquale. *Reſp.* ¶ Dicas ꝙ ſimile & diſsimile non ſunt relatiua inter ſe, & æquale & inęquale ſed ſunt ſingula relatiua ad ſua ſingula, & propria relatiua. v. g. pater ad filiũ, & filius ad patrem, non enim pater refertur ad ſeruum, nec ſeruus ad patrẽ, ſed dominus ad ſeruum, & ſeruus ad dominum, ſic etiam ſimile licet ſit relatiuum, & diſsimile ſit relatiuum, tamen ſimile non eſt relatiuũ ad diſsimile, ſed ſimile eſt relatiuum ad ſuum proprium obiectum, ad illud cui eſt ſimile, ſic etiam diſsimile non refertur ad ſimile, ſed ad ſuum proprium obiectum, vt diſsimile alicui diſsimile, & æquale & inęquale. ſcias igitur ꝙ Ar. dedit exempla de relatiuis, non de correlatiuis, nã aliud eſt dicere relatiua, & aliud correlatiua, nam relatiua dicũtur illa quę ad alterum dicuntur, veluti ſcientia ignorantia, vitium virtus, ęquale inęquale, ſimile & diſsimile; ſed correlatiua dicuntur illa quę ſunt ad aliquid inter ſe ideſt relatiua comparata ad aliud relatiua vt pater & filius, dominus & ſeruus. *Dub.* ¶ Dices quare Ar. prius declarauit ꝙ relatiua ſunt contraria & poſtea declarauit ꝙ relatiua ſuſcipiunt magis & minus? *Sol.* ¶ Dicas quoniam contrarietas relatiuorum eſt prima, & independens, à qua dependet ſuſcipere magis & minus, aliqua enim non poſſunt ſuſcipere magis & minus, ſi non ſunt contraria, & ideo ſubſtantia & quantitas non ſuſcipiunt magis et minus quia non habent contraria.

Omnia autem quæ ſunt ad aliquid ad conuertentia dicuntur, vt ſeruus domini ſeruus: & dominus ſerui dominus eſſe dicitur, & duplum dimidij duplum, & dimidium dupli dimidium, & maius minore maius, & minus maiore minus, ſimiliter autem & in alijs. *Tex. 46.*

Cum Ariſt. relatiuorum duas declaraſſet proprietates, in hoc textu declarat tertiam quæ differt à prima & ſecunda quæ eſt hæc .ſ. omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam. Diuiditur in duas partes, in prima Ar. proponit hanc tertiam proprietatem, in ſecunda ibi (ſed caſu) oſtendit ꝙ omnia relatiua dicuntur ad conuertentiã, & primo illa quę ſunt ſecundum dici, & ſoluit dubium ſed prima pars. Diuiditur in duas partes, in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda ibi (vt ſeruus) exemplo & inductione manifeſtat illa relatiua quæ ſunt conuertibilia; quo ad primum dicit (omnia autem) autem pro ſed (omnia) q. d. non quædam quemadmodum illa quæ ſunt contraria, & illa quæ non ſunt contraria, & illa quæ ſuſcipiunt magis & minus, & illa quædam quę non ſuſcipiunt magis & minus, ſed omnia relatiua habent hanc tertiam proprietatem, tàm illa quæ ſunt relatiua ſecundum dici, quàm illa quæ ſunt relatiua ſecundum eſſe dicuntur ad conuertentiam (vt) v. g. ſeruus dominus, duplum dimidium, maius & minus, quæ ſunt relatiua ſecundum eſſe, proprio vocabulo appellata dicuntur ad conuertentiam, ego tamen dicerem quòd per ly (omnia) intelligit tàm relatiua quæ referuntur ſub habitudine genitiui caſus, quando dicit dominus ſerui dominus & duplum dimidij duplum, quàm illa quę referuntur ad inuicem ſub habitudine ablatiui caſus, quando dicit (maius minore maius & minus maiore minus, & non ſolum hęc (autem) pro ſed (ſimiliter) ideſt ſimili ratione (in alijs) ideſt alia relatiua ſeu correlatiua quę ad ſe inuicem dicuntur, dicuntur ad conuertentiam, ad conuerſionem ad inuicem conuertuntur vt pater ante ponitur filio, dicendo pater filij pater, vel filius anteponitur patri, dicendo filius patris filius, vel per conuertentiam Ariſt. intelligit mutuam dependentiam quoniam vnum relatiuum dependet ab alio vt dominus a ſeruo & ſeruus à domino. Sed Nota ꝙ in logica habemus tria nomina, quę ſunt hęc, ſcilicet, Conuerſio, Conuertibilitas, & Conuertentia, quę inter ſe valde differunt, quoniam conuerſio eſt paſsio propoſitionis quę eſt mutatio ter-

minorum,

minorum, vt homo eſt animal, quando conuertitur dicitur ſic animal eſt homo, quę conuerſio eſt triplex, Alia ſimpliciter, vt hæc nullus homo eſt quadrupes, quando conuertitur dicitur ſic, nullũ quadrupes eſt homo, & hęc vocatur ab Ar. 1. priorum cap. 2. conuerſio in terminis, in qua adeſt idem ſubiectum idem prędicatũ, & idem ſignum, Alia eſt cõuerſio per accidens, quę eſt illa in qua manet idem ſubiectum idẽ prædicatum, tamen non idem ſignũ, vt omnis homo eſt animal, qñ conuertitur dicit̃ ſic aliquod animal eſt homo, Alia eſt conuerſio per contrapoſitionem qua conuertitur particularis negatiua, dicẽdo ſic aliquod ens non eſt ſubſtantia, conuertit̃ ſic aliquod non ens non eſt ſubſtantia, Conuertibilitas vero eſt paſsio terminorũ quæ conſiſtit in mutua eorũ conſecutione. 1. poſt. 26. 27. qui termini conuertibiles ſunt duo videlicet ſubſtantiales vt definitio cũ ſuo definito, vt homo eſt animal rationale, & animal rationale eſt homo 1. top. cap. 4. Conuertentiæ autem conſiſtit in mutuo aliquorũ reſpectu quę conuertentia ſeu mutuus reſpectus eſt paſsio, ſeu relatiuorum proprietas, quæ conuertentia quot modis poteſt fieri hic declarat̃ ab Ar. Vel Dicas ꝙ conuertentia accipitur duobus modis, vno modo pro conuerſione aliquorum ſecundum exiſtendi conſequentiam, quæ reperitur in relatiuis, dicendo ſic pater eſt ergo filius eſt, filius eſt ergo pater eſt & hoc modo non ſumitur in hac proprietate quoniam hoc modo ſumpta non ſolum competit relatiuis ſed etiam multis alijs quę non ſunt relatiua vt ſubiecto & propriæ paſsioni, Alio modo ſumitur conuertentia vt eſt mutua dependentia relatiui & correlatiui inter ſe, & hoc modo ſumit̃ in hac parte, & ideo dici ad conuertentiam eſt aliqua referri inter ſe, ſm̃ dependentiam, vnde patet ꝙ dici ad conuertẽtiam non eſt proprietas relatiuorum primo *Petitio.* modo dicta, ſed ſecundo modo dicta. ¶ Dices quid ſibi vult hoc nomen (ſeruus) *Reſp.* Reſpondet Ar. 8. ethicorum cap. 7. & dicit ꝙ ſeruus eſt organum animatũ, & organũ eſt inanimatus ſeruus. *Alia reſp.* ¶ Aliter Reſpondet 1. politicorũ cap. 3. & dicit ꝙ ille qui ſui ipſius non eſt ſm̃ naturã, ſed alterius, homo natura eſt ſeruus. *Alia reſp.* ¶ Aliter. 1. pol. cap. 8. & dicit ꝙ ille eſt ſeruus, qui non habet deliberãdi arbitriũ Sed vt ad nos reuertamur iterũ. *Dub.* ¶ Dubitat̃ nam ſi relatiua conuertunt̃, tunc dicemus ꝙ filius eſt pater, & pater eſt filius dñs eſt ſeruus, & ſeruus eſt dominus. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ ideo Ar. ponit vnum relatiuum in caſu recto, & aliud in genitiuo, vel in ablatiuo, ad denotandũ ꝙ vnum relatiuũ non poteſt prædicari de altero in recto, vt, nõ valet dicere dñs eſt ſeruus, ſed in obliquo vt dñs ſerui dominus, Sed Nota ꝙ melius in textu diceret̃ (herus) quàm dñs, dicendo herus ſerui herus, & non dominus ſerui dominus, qm̃ dominus non ſolum dicit̃ reſpectu ſerui, ſed etiam reſpectu dominij. quarumcumq; rerũ (vt eſt illud Vergilij) Romanos rerum dominos. Eſt etiam nomen honoris, quod gręce dicitur cytios, latine eſt herus, qui ſolũ dicit reſpectum ad ſeruum, qm̃ multotiens volumus honorare aliquem hominem vilem dicimus ſic domine villice quomodo vales? & ꝙ hoc ſit verum Nota quæ dicit Ar. 12. met. 34. 53. ꝙ ſol ab Antiquis vocabatur dominus vitæ, & tamen ſol non eſt dominus reſpectu ſerui, ideo debet legi herus, & non dominus quoniam herus verè reſpicit ſeruum, & dicimus herus ſerui herus & ſeruus heri ſeruus. Sed hæc ſubtilitas non vtitur in logica, & ſumendus eſt Ariſtotelis ſenſus.

Sed caſu aliquotiens different ſecundum locutionem, vt ſcientia ſcibilis ſcientia dicitur. & ſcibile ſcientia ſcibile, & ſenſus ſenſibilis ſenſus, & ſenſibile ſenſu ſenſibile.

Declarata tertia relatiuorum proprietate, nunc docet differentiam inter ipſa, remouendo quandam dubitationẽ. Diuiditur hæc ſecunda pars in duas partes in prima oſtendit ꝙ quædã relatiua differunt caſu à primis, in ſecunda ibi (vt ſcientia) in qua exemplo declarat & proprio nomine nominat illa relatiua quæ caſu differunt à primis. Sed Nota ꝙ duo ſunt modi quibus relatiua dicuntur ad conuertentiã, primus eſt ꝙ quędam relatiua dicunt̃ ad conuertentiam ſm̃ ſimilem caſum, vt dominus ſerui dominus, & ſeruus domini ſeruus, Secundus modus eſt ꝙ quędã relatiua dicunt̃ ad conuertentiam ſm̃ diſsimilẽ caſum vt inquit Ar. in illis verbis qñ dicit (ſed caſu aliquotiens) prima relatiua tàm in conuerſa quàm in conuertente requirunt caſum genitiuum. Alia vero ſunt relatiua quę requirunt caſum ablatiuum, qñ conuertunt̃ de quibus hic loquit̃ Ar. qñ dicit (ſed caſu aliquotiens differunt ſm̃ locutionem) q. d. licet relatiua omnia dicant̃ ad conuertentiam, tñ (aliquotiens) .i. ſunt aliqua relatiua (quæ ſm̃ locutionẽ) .i. qñ conuertuntur (caſu differunt) qm̃ primo requirũt caſum genitiuũ qñ verò conuertunt̃ requirunt caſum ablatiuũ, (vt) .i. v. g. (ſciẽtia ſcibilis ſcientia) ly ſcientia eſt in caſu nominatiuo, & ly ſcibilis in caſu genitiuo ſed qñ conuertunt̃ non ſeruant eundẽ caſum genitiui, dicẽdo ſcibile ſciẽtię ſcibile, ſed ſeruãt caſũ ablatiuũ, vt ſcibile in caſu recto, ſciẽtia ſcibile, vbi ſciẽtia eſt in caſu ablatiuo (&) q. d. nõ ſolũ hęc adde tu differũt caſu, ſed etiã ſenſu ſẽſibilis ſẽſus, & ſenſibile ſenſu ſenſibile.

Tex. 47. At vero aliquotiens non videbitur conuerti: niſi conuenienter ad quod dicitur aſsignetur, ſed peccet is qui aſsignat, vt ala ſi aſsignetur auis: non conuertitur, vt ſit auis alæ, non enim prius conuenienter aſsignatū eſt ala auis, neque enim quatenus auis eſt eatenus ala ipſius dicitur, ſed in eo quòd alata eſt, multorum enim & aliorum alæ ſunt quæ non ſunt aues, quare ſi aſsignetur conuenienter, & conuertitur, vt ala alati ala eſt, & alatum alá alatum.

Cum Ar. tertiam proprietatē omnibus relatiuis competentem, declaraſſet in hoc textu nos admonet, ꝙ aliquando circa relatiuorū conuertentiā contingit peccatum, quod non accidit reſpectu relatiuorum, ſed reſpectu noſtri, & ex defectu noſtro, cauſa intentionis eſt, ne aliquis credat quòd relatiua quomodocunque aſsignantur ſemper conuertuntur. Diuiditur iſte textus in duas partes in prima ponit errorem contingentem circa conuertentiam relatiuorum, in ſecunda ibi (vt ala) exemplo manifeſtat in quibus relatiuis contingit errare, & peccare, circa relatiuorum conuertentiam. Vnde Nota quòd de relatiuis duplex poteſt fieri aſsignatio vna conueniens vt quando vnum relatiuum refertur ad ſuum proprium relatiuum, vt pater ad filium, & filius ad patrem, & non ad aliud, vt ad ſeruum. Alia diſconueniens, vt quando vnum relatiuum non refertur ad ſuum proprium relatiuum, & tunc non conuertuntur, & iſte eſt error & peccatum, quod non poteſt corrigi, nec emendari & eſt error noſter, & peccatum noſtrum, & ex defectu noſtro, quia ignoramus appropriare propria relatiua cum proprijs relatiuis (vt ala auis ala) verbi gratia, ſi aliquis diceret quòd ala refertur ad auem dicendo ala auis ala, hæc aſsignatio non eſt conueniens, quoniam ala nòn refertur ad auem, & ideo non conuertuntur, non enim dicimus ala auis ala, ſed ala debet referri ad ſuum proprium relatiuum nempè ad alatum, & ſic conuertitur; ala enim non conuertitur cum aue, & auis cum ala, aſsignat cauſam Ar & dicit (enim) pro quia (non prius aſsign..um eſt) ideſt antequam conuertuntur non aſsignatum eſt vnum relatiuum ad ſuum proprium relatiuum, quoniam ala licet ſit relatiuum, tamen auis non eſt relatiuum proprium ipſius alæ, vt ad ala deberet referri, (neque enim quatenus auis eſt, eatenus ala ipſius dicitur, ſed in eo ꝙ alata eſt) q. d. non ſolum ala nō debet referri ad auem, propter cauſam dictam ſed. q. d. neque quatenus .i. inquantum auis eſt eatenus ala ipſius dicitur, ſed in tantū ala refertur ad auem inquantum auis eſt alata, & ſic eſſe alatum eſt proprium relatiuum & per ſe ad alam, & ſi auis eſt relatiua non niſi per aliud, & per accidens, ſi enim ala referetur ad auem & conuerteretur cum aue, ſequeretur ꝙ ſola auis haberet alas, quod eſt falſum (multorum .n. aliorum alæ ſunt quæ non ſunt aues) aſsignat cauſam, quare ala non refertur ad auem (enim) pro quia multa ſunt, adde tu animalia, quæ habent alas, & non ſunt aues & ideo ala non cōuertitur cum aue, & auis non conuertitur cum ala, quoniam id quod eſt communius & vniuerſalius aliquo 1. priorum cap. 5. non conuertitur cū illo in poſt prædicam. cap. de priori, ſed ala eſt quid cōmunius aue, quoniam multis alijs competit, quę non ſunt aues, vt eſt gallina, anas, anſer, grillus, veſpe, apes, muſca, & multa alia vt ſunt volucres quędam aues nòn ſunt vt hiſsi pennes quę ſunt in noſtro orbe, quę aues appellantur, dic verò cuti pennes, vt veſpertiliones quædam vaginipēnes, vt ſcarabei, ſtrutio, etiam habet pennas & non eſt auis (quare ſi aſsignetur conuenienter & conuertitur) nunc concludit ꝙ ſi conueniens ſit aſsignatio vnius relatiui cū altero relatiuo ſuo proprio tunc conuertitur vt ſi ala refertur non ad auem ſed ad alatum dicendo ala alati ala ſic conuertitur licet dicat Ar. ꝙ ſtrutio partim ſit auis, partim verò ſit quatupes in 4. de par. an. cap. vltimo vnde bene dicit ꝙ ala ſeu pēna non cōuertitur cum aue, quoniam in plus ſe habet ala ſeu penna quàm auis, & ſic dicimus ala alati ala & alatum ala alatum.

Aliquotiens aute forte & nomen fingere neceſſe erit ſi non fuerit nomen impoſitum ad quod conuenienter aſsignetur, vt temo ſi aſsignetur nauigij: nó eſt aſsignatio conueniens; neque .n. in eo ꝙ nauigium eſt in eo ipſius temo dicitur, ſunt .n. nauigia quorū temones non ſunt, quare non conuertitur nauigium enim non dicitur temonis nauigium ſed forte conuenientior aſsignatio erit ſi ſic quodammodo aſsignetur temo temonatæ rei temo eſt, aut quomodocunq. aliter nomen enim non eſt poſitum Tex. 48.

& con-

& conuertitur ſi conuenienter aſsignetur, temonatum enim temone temonatum eſt.

Cum Ariſt. notificaſſet illam vniuerſalem propoſitionem ſ. omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam in hoc textu mouet vnam dubitationem, & docet modum ſoluendi illam, Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima mouet dubitationem, & dat ſolutionem, in ſecunda ibi (neq; in eo) probat ꝙ temo non refertur ad nauigium & non conuertitur cũ nauigio, nam dices ſi omne relatiuũ vt conuertatur debet referri ad ſuum proprium relatiuũ, vt dominus ad ſeruũ, vellem ſcire quã ſunt duo relatiua quorum vnũ habet nomen, & eſt nominatũ v.g. temo & ſuum relatiuum non eſt nominatum vt conuertatur quid faciendum? Reſpondet Ar. & dicit (aliquotiens autẽ forte & nomina fingere neceſſe erit) q. d. quã contingit ꝙ aliqua relatiua fuerint innominata, neceſſe eſt fingere .i. imponere, inuenire, nomen vt conuenienter aſsignet .i. vt fiat conueniens & accomodata aſsignatio. ¶Dices quõ inuenitur hoc nomen? Dicas fingendo denominando ſecũda à primis vt à fortitudine fortis, & à penna pennatum, à temone temonatum, à capitẽ res capitata & à grammatica grãmaticus, quod nomen quod oportet fingere ſeu imponere non eſt nomen propriũ, ſed commune, vt patet. 2. de anima 72. & 76. dat exemplũ Ar. de illo relatiuo quod eſt nominatum. & de illa quod eſt innominatum, & dicit (vt temo) i. v. g. qui eſt relatiuum nominatum ſi aſsignetur nauigio, dicendo temo nauigij non eſt conueniens aſsignatio, & non conuertitur nauis in eo q nauis habet temonem quoniam omne nauigium haberet temonem, quoniam ly in eo ꝙ ipſum & inquantum ipſum ſignificat conuertibilitatem. 1. poſt. 36. 37. ſi nauigium inquantum nauigium haberet temonem, ſequeretur ꝙ omne nauigium haberet temonem, quod eſt falſum quoniam ſunt multa nauigia quæ non habent temonẽ, quæ propter eorum magnitudinem non poſſunt impelli, nec moueri remis ſed ſolum velis, & remis veluti ſunt naues magnæ (quare non conuertitur) nunc infert concluſionem, & dicit, quòd ſi temo aſsignetur nauigij non eſt conueniens aſsignatio, & non conuertitur nauigium cum temone, non enim dicimus nauigium temonis nauigium, nam illud quod competit alteri ab illo non eſt proprium illi. 2. top. cap. de proprio, & non conuertitur cum illo ſed temo nõ competit naui ſolum, ſed multis alijs, ergo non conuertitur cum naui. ¶ Dices quod eſt illud relatiuum quod non habet nomen, ſed oportet ponere nomen? dicit (ſed forte conuenientior aſsignatio erit ſi ſic quodammodo aſsignetur) Nota quòd temo non competit omnibus nauigijs, vt cimbæ paruæ ſed aliquibus magnis cimbis vt triremi, biremi, quadriremi & alijs quæ non habent vnum nomen proprium quo oportet ipſa appellare, ideo neceſſe eſt imponere nomen commune, quod comprehendit omnia quæ habent temonem dicendo temonatum, dicas igitur ſic, temo qui eſt relatiuum nominatum eſt rei temonatæ temo, quæ res temonata eſt nomen commune impoſitum omnibus illis nauigijs quæ temone impelluntur, & ſic facta debita & conuenienti aſsignatione vnius relatiui ad aliud ſibi proprium dicendo temo rei temonatæ temo, & res temonata temone res temonata, ſic conuertitur (& quomodocunque aliter nomen non eſt poſitum & conuertitur ſi conuenienter aſsignetur temo enim rei temonatæ temo eſt) concludat & dicit, quòd ſicut ſolum res temonata eſt relatiua ad temonem ad quam temo conuenienter refertur, ſed quodcunque aliud cui competit temo, vt dicatur temo rei temonatæ temo, & tunc alia dicuntur ad conuertentiam, quoniam ſicut temo dicitur rei temonatæ temo, ſic etiam dicitur res temonata temone temonata res eſt.

Similiter autem & in alijs vt caput conuenientius aſsignabitur capitati caput, quàm ſi animalis aſsignetur, neque enim in eo ꝙ eſt animal caput habet, multa enim animalia ſunt capita non habentia. Tex. 49.

Cum notificauit ꝙ quando vnum relatiuum eſt nominatum & illud ad quod refertur eſt innominatum, neceſſe eſt fingere ſeu ponere nomen illi quod eſt innominatum, vt temo eſt relatiuum nominatum, refertur ad ſuum relatiuum innominatum cui oportet imponere nomen, per denominationem vt à temone res temonata, nunc Reſpondet tacitæ obiectioni, nam dices innominata ſunt duplicia quædam artificialia vt res temonata, quædam ſunt naturalia quid eſt obſeruandum in naturalibus, cauſa intentionis eſt, ne quis crederet quòd alius modus obſeruatur in artificialibus, & alius in naturalibus, Diuiditur iſte textus in duas partes in prima facit quod dictum eſt in ſecunda ibi (neque in eo) probat quòd caput non refertur ad animal) quo ad primum, dicit (ſimiliter) ideſt ſimili modo

quo fecimus in terminatione, qui eſt res artificialis ſic neceſſe eſt facere (in alijs) ideſt in rebus naturalibus quæ ſunt alia & diverſa ab illis. 2. phy. 1. 7. met. 22. vt in capite quod eſt res naturalis, i. ſicut fuit impoſitum nomen illi ad quod referebatur temo per denominationem ſic oportet ponere nomen illi ad quod refertur caput (vt), i. v. g. caput quod eſt relatiuum non refertur ad animal, quoniam animal non in eo ꝙ eſt animal ideſt non inquantum eſt animal caput habet; nam ſi animal inquantum eſt animal haberet caput, tunc omnia animalia haberent caput; quod eſt falſum, quoniam ly in eo ꝙ ipſum, & inquantum ipſum, ſunt ſinonima, & dicunt conuertentiam. v. g. homo in eo ꝙ homo, & inquantum homo, & ſecundum ꝙ homo eſt rationalis, ergo rationale eſt homo, modo ſi animal in eo ꝙ eſt animal haberet caput, ſequeretur ꝙ caput conuerteretur cum animali, & ſic omne animal haberet caput, nam prædicatum quod eſt inquantum ipſum, eſt per ſe. 1. poſt. 36. & quod eſt per ſe, eſt de omni, 1. poſt. 30. & non è contra, nam id quod non eſt de omni non eſt per ſe, & quod non eſt per ſe non eſt inquantum ipſum 1. poſt 36. multa enim ſunt animalia quę non habent caput, vt ſunt cocleæ, conchilia, echini, vermes, ſpondylia, ſpongia maris, ſtella marina, oſtrea vrticæ, & tandem animalia lapidibus affixa, quæ à græcis zoophita appellantur, ſed potius oportet fingere nomen aliquod vt propria & conueniens fiat aſsignatio, & reciproca cum ſuo relatiuo, dicendo hoc modo caput rei capitatæ caput, & res capitata

Petitio. capite capitata. ¶ Dices quare obſeruandũ eſt ita in naturalibus, ſicut in artificialibus?

Reſp. ¶ Dicas quoniam ars imitatur naturam 2. phy. 22. & 4. Meteororum, 28. cui ſententiæ ſe ſubſcribit Au. 1. poſt. 41. 2. poſt. 94. clarius 1. cœli 2.

Tex. 50. **Sic autem fortaſſe faciliſſime quis ſumet quibus poſita non ſunt nomina. Si ab ijs quæ prima ſunt & ijs ad quæ conuertuntur nomina ponuntur vt ijs quæ dicta ſunt: ab ala alatum, & à temone temonatum.**

Cum Ar. docuiſſet ꝙ quando relatiua non habent nomina, neceſſe eſt in illis imponere nomina, & hoc tam in artificialibus, quàm in naturalibus nunc docet regulam imponendi tale nomen illis relatiuis, quæ carent nominibus, cauſa intentionis eſt, ne aberremus. Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima docet regulam, ſeu modum imponendi nomina illis quæ carent nominibus, in ſecunda ibi (& ab ijs) dat exemplum. Pro intelligentia Nota, ꝙ quando vnum relatiuum fuerit notum, & ſuum correlatiuum fuerit ignotum, tunc poteſt fieri impoſitio nominis ſecundum denominationem à relatiuo noto, manifeſtum eſt enim ꝙ ſi relatiuum eſt notum & ſuum correlatiuum eſt ignotum, neceſſe eſt nomen fingere; patet enim ꝙ facilius eſt imponere nomen per denominationẽ ab ijs quæ prima ſunt in cognitione, & ab ijs ad quę conuertuntur ipſa correlatiua incognita ſicut ſunt iſta quæ prædicta ſunt, ſcilicet ala, remus, temo, caput, nam ab ala dicitur alatum, & à remo remitum, & à capite capitatum; vniuerſaliter igitur ab abſtracto deriuatur concretum; & à concreto ſubſtantiuo concretum adiectiuum, vt ab albedine dicitur album, & ab humanitate humanum; ala quidem quaſi eſt abſtractum, remus & caput ſunt concreta ſubſtantiua; ſed alatum, remitum, & capitatum ſunt concreta adiectiua; & ideo hæc ab illis denominantur; & propter hoc logicus differt à grammatico; quoniam logicus conſiderans modum eſſendi rerum vt ad ratiocinandum deducat, ponit concretum deriuari ab abſtracto: v. g. ab albedine album, & à grammatica grammaticũ, grammaticus verò conſiderat modum ſignificandi vocum, inquit enim abſtractum deriuari à concreto: v. g. ab albo deriuatur albedo; & à iuſto iuſtitia, quoniam concretum eſt magis notum ad ſenſum; & abſtractum eſt magis notum ad intellectũ, grammaticus enim ſenſualis dicitur, logicus vero rationalis, ſed quoniam in deriuatione nominũ magis attenditur modus ſignificandi vocum, quàm modus eſſendi rerum, ideo deriuatio nominum magis pertinet ad grammaticum, quàm ad logicum, & ideo dicit Ar. (fortaſſe) quaſi dubitando, & ideo quando aſsignat primam regulam dicit (fortè) quoniam inuentio nominum magis ad grammaticum quàm ad logicum ſpectat; lege igitur textum hoc modo (ſic autem fortaſſe facilius ſumuntur. quibus nomen non eſt impoſitum, ſi ab his quæ prima ſunt ſcilicet in cognitione (& ab his relatiuis ad quę conuertuntur correlatiua incognita nomina ponantur) vt in his quæ prædicta ſunt, vt ab ala alatum, & à remo remitum & vt facilius ſtudioſi intelligant. ¶ Dices quando relatiua nõ habent nomina quid, eſt faciendum? ¶ Reſpondet Ar. & dicit à primis ſecunda facimus nomina fingendo: v. g. caput eſt relatiuum, ſi dicemus caput animalis caput, erramus, & valde peccamus, quoniam ſequeretur ꝙ omne animal haberet caput; quoniam cancri ſunt animalia & non habent caput, ea quo non dicimus animal capitis animal, non enim conuertitur, ideo

ſic

ſic eſt dicendum à capite denominationem feciendo ſcilicet capitatum, & a temone temonatum, & ſic conuertuntur, ab ala alatum, & alatum ala alatum, vnde reſolutè dicas, ꝙ à primo relatiuo inuenitur ſecundum relatiuum. v. g. caput eſt primum relatiuum, & ſecundum relatiuum non habet nomen, oportet inuenire illud nomen per deriuationem & denominationem à primo, dicendo, à capite capitatum. & à temone temonatum, & ab ala alatum, & ſic à primo relatiuo denominatur ſecundum.

Dub. ¶ Dices ſubſtantia non eſt ad aliquid, ſed caput, remus & ala ſunt ſubſtantiæ, ergo caput non eſt ad aliquid, minor probatur quoniam partes ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ. 2. de anima 4. 1. phy. 52. modo ſi partes ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ, caput eſt pars ſubſtantiæ, ergo caput eſt ſubſtãtia.

Sol. ¶ Dicas ꝙ relatiua ſunt duplicia quedam ſecundum eſſe, & quædam ſecundum dici, tunc dicitur ꝙ caput ſecũdum eſſe eſt ſubſtantia, ſed eſt relatiuum ſecundum dici, veluti patet. 2. phy. 26. vbi dicitur ꝙ materia & formæ quæ ſunt ſubſtantiæ. 2. de anima 2. 25. 36. 37. 2. met. 34. 35. 12. met. 14. non ſunt relatiua ſecundum eſſe, tamen ſunt relatiua ſecundum dici.

51. Omnia igitur quæ ad aliquid dicuntur, ſi conuenienter aſsignentur, ad conuertentia dicuntur; quoniam ſi ad quodlibet aliud aſsignentur & non ad id ad quod dicuntur, non conuertuntur. dico autem quoniam neque eorum quæ in confeſſo ad conuertentia dicuntur, & nomina eis poſita ſunt, nihil conuertitur ſi ad aliquid eorum quæ ſunt accidentia aſsignentur, & non ad id ad quod dicuntur, vt ſeruus ſi non domini aſsignetur, ſed hominis, vel bipedis, vel cuiuſcumque talium; non conuertitur neque enim dici poteſt homo eſt ſerui homo non enim conueniens eſt aſsignatio.

Poſtquàm Ar. propoſuit illam vniuerſalem propoſitionem ꝙ omnia ralatiua ad inuicem conuertuntur, hac tamen lege ſeruata ſcilicet quando conuenies fit aſsignatio ideſt quando vnum relatiuum refertur ad id ad quod referri debet, vt dominus ad ſeruum, & ſeruus ad dominum, & quando non fit debita aſsignatio ad inuicẽ, non conuertuntur vt ſi dominus refertur ad filium, dicẽdo dominus filij dominus, non conuertitur, vt filius domini filius. quã vniuerſalem propoſitionem eſſe veram Ar. manifeſtauit duplici inductione; vna in relatiuis nominatis, alia in relatiuis innominatis, Nunc vero ex dictis tanquàm ex præmiſsis infert illam vniuerſalem propoſitionẽ manifeſtatam cum illamet conditione, lege, & cautela, eſſe veram, dicens ꝙ omnia relatiua dicuntur ad cõuertentiam quando ſcilicet conueniens fit aſsignatio, i. quando vnum relatiuum refertur ad ſuũ proprium relatiuum, ad quod referri debet, & ſi refertur ad aliud tunc non conuertitur, Diuiditur ergo textus iſte in tres partes in prima infert illam vniuerſalem ſcilicet ꝙ omnia relatiua conuertuntur quando fit debita aſsignatio, in ſecunda ibi (quoniam ſi ad quodlib. &c.) docet quando relatiua non conuertuntur, in tertia dat exemplum quando non fit cõueniens aſsignatio; quo igitur ad primum, (omnia igitur quæ ad aliquid dicuntur) ideſt omnia relatiua tàm nominata quàm innominata, ad conuertentiam dicuntur, non tamen ſimpliciter & ſine conditione, ſed hac conditione, lege, & cautela quæ talis eſt videlicet (ſi conuenienter aſsignetur) ideſt ſi vnum refertur ad illud cui conuenit. (quoniam ſi ad quodlibet aliud) adde tu, refertur, minime hoc erit. qñ verò refertur ad id ad quod referri non debet, (non conuertitur.)

Petitio. ¶ Dices in quibus relatiuis valet hæc regula? ¶ Reſpondet Ar. & dicit.

Reſp. ¶ Dico autem quoniam neque eorum quæ in confeſſo ad conuertentiam dicuntur) q. d. regulam hanc valere in illis relatiuis quæ in confeſſo) ideſt quæ indubitanter ad conuertentiam dicuntur (& nomina eis poſita ſunt) ideſt in relatiuis nominatis, quæ relatiua nominata ſi ad aliquid eorum, quæ ſunt, accidẽtia aſsignentur, & non ad id ad quod dicuntur) adde tu non conuertuntur vt paulo infra dicet, vnde dat exemplum & dicit (vt) ideſt v. g. ſeruus ſi non domini aſsignetur) ideſt ſi non refertur ad dominum tamquàm ad ſuum proprium relatiuum (ſed hominis) ideſt ſi referetur non ad dominum ſed ad hominem (vel bipedis) ideſt vel referetur ad bipedem (vel vniuſcuiuſque talium) ideſt vel ad quodcunq; aliud quod ſcilicet eſt aliud & diuerſum à domino, tamquàm diuerſum à ſuo proprio relatiuo non conuertitur (neque enim) ſiquidem non poteſt dici homo ſerui homo, quoniam non eſt conueniens aſsignatio & non conuertitur quoniam ſequeretur quòd omnis homo haberet ſeruum. Et Nota ꝙ ſicut diximus de relatiuis nominatis, ſic dicimus de relatiuis innominatis, quoniam quando, referuntur ad ſua propria relatiua, tunc conuertuntur

quando verò non referuntur nō conuertuntur ſi enim dicimus dominus ſerui dominus, tunc cōnertitur, quoniam ſeruus dicitur domini ſeruus & dominus ſerui dominus ſed ſi dicimus dominus hominis dominus nō conuertitur, quoniam non dicimus homo domini homo, nec dicimus dominus bipedis dominus non quidem conuertitur quoniā non

Dub. eſt facta debita aſsignatio. ¶ Dubitatur nam dicit Ar. ꝙ ſi dominus refertur ad hominem refertur ad id quod eſt accidens, ergo ſequeretur ꝙ homo eſſet accidens, quod eſt falſum quoniā homo eſt ſubſtantia, vt patet in cap.

Sol. de ſubſtantia. ¶ Dicitur ꝙ homo conſideratur duobus modis, vno modo ſecundum eſſe, Alio modo ſecundum rationem tunc dicitur ꝙ homo non eſt accidens ſecundum eſſe, ſed ſecundum rationem, ideſt inquantum homo non ponitur in definitione domini, ideſt accidit homini vt ſit dominus, aut ſeruus ſimiliter homo accidit animali, & eſt accidens animali, quia homo non ponitur in definitione animalis, & ſic homo non eſt accidens, vel Dicas quod non eſt accidens vt diſtinguitur contra ſubſtantiam, ſed eſt accidens inquantum non cadit in definitione domini, quod declarat Ar. 2. phy. 33. quando inquit ꝙ homo & animal accidit ſtatuario.

Dub. ¶ Dices inquit Ar. ꝙ relatiua conuertuntur, tunc contra, pater & filius ſunt relatiua, & tamen non conuertuntur quoniam aliquis dicitur pater qui non habet filium ſed filio-

Confirmatio. lam vt callias & tamen dicitur pater, ſimiliter ſortes dicitur filius & non habet patrem, ſed habet matrem, pariter Aliquis dicitur

Alia cōfirmatio. ſeruus qui non habet dominum, ſed habet dominam, ergo nec pater, nec dominus, ſunt

Sol. relatiua quæ conuertuntur. ¶ Dicas ꝙ iſta ſunt friuola quoniam pater & filius verè dicuntur relatiua & intelligendus eſt vterque ſexus, tam patris & matris, quàm filij & filiæ ideſt tam maſculinus ſexus (pro neotericis) quàm fœmininus. ſcilicet pro patres tam patrem quàm matrem, ſimiliter per fi-

Dub. lium, tam marem quàm fœminam. ¶ Sed Dices quare dicitur pater filij pater & non filiæ pater ſed potius voluit dicere in maſculino quàm in fœminibo genere? hæc etiam eſt

Sol. friuola dubitatio ſed pro neotericis. ¶ Dicas quoniam ſemper denominatio fit à nobiliori 2. de anima 49. & quoniam maſculus eſt nobilior fœmina. 2. de gen. an. cap. 1. & agens nobilius patiente. 3. de anima 19. ideo dicitur pater filij pater, in genere maſculino, & non dicitur pater filiæ pater in genere femi-

Dub. nino. ¶ Dices quare relatiua conuertuntur in caſu obliquo, dicendo pater filij pater, & filius patris filius & non in caſu recto nō conuertuntur dicendo pater eſt filius & filius eſt

Sol. pater? ¶ Dicas quoniam non eſt congrua nec debita locutio quoniam relatiua non prædicantur, nec conuertuntur in recto, quoniam ſequeretur propoſitio in congrua & falſa vt diximus dicendo pater eſt filius, & filius eſt

Dub. pater. ¶ Dices contra nam Petrus eſt pater & eſt filius quoniam poteſt eſſe vterque. ¶ Di- *Sol.*
cas ꝙ poteſt bene eſſe ſed reſpectu diuerſorū nam Petrus eſt pater reſpectu ſui filij & eſt filius reſpectu ſui patris, ſed non eſt filius reſpectu eiuſdem ſed reſpectu ſui filij, quoniam tunc eſſet filij filius, & pater patris. Sed Nota ꝙ poteſt dici etiam in recto pater eſt filius, & filius eſt pater ſed pro intelligentia ſcias, ꝙ dicit Ar. 1. de gen. 17. 18. & 1. 25. & 2. meta. 7. ꝙ hæc propoſitio eſt vera, generatio eſt corruptio, & corruptio eſt generatio, intelligendo cauſaliter. i. generatio eſt cauſa corruptionis, & corruptio eſt cauſa generationis, ſic etiam dicimus pater eſt filius cauſaliter. i. pater eſt cauſa filij, & filius eſt cauſa patris quoniam aliquis non poteſt dici pater ſi non habet filium, nec poteſt dici filius ſi non habet patrem quoniā filius dedit cauſam patri vt eſſet pater, & pater dedit cauſam filio

Aliaſ vt eſſet filius. ¶ Vel quando dicit Ar. ꝙ generatio eſt corruptio non dixit vt vnum contrarium prædicaretur de alio contrario ſed inquantum ꝙ generatio vnius, eſt corruptio alterius, vt generatio entis eſt corruptio nō entis, & corruptio nō entis eſt generatio entis. 2. de gen. 2. & ſic dicimus pater eſt filius. i. pater vnius, eſt filius alterius, vt pater aloyſij, eſt filius petri, & ſic reſpectiue poteſt intelligi hæc propoſitio.

Amplius ſi conuenienter aſsignetur ad quod dicitur omnibus alijs ſublatis quæcumque accidentia ſunt, relicto autem ſolo illo ad quod aſsignatum eſt, conuenienter ſemper ad ipſum dicetur.

Cum Ariſt. dedit regulam obſeruandam circa relatiua quando conuertuntur, & quando non conuertuntur, nunc aſsignat aliam regulam circa eadem relatiua, ſic ſententia [illegible] decipiamur [illegible] conuertentia relatiuorum. Diuiditur iſte textus in duas partes in prima aſsignat regulam oſſeruandam in ſecunda ibi (vt ſi ſeruus) more ſuo exemplo declarat regulam aſsignatam, pro intelligentia eſt Notandum, ſi aliquod relatiuum conuenienter aſsignetur ad ſuum proprium relatiuum, circumſcriptis omnibus quæ accidunt illi correlatiuo, ipſo tamen correlatiuo ſolo manente, ſemper tale relatiuum ad ſuum correlatiuum

unm dicetur. v.g. ſi ſeruus ad dominum dicatur, & ad ipſum conuenienter aſsignetur, tamquàm ad ſuum correlatiuum, circumſcribantur in domino omnia quæ accidunt domino, ſcilicet eſſe bipedem, eſſe hominem, eſſe diſciplinæ ſuſceptibilem, & omnia alia quæ non ſunt de ratione illius, & tamen hoc ſolum nomen DOMINVS maneat, iſto ſolo poſito dominus erit ſerui dominus, & per nulla alia nomina licet fuerint infinitæ, vnde ſeruus dicetur ad dominum, quia continue ſeruus dicetur domini ſeruus per illam ſolam vocem & non per aliam aut alias. Quibus ſic ſtantibus, lege, & conſtrue textum hoc modo (Amplius) .i. præter regulam ſupradictam, eſt alia noua regula, quæ talis eſt (ſi conuenienter aſsignetur) .i ſi vnum relatiuum aſſignetur .i. referatur ad id ad quod dicitur .i. ad ſuum proprium & determinatũ relatiuum ad quod .ſ. referri debet (ſemper ad ipſum dicetur) .i. ſemper cum illo conuertitur.

Petitio. ¶ Dices, & ſi cum illo relatiuo fuerint fortè copulata alia prædicata. v. g. dominus eſt homo, & eſt bipes, & diſciplinæ ſuſceptibilis, vellem ſcire ſeruus referetur ne tàm ad dominum quàm ad quodlibet illorum quæ ſunt in domino? & quæ prædicantur de domino?

Reſp. ¶ Reſpondet Ar. & dicit circumſcriptis omnibus his .ſ. prædicatis nominatis quę ſunt accidentia domino .i. quæ per accidens competunt domino, & relicto ſolo domino, ſeruus ad dominum refertur & ad nullum alind iſtorum dat exemplum & dicit.

Vt ſi ſeruus ad dominum dicitur, circumſcriptis omnibus: quæ accidentia ſunt domino, vt eſſe bipedem, vel ſcientiæ ſuſceptibilem, vel hominem, relicto verò ſolo illo quod dominus, eſt ſemper ſeruus ad ipſum dicetur, ſeruus enim domini ſeruus dicitur.

In hac ſecunda parte textus exemplificat quod dixit, & dicit, (vt) .i. v.g. ſi ſeruus neque ad hominem refertur, neque ad bipedem, neque ad ſcientiæ ſuſceptibilem, non enim dicimus ſeruus eſt hominis ſeruus, nec ſeruus eſt bipedis ſeruus, nec diſciplinæ ſuſceptibilis, ſed ſolum ſeruus eſt domini ſeruus, quoniam dominus eſt proprium relatiuum ad ſeruum, omnia verò alia prædicata ſunt accidentia domino, & competunt domino per accidens, quoniam ſeruus ad nullum iſtorum refertur per ſe, ſed per accidens, & inquantum hæc omnia ſunt in domino.

Dub. ¶ Dices contradicta, nam dicit Ar. ꝙ ſeruus ſolum refertur ad dominum, ſeparatis omnibus alijs à domino, hoc videtur impoſsibile, quoniam ſi dominus eſt homo, & homo eſt bipes, ergo nec bipes poterit ſeparari à domino, ergo dominus non poteſt referri ad ſeruum relictis & ſeparatis omnibus quæ ſunt in domino.

Sol. ¶ Dicas ꝙ hæc poſſe ſeparari ab homine intelligitur dupliciter, vno modo ſecundum rationem, Alio modo ſecundum rem, tunc dicitur ꝙ licet nec homo, nec bipes poſsint ſeparari ab homine ſecundũ rem, & realiter, tamen poſſunt ſeparari ab homine ſecũdum rationem.

Rep. ¶ Dices contra nam ſi homo & bipes poſſunt ſeparari à domino ratione & intellectu, tunc ſequeretur ꝙ intellectus eſſet falſus quoniam qui intelligit rem alio modo quo eſt, intelligit falſum, ſed per te intellectus poteſt intelligere dominum abſque homine & bipede, ergo intelligit rem alio modo quo eſt, quoniam dominus non poteſt eſſe quin ſit homo, & bipes.

Sol. ¶ Dicas ꝙ licet intellectus conſideret rem alio modo quo eſt, non per hoc conſiderat falſum, quoniam abſtrahentium non eſt mendatium. 2. phy. 18.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ aliud eſt conſiderare rem alio modo quo eſt, & aliud eſt conſiderare rem eſſe alio modo quo eſt, tunc dicitur ꝙ ſi intellectus conſideraret rem eſſe alio modo quo eſt tunc eſſet falſus, ſed quia conſiderat rem alio modo quo eſt, ideo non conſiderat falſum, nec eſt falſus.

Tex. 53. Si autem non conuenienter ad id ad quod dicitur aſsignetur: circumſcriptis omnibus alijs relicto autem ſolo ad quod aſsignatum eſt non dicetur ad ipſum.

Cum tradidiſſet methodum cognoſcendi quando relatiua conuertuntur, nunc tradit modum cognoſcendi quando relatiua non conuertuntur, cauſa intẽtionis eſt vt clarior fiat regula ſupra aſsignata, quoniam vnum oppoſitum ducit ad cognitionem alterius. 3. de anima. 21. in epit. log. cap. de definitionibus. 1. cæli 10. 2. cæli 40. clarius 1. de anima 85. clariſsime in libro de ſenſu & ſenſili cap. 2. & 3. de anima 25. Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima dat regulam cognoſcendi, quando relatiua non conuertuntur in ſecunda ibi (aſsignetur) exemplo manifeſtat quando in relatiuis non fit cõuerſio, Sed Nota quod dixit Ar. ꝙ tunc fit conuerſio relatiuorum quando vnũ refertur ad illud ad quod conuenienter debet referri, & ſi ad quodlibet alind aſsignetur quod non eſt proprium relatiuum non conuertitur, vt ſeruus ſi aſsi-

gnetur

gnetur ad dominum bona eſt & conueniens aſsignatio, & conuertitur, dicendo dominus ferui dominus, ſed ſi diceretur dominus bipedis, non vtique conuerteretur, dicendo bipes domini bipes, ſimiliter de alijs, quę accidunt domino, nunc dat regulam oppoſitam dicens, quod ſi vnum relatiuum non refertur ad ſuum proprium relatiuum, non fit conuerſio.

Aſsignetur enim ſeruus hominis, & ala auis, & circumſcribatur ab homine eſſe dominum, non enim amplius ſeruus, ad hominem dicetur. cum enim dominus non ſit, neque ſeruus eſt.

In hac ſecunda parte textus dat exemplũ, declarando quando non fit debita aſsignatio, & per conſequens non fit conuerſio relatiuorum, quando enim ſeruus aſsignatur homini dicendo ſeruus hominis, non eſt debita aſsignatio, & ala quando aſsignatur aui dicendo ala auis, & circumſcribatur ab homine eſſe dominum, ideſt ponatur caſus ꝙ remaneret homo qui non eſt dominus, non amplius ſeruus dicetur ad hominem, quoniam cum dominus non eſt, ſequitur ꝙ ſeruus non eſt, quoniam ſeruus non eſt hominis ſeruus, nec ſeruus eſt bipedis ſeruus, vnde circumſcriptis & derelictis omnibus his, & remanente ſolo domino, dicendo ſeruus domini ſeruus, tunc ſeruus conuertitur cum domino, dicendo dominus ſerui dominus, & ad quodcumque aliud aſsignetur ſeruus nullo modo fit conuerſio, quoniam in plus ſe habet homo quàm dominus, multi enim ſunt homines qui non ſunt domini, vnde ſequitur ꝙ cum dominus non eſt, ſeruus non eſt, vt ſi aliquis homo non eſt dominus, tunc ſeruus non refertur ad illum hominem, ſed ſi ille homo eſt dominus tunc ſeruus refertur ad illum hominem, tanquam ad dominum, ſimiliter ala ſi aſsignetur aui, dicendo ala auis, non eſt aſsignatio conueniens, quoniam ſunt multa animalia vt muſca, gallina, anſer, grillus, & alia quæ habent alas, & non ſunt aues, vnde non conuertitur, quoniam illa quæ conuertuntur debent eſſe propria, & vnum non debet eſſe amplius, maius, & communius altero modo ala in plus ſe habet quàm auis, ideo ſi ala referatur ad auem non eſt conueniens aſsignatio, & per conſequens nec ala cum aue, nec auis cum ala conuertitur quoniam nullum inferius conuertitur cum ſuperiori, non enim dicimus id quod habet alam eſt auis, quoniã in plus ſe habet habens alam quàm auis, tota igitur ſententia eſt talis, verum Nota, ꝙ ſicut ſe habet affirmatio ad affirmationem, ſic ſe habet negatio ad negationem, ſi vnum relatiuum conuertitur cum alio quando refertur ad ſuum proprium relatiuum vt dominus ad ſeruum, ſic vnum relatiuum non conuertitur cum alio quando non refertur ad ſuum proprium relatiuum, vt ſeruus bipedis vel hominis, non enim dicitur bipes ſerui. ¶ Dices contra nam ſicut aliquis *Dub.* dicitur pater ſine filio & filius ſine patre, vt vt pater habet filiam ſine filio, & filius habet matrem ſine patre ſic aliquis dicitur ſeruus qui nõ habet dominum ſed habet dominam, & dicitur dominus qui habet ſeruam ſeu famulam, ergo non bene dicitur ꝙ pater refertur ad filium, & filius ad patrem, nec ſeruus ad dominum, nec dominus refertur ad ſeruum. ¶ Dicitur ꝙ licet pater non habeat fi- *Sol.* lium, ſed filiam, & ſeruus non habeat dominum ſed dominam, non propter hoc non dicitur pater, & ſeruus, quoniam pater refertur ad vtrumque ſexum ſcilicet maſculinum & fœmininum, ſimiliter & ſeruus refertur ad vtrumque ſexum. ¶ Dices quare potius dixit *Dub.* pater refertur ad filium, ad genus maſculinũ & non dixit ad filiam, ad genus fœmininum, ſimiliter ſeruus ad dominum & non dixit ad dominam? ¶ Dicas quoniam maſculus eſt no- *Sol.* bilior femina. 2. de gen. an. cap. 1. & quoniam à nobiliori fit denominatio. 2. de anima 49. eoq; magis quoniam agens eſt nobilius patiente. 3. de anima 19. 1. de gen. an. cap. 2. vbi inquit ꝙ fœmina qua fœmina patitur & mas qua mas agens eſt & ideo Porphyrius nominauit in cap. de genere patrem & non matrem, qui eſt principium generationis. ¶ Dices contra nam inquit Ar. 1. de par. an. *Rep.* cap. vltimo ꝙ gratius ac iucundius eſt vidiſſe quamlibet partem minimaq; corporis noſtrarum puellæ deliciarum, quàm cęterorum hominum membra tota perſpexiſſe, ergo fœmina eſt nobilior maſculo, ergo Ar. potius debebat nominare dominam & ſeruam in genere fœminino quàm dominum & ſeruum in genere maſculino. ¶ Dicas ꝙ aliud eſt dice- *Sol.* re nobilius & aliud eſt dicere gratius, & iucundius, dicit enim Ariſt. gratius & iucundius eſt vidiſſe quamlibet partem puellę, non tamen eſt nobilius. ¶ Dices fœmina eſt mas. *Dub.* 1. phy. 81. ergo Ar. nominando dominum nominauit dominam ſimiliter nominando ſeruum nominauit ſeruam. ¶ Dicas ꝙ mas eſt *Sol.* duplex alter occaſionatus alter vero non occaſionatus tunc dicitur ꝙ fœmina eſt mas occaſionatus. ¶ Amplius quando ſunt duo ſi- *Dub.* mul vnita id quod refertur ad vnum refertur etiam ad aliud quod eſt in illo, ſed dominus & homo ſunt duo ſimul vnita quoniam dominus eſt homo ergo ſeruus qui refertur ad dominum

Sol. minum refertur etiam ad hominem. ¶ Dicas quòd refertur ad dominum per ſe ſeruus verò refertur ad hominem ſecundario & per accidens.

Tex.54 Similiter & de aue, ſi adimitur eam alatã eſſe non enim amplius erit ala ad aliquid. cum enim non ſit alatum, nec ala erit alicuius.

Cum Ariſt. propoſuit illam vniuerſalem propoſitionem .ſ. ꝙ omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam quam manifeſtauit eſſe veram in relatiuis nominatis nunc vt inductio ſit completa verificat illam in relatiuis innominatis cauſa intentionis eſt vt omnibus videatur quòd illa propoſitio omni ex parte eſt vera Diuiditur iſte textus in tres partes in prima facit quod dictum eſt in ſecunda ibi (quare) concludit ꝙ omnia relatiua oportet, vt aſsignentur ad ſua propria relatiua ad hoc vt conuertantur in tertia ibi (ſi autem) infert illam propoſitionem vniuerſalem eſſe veram ſeruata tamen regula prædicta, inquit igitur Ariſt. (ſimiliter) q. d. ſicuti diximus de relatiuis nominatis, veluti eſt pater, filius, dominus, ſeruus, præceptor, & diſcipulus quòd tunc dicuntur ad conuertentiam, quando circumſcriptis, remotis, & negatis omnibus aliis, remanente ſolo illo ad quod debet aſsignari tunc conuertuntur, & quando referuntur ad aliud tunc non conuertuntur, ſimili ratione nunc dicimus de relatiuis innominatis, quæ quando conuenienter aſsignantur tunc conuertuntur, vt ſi quis aſsignet alam aui tamquàm ſuo correlatiuo circumſcribatur ab aue omnia quę accidunt aui, ſola aue relicta, cum igitur eſſe alatum accidat aui remanebit auis non alata manifeſtum eſt quòd remoto alato remouetur ala, ergo ala non dicitur ad auem, remanet auis ſine ala, & hoc accidit quando male aſsignatur ala aui, tamquàm ſuo correlatiuo.

Dub. ¶ Dices contra quoniam ala non accidit aui, quoniam ala eſt pars integralis ipſius auis, nam id quod eſt pars alicuius eſt de ſubſtantia illius, & non accidit illi, quoniam id quod verè eſt nulli accidit. 1. phy. 27. & 30. ſed ala eſt pars auis ergo eſt de ſubſtantia auis, & non accidit aui,

Sol. ¶ Dicas, verum Nota quòd ſicut eſſe bipedem in plus ſe habet quàm homo, quoniam valet dicere homo eſt bipes, & non dicimus bipes eſt homo, quoniam gallina eſt bipes, quæ non eſt homo, ſic ala in plus ſe habet quàm auis, ideò dicitur ꝙ accidit aui tanquàm id quod non eſt de ratione illius, non obſtante ꝙ ſit pars integralis illius, non ergo refertur ala ad auem, tanquàm ad ſuum correlatiuum, ſed ad alatum, quoniam poſita ala ponitur alatum, & remota ala remouetur alatum.

Quare oportet aſsignare ad id ad quod conuenienter dicitur, & ſi ſit nomen poſitum facilis erit aſsignatio, ſi autem non ſit fortaſſe neceſſarium erit nomen fingere.

In hac ſecunda parte textus concludit ꝙ omnia relatiua ad hoc vt conuertantur neceſſe eſt vt conuenienter aſsignentur ad id ad quod aſsignari debent, & dicit (quare) non vt dicat continuationem ſed vt dicat illationem. q. d. (quare) idest ex dictis ſequitur ꝙ ſi relatiua debent conuerti (oportet) idest neceſſarium eſt (aſsignare) idest referre vnum relatiuum ad id ad quod conuenienter dicitur, idest ad ſuum proprium relatiuum. v. g. ſeruus ad dominum (& ſit nomen poſitum) idest ſi vtrumque relatiuum eſt nominatum, vt ſeruus & dominus (facilis erit aſsignatio) idest non oportet laborare, & non cadit difficultas, quoniam de ſe patent. v. g. ſit vnum relatiuum quod vocetur ſeruus, & aliud quod vocatur dominus, facile quidem ſeruus aſsignatur ad dominum (ſi autem non ſit) autem pro ſed ſi non ſit poſitum nomen idest ſi vnum relatiuum fuerit nominatum, aliud vero non fuerit nominatum (fortaſſe) non dubitatiuè ſed vtens philoſophica reuerentia neceſſarium erit (fingere) idest imponere inuenire nomen illi relatiuo, quod non habet nomen, verbi gratia ala eſt vnum relatiuum nominatũ refertur ad ſuum relatiuum; quod eſt innominatum, opus vt inueniatur illud relatiuum & non poteſt inueniri niſi imponendo nomen illi per denominationem ab ala, dicendo alatum ab ala & ſic ala refertur ad alatum & conuertitur cum illo dicendo ala alati ala, & alatum ala alatum, ſic etiam valet in omnibus relatiuis innominatis, vt temo rei temonatæ temo, & caput rei capitatæ caput.

Si autem ſic aſsignentur, manifeſtum eſt quoniam omnia quæ ad aliquid ſunt ad conuertentia dicuntur.

In hac tertia parte Ar. infert illam vniuerſalem propoſitionẽ quam propoſuit eſſe ve-

ram ,.ſ. ꝙ omnia relatiua ad conuertentiam dicuntur ſeruata tamen illa cautela ſupradicta, inquit igitur ſic (manifeſtum eſt) recte dicit manifeſtum eſt , quoniam proprium inductionis eſt manifeſtare. 2. priorum cap. de inductione , & quoniam inductione manifeſtauit quòd omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam, ideo dixit manifeſtum eſt, ideſt manifeſta & clara & reſoluta ex prædictis ſequitur illa propoſitio vniuerſalis, quod omnia relatiua adde tu nominata, innominata, & relatiua ſecundum dici , & ſecundum eſſe, & quæ habent habitudinem genitiui , & ablatiui caſus , & quæcumque alia, quando conueniens ſit aſſignatio, ad conuertentiam dicuntur , ¶ Dices ſi eſſent plura nomina & nos ignoraremus , ad quod illorum nominum vnum relatiuum referetur? quomodo cognoſcemus ad quod illorum refertur , verbi gratia ſunt hæc nomina dominus, homo , bipes, & diſciplinæ ſuſceptibile, deinde datur vnum relatiuum quod dicitur ſeruus , ad quod illorum refertur ſeruus ad dominum , vel ad bipedem , vel ad hominem, vel ad diſciplinæ ſuſceptibile?

Dub.

Sol. ¶ Dicas quòd illi competit illud relatiuum & ad illud refertur quo primò poſito , & primò remoto , & omnibus alijs ſublatis illud ponitur & remouetur , ſed poſito ſeruo ponitur dominus,& remoto ſeruo remouetur dominus, ſublatis omnibus alijs , ergo ſeruus refertur ſolum ad dominum , & ad nullum aliud aliorum .

Dub. ¶ Amplius dicit Ariſt. ꝙ omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam , vnde videtur quòd ſola relatiua conuertuntur, quod eſt falſum , quoniam hæc duo conuertuntur ſcilicet cum ſol ſuper terram eſt , dies eſt, & cum dies eſt , ſuper terram ſol eſt , & tamen hæc non ſunt relatiua .

Sol. ¶ Dicas ꝙ non ſolis relatiuis competit vt ad inuicem conuertantur , quoniam licet dicat Ar. ꝙ omnia, tamen non dicit ꝙ ſola relatiua conuertuntur , quoniam ſunt multa alia vt accidentia eſſentialia , ſpecificæ differentiæ , & propriæ definitiones,& quæcumque æqua de æquis quæ non ſunt relatiua , & tamen conuertuntur cum ſuis proprijs ſubiectis.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ ſola relatiua conuertuntur cum habitudine & relatione , vt pater filij pater, & filius patris filius, Alia verò quæ non ſunt relatiua conuertuntur ſine habitudine, & ſine relatione .

Tex. 55. Videntur autem ad aliquid ſimul eſſe natura .

Cum Ariſt. declaraſſet relatiuorum tertiam proprietatem ſcilicet omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam cum habitudine ,tamen & relatione vt recte dicebat Iamblicus , in hoc textu vt aduertunt Græci , Arabes ,& Latini , declarat quartam relatiuorum propietatem, ſcilicet ꝙ relatiua licet non omnia ſint ſimul natura, cauſa intentionis eſt quoniam quędam relatina non ſunt ſimul natura , ne aliquis crederet ꝙ ſicut omnia dicuntur ad conuertentiam, ſic etiam eſſent omnia ſimul natura , Diuiditur iſte textus in três partes , in prima facit quod dictũ eſt, in ſecunda ibi (in plurimis) ſoluit, quandam dubitationem in tertia ibi (ſimul) exemplo manifeſtat quę ſunt illa relatiua quę ſunt ſimul natura , inquit igitur ſic (videntur autem ſimul eſſe natura), autem pro poſtquam declarata eſt tertia proprietas relatiuorum ſcilicet ꝙ omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam declaranda eſt quarta proprietas, ſcilicet ꝙ, quæ ſunt ad aliquid ideſt illa quæ ſunt relatiua videntur eſſe ſimul natura, per naturam, & ſecundum naturam vt inquit Au.

Et in plurimis quidem verum eſt, in aliquibus verò non verum ,

In hac ſecunda parte ſoluit dubitationem nam Dices dictum eſt ꝙ omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam vellem ſcire omnia , vel plurima , vel quædam relatiua ſunt ſimul natura ? Reſpondet & dicit non omnia, nec aliqua , ſed plurima , maior pars , verum eſt certum eſt tamen non verum probabile, ſed verum demonſtratiuum, quod denotat illa particula (quidem) q. d. quidem certe plurima maior pars non omnia relatiua videntur eſſe ſimul natura (in aliquibus verò non eſt verum) .i. aliqua relatiua non eſt verum ſed eſt falſum ꝙ ſunt ſimul natura , id enim quod non eſt verum. 5. met. cap. de falſo eſt falſum & ſic Ariſt. per inſtantiam topicam & per propoſitionem particularem negatiuam deſtruit vniuerſalem affirmatiuam , dicendo aliqua relatiua non ſunt ſimul natura, ergo falſa eſt illa propoſitio omnia relatiua ſunt ſimul natura.

Simul enim duplum & dimidium ſunt , & cum ſit dimidium , duplum eſt . & cum ſit dominus ſeruus eſt, & cum ſit ſeruus, dominus eſt ſimiliter autem, his & alia ,

In hac tertia parte Ar. exemplo manifeſtat quæ ſunt illa relatiua , quæ ſunt ſimul natura & dicit (ſimul) adde tu natura ſunt duplum & dimidium (cum) pro quoniã cum dimidium

midium

midium eſt duplum eſt .i. poſito duplo ponitur dimidium, & poſito dimidio ponitur duplum, & remoto vno remouetur alterum, & cum ſit ſeruus dominus eſt .i. poſito ſeruo ponitur dominus, & remoto remouetur (ſimiliter autem his ſcilicet relatiuis nunc nominatis & alia ſcilicet relatiua ſunt ſimul natura, vt præceptor & diſcipulus maius & minus.

Dub. ¶ Dices quare dixit Ariſt. (videntur) & non dixit (ſunt)

Sol. Dicas quoniam in rebus famoſis & veris ly (videtur) dicit certitudinem vt inquit Au. 1. de anima 19. vt ſol videtur lucidus .i. ſol eſt lucidus & ſic ly videntur idem eſt ac ſi dixiſſet ſunt & quoniã certum & famoſum eſt apud logicos, & verum ꝙ plurima relatiua ſunt ſimul natura, ideo dixit (videntur) & non dixit ſunt.

Dub. ¶ Dices ſi eſſe ſimul natura eſt proprietas relatiuorum, ergo omnia relatiua ſunt ſimul natura, & non plurima ſic, & quædam non, quod probatur ſic, nam illud quod eſt proprium eſt per ſe 1. poſt 29. & 30. & id quod eſt per ſe eſt de omni, vt ibidem patet ergo ſi eſt proprietas relatiuorum ꝙ ſint ſimul natura, ergo omnia relatiua ſunt ſimul natura.

Sol. ¶ Dicas ꝙ proprium dicitur quatuor modis teſte Porphyrio in cap. de proprio, tunc dicitur ꝙ illud proprium eſt per ſe, & de omni, quod eſt proprium in quarto modo, quod eſt proprium propriè & conuertibiliter dictum, non autẽ proprium in primo modo, quod aliquibus competit, aliquibus vero non, vt Geometram eſſe eſt proprium homini, ſed non omnes homines ſunt Geometræ, ſed aliqui ſic Aliqui verò non, & ſic ſoluitur dubitatio.

Petitio. ¶ Dices quæ eſt regula cognoſcendi quando relatiua ſunt ſimul natura?

Reſp. ¶ Dicas ꝙ omnia quæ inuicem conuertuntur, cum hoc verbo (eſt) ſubſtantiuo, & vnum non eſt cauſa alterius, illa ſunt ſimul natura vt patet in cap. de ſimul, ſed relatiua inuicem conuertuntur, cum hoc verbo ſubſtantiuo (eſt) & nullum eſt cauſa alterius, ergo relatiua ſunt ſimul natura.

Replica. ¶ Dices contra nam ſubiectum vt homo, & proprium hominis, vt riſibile, conuertuntur cum hoc verbo ſubſtantiuo (eſt) dicendo homo eſt ergo riſibile eſt, riſibile eſt homo eſt, & tamen hæc non ſunt ſimul natura, quoniam ſubiectum eſt natura prius ſua propria paſsione. 7. met. 4. 47. 1. phy. 52. homo enim eſt prior riſibilitate, quoniam ſubiectum eſt cauſa paſsionis. 7. met. 2. modo cauſa vt cauſa ſemper eſt ſecundum naturam prior ſuo cauſato. 1. poſt. 11. 72. 1. phy. 2. 5. met. cap. de cauſa.

Sol. ¶ Dicas ꝙ ideo fuit poſita illa particula ſcilicet (quorum nullum eſt cauſa alterius, ad denotandum ꝙ quando ſunt duo quæ conuertuntur, & vnum eſt cauſa alterius, non ſunt ſimul natura, vt rationale & homo non ſunt ſimul natura.

Dub. ¶ Amplius videtur falſum dicere, ſi pater eſt filius eſt, & ſi filius eſt pater eſt, quoniam pater eſt barbatus, canus, & ſenex, & filius eſt puer, & non habet dentes, ſimiliter dominus eſt diues, nobilis, & princeps; & ſeruus nec eſt diues, nec nobilis, nec princeps.

Sol. ¶ Dicas ꝙ dictum Ar. valet in propoſitione binaria, de ſecundo adiacente, vt pater eſt, ergo filius eſt, non autem in propoſitione trinaria, de tertio adiacente, vt pater eſt barbatus, ergo filius eſt barbatus.

Rep. ¶ Dices contra, nam hæc propoſitio ſeruus verberatur, eſt de ſecundo adiacente, & tamen non ſequitur ergo dominus verberatur.

Sol. ¶ Dicas ꝙ valet in propoſitione de ſecundo adiacente cum verbo ſubſtantiuo, non autem cum verbo adiectiuo quoniam verbum adiectiuũ debet reſolui per verbum ſubſtantiuum, vt docuit Ar. in libris Perihermenias.

Rep. ¶ Contra, nam hæc propoſitio Dominus videt, eſt de ſecundo adiacente cum verbo adiectiuo, & tamen ſequitur alia de ſecundo adiacente, cum eodem verbo adiectiuo, ergo ſeruus videtur.

Sol. ¶ Dicas ꝙ eſt verum in illis quæ competunt vtriq; ſcilicet domino & ſeruo, non autem in illis quæ competunt vni, & non competunt alteri.

Dub. ¶ Amplius cauſa & effectus ſunt relatiua, quoniam cauſa cauſati eſt cauſa, & cauſatũ cauſa cauſatum, & tamen non ſunt ſimul natura, quoniam cauſa præcedit effectũ, vt pater eſt cauſa filij, & præcedit filiũ, & ædificator eſt cauſa domus, & præcedit domum.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ cauſa & effectus conſiderantur dupliciter, vno modo materialiter, & ſic non ſunt ſimul natura, Alio modo formaliter, & ſic ſunt ſimul natura.

Dub. ¶ Amplius illa quorum vnum eſt prius altero non dicuntur ſimul natura, vt patet in cap. de ſimul, ſed relatiuorum vnum eſt altero prius, ergo non ſunt ſimul, minor probatur, nam omnis definitio. 6. top. in 1. loco definitionis, clarius. 1. met. 48. datur per priora, ſed vnum relatiuum ponitur in definitione alterius; vt patet in cap. de genere. 1. top. & in cap. de ſpecie, teſtatur Porphyrius, qui ponit ſpeciem in definitione generis, & genus in definitione ſpeciei, ergo vnum relatiuum eſt prius altero, & ſic non ſunt ſimul natura.

Sol. ¶ Dicas ꝙ relatiua conſiderantur dupliciter, vno modo vt vnum determinat dependentiam alterius, & ponitur in definitione alterius, ſic vnũ eſt prius altero, Alio modo quo ad eſſe, & ſub forma relationis, & ſic vnum non eſt prius altero.

Dub. ¶ Amplius illa quorum vnum eſt altero prius, non ſunt ſimul natura, vt patet in cap. de ſimul, ſed dominus eſt prior ſeruo. 5. met. cap. de priori, ergo dominus & ſeruus non ſunt ſimul natura.

Sol. ¶ Dicas quòd dominus non eſt prior ſeruo formaliter, ſed inquantum ſunt relatiua, ſecundum virtutem, & poteſtatem, vt ibi-

ibidem inquit Auer. vel ſecundum eccellentiam, & dignitatem.

Tex. 56. Simul autem hæc auferunt ſe ſe inuicem ſi.n. non ſit duplum, non erit dimidium, & ſi non ſit dimidium, non erit duplum. Similiter autem in alijs, quæcunque talia ſunt.

Cum Ar. notificauerit ꝙ non omnia ſed plurima relatiua ſunt ſimul natura, nunc dat regulam cognoſcendi quę relatiua ſunt ſimul natura, cauſa intentionis eſt, ne quis credat ꝙ omnia relatiua ſunt ſimul natura. Diuiditur ergo textus iſte in tres partes in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda ibi (ſi.n. non ſit duplum) nominat proprio vocabulo illa relatiua quæ ſunt ſimul natura, in tertia ibi (ſimiliter) complet inductionē, quo ad primum eſt Notādum, ꝙ ſicut ſe habet affirmatio ad affirmationem, ſic ſe habet negatio ad negationem, hac regula ſic ſumpta ex 1. poſt. 99. dicimus ſic, illa relatiua ſunt ſimul natura quorum poſito vno & quo remoto ponitur & remouetur alterum, inquit igitur Ar. ſicut relatiua ſunt ſimul natura quando ſe ponunt. i. quando poſito vno ponitur & reliquum, vt poſito domino ponitur & ſeruus, (ſimiliter) .i. ſimili modo & ratione illa ſunt relatiua ſimul natura, quæ ſeſe ſimul eodem tēpore auferunt .i. quorū ablato & remoto vno auferatur & remouetur reliquū, vt ſi non ſit duplum non erit dimidium, ſi non ſit dimidium non erit duplum, ſimiliter in alijs relatiuis quæ poſita ſe ponunt, quę remota ſe auferunt. Sed Nota quomodo intelligitur quando dicit Ar. remoto vno remouetur & auſertur alterum, ſecundum rem & ſecundum intellectum, & dicitur ſecundum intellectum quoniā ſubſtantia & accidēs ſe inuicem auferunt ſecundum rem, quoniam ſi homo nō eſt, riſibile non eſt, ſed non ſecundum intellectum, quoniam poteſt intelligi homo non intellecto riſibili, ſimiliter materia & quantitas ſe inuicem auferunt ſecundū rem, quoniam ſi materia non eſt quantitas non eſt ſed non ſe auferunt ſecundum intellectum quoniam poteſt intelligi materia non intellecta quantitate, & non è contra ideo ſubſtantia & accidens, ſubiectū & paſsio, non ſunt ſimul natura, nec materia & quantitas, quoniam ſi ſe inuicem auferunt ſecundum rem non ſe auferunt ſecundum intellectum, & ideo non ſunt ſimul natura; quoniam ſemper ſubiectum eſt prius paſſione. 7. met. 4. & 47. & materia quàm quantitas, quæ omnia patent, quoniam remoto domino remouetur ſeruus, ſecundum rem & ſecundum intellectum, quoniam non poteſt intelligi dominus non intellecto ſeruo, quoniā ſeruus eſt de intellectu domini, & dominus eſt de intellectu ſerui. ¶ Dices ꝙ non videtur eſſe verum ꝙ poſito vno relatiuo ponitur & reliquū, & remoto vno remouetur reliquum, nā pater & filius ſunt duo relatiua, & tamen mortuo filio non moritur pater, nam ſit pater qui habeat ſex filios, & ex illis ſex moriatur duo, non per hoc deſinit eſſe pater, ſed adhuc permanet, perſiſtit, & dicitur pater. ¶ Dicas non dicitur amplius pater reſpectu filiorum præſentium, & ſic fuit pater & eſt pater, quando vero nullum filium habuerit, tunc penitus deſinet eſſe pater. Dub. Sol.

Tex. 57. Non autem in omnibus his, quæ ſunt ad aliquid verum videtur eſſe ſimul natura.

Cum notificaſſet ꝙ plurima relatiua ſunt ſimul natura, nunc declarat ꝙ aliqua relatiua non ſunt ſimul natura, cauſa intentionis eſt, vt oſtendat verum eſſe quod dixit. Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima oſtēdit ꝙ non omnia relatiua ſunt ſimul natura, in ſecunda ibi (ſcibile) probat vna ratione ꝙ ſcibile & ſcientia non ſunt ſimul natura, in tertia ibi (namque) probat minorem rationis factę dicit ergo Ar. (non autem) pro ſed illud quod (videtur) alijs qui dicunt ꝙ omnia relatiua ſunt ſimul natura, quoniam nō omnibus his quæ ſunt ad aliquid .i. aliquibus relatiuis non videtur eſſe verum .i. certe aliqua relatiua non ſunt ſimul natura. Nota ꝙ dixit ineſt, denotando ꝙ hæc proprietas ſcilicet eſſe ſimul natura non eſt ſubſtantia, ſed eſt accidens, cui proprium eſt alteri ineſſe. Dicas igitur ꝙ falſum eſt dicere ꝙ omnia relatiua ſunt ſimul natura.

Scibile enim ſcientia prius videbitur eſſe.

In hac ſecunda parte probat ratione aliqua relatiua non eſſe ſimul natura, & dicit, ſcibile .n. ſcientia prius eſſe videtur. q. d. illa relatiua ſunt ſimul natura quorum vnum non eſt prius reliquo (enim) pro ſed, ſcibile quod eſt relatiuum ad ſcientiam videtur eſſe .i. eſt prius & antiquius ſcientia, & præcedit in eſſe ſcientiam, quia ſcibile poteſt eſſe ſine ſcientia, ergo ſcibile & ſcientia ſunt duo relatiua, quæ non ſunt ſimul natura.

Namque in pluribus præſiſtentibus rebus ſcientias accipimus, in

pancis

paucis enim vel nullo quiſquàm hoc perſpiciet ſimul cum ſcibili ſcientiam eſſe factam.

In hac tertia parte probat minorem experientia & dicit, (namq; in plurimis præſiſtentibus rebus ſcientias accipimus) q.d. nos experimus ꝙ in pluribus & in maiori parte nos acipimus ſcientias à rebus præſiſtentibus, quæ dicuntur res ſcibiles, quæ præcedunt, & ſunt priores ipſa ſcietia, quod patet ſic, quoniam omnes ſcientiæ naturales à rebus præexiſtētibus accipiuntur, quæ res ſunt in materia ſecundum eſſe, & ſecundum rationem, & non ſolum ſciētię naturales, ſed etiā ſcientiæ mathematicæ, vt Geometria, Arithmetica, perſpectiua, muſica accipiuntur à rebus præeliſtētibus quæ ſunt in materia ſecūdum eſſe, & non ſecundum definitionē, ſimiliter ſcietiæ metaphyſicales accipiuntur à rebus quæ non ſunt in materia, nec ſecundum eſſe, nec ſecundum definitionem, ſed in paucis aut nullis accidit ꝙ ſciētia ſimul habeat eſſe cum ſuo ſcibili .i. ꝙ ſcientia & ſcibile ſunt ſimul.

Petitio. ¶ Dices quomodo in paucis accidit, aut nullis ſimul cum ſcibili ſcientiam eſſe factam?

Sol. ¶ Ego dicerem ꝙ ly (nullis) exponit ly (paucis, q. d. Ar. ꝙ in paucis (aut) .i. in nullis .i. raro & nunquàm contingit ſimul cum ſcibili eſſe in ſcientiam .i. nullum ſcibile eſt ſimul natura cum ſciētia, iuxta illud Au. 2. phy. 53. id quod eſt minori parte exiſtimatur non eſſe. 5. phy. 44. 6. met. 4. Sed hic Nota ꝙ in abſtractis à materia idem eſt intellectus, & intellectum, & intellectio 12. met. 51. 39. 3. de anima 13. 15. quæ abſtracta à materia ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, intelligentiæ diuinæ, in quibus idem eſt ſcibile & ſciētia. 3. de anima. 15. 12. met. 51. & in iſtis ſimul eſt ſcientia & ſcibile, & ſcibile non eſt prius ſcientia, & quoniam iſtæ ſubſtantiæ abſtractæ ſunt paucæ, ideo inquit Ar ꝙ in paucis rebus ſcibilibus videtur, ſimul cum ſcibili ſcientiam eſſe factam ideſt pauca ſunt illa ſcibilia quæ ſunt ſimul natura cum ſcientia. Amplius inquit Porphyrius ꝙ in figmētis ſimul enim aliquis ſibi finxit chymeram & ſcientiā chimeræ & figmentum eodem tempore exiſtit, & qui literas prius docuit, vna cum ſcientia literarum literas ipſas quoque introduxit, & qui picturam inuenit, eodem modo vna cum pictura imagines protulit.

Alia expoſitio. ¶ Vel Dicas ꝙ Ar. dixit in paucis vt puta in rebus quæ nullum habent eſſe, vt chymera obiectum non præcedit ſcientiam ſed intellectus per ſcientiam fingit obiectum ſed additur correctiue (aut in nullis) quia tales res non ſunt verè ſcibiles.

Alia expoſitio. ¶ Vel Dicas de omnibus ſcientijs practicis vt ſunt morales, & mechanicæ quę ſunt paucæ reſpectu ſpeculatiuarum in quibus ſcientia præcedit ſcibile, nam qui primus excogitauit ſcientiam nauis prius habuit ſciētiam quàm eſſet ſcibile, ſed additur etiam correctiue (aut in nullis) quoniam adhuc in iſtis quodammodo obiectum ſeu ſcibile præcedit ſcientiam quamuis enim non fuerit nauis ante primum inuētorem tamen nullus inuenit talem ſcientiam niſi quia fortè vidit natare tabulam ſuper aquam vnde excogitauit artem, & ideo ſemper ſcibile præcedit ſcientiam ſed ſi in ſubſtantijs ſeparatis non eſt ſcientia, quoniam omnis ſcientia eſt qualitas, vt patet in prędicamētis cap. de qualitate, quæ qualitas non reperitur in ſubſtantijs ſeparatis, neq; aliquod accidens abſolutum 12. me. 51. quoniam ſubſtantiæ ſeparatæ nō eſſent puri actus ſequitur ꝙ in nullis ſcientia habet eſſe ſimul cum ſcibili, quoniam omnis ſcientia aut eſt ſpeculatiua, aut practica, ſi eſt ſpeculatiua cauſatur à rebus quæ ſunt extra nos, ſi eſt practica ipſa eſt cauſa rerum quæ ſunt in nobis, ſicut eſt ſcientia moralis, ex quibus manifeſtum eſt ꝙ cauſa & effectus non ſimul habent eſſe, quoniam cauſa tempore & natura præcedit effectum, veluti contingit in generatione ſcientiarum, & ſuorum effectuum, quoniam igitur ſciētiæ ſpeculatiuæ ſunt valde plures quàm practicę, & multo plura ſunt ſcibilia ſcientiarum ſpeculatiuarum quàm ſcibilia ſcientiarum practicarum, ideo in pluribus accipimus ſcientias à rebus præſiſtētibus, in paucis verò accipimus ſcientiam ante res ſubſequentes, ſed quomodocumque & qualitercumque ſit ſcibile & ſcientia non ſunt ſimul natura quoniā omnis ſcientia aut eſt practica, aut eſt ſpeculatiua, ſi eſt practica ipſa præcedit ſuum ſcibile, ſi eſt ſpeculatiua ipſa præceditur à ſuo ſcibili, & ſic remanet ꝙ aut ſcibile præcedit & eſt prius ipſa ſcientia, aut ſciētia eſt prior ipſo ſcibili, & ſic numquàm reperitur ſcibile & ſcientiam eſſe ſimul natura, ex quibus omnibus defenduntur duæ cōcluſiones quarum Prima eſt talis, ſcibile & ſcientia ſunt ſimul natura, loquendo in illis quæ non ſunt in materia, & concepta cum materia Secunda concluſio eſt talis, ſcibile & ſciētia ſunt ſimul natura, loquendo in illis quæ ſunt abſtracta & ſeparata à materia. 12 met. 51. 3. de anima 15. ſed poſſumus dicere etiam ꝙ ſciētia eſt prior ſcibili, loquendo de ſciētia quid nominis, non autem de ſcientia quid rei, veluti de infinito, vacuo, chymera, monte aureo, & hircocerno, habent nomen, & ſcientiam quid nominis, non autem quid rei ſimiliter ſcibile pręcedit ſcientiam quid rei, quoniam ſcibile de quo habetur ſcientia oportet vt præcognoſcatur eſſe, aliter de ipſo non haberetur ſcientia 1. poſt. 10. 2. poſt. 32. de non ente non habetur ſcientia neque per inductionem, neq; per definitio-

finitionem, & ideo quando dicit Ar. ꝙ ſcibile eſt prius ſcientia, non intelligitur de omni ſcientia, ſed tantum de ſcientia quid rei, non de ſciētia quid nominis, vnde fiat hæc ratio, illud quod accipitur ab alio eſt poſterius illo, ſed ſcientia accipitur à ſcibili vt patet in hoc textu, ergo ſcibile eſt prius ſcientia, & non ſolum tempore ſed etiam natura quàm ſcientia, vt recte inquit ammonius dum ait rhabarbarum ſeu colocyntida eſt prius in eſſe quàm ſcientia ipſius, illud igitur eſt prius natura quod poteſt eſſe ſine alio, & aliud non poteſt eſſe ſine illo, vt patet in cap. de priori. 5. met. & in poſt. prædicamentis. 4. phy. 7. ſed ſcibile poteſt eſſe abſque ſcientia, & ſcientia non abſq; ſcibili, ergo ſcibile eſt prius ſcientia, vnde patet ꝙ illa quorum vnum eſt prius altero nō ſunt ſimul, ſed ſcibile eſt prius ſciētia, ergo ſcibile non eſt ſimul cum ſcientia.

Tex. 58. Amplius, ſcibile ſublatum ſimul aufert ſcientiam: ſcientia verò ſimul non aufert ſcibile. nam ſi ſcibile non ſit, non erit ſcientia: nullius .n. erit ſcientia. ſcientia verò ſi non ſit, nihil prohibet eſſe ſcibile.

Cum Ar. vna ratione probaſſet ꝙ ſcibile eſt prius tempore ſcientia, & non ſunt ſimul natura, nunc Alia ratione probat idem, cauſa intentionis eſt, vt magis ſit manifeſtum id quod dixit. Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima ponit minorem maiori deforis ſumpta, in ſecunda ibi (vt circuli) exemplò declarat minorem rationis factę, ideo dicit (Amplius) denotando aliam & nouam rationem dicens, illa ſunt ſimul natura quæ ſe inuicem auferunt, ſed ſcientia & ſcibile non ſe inuicem auferunt, ergo ſciētia & ſcibile non ſunt ſimul natura, maior eſt vera, quoniam pater & filius ſe inuicem ponunt, & ſe inuicem auferunt, nam poſito patre ſimul ponitur filius, & ipſo remoto remouetur filius; & poſito & remoto filio ſimul ponitř & remouetur pater, ſed ſublato ſcibili aufertur ſcientia, veluti remoto intelligibili remouetur intellectio, & non è contra, remota ſcilicet ſciētia remouetur ſcibile, quoniam ſicut aliquod eſt intelligibile antequàm intelligatur, ſic aliquod eſt ſcibile priusquam ſciatur. 3. de anima 5. quod ſic declaratur nam hominem eſſe riſibile eſt demonſtrabile antequàm demonſtratur, ſcientia enim eſt effectus & operatio demonſtrationis. 1. poſt. 7. ergo hominē eſſe riſibilem prius eſt ſcibile quàm ſciatur, remota ergo ſcientia de homine non propter hoc remouetur ſcibile, quoniam cum ſcientia ſit de neceſſarijs, & impoſſibilibus aliter ſe habere. 1. poſt. 62. 6. Ethicorum cap. 4. ſiuè ſit ſcientia ſiue non ſit ſcientia non minus eſt ſcibile hominem eſſe riſibilem, licet non ſciatur, Dat exemplum Ar. de quadratura circuli & dicit.

Vt circuli quadratura ſi eſt ſcibilis, ſcientia quidem eius non dum eſt, illa vero ſcibilis eſt.

Nunc Ar. dat exemplum ꝙ ſcibile eſt ante ſcientiam, & per conſequens ſcibile & ſcientia non ſunt ſimul natura, quoniam non nulli fuerunt tēpore Ariſtotelis immò ante Ar. laborauerūt quadrare circulum de quorum numero fuit Briſſo, & Anthiphon, & Hippocrates Chyus, quorum meminit Ar. 1. poſt. 66. 67. & Au. 1. phy. 11. & 1. Elenchorum 10. tamen nullus eorum ſciuit circulum quadrare, & ideo Ar. in textu loquitur conditionaliter, quando dicit, quadratura circuli ſi eſt ſcibilis, ſcientia tamen eius non dum eſt, ſed poſt tempora Ar. apparuit Alchimeides qui dicitur quadraſſe circulum, hoc modo videlicet, fecit enim in tabula vnum circulum & vnum quadratum & demonſtrauit illa eſſe æqualis extenſionis, ita ꝙ ſi ambo extenderentur in longitudines rectas in nullo ſe excederent dat exemplum Ar. in Mathematicis. 2. met. 15. 1. de anima. i. introducit exemplum in ſpeculabilibus, quoniam in illis ſcibile præcedit ſcientiam, & eſt cauſa illius, in practicis autem ſcientia præcedit ſcibile, & eſt cauſa illius, quo ad eſſe actuale non autē quo ad eſſe præcognitum, quoniam non generatur ars, neque alius habitus practicus, niſi præcognoſcatur obiectum; quoniam illa quæ ſunt poſteriora in executione ſunt priora intentione. 7. me. 23. 2. phy. 89. patet igitur apud omnes ꝙ ſcibile eſt prius natura, & non ſimul cum ipſa ſcientia, quod patet nam illud quod eſt prius natura aliquo non eſt ſimul natura cum illo, ſed ſcibile eſt prius natura quàm ſcientia, ergo ſcibile non eſt ſimul natura cum ſcientia, maior patet in cap. de priori & 4. phy. 6. minor probatur quoniam quadratura circuli eſt quoddam ſcibile, de qua circuli quadratura numquàm fuit habita ſcientia, & ſemper ipſa eſt ſine ſcientia, quod etiam patet apud noſtram infantiam, nam quando fuimus infantes multę res erant ſcibiles, tamen de illis apud nos nulla erat ſcientia, & non ſolum in infantia ſed etiam in ſenectute multæ ſunt res de quibus non habemus ſcientiam, tamen poſt aliquod tempus de illis habetur ſcientia, exemplum eſt de rhabarbaro nam rhabarbarum eſt quod-

dam

dam ſcibile ſeu colocynthis de quo multi intendunt habere ſcientiam, tamen antequàm de ipſo habeatur ſcientia ipſam præexiſtit, & ſimiliter caſia, Aloes, lignum aloes, turbith, ſcamonium, ſandalus, & multa alia ſcibilia, o, vtinam ſimul cum ſcibili eſſet facta, & fieret ſcientia, quoniam non ſic defatigaremur in habendo & acquirendo ſcientiam de ipſo, ſed ſtatim habito ſcibili haberetur ſcientia, vnde totus labor noſter verſaretur circa ſcibile, & non circa ſcientiam. ¶ Dices contra nam ſcibile, 3. de anima 15. & ſcientia ſunt idē, ergo habito ſcibili ſtatim habetur ſcientia, & ſcibile non eſt prius ſcientia. ¶ Dicas ꝙ ſcibile & ſcientia ſunt idem re, & ſubiecto, ſed differunt fine, reſpectu & ratione. ¶ Dices circuli quadratura poteſt fieri vel non poteſt fieri? ¶ Dicas ꝙ circuli quadratura conſideratur dupliciter vno modo mathematicè & ſecundum imaginationē. Alio modo phyſicè & ſecundum rem. Dicas igitur ꝙ circuli quadratura poteſt fieri mathematicè non autem phyſicè, & ſecundum rem impoſsibilitas autem quadrandi circulum, eſt quoniam illum menſurando nunquam rectè menſurari per lineam aliquam poterit, quoniam ſemper quomodocunq; fiant lineæ ſemper aderunt aliqui arcus quæ menſuram rectarum linearum impediunt hæc dicimus ne aliquis putet friuolam rem eſſe circuli quadraturam ſed ne in his multum immorando audientium ingenia perturbētur, relinquantur; ſi autem de quadratura circuli habetur ſcientia non erit quid rei, ſed quid nominis, & priuatiua, negatiua. ¶ Dices quare Ar. dixit ſcientia eſt relatiua ad ſcibile, & non dixit ſcire eſt relatiuum ad ſcibile? ¶ Dicas ꝙ quamuis ſcire differat à ſcientia, quoniam ſcire eſt effectus, & actus, ſcietia verò eſt habitus, vt patet in cap. de qualitate & ſicut effectus differt à cauſa, & operatio à potentia & facultate, ſic ſcire differt à ſcientia, tamen ab Ariſt. multotiens hæc duo confunduntur & pro eodem ſumuntur, vt patet. 1. poſt. 7. 9. & 18. igitur Ar. hic accipit ſcientiam pro ſcire, accipiendo alterum pro altero non faciens differentiam inter vtramque.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Dub.

Sol.

Tex. 59. Amplius animali quidem ſublato non erit ſcientia: ſcibilium verò plurima eſſe contingit.

Cum Ariſt. duabus rationibus probaſſet ſcientiā & ſcibile non eſſe ſimul natura, nunc tertia ratione id roborat, ſcilicet ꝙ ſcibile eſt prius ſcientia, & per conſequens ſcibile & ſcientia non ſunt ſimul natura, ſic dicens. ſcientia & animal non ſunt ſimul natura, ergo ſciētia & ſcibile non ſunt ſimul natura, antecedēs probatur nam illa ſunt ſimul natura quorū poſito vno ponitur & exiſtit reliquum, & vno remoto remouetur reliquum, ſed animal & ſciētia non ſunt huiuſmodi, quoniam ſi ſcientia eſt & ipſa ponitur, eſt & ponitur animal, quoniam ſcientia non eſt niſi in homine, aut in intellectu humano, vt patet in Antepr ædicamentis cap. 2. quando inquit Ar. ꝙ ſcientia eſt in anima, tamen poſito animali non ponitur ſcientia, quoniam multa repeririuntur in mundo animalia quę carent ſcientia, & in quibus nullo modo eſt ſcientia, immo neque ſemper in homine eſt ſcientia quoniam intellectus humanus antequam acquirat ſcientiam eſt, ſic materia prima quæ eſt in potentia ad omnes formas, nullam de ſe habens formam 1. phy. 69. 2. phy. 7. 2. de anima 2. 25. 9. met. 16. ſic intellectus eſt ſicut tabula raſa in qua nihil eſt depictum, 3. de anima 14. cum ſit pura potentia, antequam actu intelligat 3. de anima 5. manifeſtum eſt igitur quod ſciētia & animal non ſunt ſimul natura, & per conſequens ſcibile, & ſcientia nō ſunt ſimul natura, qm̄ ſcientia, & animal ideo non ſunt ſimul natura quoniam remoto animali remouet ſcientia, ſed non remota ſcientia remouetur animal, ſed remoto ſcibili aufertur animal, non autem remoto animali remouetur ſcibile, ergo à fortiori ſcientia & ſcibile nō ſunt ſimul natura, quoniam ſcibile in plus ſe habet quàm animal, quoniā nullo animali exiſtente ſunt multa ſcibilia, veluti animalia cornuta carere mandibula inferiori, & grauia tendere deorſum, leuia verò ſurſum, corpora cęleſtia circulariter eſſe mobilia, lapides, plantas, colles, & montes, & multa alia ſcibilia, quæ ſunt priora ipſo animali, & ipſa non ſunt animalia, ex quo valet dicere, animal eſt ergo ſcibile eſt, ſed non valet dicere ſcibile eſt ergo animal eſt, patet igitur ex his omnibus ꝙ ſcibile eſt prius ſcientia, & nō eſt ſimul natura cum ſcientia. ¶ Sed occurrit nō leuis Dubitatio facta à quodā noſtro diſcipulo qui vocat Scipio Centāni Neapolitanū iuuenis maximę expectationis nō minus philoſophię quàm vtriuſq; iuris peritiſsimus ſic dicēs nam inquit Ar. ꝙ cū fuerit ſcibile ſublatū ſimul aufert ſcientia hoc videt falſum quoniam multa ſunt ſcibilia quæ ſunt ſublata & remota, & quę non ſunt, & tamen de illis eſt & remanet ſcientia, veluti apparet de roſa, quę non eſt in tempore æſtatis, & tamen de roſa habetur ſciētia. ſ. ꝙ roſa eſt pulcherrima omnium florum & valde confert febricitātibus. ¶ Amplius in tempore ęſtatis pluuia habetur ſcientia. ſ. ꝙ eſt aqua guttatim cadens. ¶ Amplius in tempore æſtatis tonitruum non eſt, & tamen de ipſo habetur ſciētia, ꝙ eſt extintio nubis. ¶ Amplius æclypſis in aliquo tempore

Dubitatio facta per Scipionem Centāni Neap.

Confirmatio.

Alia cōfirmatio.

pore

pore non eſt, & tamen de ipſa habetur ſcientia ſcimus enim q eſt interpoſitio terræ inter ſolem & lunam. ¶ Similiter cometa in aliquo tempore non apparet; & tamen de cometa habetur ſcientia, quòd eſt ingneus, vel terra ignita 1. Meteororum cap. de cometis.

Alia cōfirmatio.

Sol. ¶ Dicitur q ſcibile conſideratur dupliciter vno modo in vniuerſali, vt ſcibile eſt Alio modo in particulari; tunc dicitur q quando inquit Ar. q ſublatum ſcibile aufert ſciētiam conceditur quando aufertur ſcibile in vniuerſali, tunc aufertur ſcientia, ſed cum aufertur hoc ſcibile in particulari tunc non aufertur ſcientia.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas quod ſublatum ſcibile antequam ſciatur tunc aufert ſcientiam, ſed poſtquam ſcibile eſt ſcitum & de ipſo fuit habita ſcientia licet ipſum auferatur, tamen non aufertur ſcientia.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas q ſciētia quæ habetur de roſa vel de aliqua alia re ſupra nominata eſt duplex, Alia quę eſt per prædicata quæ non poſſunt competere ipſi roſæ niſi roſa exiſtat in actu, Alia eſt ſciētia de roſa per prædicata quæ non actu competunt roſæ ſed per aptitudinem, vt q roſa eſt pulcherrima florum tūc dicas q ſi de aliqua re exiſtente habetur ſcientia, per prædicata quæ actu competunt illi ſeu per prædicata actualia talis ſcientia non poteſt remanere illa re ſcibili deſinente, ſi verò habetur ſcientia per prædicata aptitudinalia ſciētia poteſt remanere illa re ſcibili corrupta.

Rep. ¶ His ſolutionibus non obſtantibus Doctus iſte iuuenis contra inſurgit dicens, omnis propoſitio de tertio adiacente ſupponit propoſitionem de ſecundo adiacente, vt ſi dicimus homo eſt riſibilis ergo homo eſt, ſimiliter roſa eſt pulcherrima florum, ergo roſa eſt, ergo in omni tempore quo dicimus roſa eſt pulcherrima florum dicimus etiam roſa eſt veluti docet Ar. 2. poſt. 1. 39. & 7. met. 59. quæſitum compoſitum ſupponit quæſitum ſimplex.

Confirmatio. ¶ Similiter etiam pluuia eſt aqua guttatim cadēs, æclipſis eſt interpoſito terræ inter ſolem, & lunam.

Alia cōfirmatio. ¶ Similiter vacuum eſt locus priuatus corpore. ¶ His omnibus obyectionibus quas iſte curioſus iuuenis. ¶ Reſpondetur q roſa eſt, quando habetur ſcientia de roſa, tamen in ſtatuto tempore, ſ. in tempore veris, roſa eſt in eſſe actuali, ſed in tempore hyemis roſa eſt in eſſe aptitudinali, & ſic prędicatum ſeu propoſitionē de ſecundo adiacente ſi prædicatum eſt actuale præſupponit ſubiectum in eſſe actuali ſi verò prædicatum eſt aptitudinale ſupponit ſubiectum in eſſe aptitudinali.

Rep. per eundem. ¶ Non contentus iſte ſtudioſus iuuenis inſurgit contra dicens. 1. poſt. 2. 76. de ſubiecto pręcognoſcitur quia eſt ſed de roſa non poſſimus dicere quia eſt ergo de roſa non exiſtēte non poteſt remanere ſcientia, & per conſequens ſi ſcibile non eſt non erit ſcientia illius ſcibilis. ¶ Dicitur q hoc verbum ſubſtantiuum (eſt) non vere dicitur de ſubiecto ſed q ipſum ſubiectum ſit tale de quo aliquid ſit demonſtrabile; conſtat enim q ſiue roſa ſit ſiue non ſit de ipſa eſt aliquod demonſtrabile, ſicut eſt de pluuia eſt aliquod demonſtrabile, cum verò inquit Ar. q de eo quod non eſt non eſt ſcientia accipit negationē vt negat tam actum quàm potentiam idest de eo quod nullo modo eſt nec acta nec potentia non habetur ſciētia. ¶ Vel Dicas q de ente quod fuit & ſi non eſt tamen futurum eſt habetur ſcientia vt roſa in tempore veris fuit & quia eſt futura dē ipſa habetur ſcientia ſed de ente quod non fuit nec eſt, nec erit, nec poterit eſſe non habetur ſcientia; veluti eſt chymera, de qibus abunde fuit à nobis diſputatum in libro poſt. ſuper tex. 10. vide ibi & pulcra doceberis. Sed de chymera habetur certa ſcientia vt quædam demonſtrare audet & offert, ſed de hoc alias; quoniam nihil eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu.

Similiter autem his ſeſe habent ea quæ de ſenſu ſunt; ſenſibile enim prius quàm ſenſus eſſe videtur; enim ſenſibile ſimul aufert ſenſum, ſenſus verò ſenſibile non ſimul aufert. *Tex. 60.*

Cum Ariſt. tribus rationibus probaſſet q hæc proprietas. ſ. eſſe ſimul natura non competit omnibus relatiuis, quod probauit de ſcientia & ſcibili, nunc probat per tres alias tiones q ſicut ſciētia & ſcibile non ſunt ſimul natura, ſic etiam ſenſus & ſenſibile non ſunt ſimul natura, cauſa intentionis eſt, vt oſtendat falſam opinionem dicētium q omnia relatiua ſunt ſimul naturá. Diuiditur ergo textus iſte in duas partes in prima ponit cōcluſionem probandam q ſenſus & ſenſibile non ſunt ſimul natura, in ſecunda ibi (ſenſibile n.) facit primam rationem inquit igitur (ſimiliter) ſimili modo & ratione quomodo ſe habent ea quæ dicta ſunt ſcilicet ſcibile & ſciētia ſe habent ea quæ de ſenſu ſunt. i. illa relatiua quæ nominantur ſenſus & ſenſibile, nam ſicut ſcientia & ſcibile non ſunt ſimul natura, quia ſcibile eſt prius quàm ſciētia, ſic etiam ſenſibile eſt prius quàm ſenſus, & ſic ſimiliter ſe habēt. i. ſicut illa non ſunt ſimul naturá ſic etiam & hæc non ſunt ſimul natura, quod probatur hac ratione, ſenſibile eſt prius ipſo ſenſu ergo ſenſibile & ſenſus non ſunt ſimul natura, probatur ſic nam eorum quæ ſunt ſimul natura vnum non eſt prius altero; ſed ſenſibile

bile eſt prius quàm ſenſus, ergo ſenſibile & ſenſus non ſunt ſimul natura, probatur ꝙ ſenſibile eſt prius ſenſu, nam illud eſt prius altero quo remoto remouetur & aliud, & non è contra, vt patet in cap. de priori. 5. met. & in Poſtprædicamentis, ſed remoto ſenſibili remouetur ſenſus, & remoto ſenſu non remouetur ſenſibile, ergo ſenſibile eſt prius ipſo ſenſu, nam prius eſt genus quàm ſpecies, vt animal eſt prius quàm bos, ſi .n. non eſt animal non eſt bos, & omnino non exiſtente ſuperiori non eſt infetius, iuxta regulam, à ſuperiori ad inferius valet argumentum negatiuè non antem affirmatiuè, nõ autem ab inferiori ad ſuperius negatiuè non .n. dicitur homo non eſt ergo animal non eſt, ſic ſi nullum ſenſibile eſt ergo nullum animal eſt, quoniam omne animal eſt ſenſibile, & ſi nullum animal eſt nullus ſenſus eſt quoniã ſenſus eſt pars animalis 2. de anima 16. vnde patet ꝙ ſi nullum ſenſibile eſt, nullus ſenſus eſt, non è contra nullus ſenſus eſt ergo nullum ſenſibile eſt, quoniam poteſt eſſe aliquis color nullo ſenſu exiſtente, patet igitur quòd ſenſibile eſt prius ſenſu, & ſic non ſunt ſimul natura omnium concluſionem poſuit Ariſt. 2. de anima 141. 142. vbi dicit ꝙ poteſt eſſe album & nigrum quod eſt ſenſibile ſine ſenſu.

Dub. ¶ Dices contra illa ſunt ſimul natura quæ ſimul ſaluantur, & ſimul corrumpuntur in cap. de ſimul, ſed ſenſus & ſenſibile ſimul ſaluantur, & ſimul corrumpuntur ergo ſunt ſimul natura.

Sol. ¶ Dicas ꝙ ſenſus & ſenſibile ſumũtur duobus modis, vno modo ſecundum actum, Alio modo ſecundum potentiam, tunc dicitur ꝙ ſenſus & ſenſibile ſumpta ſecundum actum ſimul ſaluantur, & ſimul corrumpuntur. v. g. color eſt in actu immutans viſum ergo viſus in actu eſt immutatus à colore & è contra ſed ſenſus & ſenſibile ſumpta ſecundum potentiam non ſimul ſaluantur & corrumpuntur & per conſequẽs non ſunt ſimul natura imo nec ſic dicuntur relatiua vt teſtatur Ar. 2. de anima 142. ſed priores naturales phyloſophi hoc nõ bene dicebant qui neque album neque nigrum ſiue viſu, neque ſaporem ſine guſtu eſſe opinabantur, nam ſic quidem dicebant rectè, ſic autem non rectè, dupliciter enim dicto ſenſu & ſenſibili de alijs quidem ſecundum potentiam, de alijs vero ſecundum actum, in his quidem accidit quod dictum eſt, in alteris autem non accidit ſed illi ſimpliciter dicebant de dictis non ſimpliciter) vera igitur eſt ſolutio aſsignata ex verbis Ariſtotelis deſumpta.

61 Senſus enim circa corpus & in corpore ſunt, ſenſibile autem ſublato, aufertur & corpus ſenſibile enim corpus eſt cum autem corpus non ſit, aufertur & ſenſus. quare ſimul ſenſibile ſenſum.

Cum Ariſt. probaſſet vna ratione ꝙ ſenſus & ſenſibile non ſunt ſimul, nunc Alia ratione probat idem, cauſa intentionis eſt vt magis clarum fiat id quod dixit. Diuiditur iſte textus in duas partes in prima probat ꝙ ſenſibile auſert ſenſum in ſecunda ibi (ſenſus) probat ꝙ ablato ſenſu non ſimul auffertur ſenſibile & ratio eſt talis maiori deforis ſumpta illa ſunt ſimul natura quæ ſe ponunt & ſe auferunt, ſed ſenſus & ſenſibile non ſimul ſe auferunt ergo non ſunt ſimul natura, maior probatur inductione, quoniam poſito patre & ipſo remoto ponitur & remouetur filius tamen poſito ſẽſibili non ponitur ſenſus ſed remoto ſenſibili remouetur ſenſus quoniam valet dicere nullum ſenſibile eſt ergo nullus ſenſus eſt quoniam verum eſt dicere nullum ſenſibile eſt ergo nullum corpus eſt quoniam omne corpus eſt ſenſibile quia corpus eſt magnitudo. 1. cæli 2. 3. phy. 64. Præterea nullum corpus eſt ergo nullus ſenſus eſt, quoniam omnis ſenſus eſt in corpore, vel circa corpus, ſed omnis ſenſus. 2. de anima 128. vel eſt interior vel exterior, ſi eſt interior ſic eſt In corpore veluti eſt ſenſus communis, imaginatiua, fantaſia, extimatiua, & memoria, ſi vero eſt ſenſus exterior ſic eſt circa corpus & ſenſus exteriores numero ſunt quinque. 2. de anima 128. 1. poſt. 134. viſus, auditus, odoratus, guſtus, & tactus manifeſtum eſt igitur ꝙ ſi nullum ſenſibile eſt nullum corpus eſt, & ſi nullum corpus eſt nullus ſenſus eſt ergo valet dicere quòd ſi nullum ſenſibile eſt nullus ſenſus eſt, non igitur ſenſus & ſenſibile ſunt ſimul natura cum vnum ſit prius altero quod confirmatur hac ratione, quando ſunt duo quorum vnum fluit & alterum remanet non ſunt ſimul natura, ſed ſenſus & ſenſibile ſunt duo quorum vnum fluit vt ſenſus, & alterum remanet vt ſenſibile, ergo ſenſus & ſenſibile non ſunt ſimul natura. Sed Nota quòd quando dicit Ariſt. quòd ſenſus ſunt in corpore debet intelligi quòd non ſunt in quocumque corpore, quoniam planta eſt corpus ſimiliter & lapis, tamen ſenſus nec eſt in lapide, neque in planta, ſed ſenſus ſunt in corpore animalis ſolum, & Nota quòd neque ſenſus ſunt in toto corpore animalis, ſed ſinguli ſenſus ſunt indeterminatis partibus corporis nam viſus in oculo qui eſt vna pars corporis determinata, in quo viſu prædominatur aqua ſimiliter auditus in aure in

quo prædominatur aer, odoratus in naribus in quo prędominatur ignis & guſtus in lingua & tactus in carne animalis vt inquit Ariſt. 1. de hiſt. an. cap. 4. aut in alia re eiuſdem generis in quo guſtu & tactu prædominatur terra.

Senſus verò ſenſibile nō ſimul auffert ſublato enim animali ſenſus quidem auffertur; ſenſibile autē erit corpus vt calidum dulce amarū & omnia alia quæcumque ſunt ſenſibilia.

Alia ratione nunc probat ꝙ remoto ſenſu non remouetur ſenſibile, & ſic non ſunt ſimul natura. Diuiditur hæc ſecunda pars textus in duas partes, in prima inquit ꝙ remoto ſenſu non remouetꝛ ſenſibile, in ſecunda ibi (ſenſibile) probat inductione ꝙ remoto ſenſu non remouetꝛ ſenſibile, ſed pro intelligentia Nota ꝙ non valet dicere nullus ſenſus eſt ergo nullū ſenſibile eſt, qm̄ oppoſitum patet nam ſi nullus ſenſus eſt aliquod ſenſibile eſt, qm̄ verum eſt ſi nullum animal eſt ergo nullus ſenſus eſt qm̄ omnis ſenſus eſt ſenſus tactus, aut pręſupponit ſenſum tactus, tn̄ ſenſus tactus, non inuenitur niſi in animali. 2. de anima 17. omne enim animal habet ſenſum tactus, & eſt aliter pro ſenſum tactus .i. ſufficit ſibi ad eſſe aliter ſenſus tactus. 2. de anima 117 3. de anima 68. vnde verum eſt dicere nullū animal eſt & aliquod ſenſibile eſt, quod probatur qm̄ aliquod eſt calidū vt ignis, vel frigidum vt aqua dulce vt mel zaccarum, amarum, vt aloes abſinthium colocynthis, graue vt terra, leue vt aer, vel ignis, & multa ſenſibilia quæ reperiūtur in corporibus inanimatis, ex quibus patet ꝙ poteſt remoueri ſenſus, remanente ſaluo ſenſibili, exponatur igitur textus (ſenſus verò) certe ſenſus non ſimul aufer ſenſibile .i. cum auffertur ſenſus non ſimul cum ſenſu auffertur ſenſibile (ſublato enim animali) enim pro quia ſublato animali in quo animali eſt ſenſus auffertꝛ ſenſus & Nota ꝙ dixit animali, & non dixit corpore, denotando ꝙ ſolum in corpore animalis eſt ſenſus, & non in quocūque corpore, qm̄ datur corpus vt ſunt plantæ, quæ non habent ſenſum, (ſenſibile verò erit corpus) .i. corpus quod non habet ſenſum eſt ſenſibile, v.g. (calidum) .i. corpus calidum vt ignis (dulce) .i. corpus dulce, vt mel, eſt corpus ſenſibile (amarum) .i. corpus amarū, vt venenū, cicorea, (& omnia alia) .i. corpora quę ſunt ſenſibilia (vt durū, molle, graue, leue, ſiccū, humidum, lubricū, aridum, aſperum, lene, de quibus meminit Ar. 2. de gen. 8. patet igitꝛ ex his ꝙ ſenſus & ſenſibile non ſunt ſimul natura. ¶ Sed Dices ſi ſublato animali ſenſus auffertur, tunc omne animal haberet ſenſum, quod eſt fallum qm̄ zoophita ſeu plantanimalia non habent ſenſum, & tn̄ dicuntꝛ animalia. 2. de anima 16. quod patet qm̄ non habent odoratū, neq; auditum, neque viſum, Amplius ſun alia animalia quę habēt odoratū, vt conchilia quę inſequuntꝛ eſcas, quę olfactu hyatulas proſequuntꝛ, & purpureæ, & murices, vltra guſtū habent olfactum, Alia non habēt viſum ſed habent auditū, vt talpa. 2. de anima 131. 4. de hiſt. anim. cap. 8. ¶ Dicas ad has & omnes Sol.
alias inſtantias concedēdo, ꝙ non omnia animalia habēt omnes ſenſus, ſed ſolū animalia perfecta, vt homo, equus, alia vero mutilata, imperfecta, non habēt omnes ſenſus, ſed quoſdam, 2. de anima 131. tn̄ nullum animal reperitꝛ quod non habeat ad minus ſenſum tactus, vt eſt ſpōgia maris, ſtella maris, & vrtica, per quē ſenſum tactus ſpongia ſtella & vrtica dicuntꝛ animalia, quo ſenſu tactus poſito ponitꝛ animal, & quo remoto remouetur animal. 2. de anima 17. 2 de par. an. cap. 8. & 3. de par. an. cap. 4. in libro de iuuentute & ſenectute cap. 1. clarius in libro de ſenſu & ſenſato cap. 1. ſufficit enim animali ſi habuerit tantū ſenſum tactus. iſte .n. ſenſus ponit aliter in eſſe animalis quo ſic ſtāte Dicas ꝙ reperitꝛ aliquod animal quod non habet aliquos ſenſus, tn̄ non reperitꝛ animal quod caret omnibus ſenſibus. 2. de anima 13. ¶ Dices contra nā hoc animal Rep.
non habet hunc ſenſum, & hoc animal non habet hūc ſenſum, ergo omne animal non habet ſenſum. ¶ Dicas ꝙ ſi omne animal non habet Sol.
omnē ſenſum tn̄ habet aliquem ſenſum ad minus ſenſum tactus, ſine quo animal eſſe non poteſt. 2. de anima 15. 3. de anima 64. 2. cęl. 61. 12. met. 36. hinc inquit Au. animalia ſolo tactu priuata neceſſario moriuntur. 3. de anima 66. & ideo animal non eſt neceſſariū habere aliū à tactu. 3. de anima. 67. & ſi animal habet alios ſenſus à tactu habet tn̄ non propter eſſe, ſed propter bene eſſe. 3. de anima vltimo, & nota ꝙ licet animal non poſsit eſſe ſine tactu, & poſsit eſſe ſine alijs ſenſibus, non per hoc tactus eſt nobilior alijs, quia viſus eſt prior nobilitate tactu. 3. de anima vltimo tn̄ tactus natura eſt prior, & magis neceſſarius, vt inquit Ar. 2. de anima 77. 2. de gen. 7. hinc Poeta qui ſoli ſolos hos duos tribuit ſenſus viſum .ſ. & auditum dicens.

Sol qui cuncta vides quinque auribus omnia ſentis.

¶ Dices contra ea quæ dicta ſunt ſubſtantia non eſt ſenſibilis. 2. de anima 63. Au. ſed I
corpus eſt ſubſtantia, ergo corpus non eſt ſenſibile. ¶ Reſpondet ibidem Ariſt. & dicit S
ꝙ corpus vt eſt ſubſtantia non eſt ſenſibile, ſed vt eſt calidum, vel dulce, vel amarum, ſic eſt ſenſibile, quę caliditas, dulcedo, & amaritudo ſunt qualitates ſenſibiles, primò & per ſe, per quas corpora habētia hæc dicuntꝛ ſenſibilia,

Dub. ſibilia, & ſic per aliud & per accidẽs. ¶ Dices ꝙ videt̃ falſum, ꝙ remoto ſenſu non remouet̃ ſenſibile, inquit enim Ar. 7. met. 53. & 9. met. 22. ſenſibilibus recedentibus à ſenſu non eſt Sol. de eis certitudo. ¶ Dicitur ꝙ aliud eſt dicere recedentibus ſenſibilibus, & aliud eſt dicere corruptis ſenſibilibus, tunc dicitur ꝙ qñ ſenſibilia recedunt à ſenſu non remanet ſenſui certitudo illorum ſenſibilium. v. g. dum hic color eſt coram viſu tũc viſus habet certitudinem de hoc colore, ſed recedẽte hoc colore à viſu, non amplius viſus habet certitudi- Dub. nem de hoc colore. ¶ Amplius Dices quarè Ar. prius nominauit dulce & poſtea amarum nã debebat prius nominare amarum & poſtea dulce qm̃ amarum eſt prius dulci. 2. de Sol. anima 105. Au. ¶ Dicitur ꝙ amaritudo eſt duplex Alia quæ fit à frigiditate vt in glandibus & zilocharichi. Alia quæ fit à caliditate illa .n. quę fit à frigiditate eſt prior dulcedine, ſed amaritudo quæ fit à caliditate eſt poſterior dulcedine, modo Ariſt. nominauit primò amaritudinem quæ fit à frigiditate, & non illam quę fit à caliditate.

Tex. 62. Amplius, ſenſus ſimul cum ſenſitiuo fit: ſimul .n. fit animal, & ſenſus; ſenſibile verò ante animal aut ſenſum eſt. ignis .n. & aqua & alia huiuſmodi, ex quibus ipſum animal conſtat, ante ſunt quàm animal omnino ſit aut ſenſus. quare prius ſenſibile quàm ſenſus eſſe videtur.

Cum Ar. probauit ꝙ ſenſus & ſenſibile non ſunt ſimul natura, in hoc textu alia ratione, vt magis rei veritas eluceſcat, vult probare ꝙ ſenſus & ſenſibile nõ ſunt ſimul natura. Diuidit iſte textus in tres partes, in prima ſupponit vnũ quod facit ad ſuum intentũ, in ſecunda ibi (ſenſibile) ponit minorem ſuæ rationis in tertia ibi (quare) infert rationis concluſionẽ; quo ad primum dicit Ar. (Amplius) .i. præter rationem factam ꝙ ſenſus & ſenſibile non ſunt ſimul natura, nunc noua ratione probatur. Sed primo ſupponitur vnum ex. 2. de gen. an. cap. 3. ꝙ ſenſus tactus fit ideſt generatur ſimul cum ſenſitiuo .i. cum habente ſenſum .i. cum animali .i. ſenſus & animal ſimul fiunt, & in eodem tempore quo, fit & generatur animal illo met tempore fit & generatur ſenſus (ſimul .n. fit animal & ſenſus) q. d. per ly ſenſitiuum intelligit̃ animal quod fit ſimul cũ ſenſu & ſenſus cum animali, cauſa eſt qm̃ non poteſt eſſe animal ſine ſenſu, nec ſenſus ſine animali. 2. de anima 17. ſenſus .n. tactus fit ſimul cũ animali & animal ſimul cum ſenſu tactus, & ſic ſenſus tactus & animal ſunt duo ſimul natura, ex quo fiat ratio, ſenſibile eſt prius tẽpore quàm animal, ant ſenſum .i. eſt ante ſenſum, qm̃ animal & ſenſus ſunt idẽ. ¶ Dices qũo probat̃ ꝙ ſenſibile eſt ante animal & ante ſenſum? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (ignis .n. & aqua & alia huiuſmodi) .i. & alia elemẽta vt aer, & terra ex quibus .i. aqua terra aere & igne ipſum animal conſtat .i. generatur ante ſunt in tempore quàm animal omnino fit, aut ſenſus fit, qm̃. q. d. Ar. id ex quo fit aliquid eſt prius illo, vt literæ ex quibus fiunt ſyllabæ ſunt priores ſyllabis, & ſyllabæ ſunt priores dictionibus, & omnino materia ex qua fit aliquid eſt prior illo quod fit ex ipſa, vt lapides ſunt priores domo, vt patet ex definitione materiæ. 1. phy. 82. 2. phy. 10. 28. & 31. clarius 5. met. cap. de elemento. 8. met. 12. 1. de gen. 14. Probatur & alio modo, nam ſimplicia. 2. cæli 22. ſunt natura priora compoſitis, ſed ſenſibilia veluti ſunt elementa ex quibus fit animal & quodlibet mixtũ ſunt ſimplicia reſpectu illius animalis quod fit ex illis, ergo ſenſibilia vt ſunt elementa ſunt ante. & priora quàm ſenſus, & per conſequens ſenſus & ſenſibile non ſunt ſimul natura. ¶ Dices ſi ſenſibile eſt prius animali quomodo eſt prius ſenſu? Dub. ¶ Dicas ꝙ ſenſus & animal ſunt duo, quæ ſunt ſimul natura, modo quandò ſunt duo quæ ſunt ſimul, id quod natura eſt ante & præcedit vnum, etiam natura eſt ante, & præcedit aliud, ſed animal & ſenſus ſunt duo quæ ſunt ſimul natura, ergo illud quod natura eſt prius animali etiam eſt prius ſenſu, ſed ſenſibile eſt prius animali ergo eſt prius ſenſu. Sol. ¶ Sed Dices contra nam inquit Ar. ꝙ ex igne generatur animal, & per conſequens ſenſibile qđ eſt ignis eſt prius quàm ſit animal, cuius oppoſitum patet. 2. de gen. 21. vbi inquit ꝙ ex igne nihil generatur. 2. de gen. an. cap. 3. & in libro de ſubſtantia orbis Auer. cap. 12. met. 18. & 8. phy. 46. clarius in prima parte canticæ canticorum in tex. 15. ex quo fiat hæc ratio contra Ariſt. id ex quo non fit aliquod non eſt prius illo, ſed ex igne non fiat animal, ergo ignis qui eſt ſenſibile quodam non eſt prius animali, & per conſequens non eſt prius ſenſu. & ſic ſenſibile non eſt prius ſenſu. Dub. ¶ Dicas ꝙ ignis eſt duplex Alter eſt ignis ſenſibilis qui eſt hic ſeu apud nos Alter eſt ignis qui eſt in ſuo loco naturali vt ibidem inquit Au. quo ſic ſtante Reſpondet Au. & dicit ꝙ ex illo igne qui eſt hic apud nos nihil generatur quoniam iſte ignis eſt ſenſibilis & non eſt elementũ. 2. cęli 32. Au. imo potius corrumpit & deſtruit, ſed ex igne qui eſt in ſuo loco naturali corpora generantur ille .n. dat eſſe, eſt generans, eſt cauſa exiſtentiæ, & generationis, iſte verò Sol.

qui eſt hic eſt ſuperabundantia caliditatis quemadmodum glacies eſt ſuper abundantia frigiditatis. 2. de gen. 21. iſte deſtructiuus ille conſeruatiuus. ¶ Sed contra nam Ar. 5. de hiſtoria animalium cap. 19. inquit ꝙ in Cypro inſula ærarijs fornacibus vbi chalcides lapis ingeſtus compluribus diebus crematur; beſtiolæ quædam in medio igne naſcuntur, pennatæ, paulo muſcis grandibus maiores, quæ per ignem ſaltant, atq; ambulant, & cum hoc animalium talium genus remouetur ab igne, emoritur, ex quibus latè patet ꝙ ex igne ſenſibili qui eſt hic, generatur animal. ¶ Dicas ꝙ aliud eſt dicere aliquod generari ex aliquo, & aliud eſt dicere aliquod generari in aliquo, tunc dicitur ꝙ animal poteſt generari in igne, ſed non generatur ex igne ſenſibili, vt clariſſime ibidem Ar. fatetur vel potes dicere ꝙ in talibus fornacibus propter pluuias remanet aliqua humiditas, ex qua humiditate illæ beſtiolæ generantur, & non penitus ab igne.

Rep.

Tex. 63. Habet autem dubitationē, vtrum nulla ſubſtantia ad aliquid dicatur: quemadmodum videtur. ſi hoc contingit ſecundum quaſdam ſecundas ſubſtantias.

Mouet Ar. in hoc textu dubitationem & ſoluit illam, cauſa intētionis eſt, vt per illam ſolutionē apud omnes ſit manifeſtum quòd prior definitio tradita de relatiuis à Platone & à Stoicis Platonem inſequentibus eſt falſa, & definitio ſua tradita de ipſis relatiuis eſt vera, & ratio eſt talis, ſi prior definitio tradita de relatiuis à Platone eſſet vera, ſequeretur ꝙ aliqua ſubſtantia eſſet ad aliquid, quod eſt falſum quoniam ſuum contradictorium eſt verum. ſcilicet ꝙ nulla ſubſtantia eſt ad aliquid, quoniam de duobus contradictorijs ſi vnum eſt falſum, aliud eſt verum, nam ſi falſum eſt dicere ꝙ aliqua ſubſtantia eſt ad aliquid, ergo verū eſt dicere ꝙ nulla ſubſtātia eſt ad aliquid. Diuiditur iſte textus in quatuor partes in prima Ar. mouet dubitationē, in ſecunda ibi (nam in primis) probat quòd ſubſtantia prima tota non dicitur ad aliquid in tertia ibi (ſimiliter) probat ꝙ ſubſtantia prima quæ eſt pars non dicitur ad aliquid In quarta ibi (in aliquibus) Dubitat Ar. ꝙ aliqua ſecunda ſubſtantia dicitur ad aliquid, ſi enim ſubſtantiæ eſſent ad aliquid tunc eſſent accidentia, quoniam relatiua ſunt accidentia, ſed ſubſtantias eſſe accidentia eſt impoſſibile, vt teſtatur Ar. 1. phy. 27. & 30. quod enim verè eſt nulli accidit ergo tradita relatiuorum definitio à Platone eſt falſa, quoniā ſubſtantiæ eſſent accidentia, inquit ergo Ar. ſic habet dubitationem (autem) pro ſed. q. d. oritur dubitatio (vtrum) .i. ſi vel non (nulla ſubſtantia) .i. hæc propoſitio vniuerſalis negatiua ſit vera .ſ. nulla ſubſtantia dicatur ad aliquid .i. ſit relatiua quemadmodum videtur ſi hoc contingit ſecūdum quaſdam ſecundas ſubſtantias .i. aut aliqua ſubſtantia dicatur ad aliquid ſecundum quod contingere videtur in quibuſdā ſecundis ſubſtantiis. ¶ Vel Dicas ſic, Dubitationem autem habet vtrum ſit quemadmodum videtur .i. ſicut dicitur ꝙ nulla ſubſtantia dicatur ad aliquid an contingat aliquas ſubſtantias dici ad aliquid & ſi non omnes. Sed Nota ꝙ ly (vtrum) ſumitur, dupliciter vno modo pro vt eſt nota ſolutionis, Alio modo vt eſt Nota interrogationis, quando .n. eſt nota interogationis non quæritur niſi de oppoſitis quæ ſimul eſſe non poſſunt. 10. met. 17. 18. ſemper in oppoſitis eſt interrogatio ipſius (vtrū) quomodo ſumpſit Ar. 2. phy. 24. 64. 27. 54. 65. 1. phy. 21. 33. 1. cæl. 33. 35. 2. cæli 72. 96. hic enim non ſumitur primò modo ſed ſecundo modo .i. vtrum homo ſit albus vel non albus à pari hic inquit Ar. vtrum nulla ſubſtantia dicatur ad aliquid vel non dicatur ad aliquid, ſed. ¶ Dices quare Ar. dubitat de ſubſtantia vtrum ſit relatiua, & non de aliquo alio prædicamento? ¶ Dicitur quoniam omnia alia prædicamenta ſunt accidentia, acccidens enim non eſt ens niſi quia entis. 7. met. 2. & 7. ideo ſi de ſubſtantia quæ eſt ens non quia enti probari poteſt ꝙ ſit ad aliquid, quanto magi de omnibus alijs prædicamentis?

Nam in primis ſubſtantijs verum eſt, nam neque tota, neque partes primarum ſubſtantiarū dicuntur ad aliquid. nam quidam homo non dicitur alicuius quidam homo, neque quidam bos alicuius quidam bos.

In hac ſecunda parte Ar. probat per inductionem factam in omnibus ſubſtantijs ꝙ illa propoſitio vniuerſalis negatiua .ſ. ꝙ nulla ſubſtantia dicitur ad aliquid, cauſa intentionis eſt, vt ſit notum apud omnes qui de hoc dubitant ꝙ nulla ſubſtantia eſt ad aliquid. Diuiditur iſta ſecunda pars textus in duas partes, in prima aſſerit ꝙ ſubſtantia prima non eſt ad aliquid, in ſecunda ibi (nam quidam homo) exemplo declarat ꝙ ſubſtantia prima non eſt ad aliquid. Sed Nota ꝙ ſubſtantia prima eſt duplex, Alia tota, Alia quæ eſt pars, inquit igitur Ar. (nam) .i. certe (verum eſt) certum eſt id quod ſupradictum eſt ſci-

licet ꝙ in primis .i. ꝙ nulla ſubſtantia prima tota eſt ad aliquid, neque partes primarum ſubſtantiarum .i. neque ſubſtantiæ primæ, quæ ſunt partes dicuntur ad aliquid. v. g. quidam homo vt Petrus qui eſt ſubſtãtia prima tota, non dicitur ad aliquid non enim verũ eſt dicere quidam homo eſt alicuius quidam homo, aliud exemplũ nec verum eſt dicere quidam bos eſt alicuius quidam bos, & ſicut dictum eſt de quodã homine & de quodam boue ſic etiã dictum ſit de omnibus primis ſubſtantijs, quæ nullo modo ad aliquid dicuntur quæ ſubſtantia prima tota eſt vt totus Franciſcus totus Antonius, & qñ ignoratur nomen proprium poteſt ſumi nomen cõmune cum pronomine, vt hic homo: Sed hic Nota ꝙ ſubſtãtia prima tota eſt duplex, Alia compoſita vt Socrates, Alia ſimplex vt anima. 7. met. 39. Ar. hic loquitur de ſubſtantia prima compoſita tota, vt patet per ſua exempla quæ dedit de quodam homine, & de quodam boue ſed ſi dixerimus ꝙ anima eſt ſubſtantia prima tota non ab Ar. doctrina erit alienum, quoniam. 1. phy. 4. 17. 5. met. cap. de toto totum aliud non eſt niſi quod habet partes, anima habet partes. 2. de anima 27. 2. de gen. an. cap. 3. ergo anima dicit̃ ſubſtantia prima tota.

Dub. ¶ Sed Dices contra dicta ex auctoritate Themiſtij. 3. phy. 64. vbi inquit totũ vocamus facta ad partes relatione, ſed ſubſtantia prima eſt tota, ergo ſubſtãtia prima ad aliud refertur.

Sol. ¶ Dicas ꝙ ſubſtantia prima conſideratur duobus modis vno modo vt totum, Alio modo vt eſt ſubſtantia, tũc dicitur ꝙ vt eſt totum ſic ad aliquid refertur, ſed ſi conſideratur vt ſubſtantia ſic non refertur ad aliud.

Dub. ¶ Amplius totum eſt forma, & partes ſunt materia. 5. met. 3. 7. met. 35. 2. phy. 31. 4. phy. 49. ſed ſubſtantia prima eſt tota, ergo eſt forma, ſed forma refertur ad aliud. 2. phy. 26. ergo ſubſtantia prima refertur ad aliud.

Sol. ¶ Dicas ꝙ ſubſtantia prima conſiderata vt eſt totum & forma ſic refertur ad aliud, ſed ſi conſideratur vt ſubſtantia nullo modo eſt ad aliquid.

Dub. ¶ Dices contra nam inquit Ar. ꝙ neque ſubſtantia prima tota neq; partes ſubſtantiæ primę dicuntur ad aliquid, hoc videtur falſum quoniam actus alicuius eſt actus. 2. de anima 5. & 6. 7. 8. & præcipue corporis, ſed anima eſt actus vt ibidem patet, ergo anima alicuius eſt anima, ſed anima eſt ſubſtantia vt ibidem clarum eſt, ergo ſubſtantia eſt ad aliquid.

Sol. ¶ Reſpondet Alexander 1. libro naturalium quæſtionum cap. 9. vbi inquit ꝙ licet anima ſit actus, nõ per hoc dicitur ad aliquid, quoniam actus eſt forma, & forma non eſt ad aliquid, ergo anima non eſt ad aliquid forma enim eſt aliquid .i. eſt pars illius cuius eſt forma, & ideo cum anima ſit aliquid corporis. 2. de anima 26. ideo non eſt ad aliquid.

Rep. ¶ Contra nam hæc ſolutio de facto eſt contra Ariſt. 2. phy. 26. vbi inquit ꝙ forma eſt ad aliquid.

Sol. ¶ Dicas ꝙ omnino prohibetur ꝙ forma non eſt ad aliquid ſecundum eſſe, ſed ſecundum dici conceditur.

Similiter autem & partes quædam, enim manus non dicitur, alicuius quædam manus, ſed alicuius manus & quodam caput non dicitur alicuius quodam caput ſed alicuius caput.

Cum Ar. probaſſet ꝙ nulla ſubſtantia prima tota dicitur ad aliquid, nunc probat ꝙ ſubſtantia prima quę eſt pars non dicitur ad aliquid, cauſa intentionis eſt, vt notum ſit omnibus ꝙ nulla ſubſtantia prima neque tota neque pars eſt ad aliquid. Diuiditur iſta pars textus in duas partes in prima ponit conclusionem probandam, in ſecunda ibi, (quędam enim manus) per inductionem probat ſuum intentum. Sed Nota ꝙ partes ſubſtantiæ primæ quæ eſt tota ſunt duobus modis, quædam ſunt ſimilares vt caro, ſanguis, os, quædam verò ſunt diſsimilares, vt pes & manus. 2. de par. an. cap. 2. 4. Meteororũ 48. 54. 5. met. cap. de parte & 1. de hiſt. an. cap. 1. quælibet iſtarum partium tàm ſimilarium quàm diſsimilarium quando profertur ſine pro nomine, hic, hæc, hoc tunc dicitur ſubſtantia ſecunda, vt ſi dicerem caro, manus, ſed quãdo dicitur hæc caro, hæc manus tunc eſt ſubſtantia prima ſimiliter quando dicitur homo ſine pronomine tunc eſt ſubſtantia ſecunda tota, quando verò additur pro nomen tunc dicitur ſubſtantia prima quæ eſt pars, quo ſtante Dicas ꝙ partes primarũ ſubſtantiarum diſsimilares non dicuntur ad aliquid vt quædam manus, vel quodam caput; exponatur igitur textus hoc pacto (autem) pro ſed q. d. Ar. non ſolum ſubſtantiæ primæ quæ ſunt totæ non dicuntur ad aliquid ſed etiam (ſimiliter) .i. ſimili modo quo ſe habent ſubſtantię primæ totæ etiã ſe habent partes .i. ſubſtantiæ primæ quæ ſunt partes, (quędam enim manus) enim pro vt. v. g. quædam manus quæ eſt ſubſtantia prima quæ eſt pars non dicitur alicuius quædam manus, ſed dicitur alicuius manus, & quodam caput nõ dicitur alicuius quodam caput .i. non dicitur ad aliquid, ſed dicitur alicuius caput, & ſicut dictum eſt de capite & manu, ſic dicitur de omni alia parte primarum ſubſtantiarum, meritò igit̃ Ar. dedit exempla de partibus diſsimilaribus, ſcilicet de manu, & capite, & nõ de partibus ſimilaribus, carne, oſſe, & ſanguine, quoniam partes

partes diſsimilares ſunt notiores, quoniam
ſunt mgis compoſitæ quæ compoſita. 1. phy.
3. ſimplicius & Auer. ſunt nobis notiora, Sed
Nota ꝙ manus conſideratur duobus modis,
vno modo quando agit actionem manus, vt
quando eſt coniuncta cum corpore, & ſana,
Alio modo quãdo non agit actionem manus,
vt quando eſt abſciſſa à corpore. 7. met. 39.
Ar. hic ſumit ly (manus) pro vt agit opera-
tionem manus, & ſic eſt pars ſubſtantiæ pri-
mæ, & non aliter, nec alio modo. Nota etiam
ꝙ dicit Ar. quædam manus non dicitur alicu-
ius quædam manus, ſed alicuius manus, vnde
ſumas ꝙ nihil proprie dicitur ad aliquid niſi
inquantũ includit reſpectum relationis, ma-
nifeſtum igitur eſt ꝙ quędam manus includit
reſpectum relationis, non inquantum quæ-
dam, ſed inquantum manus, ideo dicit Ar. ꝙ
quædã manus dicitur alicuius manus, & non
dicitur quædam manus alicuius quędam ma-
nus, ſi enim hæc manus dicitur alicuius, hoc
non eſt inquantum hæc manus, ſed inquan-
tum manus, cum enim dicitur hæc manus di-
cuntur duo, ſcilicet hæc, & manus, ideo alia
eſt conſideratio eiuſdem inquantum manus,
veluti de ratione hominis eſt animal, & ra-
tionale, tamen alia eſt conſideratio hominis
vt eſt animal, & alia vt eſt rationalis, homi-
ni enim vt animal competit ſentire non au-
tem diſcurrere, ſed vt eſt rationalis competit
diſcurrere, & non ſentire, à pari, de ratione
huius manus eſt (hæc) & (manus) tamen alia
eſt conſideratio huius manus inquantum eſt
(hæc) & alia inquantum manus, conſideratio
huius manus inquantum eſt (hæc) eſt conſide-
ratio abſoluta ſed conſideratio huius manus
inquantum eſt manus eſt reſpectiua, & ſic in-
telligitur Ar. ¶ Dices quare Ar. exemplifi-
cauit de indiuiduo vago dicens vt quædam
manus & non de indiuiduo ſignato? ¶ Dicas
ad oſtendendum ꝙ idem eſt iudicium de om-
nibus indiuiduis. ¶ Sed quare potius exem-
plificauit de manu quàm de pede? ¶ Quo-
niam manus eſt organum organorum. 3. de
anima 38. dedit etiam exemplum de capite
& non de pede? ¶ Quoniam caput eſt nobi-
lius qualibet alia corporis parte, excepto
corde, quod eſt nobiliſsima pars omnium in
corpore exiſtentium, 3. de par. an. cap. 4. ſed
circa dicta eſt Notandum ꝙ pars eſt duplex.
7. met. 42. Alia formalis, Alia materialis, for-
malis eſt illa ſine qua totum eſſe non poteſt,
& eſt de ratione totius vt cor, cerebrum, te-
ſtes, pars vero materialis eſt quæ non eſt de
ratione totius ſine qua totum poteſt eſſe vt
naſus, pes, oculus, nę enim iſtarum partium
eſt ad aliquid materialis vel formalis vel v-
traque. ¶ Ambæ quidẽ materialis & forma-
lis dicit enim naſus alicuius eſt naſus Notã-
dum ꝙ partes formales ſunt in duplici diffe-
rentia. 1. phy. 5. quædam ſecundum fidem,
quædam ſecundum rationem, Nota ꝙ par-
tes ſecundum fidem realiter differunt à to-
to, ſiue fuerint qualitatiuæ vt materia & for-
ma ſiue quantitatiuæ, omnes enim iſtæ partes
dicuntur ad aliquid nam materia & forma di
cuntur ad aliquid. 2. phy. 26. partes verò ſe-
cundum rationem nõ differunt realiter à to-
to, vt genus & differentia, & hæc vt conſti-
tuunt ſpecies prædicamenti ſubſtantiæ non
ſunt ad aliquid, vt animal, & rationale, non
enim animal eſt alicuius animal, neq; ratio-
nale eſt alicuius rationale, ſed ſi animal dici-
tur alicuius, hoc nõ eſt niſi reſpectu alterius
inquantum eſt genus, teſte Porphyrio cap. de
ſpecie & rationale non eſt alicuius vt eſt ra-
tionale ſed inquantum eſt differentia. Am-
plius partes materiales ſunt ſubiectiuè vt
omnia inferiora reſpectu ſuperiorum, & iſtæ
partes non differunt realiter à toto, vt indi-
uiduum reſpectu ſpeciei, & talia de prædica-
mento ſubſtantiæ non ſunt ad aliquid, quo-
niam ſortes & Plato ſunt partes ſubiectiuæ,
hominis, homo vero & equus ſunt partes ſu-
biectiuæ animalis, & nullum iſtorum eſt ad
aliquid, partes verò integrales materiales
ſunt partes nõ eſſentiales, & harum quædam
ſunt ad aliquid vt manus, pes, oculus, naſus,
quædam verò non ſunt ad aliquid, vt lapis &
lignum in artificialibus, ſed in naturalibus,
vt partes elementorum, & qualitatiuæ pri-
marum aut ſecundarum prouenientiũ ex il-
lis, quoniam pugillus ignis, vel pugillus aeris
non eſt ad aliquid, neq; caliditas vt duo aut
nigredo vt quatuor.

Similiter autem & in ſecundis ſub-
ſtantijs, atque hoc quidem in pluri-
bus; vt homo non dicitur alicuius
homo, nec bos alicuius bos, nec li-
gnum alicuius lignum; ſed alicuius
poſſeſsio dicitur, in huiuſmodi ergo
manifeſtum eſt, quoniam non ſunt
ad aliquid.

Cum probaſſet ꝙ nulla ſubſtantia prima
neque illa quæ eſt tota, neq; illa quæ eſt pars,
non dicitur ad aliquid, nunc probat ꝙ ſub-
ſtantia ſecunda tota non dicitur ad aliquid,
cauſa intentionis eſt, vt pateat apud omnes
ꝙ nulla ſubſtãtia tota dicitur ad aliquid; Di-
uiditur iſta pars textus in duas partes in pri
ma ponit ſimilitudinem inter ſubſtantias pri
mas totas, & ſubſtãtias ſecundas totas in ſe-
cunda ibi (vt homo) facit enim inductionem
in ſecũdis ſubſtantijs, quæ ſunt totæ, quæ non
dicun-

dicuntur ad aliquid, inquit ergo (ſimiliter) ſimili modo quo verum eſt in primis ſubſtā-tijs, quæ ſunt totæ, (&) .i. ſic etiam verum eſt in ſecundis ſubſtantijs, quæ ſunt totæ, ꝙ non dicuntur ad aliquid (atq; hoc quidem in pluribus) Nota ꝙ ſecunda ſubſtantia eſt duplex. Alia tota Alia quæ eſt pars, inquit Ar. ꝙ verum eſt ꝙ ſecundę ſubſtantię non dicuntur ad aliquid (in pluribus) .i. non omnes, ſed plures ſecundæ ſubſtantiæ ſcilicet illæ quæ ſunt totæ non dicuntur ad aliquid, denotando ꝙ dubium eſt de ſecundis ſubſtantijs, quæ ſunt partes, quæ videntur eſſe ad aliquid, dat exē-plum (vt) .i. v. g. homo qui eſt ſpecies, & ſecunda ſubſtantia tota non dicitur alicuius homo, nec bos dicitur alicuius bos, nec lignum dicitur alicuius lignum, ſed alicuius poſſeſſio dicitur, & omnes aliæ ſecundæ ſubſtantiæ totæ non dicuntur ad aliquid. Sed Nota ꝙ homo, bos, & lignum & omnis ſecunda ſubſtantia tota non dicitur alicuius homo, nec alicuius bos tanquàm ſui correlatiui, quoniam homo, bos, & lignum dicunt puram ſubſtantiæ rationem, ſed ſi aliquod iſtorum aliquo modo dicitur alicuius, hoc non eſt ratione ſubſtātiæ ſed ratione alicuius alterius, homo enim dicitur alicuius, non inquantum homo, ſed inquantū eſt effectus alicuius cauſæ, & bos non dicitur alicuius bos inquātum eſt bos, ſed inquantum eſt poſſeſſio alicuius poſſidentis, & lignum non dicitur alicuius inquantum eſt lignum, ſed inquantum eſt pars alicuius totius ſellæ, vel ſcannij, nam manifeſtum eſt ꝙ effectus & cauſa, poſſeſſio & poſſeſſor, pars & totum, cauſa & cauſatum ſunt relatiua.

In aliquibus verò ſecundis ſubſtantijs habet dubitationem, vt caput alicuius caput dicitur; & manus alicuius dicitur manus, & ſingula huiuſmodi. quare hæ fortaſſe ad aliquid eſſe videbuntur.

Cum probaſſet ꝙ ſecunda ſubſtantia tota & quæ eſt pars non dicitur ad aliquid, nunc mouet dubitationem per quam videtur ꝙ aliquæ ſecundæ ſubſtantiæ videntur eſſe ad aliquid, Diuiditur hæc pars textus in duas partes, in prima præponit dubitationem, in ſecunda ibi (vt caput) probat in quibus contingit dubitatio, inquit igitur. q. d. licet in ſubſtantijs ſecundis, quæ ſunt totę vt homo, bos, verum ſit ꝙ non ſunt ad aliquid, tamen (dubitationem habet) idest aliquis poſſet dubitare in aliquibus ſecundis ſubſtantijs ſcilicet in illis quæ ſunt partes non videtur verum ꝙ non ſunt ad aliquid, ſed potius videtur quòd ſunt ad aliquid, & probatur ſic (vt caput) .i. caput quod eſt ſubſtantia ſecūda quę eſt pars alicuius dicitur caput, (&) ideſt non ſolum caput, ſed etiā (manus) alicuius dicitur manus (& ſingula) ideſt & omnes ſubſtantiæ ſecundæ, quæ ſunt huiuſmodi ideſt quæ ſunt partes videtur dici ad aliquid, (quare) ideſt ſequitur ex dictis ꝙ (hæc) ſcilicet ſupradicta ideſt partes quæ ſunt ſubſtantiæ ſecundæ, (fortaſſe) denotando dubitationem, & non certitudinem, ad aliquid eſſe videbuntur, vt caput capitati dicitur, caput, & manus dicitur manuati manus. vnde iſtæ partes quo ad eſſe abſolutum pertinent ad prędicamentum ſubſtantiæ, ſed ſecundum eſſe reſpectiuum ad prædicamentum relationis. ¶ Dices id quod competit ſpeciei competit etiam indiuiduo illius ſpeciei, vt dicit Porphyrius in cap. de ſpecie, vt homo eſt rationalis, ergo Franciſcus eſt rationalis, ſed manus eſt ſpecies & eſt, ſubſtantia ſecunda quæ eſt pars eſt in prædicamento relationis, ergo hæc manus quę eſt indiuiduum ſpeciei eſt ad aliquid. *Dub.* ¶ Dicas ꝙ omnia hæc ſunt ad aliquid, tamen nō eodem modo, quoniam manus & caput ſunt propriè ad aliquid, quoniam manus proprie loquendo eſt alicuius manus, ſed hæc manus non eſt propriè ad aliquid, ex quo non dicitur, proprie hæc manus alicuius hæc manus, proprie tamen dicitur, hæc manus eſt alicuius manus nec Ar. determinat oppoſitum quoniam hucuſque proceſsit diſputatiuè, & non eſt inconueniens ꝙ aliqua ſpecies proprie reponatur, & indiuiduum eius improprie collocetur, nec eſt inconueniens ꝙ hoc non inueniatur in alijs prædicamentis, ſicut non inconuenit ꝙ aliquod genus ſit in prædicamento relationis, & nulla ſua ſpecies, vt patet de habitu qui vt genus eſt in prædicamento relationis, dicendo ſcientia, ſcibilis ſcientia & vt ſpecies, eſt in prædicamento qualitatis vt grammatica. *Sol.*

Si igitur ſufficienter eorum quæ ſunt ſunt ad aliquid, diffinitio aſsignata eſt, vel omnino difficile, aut impoſsibile eſt oſtendere quòd nulla ſubſtantia eorum quæ ſunt ad aliquid dicitur. *Tex. 64.*

Poſtquàm Ar. in primo textu definiuit relatiua ad mentem Platonis & Stoycorum videns ꝙ talis definitio non eſt bona, nunc illam tanquàm falſam reicit vt inde definitio data relatiuorum ab ipſo appareat eſſe vera, cauſa intentionis eſt, vt appareat quantum ipſe

ipſe eſt diligens in indaganda relatiuorum vera definitione. Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima ponit antecedens, in ſecunda ibi (aut) ponit conſequens, & inquit ſic (ſi igitur) definitio eorum, quæ ſunt ad aliquid ideſt relatiuorum aſsignata a Platone & à Stoycis in primo textu (eſt ſufficienter) ideſt eſt bona, & ſufficiens, ex hoc antecedente. q.d. Ar. ſequitur hoc conſequens, ſcilicet (aut omnino) .i. nimis difficile erit, (aut impoſsibile) aut pro .i. erit impoſsibile, nam ly difficile dicit difficultatem, vt difficile eſt facere alchimiam, tamen non eſt impoſsibile, dicit etiam impoſsibilitatem vt hominem volare eſt impoſsibile Dedalum volaſſe legamus imperſonale eſt (oſtendere) ideſt ſoluere prædictam dubitationem probantem ꝙ aliqua ſubſtantia dicitur ad aliquid, vel (impoſsibile eſt oſtendere) .i. ſoluere illam vniuerſalem negatiuam. ſ. ꝙ nulla ſubſtantia dicitur eorum, quæ ſunt ad aliquid, vel impoſsibile eſt ſubſtinere ꝙ nulla ſubſtãtia eſt ad aliquid fiat igitur ratio, omnis bona definitio eſt illa per quam diſſoluuntur omnes quæſtiones accidẽtes circa illam. 4 phy. 31. 6. top. in primo loco definitionis quoniam omnis definitio datur cauſa innotoſcendi. i. de anima 11. 2. de anima 12. 26. clarius 4. cæli 2. 1. de anima 21. ſed per definitionem relatiuorum traditam à Platone non ſoluũtur quæſtiones contingentes circa relatiua vt inquit Ar. ergo mala & non debita eſt illa definitio. *Dub.* ¶ Dices quid intelligit Ar. per ly (ſufficienter.) *Sol.* ¶ Dicas non pro ſatis & multum vt 1. phy. 79. nec pro à longe. 12. met. 9. ſed pro malo, & diminuto, & impoſsibili, veluti ſumitur in hoc textu. *Dub.* ¶ Sed Dices ſi prædicamenta non habent definitionem, cum ſint genera generaliſsima, quare inquit Ar. (ſi igitur ſufficienter eorum quæ ſunt ad aliquid diffinitio aſsignata eſt, vnde patet ꝙ relatio quæ eſt genus generaliſsimum habet definitionem, *Sol.* ¶ Dicas ꝙ Ar. per ly definitio intelligit deſcriptionem vt recte inquit Porphyrius. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas ꝙ intelligit definitionem quid nominis, non quid rei.

3. **Si autem non ſufficienter: ſed ſunt ad aliquid quibus hoc ipſum eſt eſſe ad aliquid quodam modo ſe habere, fortaſſe aliquid contra iſta dicetur,**

Cum Ar. recuſaſſet definitionem relatiuorum à Platone & Stoicis traditam, dicens ꝙ ſi illa definitio eſſet bona eſſet impoſsibile euadere ab illa. dubitatione quæ probauit ꝙ ſubſtantiæ ſecundæ, quæ ſunt partes non ſunt ad aliquid, immo illa dubitatio concluderet & omnino illa vniuerſalis negatiua eſſet falſa ſcilicet ꝙ nulla ſubſtantia eſt ad aliquid, nũc laudat definitionem ab ipſo traditam ſicut mos ſuus eſt. 3. phy. 12. quæ laus & bonitas definitionis traditæ ab Ar. conſiſtit in hoc, quoniam per ipſam ſoluuntur dubitationes probantes ꝙ aliquæ ſecundæ ſubſtantiæ ſunt ad aliquid, & per conſequens erit vera illa propoſitio, ꝙ nulla ſubſtantia eſt ad aliquid fiat igitur ratio talis illa definitio eſt bona & ſufficiens qua poſita ſoluũtur dubitationes circa rem definitam contingentes, & qua remota ſequuntur, ſed poſita definitione relatiuorum tradita ab Ar. ſoluuntur dubitationes, & poſita illa tradita à Platone nõ ſoluuntur, nec remouent, ſed potius ſequuntur, & ſtant in ſuo vigore, ergo definitio tradita ab Ariſt. eſt ſufficiens, & illa tradita à Platone eſt inſufficiens. ¶ Dices quare dixit Ar. ad aliquid ſunt, & non dixit dicuntur? ſcilicet potius per verbum eſt, quàm per verbum dici. ¶ Dicas ꝙ Ariſt. definit ea quæ ſunt ad aliquid ſecundum eorum naturam quæ eſſe habet, & non ſecundum ꝙ ſtat ſub cognitione aut dictione. *Dub.* ¶ Amplius dixit in plurali, & non in ſingulari, imitando Platonem. *Sol.* ¶ Dices cũ eſſe ſit duplex, aliud eſſe eſſentiæ, Aliud eſſe exiſtentiæ. 1. phy. 60. 66. 78. 2. poſt. 33. 3. de anima 9. quando inquit Ariſt. ad aliquid quibus hoc ipſum eſt eſſe quod eſſe intelligit. ¶ Dicas ꝙ intelligit eſſe eſſentiæ, & quidditatiuum ipſorum relatiuorum, & non eſſe exiſtentiæ & actuale, dixit etiam quodam modo, comprehendendo multos modos quibus relatiua referuntur. *Dub.* ¶ Dices quid ſit quereretur ſi ſecundæ ſubſtantiæ quæ ſunt partes eſſent ad aliquid? *Sol.* ¶ Dicas ꝙ ea quæ ſunt ad aliquid ſunt accidentia, & per conſequens ſecundæ ſubſtantiæ eſſent accidentia, & totum quod cõſtat ex illis partibus etiam eſſet accidens.

Prior verò definitio ſequitur omnia ea, quæ ſunt ad aliquid, non tamen in ipſis idem eſt: cum eo quod eſt eſſe ad aliquid, ipſa quę ſunt, aliorum dicantur.

Cum Ar. laudaſſet ſuam definitionem de relatiuis, eſſe optimè traditam, vltimò ponit differentiam inter definitionem relatiuorum aſsignatam à Platone & definitionẽ aſsignatam ab ipſo definitio enim prior differt à ſecunda quoniam prior eſt magis communis, quàm ſecunda, quoniam conſequitur omnia relatiua tàm ſecundum dici, quàm ſecundum eſſe, ſecunda verò conſequitur ſolum relatiua ſecũdum eſſe differt etiam prima à ſecunda,

da, quoniam ex definitione priori ſequif prędicta inconuenientia .ſ. ꝙ ſecundæ ſubſtantię quæ ſunt partes ſunt ad aliquid, & per hanc ſecundã definitionẽ ceſſant, & omnes inſtantiæ prædictæ ſoluunf, ideo inquit (prior verò definitio) .i. definitio relatiuorũ prior .i. quę eſt aſsignata à prioribus .ſ. antiqui, videlicet à Platone & Stoicis qui ætate & tẽpore ſunt priores Ar. non autẽ ſcientia & doctrina (ſequif) .i. apprehendit omnia quæ ſunt ad aliquid .i. cõpetit & eſt cõmunis omnibus relatiuis .ſ. tàm ſm̃ dici quàm ſm̃ eſſe, nõ tamen hoc eis eſt eſſe ꝙ ſint ad aliquid, ꝙ ea ipſa quę ſunt aliorum dicunf) .i. ꝙ non iecirco aliquid relatiuum eſſe dicitur quũ alterius eſſe dicif, ſed tunc meritò res aliqua eſt relatiua, quando nõ ſolùm ad aliquid dicitur ſed hoc ipſum eſſe eius ad aliquid eſt quodam modo ſe habere; ex quibus patet quòd definitio antiquorum non eſt valida propter abſurda quæ ſequerentur, illa verò data ab Ariſt. optima, & valde relatiuorum familiaris & amica.

Dub. ¶ Dices ſi prior definitio eſt ſufficiens quare Ariſt. aſsignauit aliam definitionem? fruſtra enim fit per plura quod fit per pauciora. 1. phy. 56. 3. de par. an. cap. 4. ſi vero eſt in ſufficiens quare Ariſt. illam non reprobauit?

Sol. ¶ Dicas ꝙ de relatiuis duplex eſt conſideratio. Alia communis, Alia propria, tunc dicitur ꝙ ſecundum communem conſiderationem illis prior definitio eſt ſufficiens; ſed ſecundum propriam conſiderationem eſt in ſufficiens, & quoniam Ar. intendit conſiderare de relatiuis in communi, & in particulari ideo de relatiuis duas aſſignauit definitiones communem .ſ. conuenientem omnibus relatiuis tàm ſecũdum dici quàm ſecundum eſſe, & propriam competentem ſolum relatiuis ſecundum eſſe & non ſecundum dici.

Ex his ergo manifeſtum eſt, quòd Tex. 65. ſi quis aliquid eorum quę ſunt ad aliquid, definitè ſciet, & illud ad quod dicitur, definitè ſciturus eſt, manifeſtũ igitur & ex ipſis eſt & illud nouit ad quod hoc aliquo modo ſe habet ſi.n. nouit aliquis hoc quod ad aliquid eſt (eſt autem eſſe ijs, quę ad aliquid ſunt, idem ac ad aliquid aliquo modo ſe habere, ſi enim non nouit omnino ad quod hoc aliquo modo ſe habet: neque ſi ad aliquid hoc aliquo modo ſe habet, noſcet.

Cum Ar. antiquorum de relatiuis communem tradidiſſet definitionẽ, quam tanquàm in ſufficientẽ reprobauit introducendo ſuam, tanquàm ſufficientem & propriam ſolum relatiuis ſm̃ eſſe competentem, nunc declarat vnam proprietatem quæ competit relatiuis ſm̃ eſſe, vel docet ꝙ vnumquodque relatiuum ſm̃ eſſe eſt de intellectu definitiuo .i. debet poni in definitione ſui correlatiui, vel dicerem, ꝙ Ar. duplici via .ſ. ratione & exemplo probat ꝙ nulla ſubſtantia ſecunda quæ eſt pars dicitur ad aliquid, cauſa intentionis, eſt vt omnino pateat falſitas & in ſufficientia definitionis relatiuorum data ab Antiquis. Diuiditur iſte textus in duas partes in prima facit quod dictũ eſt in ſecunda ibi (ſed in ſingulis) probat exemplo & inductione facta in relatiuis ſignificantibus numerũ, quo ad primũ Nota, ꝙ omne illud cuius eſſe quiditatiuũ eſt ad aliud nõ cognoſcitur diffinitiuè niſi illud aliud cognoſcaf, ſed omne relatiuum ſm̃ eſſe eſt illud cuius eſſe quiditatiuũ eſt ad aliud, ergo relatiuum ſm̃ eſſe nõ cognoſcitur niſi illud aliud cognoſcaf, & ſic ab oppoſito, ſi quis non cognoſcit illud aliud ad quod eſt eſſe relatiui per quod conſtituif eſſe quiditatiuum relatiui, non cognoſcit illud relatiuũ, & hoc ideo eſt qm̃ propter dependentiã quam complet & terminat vtrumque correlatiuum, vnde non poteſt per verã definitionẽ cognoſci proprium niſi cognoſcatur ſpecies, qm̃ proprium eſſentialiter dependet à ſpecie, veluti non poteſt diffinitiuè cognoſci hinnibilitas niſi cognoſcaf equus, qm̃ hinnibilitas eſſentialiter dependet ab equo, ſed Aliter dicerẽ, ſed primo eſt Notandũ ꝙ mens Ar. eſt probare illã vniuerſalem negatiuam .ſ. ꝙ nulla ſubſtantia eſt ad aliquid ſed quia fuit inducta inſtantia probans ꝙ aliqua ſecunda ſubſtantia quæ eſt pars eſt ad aliquid, per quã inſtãtiam videbaf ꝙ illa vniuerſalis negatiua non erat vera, ideo nunc reſpondet ad illã inſtantiam dicendo ſic, tunc aliquòd dicif, relatiuum qñ habet ſuum relatiuũ ad quod referf, vt pater ad filiũ, & ſi vnum eſt debet eſſe reliquum, & alterum debet poni in definitione alterius, modo ſi dicerẽ ꝙ manus, quæ eſt ſubſtantia ſecunda quæ eſt pars eſt ad hoc, vt certe ſciamus ꝙ eſt relatiua debemus cognoſcere id ad quod referf manus & id debet poni in definitione manus ſed id ad quod deberet referri manus non eſt & non ponitur in definitione manus, ergo manus non eſt relatiua ſm̃ eſſe ſed tantum, ſecundum dici, patet igitur ꝙ nulla ſecunda ſubſtantia quæ eſt pars eſt ad aliquid ſed qm̃ litera eſt clara ideo Dubitatur, inquit Ar. ꝙ vnum relatiuũ ponif in definitione alterius, vnde videf ꝙ relatiuorũ ſunt definitiones quod videf falſum nam. 1. poſt. 32. Au. definitiones ſunt compoſitorum. 8. met. 9. 1. de anima 8. exiſtentium extra animã, quę ſunt in eſſe cõpleto, ſimpliciũ vero & maximè quę ſunt diminuti eſſe veluti ſunt relatiua Dub.

non ſunt definitiones.5.met. cap.de aliquid. ¶ Dicas ꝙ relatiua habent definitionem quid nominis,& imperfectam non autem quid rei, *Dub.* & perfectam. ¶ Amplius omnis bona definitio daẽ per cauſam.6.top. in 1. loco definitionis. 7.met.43.in ʒpit,log.cap.de def. ſed vnum relatiuũ non eſt cauſa alterius, qm̃ ſunt alterutrorum cauſata.1.poſt, 32. ergo vnum relatiuum *Sol.* non ponĩ in definitione alterius. ¶ Dicas ꝙ relatiuorũ definitio nõ eſt vere & perfecta, ſed diminuta & imperfecta, qm̃ definitio inſequiẽ naturam diffiniti, ſed relatio eſt debilioris eſſe ceteris prædicamentis.12.met., *Dub.* 19.ideo debilẽ habet definitionẽ. ¶ Amplius omnis definitio conſtat ex genere & differẽtia,teſte Porphyrio cap.de differẽtia. 2 poſt, 69.7.met.43 6. top. in 1. loco definitionis. 4. phy.8.in ʒpit log.cap.de def ſed qñ vnum relatiuũ definitur per aliud illud per quod definitur non eſt genus,nec eſt differentia illius, ergo vnũ non debet poni in definitione alterius. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ qñ eſt ens abſolutum tunc definitur per genus & differentiã, ſed qñ eſt ens dependens veluti ſunt relatiua,non attenditur *Alia ſol.* hęc conditio. ¶ Vel Dicas ꝙ maior eſt vera de definitione quæ daẽ per eſſentialia, veluti eſt definitio ſubſtantiæ vel abſoluti,& nõ reſpectiui, qm̃ reſpectiua mutuo eſſentialiter dependent,ideo mutuo ſe diffiniũt,licet neutrum *Dub.* ſit prius altero. ¶ Amplius omnis definitio datur per notiora, 1.met. 48.6. ethicorum cap.4. 6.top.1 loco definitionis,ſed vnũ relatiuũ non eſt notius altero, qm̃ ſunt ſimul natura ergo vnum non debet poni in definitione *Sol.* alterius. ¶ Dicitur ꝙ relatiua conſiderantur duobus modis vno modo vt ſunt ſimul natura, ſic vnum non definitur per reliquum, Alio modo vt habent habitudinem termini ad quem & termini à quo & ſic omne relatiuum definitur per reliquum & vnum eſt notius altero, quando enim relatiuum vt terminus à quo definitur per relatiuum terminum ad quem illud quod eſt terminus ad quem eſt notius illo quod eſt terminus à quo & ſic definitio relatiuorum eſt per notiora.

Dub. ¶ Amplius oppoſitorũ vnum non ſumitur in definitione alterius, vt albedo nõ ſumitur in definitione nigredinis,ſed relatiua ſunt oppoſita vt vitiũ & virtus, vt patet in cap. de oppoſitis.ergo vnum non ponitur in definitione *Sol.* alterius. ¶ Dicitur ꝙ oppoſita ſunt duplicia quædam quæ habent mutuam dependentiam, & ſic vnum ponĩ in definitione alterius, quędam verò, quæ non habent mutuã dependentiam vnum non ponitur in definitione alte*Dub.*rius. ¶ Amplius ſi vnum relatiuum poneretur in definitione alterius, tunc genus quod eſt relatiuum ad ſpeciem deberet poni in definitione ſpeciei,ſed genus non ponitur in definitione ſpeciei, vt patet per Porphyriũ in cap. de ſpecie ergo vnum relatiuũ non debet definiri per reliquum. ¶ Dicitur ꝙ aliquod *Sol.* poteſt habere multa relatiua,tamen non primo & ſecundum hæc poteſt eſſe aliqua definitio conueniens vbi ponĩ vnum relatiuum quamuis non ponaẽ reliquũ ſicut accidit nũc de ſpecie dicta ad genus & ad indiuidua.

Sed & in ſingulis palam hoc eſt, vt ſi quid nouit quis definite, ꝙ duplum eſt, & cuius duplum eſt mox definite nouit, ſi enim nullius definitorum nouit ipſum duplum eſſe, neque ſi ſit duplum omnino nouit.

Declarata proprietate relatiuis cõpetente, in hac ſecunda parte exemplo & inductione manifeſtat illam cõpetere tam relatiuis ſm̃ quantitatẽ.i.quantitatiuis ſub habitudine caſus genitiui, quàm relatiuis ſm̃ comparationẽ & ſub habitudine caſus ablatiui. cauſa intentionis eſt,vt pateat hanc proprietatẽ omnibus relatiuis eſſe communẽ, inquit igiẽ Ar. (ſed & in ſingulis palam hoc eſt) .i. ſed hoc.ſ. proprium hæc proprietas (palam eſt) .i.manifeſta eſt non aliquibus ſic,& in aliquibus relatiuis non (ſed in ſingulis) .i. in omnibus.ſ.ꝙ qui definite cognoſcit vnũ definite debet cognoſcere & reliquũ (vt) v.g. (ſi quis) .i.ſi aliquis (definite) .i. diſtincte perfecte & determinate nouit) quid) .i.aliquod ens quod duplũ eſt .i. quod eſt relatiuũ, & cuius duplũ eſt mox definite nouit) mox .i. ſtatim definite.i. perfecte & determinate nouit illud ad cuius duplum eſt .ſ. ipſum dimidium dicendo duplum eſt alicuius .i. dimidij duplum quæ duo ſunt relatiua ſecundum quantitatem vt ſi cognoſco hoc duplum.ſ. octo debeo cognoſcere & hoc dimidium .ſ. quatuor non poſſum cognoſcere hoc duplum ſcilicet octo & ideo dicit Ar. (ſi enim nullius definitorum nouit ipſum duplum eſſe,neque ſi ſit duplum omnino nouit) q.d. ſicut ſe habet affirmatio ad affirmationem ſic ſe habet negatio ad negationem. 1.poſt. 99. qm̃ contrariorum eadem eſt diſciplina ſed qui cognoſcit aliquod eſſe duplum cognoſcit etiam dimidium cuius illud eſt duplum,& ſi non cognoſcit dimidium cuius illud eſt duplum, neque cognoſcet illud duplum eſſe ex quibus patet relatiuorum proprietas.

Similiter autem & hoc aliquid ſi nouit quis ꝙ melius eſt, & quo melius eſt ſtatum definite neceſſarium eſt noſſe, *Tex. 66.*

noſſe, Propter hæc autem non indefinite hoc cognoſcet, ꝙ hoc eſt peiore melius. ſuſpitio enim hæc eſt, non ſcientia. non enim ad huc ſciet exacte ꝙ eſt peiore melius, ſi .n. ſic accidit, nil eſt deterius ipſo, Quapropter palam eſt ꝙ neceſſarium eſt, ſi nouerit, quis aliquod relatiuorum definite. & id ad quod dicitur definite neceſſe eſt noſse.

Poſtquàm Ar. inductione & exemplo manifeſtauit dictam proprietatem in relatiuis ſm̃ eſſe & in relatiuis ſecundum quantitatem ſub habitudine caſus genitiui, nunc complet inductionem ꝙ talis proprietas valet in omnibus relatiuis tàm ſm̃ quantitatem veluti eſt duplum & dimidium, quàm in relatiuis ſecundum comparationem, & ſub habitudine caſus ablatiui, veluti ſunt melius & deterius, maius, & minus; Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima complet inductionem in ſecunda ibi (ſuſpitio) remouet dubitationem, in tertia ibi (quapropter) concludit vt certa ſit relatiuorũ cognitio, qui cognoſcit vnum debet cognoſcere reliquum, inquit igitur (ſimiliter) ideſt ſicut ſe habent relatiua ſecundum eſſe quantitatiua ꝙ qui definite & determinate cognoſcit vnum debet etiam cognoſcere reliquum, ſic etiam ſe habent relatiua ſm̃ comparationem .ſ. ſi quis nouit .i. ſi aliquis cognoſcit (hoc aliquid) .i. aliquod ens quod eſt melius, & quo melius eſt ſtatim definite neceſſarium eſt noſſe) .i. ſi aliquis cognoſcit aliquam rem eſſe meliorem alia re, debet cognoſcere etiam illam rem qua illa eſt melior, & ſi dicitur hoc eſt maius aliquo debes cognoſcere id quo illud dicitur maius, .ſ. minus, & ideo dicit Ar. definite qm̃ iſta relatiua duplum & dimidium conſiderant duobus modis, vno modo in communi cognitione confuſa, vt duplum inquantum duplum & dimidium, inquantum dimidiũ maius & minus, & melius & deterius, Alio modo in particulari, & cognitione diſtincta, dicẽdo hoc duplũ vt decem ad quinq; vel duodecim ad ſex, ſimiliter hoc melius, hoc deterius, hoc maius, & hoc minus, & de hac cognitione particulari loquit Ar. in textu & non de communi & vniuerſali & ideo legat textus hoc modo qui definite .i. non in cõmuni & confuſe, ſed particulariter & determinate cognoſcit vnũ relatiuum, diſtincte etiam & particulariter debet cognoſcere reliquũ, aliter de relatiuis nõ certa, determinata & diſtincta haberet cognitio, ſed potius (ſuſpitio, extimatio, cognitio, cõfuſa, opinatiua, & extimatiua (Quapropter) concludit, & infert, illam vniuerſalẽ eſſe veram inductione manifeſtatam in omnibus relatiuis ſm̃ eſſe, tàm ſm̃ quantitatẽ, quàm ſecundum comparationem, ꝙ neceſſarium eſt neceſſitate ſimpliciter, vt certa ſit relatiuorum cognitio, ꝙ ſi quis nouerit aliquod relatiuorũ definite, & particulariter, neceſſe eſt noſſe id ad quod dicitur .i. illud relatiuũ ad quod illud refertur, vt ſi quis cognoſcit ſortem eſſe patrem, debet etiam particulariter cognoſcere Petrum eſſe filium, Dicas igitur ꝙ propoſitio Ar. eſt vera in omnibus relatiuis, tàm in illis quę ſunt ſub habitudine caſus genitiui, quàm caſus ablatiui, & ſub habitudine caſus datiui.

Caput vero & manus, & eorum ſingula, quæ ſubſtantiæ ſunt, ea ipſa quæ ſunt ſciri definite poſsunt: ad quod vero dicantur non eſt neceſsarium ſcire. cuius enim hoc caput, vel cuius hæc manus ſit, non eſt ſcire definite, quare non erunt hæc ad aliquid. ſi vero non ſunt hæc eorum quæ ſunt ad aliquid, verum erit dicere quòd nulla ſubſtantia eorum eſt quæ ſunt ad aliquid. *Tex. 6.*

Cum Ar. inductione manifeſtauit ꝙ omnia relatiua ſecundum eſſe tàm quantiua quàm comparatiua tàm ſub habitudine caſus genitiui, quàm ablatiui, & caſus datiui, habent hanc proprietatem, ꝙ qui cognoſcit vnum, cognoſcit alterum, nunc ex his tanquàm ex maiori infert minorem. ex quibus infert cõcluſionem, ꝙ nulla ſubſtantia dicitur ad aliquid, inquit ergo Ar. q. d. ſtantibus ſupradictis, p̃ maiori .ſ. illa ſunt relatiua quorũ vnum ſumitur in definitione alterius, vel quorum qui cognoſcit vnũ neceſſe eſt cognoſcere reliquũ, (verò) nunc infert minorem, p̃ ſed caput & manus & eorũ ſingula quæ ſubſtantiæ ſunt) .i. & omnes aliæ partes ſubſtantiales, ſeu partes ſecundarum ſubſtantiarum (hoc ipſum ꝙ ſunt) .i. vt ſubſtantiæ ſunt, poſſunt ſciri definite .i. non accipiuntur in ſuis definitionibus ſua correlatiua, & ad quod dicãtur non eſt neceſſarium ſcire .i. ad quod referunt non eſt neceſſariũ ſcire, ergo caput manus & ſingulæ ſubſtantiæ ſecundæ quæ ſunt partes non ſunt relatiuæ. ¶ Dices qñ caput definitur *Dui* quõo definitur ſi non definitur per ſuum relatiuum? ¶ Dicas ꝙ ſic definitur .ſ. caput eſt ſuperior pars animalis perfecti, & manus eſt in *Sol.*

hominis inſtrumentũ inſtrumentorũ. 3. de anima 38.ex quo ſumpſit Galen. primo de vſu partium patet igitur ꝙ homo non eſt relatiuum manus, neque animal eſt relatiunm capitis, ſed telatiuum manus eſt manuatum, & capitis capitatum, ſimiliter dicimns de alijs ſecundis ſubſtantijs quæ ſunt partes, vt pes latum eſt relatiuum pedati, & oculatum oculi, & naſi naſatũ, vnde ſeqnitur ꝙ omnes iſtæ ſecundæ ſubſtantiæ quæ ſunt partes dicuntur relatiuæ tamen non ſecundum eſſe, ſed ſecun-

Dub. dum dici. ¶ Dices contra nam illa ſunt relatiua ſecundum eſſe, quorum vnnm definitur per reliquum, ſed capnt definitur per capitatum, & manus per manuatum, ergo caput & capitatnm ſnnt relatiua ſecnndum eſſe, &

Sol. non ſecundnm dici. ¶ Dicas ꝙ illa ſunt relatiua ſecundum eſſe quorum neceſſario vnnm ponitut in definitione alterius, modo licet caput diffiniatur per capitatum, tamen capitatum non neceſſario ponitur in definitione capitis & ſic non ſunt relatiua ſecundum

Alia ſol. eſſe, ſed ſolum ſecundum dici. ¶ Vel Dicas ꝙ caput & quælibet pars eſt ad aliquid, non non vt caput, & vt ſubſtantia eſt, ſed vt ſenſibile eſt, vt recte inqnit Ioannes Grammaticus. 2. de anima ſuper textu 36.

Tex. 68. Fortaſſe autem difficile ſit de huiuſmodi rebus vehementer aſſerere, niſi id ſæpe pertractatum ſit. dubitaſſe autem de horum vnoquoque non eſt inutile.

Habito intento ꝙ nulla ſubſtantia eſt ad aliquid, ex quo patet definitionem de telatiuis à Platone aſsignatam eſſe inſufficientem, & inſtantiam adductam non eſſe vetam, nunc ſoluit quamdam obiectionem qnæ eſt talis, nam Dices ex his quæ dicta ſunt habetur ne completa relatiuorum coguitio? Reſpondet & dicit (aut) pro certe (fortaſſe difficile, tamen non impoſsibile eſt de huinſmodi .i. de talibns tebns (vehementer) .i. certe (aſſerere) .i. determinare (niſi) .i. ſi non ſæpe ideſt multoties pertracta ſint, nam. q. d. Ar. quando de aliqua re multotiens diſputatur, & tractatur tanto magis perfecte & exacte intelligi-

Dub. tur. ¶ Dices ſi Ariſt. erat certus ꝙ nnlla ſubſtãtia eſt ad aliquid quare de hoc dubitauit?

Sol. ¶ Reſpondet & dicit dubitare de ſingulis per rationes ptobabiles ad vtramque partẽ non eſt inutile, Nota ꝙ dicit (fortaſſe) dubitando qnoniam non ſolum logicus ſed etiã methaphiſicns conſiderat de relatiuis, tamen diuerſo modo, nam logicus ſub ratione prædicandi & definiẽdi Methaphyſicus autem ſub ratione eſſendi, Phyſicus vero ſub ratione definiendi ideo de telatiuis nõ habetut perfecta cognitio, niſi ſciatur quomodo quilibet artifex conſiderat. ſ. quomodo logicus, qnomodo methaphyſicus, & tandem quomodo phyſicus, ideo dixit (fortaſſe) loquens dubitatiuè, quoniam per ea quæ ſolum in hoc libro determinantur non habetur de relatiuis perfecta cognitio, ſed tunc habebitur exacta relatiuorum notitia qnando ſciuerimus quomodo omnes proptij artifices tractant de ipſis, dixit etiam (difficile eſt determinare de relatiuis qnoniam ſunt entia minime entitatis, quæ exiſtimatur quaſi non eſſe. 1 poſt. 32. ab oppoſito vero Deus, & intelligentiæ ſunt entia manifeſtiſsima & certiſsima, & ſunt maximæ entitatis, vt patet in 12. met. ideo relatio & alia reſpectiua ſunt res ignotę & incertæ propter debilem diminutam & modicam entitatem, quemadmodum enim intellectus non poteſt certe determinare de ſubſtantijs abſtractis, ptoptet excellentiam ſuæ entitatis, nam inquit Ar. 2. met. primo ꝙ ſicut ſe habet oculus Nycticoracis ad lumen ſolis, intellectus noſter ad ea qnæ ſunt manifeſtiſsima in natura, ſic non poteſt determinare de relatione propter debilitatem ſuæ entitatis, qnoniam non cognoſcuntur reſpectiua niſi per abſoluta, nec cognoſcitur vnum relatiuum niſi cognoſcatur alterum, patet ergo ex dictis ꝙ hæc omnia faciunt difficultatem determinando certe de relatiuis dicit etiam ꝙ de relatiuis, non habetut certa determinatio niſi ipſa ſæpe tractata ſint. ſ. dubitando, arguendo, diſtinguendo, & ſoluendo.

CAPVT DE QVALI, ET QVALITATE.

Qualitatem vero dico, ſecundum quam quales quidam eſſe dicuntur. Tex. 69

CVM de ſubſtantia qnantitate, & de his quæ ſunt ad aliquid tractauerit Ar. nunc de qnalitate ſetmonẽ agreditur, cauſa intentionis eſt, vt expleat numerum ptædicamentorum quæ in Antepræ dicamentis cap. vltimo prępoſuit & nnmerauit, hæc eſt intentio vniuerſalis, & cauſa intentionis, intentio verò particularis eſt aſsignare Qualitatis definitionem, vt per illam definitionem cognoſcamus differentiam inter qnalitatem & paſsionem. Diuiditnr hoc capitulum in tres pattes, in prima determinat de qualitate in abſtracto, in ſecunda ibi (qualia) confidetat de illa in concreto in tertia ibi (ineſt) conſiderat de qualitate ſecun-

dum eius conditiones & proprietates, iſte textus diuiditur in duas partes in prima definit qualitatem, in ſecunda ibi (eſt antem) diſtinguit ipſam in uas ſpecies. Sed Nota ꝙ qualitas eſt duplex. Alia ſubſtantialis, Alia accidentalis, & vtraque eſt duplex, Alia in abſtracto vt albedo, & nigredo, Alia in concreto vt album & nigrum, Ar. hic definit qualitatem in abſtracto, accidentalem, & dicit (qualitatem verò dico) .i. explico & declaro hoc nomen quid ſibi vult qualitas accidẽtalis dicere enim nil aliud eſt niſi nomen explicare. 1. poſt. 2. & Galenus in tertia particula aphoriſmorum in prologo recte quidem dixit (dico) in numero ſingulari oſtendendo ꝙ ipſe ſolus inuenit hanc qualitatis explicationem (ſecundum quam) i. per quam ſcilicet qualitatem ſeu à qua qualitate, nos homines dicimur & denominamur, quales vt à Muſica dicitur homo Muſicus, & Grammatica Grammaticus dixit (dicimur) in perſona prima, vt dicatur de hominibus in quibus ſunt qualitates corporales & ſpirituales, Alij tamen legunt in tertia perſona (dicuntur) dixit (dico) & non dixit (eſt) quoniam qualitas non eſt, ſed ineſt, quoniam eſt accidens vel denotando ꝙ qualitas cum ſit genus generaliſsimum non habet definitionem, quoniam definitio conſtat ex genere & differentia. 2. poſt. 69. 7. met. 42. generaliſsimum non habet genus ideo caret definitione, quid rei licet habeat definitionem quid nominis, verũ vt exacte hæc defintio de qualitate percipiatur, Nota ꝙ quatuor partes reperiuntur in hac definitione quarum Prima eſt ly (ſecundum quam) per quam Ar. denotat operationem qualitatis, quæ operatio eſt facere quale ad differentiam differentiæ ſpecificæ vel genericæ, quæ non facit quale, ſed quid, & ad differentiam quantitatis quę facit quantum, etiam relationis quæ facit relatum, & non immerito, quoniam definitio datur cauſa innotoſcendi. 6. top. in 1. loco definitionis manifeſtum enim eſt ꝙ operationes ſunt nobis manifeſtiores quàm formæ, à quibus perueniunt illæ operationes. 2. de anima 33. t 2. met. 14. vel dixit ſecundum quam denotando formam, quoniam illa præpoſitio (ſecundum) dicit formam, Secunda pars poſita in hac definitione eſt ly (quales) denotando ꝙ definitio de qualitate eſt in concreto, & non in abſtracto .ſ. quo ad nos, quoniam concretum eſt notius quo ad nos, quàm abſtractum, Tertia pars eſt ly (quidam) quæ interpretatur pro ſimpliciter, denotando ꝙ ſi aliud à qualitate facit quale hoc non eſt ſimpliciter ſed cum additamento quoniam facit quale quid, teſte Porphyrio cap. de differentia, Quarta particula poſita in hac definitione eſt ly (dicimur) quæ ponitur non ad excludendum, alia ab homine quoniam alia entia etiam ſunt qualia per qualitates, ſed ad denotandum hominem eſſe qualem per omnes ſpecies qualitatis, quoniam habitus intellectuales & morales & diſpoſitiones ad illos in homine ſolo reperiuntur, naturales verò potentiæ ſeu formæ vel figuræ: & ſi in corporibus ſimplicibus inueniuntur quę ſunt elementa & corpora cæleſtia etiam eaſdem qualitates homo poteſt ſuſcipere in quo reperiuntur, his igitur declaratis.

Dub. ¶ Dices ꝙ Ar. non videtur ſibi conſtare, nam in Anteprædicamentis cap. vltimo & 1. top. cap. de prædicamentis primo nominat ſubſtantiam, ſecundo quantitatem, tertio qualitatem, quarto de ad aliquid in tractatu vero primo nominat ſubſtantiam, deinde quantitatem, poſtea relationem, & quarto loco qualitatem.

Sol. ¶ Dicas ꝙ Ar. in prohemio non habet curam nec ſollicitudinem de ordine veluti etiam fecit Porphyrius in cap. 1. in tractatu vero ſeruat verum & eſſentialem ordinem.

Dub. Amplius 1. cæli 110. nomen æquiuocum primo diſtinguendum, poſtea diffiniendum aſſerit Ariſt. cuius oppoſitum nunc obſeruat primo enim diffinit & poſtea qualitatem diſtinguit.

Sol. ¶ Dicas ꝙ non inconuenit primo definire definitione quid nominis, & poſtea diſtinguere, non autem definitione quid rei, quod Porphyrius in cap. de accidente, & Ar. in cap. de ſubſtantia, quam primo definiuit, & poſtea in primam & ſecundam, diuiſit ſimiliter. 1. poſt. 13. definiuit primo principium demonſtrationis, deinde in textu 14. ipſum diuiſit.

Dub. ¶ Dices definitio tradita de qualitate dicitur definitio vel deſcriptio.

Sol. ¶ Dicas ꝙ eſt definitio quid nominis, vel eſt deſcriptio, non quæ fit ex genere & proprio, ſed quæ improprie dicitur deſcriptio, quæ vere nominis notificatio appellatur ab Auer. in æpit log. cap. de rebus compoſitis.

Dub. ¶ Amplius ſi qualitas definitur per quale, & quale per qualitatem ſi enim quis dicet quid eſt qalitas, dicitur ꝙ eſt illa qua res dicitur qualis, & quid eſt quale, dicitur ꝙ eſt illud quod habet qualitatem, ex quo clare patet ꝙ in definitione committitur circulus, & alterum definitur per alterum, quod eſt contra Ar. 6. top. cap. 3.

Sol. ¶ Dicas ꝙ hæc non eſt definitio quidditatiua, ſed potius (vt dictum eſt) deſcriptio, quæ datur per notiora quo ad nos, nam compoſitum eſt notius quàm forma. 1. phy. 3. ideo nobis notius eſt album quàm albedo, & in ſpiritualibus notior eſt nobis ſapiens quàm ſapientia, ideo deſcribitur quale per qualitatem, quæ notior quo ad naturam.

Dub. ¶ Amplius nulla definitio datur per ignota. 1. poſt. 1. 2. poſt. 1. 1. 6. top. in 1. loco definitionis. 2. met. 48. ſed definitio de qualitate eſt per ignota quoniam qualitas definitur per quale quæ

viden-

videntur æque ignotum, ſicut eſt qualitas, quoniam quale eſt notius ipſa qualitate, album enim quod eſt quale eſt notius quàm albedo, quæ eſt qualitas, & coloratum quàm color, hoc enim manifeſtum eſt quoniam rudes & ignorantes ſciunt album, quid autem ſit albedo non intelligunt, ſed ignorant, & cauſa eſt, quoniam concretum ſemper eſt notius apud ſenſum, quàm abſtractum, vt coloratū quod eſt concretum, notius eſt quàm color qui eſt qualitas abſtracta, quoniam cócretum eſt magis compoſitum, quia ſignificat accidens, vt eſt in ſubiecto, abſtractum vero accidens ſine ſubiecto, & ideo bene poteſt notificari abſtractum per concretum, vt qualitas per quale, vt à quali venimus in cognitionem qualitatis, vt per album in lacte venimus in notitiam albedinis, ſimiliter guſtato melle ad dulcedinis intelligentiam venimus, iuxta illud 1. de anima 11. accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendū quid eſt, Nota tamen ꝙ non omne illud qđ prædicatur in quale eſt qualitas, quoniā differentia ſubſtantialis prædicatur in quale, & tamen non eſt qualitas, quoniam prædicatur per ſe de eo cuius eſt differentia. t. poſt. 30. vnde patet ꝙ id dicitur qualitas quod prædicatur in quale de aliquo, & non prædicatur per ſe de illo, vt qualis eſt cygnus dicitur ꝙ eſt albus.

Dub. ¶ Amplius dubitatur quare definiuit qualitatem in ſingulari per plura qualia & non per vnum quale? nam dicit qualitatem autem dico ſecundum quam quales eſſe dicimur, vel dicuntur, & non dicit qualitatem aut dico ſecundū quam qualis dicor vel qualis dicitur?

Sol. ¶ Dicas ne exiſtimemus ex hoc ab vnica qualitate ſemper multa dici qualia; ſed in definitionibus voces à numero abſoluuntur, vt idem ſit ſenſus, qualitas eſt à qua quid dicitur quale, vel qualitates ſunt illæ à quibus qualia dicuntur.

Dub. ¶ Amplius ſi qualitas definitur per quale, ſimiliter quantitas deberet definiri per quantum, & relatio per relatum, quorum quodlibet eſt falſum, quoniam Ariſt. in cap. de quantitate & in 5. met. non diffinit quantitatem per quātitatem ſed per eſſe diuiſibile, vel alio modo.

Sol. ¶ Dicas ꝙ quantitas poteſt definiri per quantitatum, & relatio per relatum, poſſumus enim dicere ꝙ quantitas eſt ſecundū quam quanti quidem dicimur, & relatio ſecundum quam aliquid eſt relatum ad aliquid, nos enim ſumus quanti quantitate continua, & quantitate diſcreta, quia ſumus longi, lati, & profundi, ac etiam duo vel tres, ſed Ar. non diffinit quantitatem per quantitatum, quoniam quantitatum prædicatur de quantitate, quoniam quantitas eſt quanta tàm continua quàm diſcreta, non autem qualitas eſt qualis, deinde quantitas non eſt interrogatiuum cuiuſcumque quantitatis, ſed tantum continuæ, ſi enim quæritur quanti ſunt iſti? non reſpondebitur duo, ſed ſi quæritur quot ſunt iſti, magis proprie dicitur duo ſunt quoti quàm duo ſunt quanti, de relatione argumentum non currit, quoniam Ar. non diffinit relationem in abſtracto, ſed in concreto. ¶ Dices præterea quare poſt relatiua Ar. ſtatim de qualitate, & non de aliquo alio prædicamento, & poſt quantitatem ſtatim de relatiuis mentionem facit? Græci dicunt ꝙ multæ quæſtiones in prædicamento quantitatis inciderāt de ijs quę ſunt ad aliquid, ideo poſt quantitatem neceſſe fuit de relatiuis docere, ne diu naturæ ipſorū ignorantia laboraremus, & quoniam poſt magnitudinē quæ eſt quantitas, & poſt maius quod eſt ad aliquid oriuntur affectiones, ſeu qualitates, vt ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas, ideo poſt de relatiuis tractatum, ſtatim de qualitate verba facit

Dub. ¶ Dices quare hoc caput inſcribitur de duobus .ſ. de quali & qualitate, & non de vno tantum? dicendo de quali ſolum, vel de qualitate ſolum, & in alijs prædicamentis, vt in cap. de quantitate, non dixit de quanto, & quantitate.

Sol. ¶ Dicas ꝙ hæc non eſt ipſius inſcriptio, quoniam in alijs prædicamentis ſic etiam feciſſet, ſed non ſic fecit ideo dicitur ꝙ non eſt inſcriptio.

Alia sol. ¶ Reſpondent, aliqui & dicunt, vt vſum nominum prædicaret, quoniam qualitas etiam dicitur, & per hoc nil differre, ſiue dicamus prædicamentum de quali ſiue de qualitate, quoniam idem eſt dicere qualitatem & quale vnum n. eſt expoſitiuum alterius, vt ita legatur, Prædicamentum de quali &, ideſt prædicamentum de qualitate, Hinc Nota ꝙ ipſum quale dupliciter ſumi poteſt, vno modo quale pro vt ſignificat qualitatem, & ſignificat illud quod habet qualitatem, nam veteres album quod eſt quale & albedinem quæ eſt qualitas multotiens appellant album quod eſt quale; vnde dicimus album eſt quale, & eſt qualitas, ſed qualitas vno tantum modo dicitur, nam caliditas & albedo qualitas vocatur, nō autē album, Vel Dicas ꝙ valde differt quale & qualitas, nam qualitas eſt vniuerſalis à qua participantia qualia denominatiue dicūtur, vt vniuerſalis albedo, nigredo; quale corpus dicitur quod denominatiue à nigredine vel albedine nominatur, ergo ſolo intellectu eſt comprehenſibilis qualitas, quale vero comprehenditur ſenſu, tunc dicitur, ꝙ Ariſt. inſcripſit de quali & qualitate, de qualitate quidem inquantum ipſa qualitas ſolo intellectu conſideratur, de quali vero vt eſt ſenſu perceptibile.

Dub. ¶ Dices præterea quare prius dixit de quali, & poſtea de qualitate, & non dixit prius de qualitate & poſtea de quali?

Sol. ¶ Dicas quoniam quale eſt notius ipſa qualitate,

tate, quoniam quale vt coloratum eſt ſenſibile, qualitas vero eſt in ſenſibilis, vt ergo inſcriberet à notiori ideo prius dixit de qualiquàm de qualitate. *Dub.* ¶ Dices inſuper quare qualitas definitur à poſteriori per effectum, .ſ. per quale? *Sol.* ¶ Dicas quoniam formæ notificantur per actiones, & operationes. 12. met. 14. 1. cæli 7. 8. cum igitur qualitas ſit forma accidentalis, merito definitur, per actiones & per operationes, hinc ſumas ꝙ rationalitas eſt qualitas ſubſtantialis, quæ ſecundum rem non eſt qualitas, ſed ſecundum modum prædicandi & ideo non eſt in prædicamento qualitatis, ſed ſubſtantiæ.

Eſt autē qualitas eorum quæ multipliciter dicuntur, Vna quidem igitur ſpecies qualitatis habitus & diſpoſitio dicuntur.

Cum Ar. deſcripſit Qualitatem, nunc docet ꝙ qualitas non vno, ſed pluribus modis dicitur & numerat primum modum cauſa intentionis eſt, quoniam multiplicitas plerumque obſcuritatem atque errorem generat, cum aliam qui docet, aliam qui audit eiuſdem nominis ſignificationem accipiat. inquit igitur (autem) .i. poſtquam. q. d. dictum eſt de ijs quæ ſunt ad aliquid, vt habeatur diſtincta & non confuſa cognitio de ipſa qualitate, oportet non ignorare ꝙ (qualitas) quę eſt forma accidentalis (eſt) ideſt numeratur (eorum) .i. inter illa .ſ. nomina quæ (multipliciter) .i. multis modis dicuntur .i. inter illa genera quæ habent multas ſpecies, velutì eſt quantitas, oppoſitio, genus, ſpecies, differentia, proprium, & accidens. *Dub.* ¶ Sed Dices ſi de æquiuocis & multipliciter dictis nō eſt ſcientia 4. met. 2. quomodo de qualitate quę multipliciter dicitur habebitur ſcientia? *Sol.* ¶ Dicas ꝙ qualitas non eſt multiplex multiplicitate æquiuoca, nec analoga, nec multiplicitate ſignificatorum, ſed multiplicitate ſuppoſitorum, ſeu ſpecifica importante diuiſionem in partes ſubiectiuas, quæ ſunt quatuor ſpecies ſubalternæ immediatæ contentę ſub ipſa qualitate tanquàm ſub genere, vnde ly multipliciter non ſumitur pro æquiuocorum ſpecificè, ſed genericè, quoniam in genere latent æquiuocationes. 2. poſt. 82. ex quo patet ꝙ hęc eſt diuiſio generis in ſpecies, & non vocis æquiuocę in ſua ſignificata, quarum ſpecierum Prima eſt habitus & diſpoſitio. 2. eſt naturalis potentia, & impotentia. 3. eſt paſsio & paſsibilis qualitas & forma & figura, & ideo inquit (igitur) non inferendo concluſionē, ſed executionem. q. d. poſtquàm dictum eſt ꝙ qualitas habet plures ſpecies, dicamus modo quæ eſt prima ſpecies, & dicit (vna) .i. prima ſpecies qualitatis, rectè dixit ſpecies denotādo ꝙ qualitas eſt genus, non enim dicitur ſpecies niſi reſpectu generis (dicuntur) .i. nominantur habitus & diſpoſitio, rectè dixit (dicuntur) & non dixit (ſunt) denotando ꝙ hic loquitur de vocibus quæ dicuntur, & non de rebus quæ ſunt, & ne mireris ſi dicit prima ſpecies, & poſtea dicit ſecundum genus, quoniam loquitur de genere ſubalterno, quod eſt ſpecies, vt inquit Porphyrius cap. de ſpecie. *Dub.* ¶ Sed Dices num vnus tantum habitus, & vna diſpoſitio continetur ſub qualitate, vel plures habitus & plures diſpoſitiones? *Sol.* ¶ Dicas ꝙ cōtinentur omnes habitus, & omnes diſpoſitiones, & omnia alia quę retinēt naturam habitus & diſpoſitionis. *Rep.* ¶ Dices iterum contra, quoniam Ar. loquitur in numero ſingulari, & expoſitio eſt in numero plurali. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ Ar. licet loquatur in numero ſingulari, tamen loquitur in genere & tamen ſunt plures in ſpecie. *Dub.* ¶ Dices quid eſt habitus & quot modis dicitur, habitus? Nota ꝙ habitus dicitur, ab habendo, & ſicut Habere ſumitur tribus modis, ſic Habitus ſumitur tribus modis, *Quotmodis dicitur habitus.* Primo modo quando dicitur ꝙ vnus amicus habet alium amicum, Secundo modo ſumitur habitus vt eſt quodam medium per modum actionis & paſsionis inter habentem & habitum, Tertio modo ſumitur habitus minus communiter, vt eſt id quo res quodammodo .i. bene vel male ſe habet in ordine ad naturam vel operationes, ſicuti dicimus bene vel male habituati ſecundum virtutes, vel vitia. Alio modo poteſt dici habitus qui opponitur priuationi, ſicut viſio opponitur cæcitati, Alio modo vt eſt corpus, & eorum quæ circa corpus ſunt adiacentia, Alio modo pro vt eſt qualitas diſpoſitiua ſui ſubiecti ad operationes, his ſic ſtantibus Ar. per ly habitus intelligit habitum tertio modo dictum; *Diſpoſitio quot modis dicatur.* Similiter Diſpoſitio ſumitur vno modo pro oppoſitione, velutì. 1. phy. 45. Alio modo pro trina dimenſione. 1. phy. 63. Alio modo pro aptitudine, quando dicit Ar. actus actiuorum fiunt in materia bene diſpoſita. 2. de anima 24. 26. Alio modo pro natura. 5. met. 21. quando dicit diſpoſitio primi principij .ſ. dei talis eſt ꝙ nulla eſt in eo imperfectio &. 7. met. 19. 1. phy 52. 53. Aū. Alio modo pro affectione, ſeu pro accidente ſeparabili, & ſic ſumitur hic. *Dub.* ¶ Sed quare Ar. dicit vna ſpecies qualitatis, & poſtea numerat duas .ſ. habitum & diſpoſitionem, ſed ſi dices ꝙ ſunt vnum & idem, ergo videtur Ar. ſuperfluus, ſi dices ꝙ differunt ſpecie, ergo non deberent poni pro vna ſpecie. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ habitus & diſpoſitio non differunt genere, vt homo & albedo, nec ſpecie vt homo & equus, ſed numero vt ſortes &

Plato,

Plato, nam habitus & diſpoſitio idem eſt ſecundum ſpeciem, ſed tantum numero differunt, nam ſicut Petrus & Franciſcus non differunt ſecundum ſpeciem, ſed ſola propriæ perſonæ qualitate diuiſi ſunt, ſic etiam habitus & diſpoſitio differunt, ſed poſſumus dicere ꝙ nec hoc modo differunt, ſed veluti Franciſcus cum eſſet puer poſtquàm factus eſt vir à ſe ipſo differt tempore, ſic etiam habitus & diſpoſitio, nam habitus eſt ſtabilis & firma diſpoſitio, ſed diſpoſitio eſt habitus infirmus, quæ diſpoſitio quanto magis firmatur tanto magis fit habitus. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas ꝙ vna & eadem qualitas differt à ſe ipſa tempore, quoniam in principio quando eſt in fieri dicitur diſpoſitio, quando vero eſt in fine & in facto eſſe dicitur habitus. *Sol.* ¶ Dices quare nominauit primo habitum, & poſtea diſpoſitionem? ¶ Dicas ex Ariſt. 2. de anima 49. quoniam à nobiliori debet fieri denominatio, & quoniam habitus eſt nobilior diſpoſitione, quoniam habitus dicit formam diſpoſitio materiam, quæ forma nobilior materia. 2. phy. 12. ideo primo habitum vltimo diſpoſitionem nominauit ſic eſt medici tractant de ſanitate quæ eſt habitus. & poſtea de infirmitate quæ dicitur diſpoſitio.

Differt autem habitus à diſpoſitione, eo quod per manentior, & diuturnior eſt. Tales vero ſunt ſcientiæ & virtutes.

Aſſignata Prima ſpecie qualitatis dicens ꝙ eſt habitus & diſpoſitio, nunc ponit differentiam inter habitum & diſpoſitionem, cauſa intentionis eſt ne crederet aliquis ꝙ habitus & diſpoſitio ſunt idem, & nõ differunt. Diuiditur iſte textus in tres partes in prima facit quod dictũ eſt, in ſecunda ibi (eo quod) dat cauſam propter quam habitus differt à diſpoſitione, in tertia ibi (tales vero) more ſuo declarat qui ſunt habitus & ideo inquit (autem) pro ſed habitus qui eſt vna ſpecies qualitatis differt à diſpoſitione, de quibus ipſa qualitas tanquàm genus prædicatur, vt de ſuis ſpeciebus, dicendo habitus eſt qualitas, & diſpoſitio eſt qualitas, aſſignat differentiam & cauſam differentiæ & dicit (eo ꝙ) pro quoniam habitus eſt permanentior & diuturnior ipſa diſpoſitione, quoniam habitus eſt qualitas de difficili mobilis, & ſic differunt ſecundum perfectum & imperfectum, .ſ. ſecundum magis & minus vt cum dicimus incipit albefieri, illa dealbatio dicitur minus cum verò illa dealbato eſt facta, tunc dicitur magis ſic diſpoſitio dum incipit & fit, dicitur minus dum eſt facta, ſuſcipit magis, quod perfectum & imperfectum non variant ſpeciem, vt maſculus & femina non variant ſpeciem, teſte Ar. 10. met. 25. vnde eadem qualitas .ſ. virtus, vel ſcientia dum eſt in fieri, & in eſſe imperfecto, dicitur diſpoſitio, dum verò habet eſſe perfectum, permanens, & radicatum in ſubiecto, dicitur habitus ex quo omnis habitus poteſt dici diſpoſitio, & non eſt contra & (tales) .ſ. habitus & diſpoſitiones ſunt ſcientiæ, & virtutes perfectè acquiſitæ radicatæ & permanentes vt Geometria, Perſpectiua, Muſica, Arithmetica, ſiue fuerint corporales vt calor, frigus, ægritudo, & ſanitas, ſiue fuerint ſpirituales, vt actus intellectus, ſapientia, & morales, vt iuſtitia, & caſtitas, & ſic habes ꝙ habitus nil aliud eſt niſi ſcientia quę eſt fortiter, vel virtus vel vitium radicata in anima, quæ maxima cum difficultate remoueri poteſt, vt aliquis Aleator à natiuitate vſque ad ſenectutem aſſuetus eſt ſemper ludere, ille ludus adeò eſt radicatus & infixus in anima illius & maxime quando vincit quòd vix remoueri poteſt, & ſic dicitur habitus, vel quando aliquis à pueritia aſſuetus eſt operari bonum .ſ. iuſte agere, beneagere, adeò illud bonũ radicatum eſt quod vix remoueri poteſt. 7. phy. 19. virtus & vitium ſunt duo habitus qui acquiruntur conſuetudine paſsionum laudabilium aut illaudabilium diſpoſitio eſt de facili mobilis & tranſmutabilis à ſubiecto quæ modo eſt & modo non eſt vt calor, frigus, ſanitas, & ægritudo, modo eſt, & modo non eſt, homo enim cito afficitur & cito permutatur circa eas. *Dub.* ¶ Sed Dices ꝙ ægritudo & ſanitas dicuntur habitus quoniam aliquis diu infirmus viuit, quæ infirmitas dicitur habitus quia eſt radicata & permanet in illo ſubiecto. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ verum eſt ꝙ ægritudo per temporis longitudinem fieri poteſt habitus veluti eſt pthyſis, podagra hydropiſis, paralyſis, ex quibus patet ꝙ habitus & diſpoſitio conueniunt in forma, nam eadem qualitas poteſt dici diſpoſitio & habitus, inquantum actuat & qualificat ſubiectum diſponens ipſum ad operandũ, ſed differunt in modo diſponendi, quoniam ſi illa qualitas non eſt perfectè acquiſita nec fortiter firmata in ſubiecto tunc dicitur diſpoſitio, vt virtus, ars, & ſcientia, quando incipiunt de nouo acquiri, vt patet in diſcipulo in quo diſponitur ſubiectum imperfectè per ipſam, quando verò illa ſcientia, virtus, vel ars perfectè eſt acquiſita veluti ars ſutoria, ædificatoria, vel textoria in artifice bene exercitato & conſueto, tunc illa qualitas quæ dicebatur diſpoſitio, vocatur habitus, & tranſit in naturam habitus ideo inquit Ar. 6. Ethicorum cap. 4. ars eſt habitus quidam cum ratione factiuus, & ſic intelligitur quod habitus eſt permanentior & diuturnior ideſt

longo

longo tempore permanet in ſubiecto diſpoſitio vero breui tempore & ſubito tranſit,& ſic dicitur, ꝙ habitus eſt firma ſtabilis permanens, diutiſsima, perfecta, & conſummata diſpoſitio: affectio vero ſeu diſpoſitio eſt infirmus & non ſtabilis non permanens & facile mobilis ſeu initiatiuus habitus.

Dub. ¶ Dices ꝙ habiens non differt à diſpoſitione, quoniam id quod habet contrarium de facili remouetur, ſed habitus habet contrarium ergo habitus de facili remouetur, minor probatur. 12. met. 14. forma eſt habitus, cui cõtraria eſt priuatio. phy. 8. ergo habitus habet contrariũ.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ Ar. hic non accipit habitum pro forma naturali, quæ habet contrariũ, ſed pro illa conſueta exercitatione acquiſita & radicata ex frequentatis actibus, & pro illa conſuetudine facta in rebus bonis vel malis. 1. phy. 60. Au, Cum homo fuerit aſſuetus ad aliquas actiones licet noceant illi erunt faciles illi & credit ꝙ ſunt vtiles, ſimiliter cũ fuerit aſſuetus credere ſermones falſos à pueritia, erit illa conſuetudo cauſa ad negandũ verum manifeſtum, ſicut quidam cum per longum vſum vſi ſunt comedere venenum in tantũ ꝙ illud erit eis cibus quæ mala conſuetudo de difficili remoueri poteſt hoc modo .ſ. per habere conſuetudinẽ audiendi cõtraria ſua, veluti ſcelera acquiſita per malã conſuetudinẽ illi poterimus obuiare per conſuetudinẽ habituum bonorum oppoſitorum illis, ſimiliter credere res falſas per malam conſuetudinem, deſtruitur per habere conſuetudinem rerum verarum, quod confirmat Ar. 1. phy. 81. 8. phy. 64. 1. cæli 18. vbi inquit contraria ſunt ad inuicem deſtructiua.

Scientia enim videtur eſſe permanentium, & diuturnorum. ſi quis vel mediocriter ſumat ſcientiam, niſi grandis permutatio facta ſit, vel ab egritudine, vel ab aliquo huiuſmodi.

Cum Ar. aſsignaſſet quid eſt habitus, & in quo differt à diſpoſitione, nũc more ſuo exẽplo & inductione manifeſtat talẽ habitus explicationem eſſe bene aſsignatã, cauſa intentionis eſt vt apud omnes ſit manifeſtum quid eſt habitens. Diuiditur iſte cextus in duas partes, in prima manifeſtat eſſe verum quod dixit in virtutibus quæ ſequuntur & perficiunt intellectũ, vt eſt ſcientia, ſapientia, & opinio, in ſecunda ibi (ſimiliter) manifeſtat habitus definitionem eſſe veram in virtutibus moralibus quæ perficiunt appetitum, vt fortitudo, temperantia, iuſtitia & prudẽtia quo ad primum probatur ꝙ habitus eſt qualitas de difficili mobilis hoc modo (enim) pro quia aſſignat cauſam ſcientia quæ eſt habitus (videtur eſſe) ideſt certe eſt (permanentium) ideſt perpetuorum. 1. poſt. 62. & eorum quæ ſemper manent in intellectu, vt ſunt vniuerſalia 6. ethicorum cap. 4. 7. met. 53. 57. 11. met. 4. (ſi quis vel mediocriter ſumat ſcientiam) nunc exemplo declarat quod dixit, & dicit, ſi aliquis vel mediocriter ideſt per debita media ſumat ſcientiam quæ non acquiritur niſi per media .ſ. per cauſam. 1. poſt. 7. 11. 2. poſt. 48. 1. phy. 1. 2. phy. 27. 38. 2. met. 4. 8. met. 12. (niſi) nunc reſpondet tacitæ obiectioni dicet quis ꝙ multoties nos experimur ꝙ aliquis valde peritus & practicus acquiſiuit ſcientiam diu ex frequẽtatis actibus, vel aliquam artem ſonandi, vel ſaltandi, & deinde oblitus eſt, ergo ſcientia non eſt habitus, nec ars, Reſpondet Ariſt. & dicit, Sed Nota ꝙ ſcientia vel ars inquantum eſt ſcientia, vel ars, eſt habitus, tali modo radicatus in anima, qui nullo modo remoueri poteſt per ſe, ſed per aliquod impedimentum, & per accidens, vt ſi aliquis ægrotat per illam ægritudinẽ, vel ſi aliquis eſt ebrius per illam ebrietatem, ſcientia remoueri poteſt ſed non per quodlibet impedimentum, & accidens vt per febrem ephimeram, vel per minimam ęgritudinem, vel per minimum tempus, per tres vel quatuor dies, ſed per grandem & malignam ægritudinem, vt eſt febris ethica, peſtilentialis, quæ per longum tempus affligit ægrotum, quod longum tempus eſt cauſa ignorantiæ. 4. phy. 129. vel propter aliquam alterationem remouentem vſum rationis ſcilicet diſcurſum veluti eſt dementia, mentis alienatio, apoplexia, æpilepſia, obeſio cerebri frequens & continua, æbrietas, ſonnus ſuperfluus, longa temporis interpoſitio, ex longa ægritudine vel ex aliqua lite, vel ex ſenectute quæ eſt cauſa obliuionis, omnia quæ innuit Ar. quando dicit (niſi grandis permutatio ſacta ſit) q. d. ꝙ ſcientia vel ars quæ dicitur habitus nullo modo remoueri poteſt (niſi) ideſt ſi non eſt facta grandis & fortis permutatio, vel ab ægritudine, vel ab aliquo huiuſmodi ideſt vel ab aliqua alia magna forti, & peſsima cauſa potente remouere talem ſcientiam & artem ab intellectu: vnde rectè inquit Ar. 2. de anima vltimo dum inquit, obruitur aliquando intellectus paſsione, aut ægritudine, aut ſomno, & vt inquit Hyppocrates in ſecunda particula aphoriſmorum. 6. mens ægrotat.

¶ Sed Dices quomodo ebrietas & ægritudo poſſunt remouere ſcientiam ab intellectu?

¶ Reſpondet Ar. ſt. 2. de anima vltimo, & dicit, quòd obruitur aliquando intellectus paſsione, aut ægritudine aut ſonno. ¶ Dices quomodo multum tempus eſt cauſa obliuionis & ignorantiæ, ſi tempus eſt cauſa ſcien-

ſcientiæ & cognitionis vt inquit Themiſtius. 4. phy. 43. vbi inquit tempus eſſe, & longam artē aptiſsimam ad indaginem veritatis ¶ Dicitur ꝙ ſermo Ariſt. eſt comparatiuus, *Sol.* nam verum eſt ꝙ tēpus eſt cauſa obliuionis & ſcientiæ, tamen magis eſt cauſa obliuionis quàm ſciētiæ. ¶ Dices quid intelligit Ar. per *Dub.* ly (ſcientia) Nota ꝙ hic Ar. loquitur formaliter de ſcientia inquantum eſt ſcientia, nam aliquis nō dicitur ſciens ſimpliciter propter duos, vel propter tres actus: quoniam tunc dicitur diſpoſitus ad ſcientiam, ſed ille dicitur ſciens qui habet habitum ad operandum, nam ex pluribus frequentatis actibus fit habitus, quoniam continuo cytharizando fit cytharedus. 9. met. 14. & continuo fabricando fabricator euadit, vnde ſequitur quod ſcientia eſt permanentium .i. eſt permanes, ſtabilis, firma, ſtabilitas, & fortiter radicata, quæ remoueri non poteſt niſi per accidens, verbi gratia ſit aliqua turris marmorea eſt fortis & firma, & inexpugnabilis, reſiſtens aquis, ventis, & omnibus obſtaculis, tamen oſte circumſtante contra turrim percutit cum bombardis .i. bellicis tormentis longo tempore, noctu, diuque vnde turris licet ſit fortis, tamen propter tot & tantas bombardas fit expugnabilis, tamen maxima cum difficultate & labore, ſic ſcientia exiſtens in intellectu eſt firma, permanens, quæ remouetur maxima cum difficultate, & forti impedimento, ex grandi impetu, ſic intellectus obruitur, velatur & ſincopizat, & ſic obliuiſcitur, & ſcientia remouetur. ¶ Dices quare ſcientia numeratur inter res *Dub.* permanentes? ¶ Dicas duplici de cauſa, *Sol.* primo enim ratione animæ intellectiuæ, in qua ponitur ſcientia vt patet in Antepraedicamentis cap. 2. patet etiam ratione rei ſcitæ, quoniam res quæ ſciuntur ſunt perpetuæ, æternæ, neceſſariæ, & permanentes. 1. poſt. 62. 6. Ethicorum cap. 4. 7. met. 53. ¶ Am-*Dub.* plius dices ꝙ ſcientia non eſt qualitas, nam id quod ponitur in vno prædicamento, non ponitur in alio prædicamēto, ſed ſcientia eſt in pñto relationis, ergo non eſt in prædicamento qualitatis. ¶ Dicitur ꝙ ſcientia eſt in *Sol.* prædicamento relationis ſimul, attamen eſt in prædicamento qualitatis ſecundum eſſe.

Similiter autē & virtus, vt iuſtitia, & caſtitas, & ſingula taliū nō videntur facile moueri, neq; facile permutari.

Cum manifeſtauit per inductionem ꝙ definitio habitus eſt vera in virtutibus intellectualibus quæ perficiunt intellectum, nunc complet inductionem & dicit (ſimiliter) .i. ſicut ſcientia ars & ſapientia quæ ſunt virtutes intellectus ſunt habitus de difficili mobiles, ſimili modo & ratione, & virtus, vt eſt iuſtitia, & caſtitas, & non ſolum iuſtitia & caſtitas & ſingula talium .i. & omnes aliæ virtutes .ſ. morales non videntur facile mobiles, ſed difficile mobiles .i. non cum facilitate ſed maxima & grandi difficultate quæ accedit *Sol.* ad impoſsibilitatem .ſ. moueri atq; permutari, omnes .n. virtutes ſunt qualitates quę ſunt de difficili mobiles, non .n. iuſtitia de facili remouetur à voluntate neq; caſtitas quę eſt tēperantia à ventre remouetur à concupiſcibili, neq; de facili remouetur fortitudo quæ eſt virtus moralis ab iraſcibili, neq; vlla harum 108 virtutū poteſt permutari in oppoſitum .ſ. in vitium niſi maxima cū difficultate, videlicet cū magna conſuetudine & longo vſu cum prauis ac ſceleſtis hominibus aut verbo, aut facto qm̄ colloquia mala corrumpunt bonos mores & vt inquit Au. 2. phy. 80. conſuetudo eſt maxima cauſa impediēs à pluribus rebus manifeſtis per ſe malis aut bonis veluti homo cū fuerit aſſuetus ad aliquas actiones licet noceant illi erūt tamen illi faciles, & propter conſuetudinē credit quis ꝙ ſunt vtiles: ſimiliter quando fuerit aſſuetus credere ſermones falſos à pueritia, erit illa conſuetudo cauſa ad negandum verum manifeſtum per ſe ſicut quidam cū vſi ſunt comedere venenū longo poſt vſu erit eis cibus, & iſta mala cōſuetudo auferri poteſt per habere aliam contrariam conſuetudinem audiēdi ſua contraria, quemadmodum malitiæ acquiſitæ per malam conſuetudinem illis obuiam imus per conſuetudinē habituum bonorum illis oppoſitorū, ſimiliter credere res falſas quis poteſt per malam cōſuetudinem rerum verarum, & iſta cōſuetudo eſt impediens multos intellectus perfectos ad veritatē recipiendam quę conſuetudo habet maximā vim teſte Au. in 3. phy. in prologo dū inquit conſuetudo quantā vim habet leges oſtendunt quia conſuetudo eſt altera natura. 1. phy. 71. 2. met. 14 3. phy. in prologo, & in libro de memoria & reminiſcentia cap. 1. & ideo conſuetudo eſt cauſa maxime impediens à rebus manifeſtis .i. vt res manifeſtæ non intelligant 12. met. 50. & ideo inquit Au. 2. met 14. ꝙ conſuetudo .ſ. in rebus falſis eſt fortiſsimorū impedimentum ad percipiendā veritatem & ideo cōſuetudo mala cū ſit res quodammodo firmata paulatim eſt dimittēda ne propter ſubitā factā mutationē natura deterreatur 6. colliget cap. 14. & 7. colliget cap. 1. immo 6. colliget cap. 2. inquit Auer. ꝙ conſuetudine dictum eſt à quibuſdam aliquos paulatim aſſuetos ſumere venenum cōuerſum fuit eis in cibum & pertranſiuit in habitum ſine nocumento. ¶ Dices quare Ar. inter virtutes morales primo nominauit iuſtitiam. ¶ Reſpondet Ariſt. 4.

ethicho-

ethicorum cap.3. & dicit ꝙ iuſtitia eſt excellentiſsima omnium virtutum. ¶ Iterum Dices quomodo caſtitas eſt de difficili mobilis? ¶Dicas ꝙ hoc eſt maxime manifeſtum in religioſis qui à pueritia aſſueti ſunt ſobrie, & caſte vitam ducere.& ſobrijs & caſtis actibus continuo dare operam longo poſtea vſu ſine moleſtia id ferũt,& ſine dubio acquiritur caſtitatis & ſobrietatis habitus, qui difficulter mobilis eſt à ſubiecto illa.n.aſſueta conſuetudo & promptitudo, ex longa aſſuefactione & per continuam & frequentem operationem actuum fit habitus ex multis .n. & frequentatis actibus fit habitus,ſed tamen iſta caſtitas acquiſita poteſt remoueri propter aliquam ſcortorum ſiue laſciuorũ mulierum tentationem,tanta.n.eſſe poterit mulierũ tentatio vt caſtitas illa remoueri poſſit. Dub. ¶Dices ꝙ iuſtitia eſt in prædicamento relationis ergo non eſt in prædicamẽto qualitatis. Sol. ¶Dicitꝙ iuſtitia ſi ſumitꝫ vt eſt virtus,ſic eſt in prędicamento qualitatis, ſed ſi ſumitur vt iuſtitia eſt ſic ponitur in prædicamento relationis.

Diſpoſitiones vero quæ ſunt facile mobilia & cito per mutabilia vt calor & infrigidatio & ægritudo & ſanitas & quæcumq; alia huiuſmodi afficitur.n.quodam modo ſecundum eas homo, cito autem permutatur & ex calido frigidus fit & ex ſanitate in ægritudinem tranſit ſimiliter autem & in alijs.

Cum notificaſſet ꝙ prima ſpecis qualitatis eſt habitus & diſpoſitio,nunc definit diſpoſitionem & dicit,ꝙ diſpoſitio eſt qualitatis de facili mobilis & non numeratur inter illa quę diu permanent in ſuis ſubiectis ſed inter illa quę cito ſeparanꝫ à ſuis ſubiectis;cauſa intentionis eſt vt appareat differentia inter habitũ & diſpoſitionem, Diuiditur iſte textus in tres partes in prima explicat diſpoſitionem, in ſecunda ibi (vt) exẽplo manifeſtat ipſam in qualitatibus corporalibus ſenſibilibus, in tertia ibi (ægritudo) iterũ manifeſtat definitionẽ diſpoſitionis in qualitatibus corporalibus,in ſenſibilibus,& ideo dicit diſpoſitiones vero dicunꝫ) dixit in plurali denotando non vnũ ſed plures eſſe diſpoſitiones, vt ſunt illæ quæ ſunt ſenſibiles, vt calor & frigus, & illæ quæ ſunt in ſenſibiles vt ægritudo & ſanitas (dicunꝫ) non dixit (ſunt) denotãdo ꝙ non definit diſpoſitiones definitione quid rei, ſed quid nominis, nomina .n. dicuntur, res verò ſunt,dicunꝫ .i. nominantur illa quæ ſunt (facile) .i.ſine difficultate,ſine longo tẽpore, ſed cito & breui (mobilia) .i. ſeparabilia .i. quæ cito ſeparanꝫ à ſubiectis, & permutabilia .i. cito permutanꝫ in ſua oppoſita quæ cito permutabilia ſunt,vt (calor) qui eſt vna diſpoſitio ſenſibilis corporalis,quæ ſentiuntur ſenſu tactus.2.de gen.8.ſunt diſpoſitiones quæ cito mouenꝫ, ſeparantur, & permutantur in ſuum oppoſitum vt calor mutaꝫ in frigus, & frigus in calidum,& hoc eſt verum nõ ſolum in ſenſibilibus ſed etiam in ſenſibilibus quæ nullo ſenſu percipiuntur,veluti ſunt ęgritudo & ſanitas, quæ etiam ſunt diſpoſitiones corporales tamen ſunt in ſenſibiles quæ cito mutantur & permutantur in ſua oppoſita, vt ægritudo in ſanitatem,& ſanitas in ægritudinem, videmus enim ꝙ ſortes hodie eſt correptus febre ephimera, cum capitis dolore,cras vero tranſit in ſanitatem (& quęcumq; alia huiuſmodi) q. d. Ar. non ſolum calor & frigus ſunt facile mobilia ſed quæcumque huiuſmodi .i. ſiccum humidum,videmus enim lignum quod eſt humidum cito permutari in ſiccum, & non ſolum hoc eſt verum in qualitatibus actiuis vt ſunt calor & frigus, & in paſsiuis, vt ſunt humidum & ſiccum. 2. de gen.8.9.10. ſed etiam in ijs quæcumque ſunt huiuſmodi. ſcilicet quæcumq; cito permutantur & de facili diſſoluuntur hæc omnia diſpoſitiones appellantur. ¶ Dices ꝙ calidum non mutatur in frigidum,neq; frigidum in calidum. 1.phy. 51. Dub. ¶Dicas ꝙ quando vnum contrarium mutatur in reliquum intelligitur cum tranſmutatione ſubiecti, non autem ſine tranſmutatione ſubiecti, vt patet in cap. de ſubſtantia Sol. (afficitur enim quodam modo ſecundum eas homo) ecce textus verba ſolutioni conſona, homo enim .i. ſortes afficitur ſecundum eas .i. his qualitatibus (quodam modo) .i. ſecundum quid ſeparabilibus & ab eo cito permutabilibus cito enim permutantur, vt homo cito permutatur ex ſanitate in ægritudinem tranſit, vel aliquis ab aliquo parui penditur, ex illa parui penſione prouenit ira & odium, & ſic ille afficitur ira & odio,& poſtea cito de ira & odio tranſit in amicitiam. ¶ Dices Dub. contra, nam calor & frigus ſunt potius qualitates & habitus quàm diſpoſitiones, nam illa dicitur qualitas quæ eſt connata ſubiecto, & numquàm à ſubiecto ſeparabilis,ſed calor & frigus ſunt connata & inſeparabilia ab elementis, ignis enim ſemper eſt calidus & nũquàm frigidus, aqua ſemper frigida & numquàm calida .i. exſe aer ſemper humidus & numquàm ſiccus terra ſemper ſicca, & numquàm humida ergo calor frigus humidum & ſiccũ non dicunꝫ diſpoſitiones, ſed veræ qualitates. ¶ Dicas ꝙ ſunt qualitates inſeparabi- Sol. les ab illis ſubiectis quibus naturaliter inſunt & cum quibus ſunt innatæ vt recte in capit.

de oppoſitis inquit Ar. ſed dicuntur diſpoſitiones reſpectu illorum ſubiectorum quibus non naturaliter inſunt, vt ſunt omnia illa quę
Alia ſol. conſtant ex elementis. ¶ Vel dicuntur qualitates reſpectu illorum ſubiectorum quæ nō ſunt apta nata recipere duo contraria, veluti eſt ignis, ſed reſpectu illorum ſubiectorum quæ ſunt apta nata ſuſcipere duo contraria, vt eſt corpus animalis dicuntur diſpoſitio-
Dub. nes. ¶ Amplius id quod eſt in vna ſpecie qualitatis non eſt in alia ſpecie qualitatis, ſed calor & frigus ſunt in tertia ſpecie qualitatis
Sol. ergo non ſunt in prima. ¶ Dicas ꝙ hoc non dixit Ar. per ſe, & de intento ſed ſecundum ſimilitudinem, nam ſicut calor & frigus recipiuntur faciliter in ſubiecto, & difficulter, ita habitus & diſpoſitio, non enim calor & frigus ſunt per ſe habitus & diſpoſitio, ſed receptio eorum in ſubiecto aliquando enim eſt per modum habitus, & aliquando per modum diſpoſitionis, exempla enim dantur non vt ita ſint, ſed vt faciliter adiſcentes adiſcant, exemplorum .n. non eſt verificatio, ſed manifeſtatio. 2. de anima 67. Au.

Niſi aliqua earumdem contingit per temporis longitudinem congenita, & immobilis, vel omnino difficile mobilis exiſtens, quam iam quiſpiam vt habitum vocet.

Cum declarauit habitum & diſpoſitionem, nunc ſoluit quamdam obiectionem, quæ eſt talis, nam dictum eſt ꝙ calor & frigus dicuntur diſpoſitiones, poſſunt ne dici habitus? Reſpondet Ar. & dicit (niſi fortè aliqua earumdem) .i. ſi aliqua iſtarum diſpoſitionum vt calor & frigus per longum tempus fuerit radicata & ſtabilita in ſubiecto, & adeò firmata, quam aliquis de facili habitum vocare poterit, veluti contingit de calore in febre eticha, & de frigiditate in paralitico, iſtæ .n. qualitates primo erant diſpoſitiones, quoniam erant de facili mobiles, propter defectum cauſæ ſtabilientis & confirmantis eas in ſubiecto, nunc autem quilibet poteſt vocare eas habitus, quoniam factæ ſunt de difficili mobiles propter aliquam cauſam ſtabilientem & radicantem eas in ſubiecto, quæ cauſa non ſolum eſt temporis longitudo, ſed alia quæ eſt cum ſubiecto coniuncta, quæ non nominatur, quia eſt abſcondita, & propter hoc dicimus longitudinem temporis eſſe cauſam permanentiæ & immobilitatis harum qualitatum, ex quo inquit Ar. 4. phy. 128. ꝙ tempus eſt cauſa obliuionis, putrefactionis, ſenectutis, & mortis, ex quibus collige tu initiatus ſiue nouella in logica ꝙ quādo aliquis incipit ægrotare ſi illa ægritudo durat breui tempore, per tres vel octo dies, vel per menſem, tunc dicitur diſpoſitio, ſi per annū vnum vel duos, vel per plures non amplius vocatur diſpoſitio, ſed vocitur habitus ſtabilitus firmatus, de difficili mobilis, vnde dicimus ꝙ diſpotio eſt habitus, non in actu, ſed potentia, ſeu poſſibilitate, quoniam poſſibile eſt fieri habitum per temporis longitudinem quæ eſt cauſa per accidens vt diſpoſitio fiat habitus. Tota igitur ſentētia eſt talis, ſi aliqua dictarum qualitatum vt ægritudo & ſanitas, calor & frigus non fuerint habituata & per temporis longitudinem non fuerit inueterata, vocatur diſpoſitio, ſed ſi fuerit congenita per temporis longitudinem & omnino difficile mobilis iam aliquis illam habitum vocare poterit.

Manifeſtum eſt autem, ꝙ hęc volunt habitus dicere, quæ ſunt diuturniora, & difficilius mobilia. namque diſciplinas non multum retinentes, ſed facile mobiles exiſtentes, non dicunt habitum habere, & tamen diſpoſiti ſunt aliquo modo ſecundum ſcientiam peius, meliuſue, quare differt habitus à diſpoſitione, quod hæc quidem facile mobilis ſit: illa verò diuturnior & difficilius mobilis.

Aſsignatis definitionibus de habitu & diſpoſitione, & quoniam aliquis poſſet negare illas, ideo in hoc textu probat illas non per demonſtrationem, neq; per ſyllogiſmum ſed ex communi hominum conſenſu, cauſa intentionis eſt, vt nullus audeat negare illas. Diuiditur iſte textus in tres partes in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda ibi (namque) exemplo declarat quod dictum eſt, in tertia ibi (quare) infert concluſionem ex dictis, ideo inquit ꝙ manifeſtum eſt ꝙ omnes idest homines tàm docti quàm indocti, ſcientes & ignorantes periti & imperiti, practici & ſpeculatiui, volunt dicere .i. nominare (hæc) ſcilicet quæ ſunt diuturniora .i. quæ diu longo tempore manent in ſubiecto, & .i. quæ difficilius .i. maxima cum difficultate & cum labore ſunt mobilia & ſeparabilia à ſuis ſubiectis habitus dicuntur ea vero eſſe diſpoſitiones quæ parum durant, aut de facili ſine difficultate & breui tempore ſunt mobilia, & à ſuis ſubiectis ſeparabilia, exemplum eſt clarum in ſcientijs, nam illi qui adiſcunt & bene re-

ne retinent nec de facili ſunt mobiles in ingnorantiam aut in obliuionem propter excellentiam ingenij & memoriæ bonitatẽ dicuntur habere habitum, & habituati in ſcientijs, ſed illi qui non bene retinent propter memoriæ defectum, & diſcurſus de facili in ignorantiam aut in obliuionem labũtur, non dicuntur habituati, neque habere habitum, ſed ſolum diſpoſitionem melius vel peius de facili mobiles à ſubiecto, aut parmutabiles in contrarium, patet igitur ꝙ dupliciter aliqua qualitas eſt de difficili mobilis, aut propter defectum ſui vt quando eſt debilis & diminuta, ſicut eſt humiditas terræ ſecundum eſt propter defectum conſeruantis quando eſt fortis & perfecta, tamen dependet à cauſa extrinſeca, veluti eſt caliditas aquæ bullientis quæ faciliter ab aqua tollitur & in frigiditatem permutatur, remoto igne, vtroque iſtorum modorum eſt diſpoſitio de facili mobilis, primo propter defectũ ſui quia eſt qualitas imperfecta & diminuta, ſecundum propter defectum conſeruantis, vt ſi deficit memoratio fantaſtica, aut actuum frequentatio, prius enim actus diſponens ad virtutem cauſat vnam qualitatem in potentia valde remiſſa, propter cuius remiſſionẽ eſt de facili mobilis, & propter frequẽtationem actuum iſta

Dub. qualitas fit habitus. ¶ Dices quare Ar. probat habitus & diſpoſitionis definitionem teſtimonio topico, & non per demõſtrationem

Sol. & ſyllogiſmum categoricum. ¶ Dicas quoniam iſta quæ ſunt per ſe nota non indigent demonſtratione, nec ſyllogiſmo cathegorico probante naturaliter ignotum. 1. phy. 3. & 6. clarius 1. priorum cap. 26. in epit. log. cap. de ſyllogiſmo. 1. poſt. 10. 14. ſed habitum eſſe de difficili mobilem, & diſpoſitionem eſſe de facili mobilem, eſt per ſe manifeſtum, ideo Ar. notificauit ſyllogiſmo topico non habente vim probandi, ſed tantum manifeſtandi, patet igitur ꝙ qui ſemel ſaltat vel pugillat ſaltator & pugillator dici non poteſt nec habere habitum, ſed ſolum diſpoſitus dicitur, vnde qui incipit tunc, diſponitur, quando verò perficit & eſt in fine, tunc dicitur, habere habitum, vt Sortes vult acquirere ſcientiam ſonandi cytharam .ſ. facere continuam & exactam conſonantiam chordarum tamen dum incipit ſonare nõ bene ſonat, ſed multotiens errat, modo tangendo vnam cordam alteri non concordantem vel vnam pro alia, dum enim incipit dicitur eſſe diſpoſitus, ſed poſtea cum per longum tempus cytharizauerit & acquiſiuerit perfectam ſonandi artem & bene ſonat tunc dicitur, eſſe habituatus .i. habere habitum cytharizando, fit cytharedus inquit Ariſt. hinc patet ꝙ quando aliquis de facili & ſine difficultate, & tutò aliquid agit, tunc ſignum eſt ꝙ ille aſſuetudinem acquiſiuit & habituatus eſt in illo, ſed quando eſt diſpoſitus, tunc cum difficultate, cum dubio, cum timore, non rectè agit illud quod agere vellet.

Sunt autem habitus & diſpoſitiones: non neceſſe eſt habitus eſſe. qui enim retinent habitum, & quodammodo diſpoſiti ſunt ſecundum ipſos: qui autem diſpoſiti ſunt, non omnino retinent habitum,

Aſsignata vna differentia inter habitum & diſpoſitionem nunc declarat aliam, cauſa intentionis eſt, ne quis credat inter habitum & diſpoſitionem vnam & non plures reperiri differentias, Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima ponit ſecundam differẽtiam inter habitum & diſpoſitionem, in ſecunda ibi (qui retinent) exemplo manifeſtat ſecundam differentiã inter habitum & diſpoſitionem, & primo dicit Ar. verum Nota ꝙ prius prædicatur de poſteriori vt genus de ſpecie & quoniam diſpoſitio eſt natura prior habitu, & habitus eſt poſterior ipſa diſpoſitione, quæ diſpoſitio prædicatur de habitu ideo dicit (ſunt autem habitus & diſpoſitiones) autem pro ſed habitus ſunt diſpoſitiones, ſed non neceſſe eſt diſpoſitiones eſſe habitus, q. d. habitus neceſſario eſt diſpoſitio, ſicut homo neceſſario eſt animal, tamen non neceſſario diſpoſitiones ſunt habitus, genus enim neceſſario prædicatur de ſpecie, ſed ſpecies non neceſſario prædicatur de genere. 1. poſt. 41. 44. in cap. de ſubſtantia. 2. poſt. 94. qui enim eſt habituatus in aliqua facultate dicitur diſpoſitus in illa facultate. v. g. Viuolus habitum habuit in legendo ſingulis diebus in publico ſtudio Neapolitano publicè lectionem vnam, ſeorſum vero .ſ. Domi octo vel nouem lectiones alias, vnde ſine vllo labore moleſtia aut dicitur feciſſe habitum in illis & dicitur etiam diſpoſitus: Sed qui nunc incipit. v. g. legere, is maximo cum labore id aget & diſpoſitus tantum dicitur, non autem habituatus, vnde valet dicere habitus eſt diſpoſitio, ſed non valet dicere diſpoſitio eſt habitus, & habituatus eſt diſpoſitus, ſed non qui eſt diſpoſitus eſt habituatus quoniam qui habet habitum habet etiam diſpoſitionem, ſed non è contra vnde ſicut genus prędicat de ſpecie, & differt à ſpecie, ſic diſpoſitio prædicatur de habitu, & differt ab habitu.

Aliud vero genus qualitatis eſt, ſecundum ꝙ pugillatores vel curſores

res, vel ſalubres, vel inſalubres dicimus: & ſimpliciter quęcumque ſecundum potentiam naturalem vel impotentiam dicuntur.

Declarata prima ſpecie qualitatis quę eſt habitus & diſpoſitio, nunc declarat ſecundam ſpeciem, cauſa intentionis eſt, vt oſtendat id quod dixit eſſe verũ, Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima numerat ſecundam ſpeciem qualitatis, in ſecunda ibi (non enim) reſpondet cuidam tacitæ obiectioni, ideo inquit (vero) pro poſtquàm numerata & expoſita eſt prima ſpecies qualitatis nunc dicendum eſt quæ eſt ſecũda ſpecies, & dicit (aliud genus) .i. ſubalternum .i. alia diuerſa ſpecies à prima & recte dixit (aliud) & non dixit alterum quoniam ly (aliud) dicit differentiam eſſentialem, & ly alterum dicit differentiam accidentalem, teſte Porphyrio in cap. de differentia, & quoniam ſecunda ſpecies qualitatis eſſentialiter differt à prima & non accidentaliter, ideo dixit (aliud) & non dixit alterum genus. Hinc eſt Notandum quantam vtilitatem afferat ad Prædicamenta Ariſtotelis Prædicabilium cognitio ſecunda igitur ſpecies qualitatis dicitur naturalis potẽtia, & naturalis impotentia, quæ naturalis potentia differt à naturali impotentia, quoniã eſt qualitas naturalis faciens ſubiectũ aptum natum faciliter agere vel reſiſtere aut recipere ſed naturalis impotentia eſt qualitas etiam innata ſed faciens ſubiectum aptũ natum ad non facile agere vel reſiſtere aut recipere recte igitur dixit Ar. naturalis, quoniam firmata eſt in principijs naturalibus, hæc .n. qualitas non eſt aduentitia, extrinſecus aut forinſecus educta & adueniens, & non eſt acquiſita per aliquod exercitium, ſed eſt in dita & innata, data à natura, & congenita cum illo qui talem habet potentiam. v. g. aliquis eſt fortis & ſtrenuus ex ſe tunc illa fortitudo illa ſtrenuitas non eſt artificialis aut acquiſita, ſed eſt naturalis & congenita cum illo qui talem fortitudinem habet ſed eſt ſciendum ꝙ potẽtia non vno modo ſed pluribus modis ſumitur, & Primo modò pro potentia Dei, 12. met. 51. in libro deſt. deſt. diſp. 10. in ſol. primi dubij, Deus eſt ſciens, potens, excellens, Alio modo quę eſt intellectus vt in libro deſt. deſt. in diſp. 6. in ſol. 6. dubij, clarius Ar. 10. ethicorum cap. 9. dum inquit quamuis homo paruus ſit corpore & magnitudine, potentia tamen & honore ſuperat omnia, Alio modo dicitur, potentia quæ eſt de natura priuati, vt in libro deſt. deſt. in diſp. 1. in ſol. 6. dubij & 9. met. 3. Alio modo potentia in alteratione, in ſubſtantia, & in vniuerſali, vt 12. met. 41. & 8. phy. 4. 1. phy. 63. 12. met. 10. & in libro de ſubſtantia orbis cap. 1. Alio modo dicitur potentia bona, vel mala, vt in æpit. met. tractatu 3. Alio modo eſt potentia per conſuetudinem, vt An. 9. met. 10. Alio modo potentia propinqua, vt An. in æpit. met. tractatu. 3. 1. cæli 120. 4. phy. 120. Alia eſt potentia quæ accipitur in definitione motus. 3. phy. 6. 16. 8. phy. 40. 2. de anima 54. 11. met. cap. de motu, Alia eſt potentia quam habent corpora cæleſtia pro qua lege. 8. met. 4. 12. 9. met. 17. 12. met. 10. Alia eſt potentia materiæ primæ. 3. phy. 65. 2. de anima 2. 25. 12. met. 14. Alia eſt potentia animæ, de qua vide Ar. 2. de anima 27. 2. de gen. 20. cap. 3. Alia eſt potentia quæ dicitur poteſtatus, Alia quæ dicitur aptitudo naturalis: omnibus his igitur potentię ſignificatis ſic ſtantibus Ar. hic accipit potentiam pro aptitudine, quando enim dicit potentia naturalis .i. naturalis aptitudo, quæ eſt duplex, Alia actiua, Alia paſsiua, Ar. primo declarat potentiam ſeu aptitudinem naturalem actiuam, quæ potentia naturalis actiua declaratur ab Ar. his verbis dicens, nos videmus pugillatores faciliter & agiliter dare fortes ictus, quod non prouenit niſi ex potentia, & aptitudine, & complexione naturali congenita & radicata in brachijs quę aptitudo & potentia ideo dicitur, naturalis quoniam ſequitur naturam, & conſequitur dominium formæ ſupra materiam, videmus etiam curſores velociter & agiliter ac velociſsimo curſu currere, quod prouenit ex virtute naturali, eſſentiali, radicata & innata in tibijs, conſequente dominium formæ ſupra materiam, & talis virtus eſt qualitas, quia facit ſubſtantiam qualem, & non eſt artificialis, ſed naturalis, quæ aptitudo innata ad facile currendum conſiſtit in hoc quia habet crura longa, agilia, & corpus leue, non graue, & ex hac aptitudine tamquàm qualitate .ſ. curſor dicitur vel pugillator. Et Nota ꝙ potentia dicitur potentia inquantum prouenit ex victoria formę ſupra materiam, & inquantum inclinat ſubiectum ad faciliter operandum, vel dicitur potentia quoniam eſt vigor & valor formæ ſupra materiam, ad exercendum ſuas operationes naturales, illi vero qui ſunt inhabiles & impotẽtes ad ſtrenuè & fortiter pugnandum, aut velociter currendum, habent naturalem impotẽtiam, quæ eſt qualitas radicata in brachijs, aut in tibijs conſequens, & ideo dicitur impotẽtia, quoniam eſt contraria prædictæ prouenit ex victoria materiæ ſupra formam, & ex hoc debilitatur virtus, vt non poſsit faciliter & expeditè ac libere exire in operationes ſuas, & ad exercendum illas; deinde manifeſtum eſt in potentijs paſsiuis, nam quidam ſunt qui habent virtutem naturalem per quam reſiſtunt

ſtunt

ſtunt omnibus contrarijs nociuis .ſ. qui habent bonam proportionem in carne & debitum membrorum temperamentum In duritie .ſ. & denſitate, & iſti vocantur ſalubres, qui habent naturalem potentiam radicatam in membris conſequentem dominium formæ ſupra materiam, per quam faciliter reſiſtunt contrarijs, quæ poſſunt corrumpere ſanitatem, ſi vero forma non dominatur materiæ, ſed propter aliquam cauſam corporalem impediuntur, naſcũtur homines debiles & morbidi, ægrè reſiſtentes morborum cauſis, & illi qui habent variam complexionem bonam vel malam, iſtorum alij naturaliter ſalubres dicuntur, Alij naturaliter inſalubres, quidam enim in ſtomaco habent quamdam vim bene digerendi cibos, Alij habent naturalem impotentiam ad bene digerendum, ſic etiam in oculis quorundam ex complexione eſt naturalis potentia ad expeditè & benè videndum, in alijs eſt naturalis impotentia vel ad omnino non videndum vt eſt in cæcis, vel ad male & difficulter videndum vt in alijs cęcutientibus, lippis & lachrymantibus nam in oculo cæci eſt quædam naturalis impotentia ad videndum, quæ naſcitur ex mala complexione exiſtente in illorum oculo, dico ex malo temperamẽto quod tale eſt illis non eſt quale eſſe deberet, quemadmodum in oculo bene vidente, illa potentia naturalis ad videndum procedit ex certa & bona complexione naturali quæ eſt in oculo, quid enim cauſæ eſt ꝙ in oculo eſt naturalis potentia ad videndum, & non in aure, & in aure ad audiendum & non in oculo, niſi complexio alia atque alia in oculo, & alia atque alia in aure; quæ diuerſa cõplexio dat diuerſas membris naturales potentias, ſed illi qui eam habent debilem, & diminutam, non .ſ. fortem proportionem in carne, & in membris, ex mollitie & raritate in eis, dicũtur inſalubres quia habent virtutem & naturam non facile reſiſtentem contrarijs nociuis & offenſiuis corrumpentibus ſanitatem, & hæc naturalis impotentia appellatur quia radicatur in principijs naturalibus, & conſequitur dominium & victoriam formæ ſupra materiam, ſicut ergo arſor pugillator ſalubres & inſalubres dicũtur quales qualitatibus de ſecunda ſpecie, ſic vniuerſaliter & cõmuniter omnes qui habent naturalem potentiam aut impotẽtiam faciendi vel reſiſtendi, omnes pertinent ad hanc ſecundam ſpeciem, poteſt etiam dici curſor vel pugillator vel ab arte quam exercitatione & induſtria acquiſiuerunt, & hoc pertinent ad primam ſpeciem qualitatis, vel poteſt dici curſor vel pugillator propter naturales vires & agilitatem membrorumque compaginem, & hoc pertinet ad ſecundam ſpeciem qualitatis, & hoc eſt id quod dicit Ar. aptos enim hic vocat potentia tales propter facultatẽ aut habitum acquiſitum propter vim, aut imbecillitatem. Sed Nota ꝙ in hac ſecunda ſpecie qualitatis continentur omnes aptitudines & inclinationes, per quas ſubſtãtia producta naturaliter inclinatur ad aliquid operandum, vel ad reſiſtendum ſuis contrarijs, & omnes qualitates quibus naturaliter à ſuis operationibus impedit & ideo in hac ſpecie reponuntur omnes potentię animæ vegetatiuæ, quæ ſunt iſtæ nutritiua ſcilicet augmentatiua, & generatiua, ſimiliter potentiæ animæ ſenſitiuæ, vt quinque ſenſus exteriores .ſ. viſus, auditus, odoratus, guſtus, & tactus, & quinque interiores .ſ. ſenſus communis, imaginatiua, extimatiua, fantaſia, memoria; & potẽtia motiua appetitiua, & potentiæ animæ, intellectiuæ, vt ratio, intellectus & voluntas, reponuntur etiam in hac ſecunda ſpecie qualitatis aliquæ inclinationes naturales, quæ virtutes vel habitus nominãtur, vt v.g. aliqui dicuntur, iuſti naturaliter, & ſimiliter naturaliter auari, aliqui verò magnifici & liberales, quoniam eorũ aliqui habent naturalem inclinationem ad opera iuſtitiæ aut auaritiæ, aut liberalitatis, & magnificentiæ. ¶ Sed Dices potentia materiæ ad formam eſt potentia naturalis, tamen non eſt qualitas, ergo non omnis potentia eſt ſpecies qualitatis. *Dub.* ¶ Dicas ꝙ licet potentia materię ad formam ſit potentia naturalis ad eſſe, tamen non eſt potentia ad operationem quę ſequitur totum compoſitum ſubſtãtiale, modo Ar. non loquitur de potentia ad eſſe, ſed de potentia ad operandum, & hæc potentia ad operandum eſt in ſecunda ſpecie qualitatis. *Sol.* ¶ Amplius Dices omnis impotentia eſt præter naturam, vel contra ipſam naturam, ergo nulla impotentia eſt naturalis, ergo naturalis impotentia non eſt vna ſpecies qualitatis. *Dub.* ¶ Dicas ꝙ licet impotentia ſit aliquo modo innaturalis vel cõtra naturam, eo quod impedit operationes proprias ipſius naturæ, tamen bene dicitur naturalis, eo quod ſe tenet circa principia naturalia rei, & reſpicit operationes naturæ, & hoc modo ſumitur in hoc textu naturalis impotentia. *Sol.* ¶ Amplius dubitabis naturalis potentia & naturalis impotentia differunt eſſentialiter, ergo ſunt diuerſe ſpecies, ergo non ſunt vna ſpecies qualitatis. *Dub.* ¶ Dicas ꝙ licet inter ſe ſint diuerſæ ſpecies, ſecundum ꝙ ad ſe inuicem comparãtur, tamen vt circum loquuntur ſuum ſuperius, bene ponuntur vna ſpecies qualitatis. *Sol.* ¶ Dices habitus & diſpoſitio qui ſunt prima ſpecies qualitatis conueniunt cum naturali potentia & impotẽtia quæ ſunt ſecunda ſpecies qualitatis an differunt? *Dub.* ¶ Dicas ꝙ differunt in duobus, & primo quia habitus & diſpoſitio ſunt qualitates quæ extrinſecus & forinſecus *Sol.*

ſecus

ſecus adueniunt, & non ſunt innatæ & congenitæ, ſed de nouo fiunt & acquiruntur, nempe exercitio & cõſuetudine, veluti ſunt habitus corporales & morales, ſimiliter & diſpoſitiones aut inuentione aut doctrina, vt habitus & diſpoſitiones intellectuales, ideo non ſunt inſeparabiles à ſubiecto, ſed naturalis potentia & impotentia non exercitio, non înuentione, non diſciplina, ſed ex forma rei & ex complexione rei, ideo ſunt congenitæ innatæ & datæ à natura, & inſeparabiles à ſubiecto, & dicuntur naturales habitudines; differunt etiam quoniam diſpoſitio prędicatur de hauitu, ſed imposentia non prædicatur de potentia, hæ igitur ſunt differentię quæ reperiuntur inter habitum & diſpoſitionem, inter naturalem potentiam & naturalem impotentiam.

Non enim, quoniam ſunt diſpoſiti aliquo modo, vnumquodque huiuſmodi dicitur; ſed quòd habent naturalem potentiam vel impotentiam facile aliquid facere, vel nihil pati.

Cum Ar. declaraſſet quæ ſunt in ſecunda ſpecie qualitatis nunc ſoluit dubitationem, & per tria exempla manifeſtat ſolutionem datam ad dubitationem, cauſa intentionis eſt vt animus auditoris quieſcat. Diuiditur iſte textus in quatuor partes in prima ſoluit dubitationem, in ſecunda ibi (vt) affert primum exemplum, in tertia ibi (ſalubres) affert ſecundum exemplum, in quarta ibi (ſimiliter) affert tertium exemplum, quo ad primum; Dices tu diſpoſitio quæ eſt in prima ſpecie qualitatis poteſt eſſe in ſecunda ſpecię qualitatis? Reſpondet & dicit (non .n. quocumque modo diſpoſiti) ad agendum vel patiendum, ad currendum vel ad deambulandum, vel pugnandum (ſunt) ideſt dicuntur, denominantur (huiuſmodi) .i. à diſpoſitione quę eſt in ſecunda ſpecie qualitatis, ſed dicuntur, (huiuſmodi) ideſt curſores vel pugillatores qui habent naturalem potentiam faciliter ad currendum, vel ad pugnandum dicuntur curſores, à potentia quæ eſt in ſecunda ſpecie qualitatis, ſimiliter qui habent potentiam non ad patiendum faciliter ſed reſiſtendi dicuntur, huiuſmodi à potentia naturali de ſecunda ſpecie qualitatis, patet igitur ꝙ diſpoſitio eſt in prima & non in ſecunda ſpecie qualitatis.

Vt pugillatores, vel curſores dicuntur, non quòd ſunt diſpoſiti aliquo modo, ſed quòd habeant potentiam naturalem vel impotentiam aliquid facile faciendi.

Soluta dubitatione dat nunc primũ exemplum in potentijs actiuis, q.d. vt iſta reſponſio aſsignata pateat eſſe vera, manifeſtatur hoc exemplo (vt) .i. v.g. pugillatores vel curſores dicuntur tales ex eo ſolum ꝙ ſunt diſpoſiti faciliter agere hoc vel id .i. velocem curſum, vel fortem pugnam, ſed magis quia habent naturalem potentiam faciliter hoc agendum, ad eò ꝙ curſores vel pugillatores à natura iſti ſunt qui competunt ad ſecũd. ſpeciem qualitatis alij ſunt pugillatores vel curſores ab arte, & ab exercitio; & ex frequentatis actibus, & iſti pertinent ad primam ſpeciem qualitatis, omnes enim iſti operantur per potentiam, verum non ſimili modo; quoniam pugillatores & curſores à natura operantur per potentiam naturalem quę appellatur potentia congenita & connata, ſed curſores vel pugillatores ſecundum artem, vel ab exercitio operantur per potentiã non naturalem, quæ vocatur potentia forinſeca, extrinſeca, aduentitia, ſeu acquiſita patent ergo omnia dicta per exemplum.

Salubres verò dicuntur, eò quòd habent potentiam naturalem vt nihil à quibuslibet accidentibus facile patiantur inſalubres verò ꝙ impotentiam habeant naturalem nihil facile à quibuslibet accidentibus pati.

Alio exemplo perſuadet datam ſolutionem eſſe veram in potentijs paſsiuis in ſenſibilibus, & dicit ſalubres vero dicuntur, ideſt homines qui ſunt ſani non dicuntur ſalubres, quoniam ſunt diſpoſiti vt non patiantur faciliter à quibuſcunque ideſt ab omnibus accidentibus & periculis quæ accidere poſſunt, ſed potius dicuntur ſalubres quia habent naturalem potentiam vt nihil patiantur ab accidentibus, ſimili modo. q. d. Ar. inſalubres non dicuntur, inſalubres quoniam ſunt diſpoſiti faciliter pati à quibuſcumque accidentibus & periculis, ſed potius dicuntur, inſalubres quoniam habent naturalem impotentiam nihil patiendi à quibuslibet accidentibus, vnde patet ꝙ non omnes ſalubres & inſalubres ſunt in ſecunda ſpecie qualitatis, ſed ſolum illi qui habent naturalem potentiam reſiſtendi omnibus nociuis periculis & offenſionibus. ¶ Dices ſi ſalubres ſunt in ſecunda ſpecie qualitatis ſanitas in quo prædicamento re-

tore-

Sol. to reperitur? ¶Reſpondet Au. q̃ ſanitas eſt ad aliquid cum ſit calidorum & frigidorum ad inuicem commenſuratio quædam. 7. phy. 17. ego tamen dicerem q̃ etiam eſt in prædicamento qualitatis, vt ſanitas eſt, & eſt in prima ſpecie qualitatis, quoniam inquit Au. 7. met. 23. quòd ſanitas eſt habitus in corpore & qui habitus eſt in prima ſpecie qualitatis.

Similiter autem his durum & molle ſe habent durum .n. dicitur quod habent potentiam non facile ſecari molle verò quod eiuſdem ipſius habeat impotentiam.

Aſsignatis duobus exemplis vno in potentijs actiuis, alio in potentijs paſsiuis in ſenſibilibus, nunc aſsignat aliud exemplum in potentijs paſsiuis ſenſibilibus, & dicit ſimiliter idest ſicut ſe habent omnia prædicta ſcilicet curſores pugillatores ſalubres & inſalubres quæ non dicuntur tales inquantum ſunt diſpoſiti aliquo modo, ſed dicuntur tales inquantum habẽt naturalem potentiam & impotentiam, ſic etiam ſe habent durum & molle, non enim durum & molle dicuntur talia ex eo quòd ſunt diſpoſita faciliter vel difficulter ad diuiſionẽm & ſectionem, ſed durum dicitur quoniam habet naturalem potentiam non cito diuidi atque ſecari, ideo dicit Ariſt. q̃ durum eſt quod non cedit in ſe ipſum. 4. Metheororum 30. 2. de gen. 13. 3. cæli 11. quod ideo non cito ſecatur quia eſt ſiccum 2. de gen. 13. & hoc dicitur eſſe in ſecunda ſpecie qualitatis, in prima vero ſpecie qualitatis ponitur durum & molle, quod eſt tale non per potentiam vel impotentiam naturalem, ſed præter naturalem aduentitiam & acquiſitam, ideo inquit Ariſt. q̃ molle eſt illud quod in ſe ipſum eſt cedens. 3. cæli 11. 2. de gen. 13 hinc res molles ſunt illæ in quibus profundatur digitus. 2. de gen. 13. non conturbent aliquos igitur tot exempla data ab Ariſt. ne forte dicant quòd ſunt ſermones etherici quibus demonſtrator vti non debet, quibus reſpondet Auer. 1. phy. vltimo. 3. de anima 6. 4. phy. 84. 2. de anima 149. & dicit quòd in rebus difficilibus non licet, ſed in rebus facilibus licẽt, immo eſt neceſſarium.

Tertium verò genus qualitatis eſt, paſsibiles qualitates & paſsiones, ſunt autem huiuſmodi vt dulcedo & amaritudo, & auſteritas, & omnia his cognata, amplius, & calor, & frigus, & albedo, & nigredo q̃ quidem igitur & hæ qualitates ſint, manifeſtum eſt. quæcumque enim has ſuſceperint, ipſa qualia dicuntur, ſecundum ipſas. vt mel, quoniam dulcedinem ſuſcepit, dicitur dulce & corpus album, quoniam albedinem ſuſcepit ſimiliter et in cæteris.

Prepoſitis & expoſitis duabus qualitatis ſpeciebus nunc præponit tertiam & exponit, Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima præponit tertiam ſpeciem qualitatis, in ſecunda ibi (& hæ) probat ratione ſumpta à definitione qualitatis q̃ omnia hæc exempla ſunt qualitates, ideo dicit (tertium verò genus) ſcilicet ſub alterum idest tertia ſpecies qualitatis (eſt) idest continet ſub ſe (qualitates & paſsiones) idest non ſolum qualitates ſed etiam paſsiones. q. d. Ar. in tertia ſpecie qualitatis ſunt, continentur qualitates & paſsiones tanquàm ſpecies ſub genere, quæ qualitates non omnes ſed illæ quæ ſunt paſsibiles ſunt in tertia ſpecie qualitatis quæ ſunt huiuſmodi. i. tales qualitates ſunt. i. nominantur ſic, (vt) .i. v. g. dulcedo amaritudo auſteritas ſeu acerbitas quæ ſunt differentiæ ſaporum & plures ſapores differentes quæ omnia ſunt obyecta ſenſus guſtus, & non ſolum hæc (& omnia his cognata) idest propinqua iſtis idest quæ ſunt media inter dulcedinem, amaritudinem, & auſteritatem, rectè igitur Ar. ponit ſeptem ſpecies ſaporum in 2. de anima & in libro de ſenſu & ſenſato. ſ. amarum dulce, pingue, ſalitum, acer, ponticum, acutum. i. auſterum, ſapores verò extremi ſunt dulce & amarum, 2. de anima 105. medium verò per æqui diſtantiam extremorum eſt ſapor auſterus, vel acutus, ſapores verò mediantes inter dulcedinem, & auſteritatem ſunt ſapor pinguis & ſapor acer, pinguis n. eſt immediatus dulcedini, & acer auſtero, ſed immediati inter amaritudinem & auſteritatem ſunt ſalitum & ponticum, ſalitum eſt immediatum amaritudini, & ponticum auſtero, & non ſolum hæc nominata ſcilicet dulcedo, amaritudo, & auſteritas ſunt in tertia ſpecie, ſed (Amplius) idest præter hæc calor, & frigus, humidum & ſiccum, craſſum ſubtile, durum molle, lubricum aridum, rarum ſpiſſum, graue leue, 2. de gen. 8. quæ omnia ſunt obiecta ſenſus tactus, & medium inter frigidum & calidum, ſcilicet tepidum, & albedo nigredo, lux lumen quæ ſunt ſpecies coloris, quæ ſunt obiecta ſenſus viſus, vt patet 2. de anim. cap. de ſenſibus ſunt qualitates paſſibiles, & ſunt in 3. ſpecie qualitatis (& co- *Saporum ſpecies.*

gnata).i. media inter albedinem & nigredinem .ſ. rubedo, palledo, fuſcedo, viredo aezuredo (& hæ qualitates ſunt) nunc probat ratione ꝙ omnia hæc .ſ. dulcedo & amaritudo quæ ſunt ſpecies ſaporis & albedo & nigredo quę ſunt ſpecies coloris & frigus & calor quę ſunt qualitates, quæ ratio eſt talis illa ſecundum quæ nos quales dicimur, vel alia dicuntur qualia dicuntur qualitates, ſed omnia dicta ſunt illa per quæ alia dicuntur qualia, ergo illa talia dicuntur qualitates, minor probatur ſic (quecumque enim) ideſt omnia ſubiecta quæ has ſuſcepetint ipſa dicuntur qualia (vt) v. g. mel dicitur dulce quoniam dulcedinem ſuſcepit, & corpus album quoniam albedinem ſuſcepit (ſimiliter) & ſicut dictum eſt de melle & de corpore (ſic in cæteris) ideſt in omnibus alijs qualitatibus per quas ſubiecta dicuntur qualia. ¶ Dices cum calor ſit duplex alius eſt calor ignis qui eſt apud nos Alius eſt calor cęleſtis vt in libro de ſubſtantia orbis cap. 2. & 2. de cælo 42. 43. 2. met. 38. 4. cæli 32. 2. de gen. an. cap. 3. Amplius calor eſt duplex alius qui eſt de qualitatibus paſsiuis. Alius qui non eſt de qualitatibus paſsiuis teſte Av. in libro de ſubſtantia orbis cap. 2. Amplius quidam eſt calor naturalis, & quidam eſt calor adueititius ſeu extraneus & extrinſecus. 5. colliget cap. 3. & 3. colliget. cap. 6. & 24. Amplius quidam eſt calor cum quo ſit motus, & quidam cum quo ſit ſenſus. 3. colliget cap. 33. & 4. Metheurorum cap. 1. reſolute igitur eſt dicendum ꝙ loquitur Ar. de illo calore qui eſt. Inſeparabilis & per quē calorem illud ſubiectum quod habet illū calorē dicitur calidum, ſimiliter frigitas aquea Alia terrea. 5. colliget cap. 22. de omni frigiditate loquitur Ar. quæ denominat ſubiectum quale, & mel dicit vernale, & mel autumnale, & mel albū, mel quod ſit ex rore 9. de hiſt. an. cap. 40. & 5. de hiſt. an. cap. 22. Ar. hic loquitur de omni melle quod eſt dulce, & dulcedinem recipit; cuius mellis copia prouenit in annis temperatis. 3. de gen. an. cap. 10.

Paſsibiles vero qualitates dicuntur, non quod ea quæ illas ſuſceperint qualitates aliquid patiantur, neque enim mel quoniam aliquid paſſum ſit dicitur dulce, neque aliquid aliud huiuſmodi, ſimiliter autem his calor & frigus paſsibiles qualitates dicuntur, non quòd illa, quæ eas ſuſcipiunt aliquid paſſa ſint, ſed quoniam ſecundum ſenſus vnaqueq; dictarum qualitatum paſsionis effectiua eſt paſsibiles qualitates dicuntur, dulcedo enim paſsionem quandam ſecundum guſtum efficit, & calor ſecundum tactum, ſimiliter autem & aliæ.

¶ Cum Ar. notificauit ꝙ qualitates paſsibiles ſunt in tertia ſpecie qualitatis veluti ſut dulcedo, amaritudo, auſteritas, calor, frigus, albedo, & nigredo, & aſsignauit cauſam propter quam dicuntur paſsibiles qualitates nunc dat cauſam propter quam dicuntur paſsibiles qualitates ſimul refutando falſam aliorum ſolutionem & cauſam, Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima refutat aliquos non aſsignantes veram cauſam propter quam dulcedo & amaritudo, & calor & frigus dicuntur qualitates paſsibiles, in ſecunda ibi (ſed quoniam) hic aſsignat veram cauſam & quoniam aliqui dicebant ꝙ dulcedo & amaritudo dicuntur paſsibiles qualitates, quoniam illa quæ ſuſcipiunt illas aliquid patiuntur. v. g. mel quia ſuſcipit dulcedinem ideo dulce, hanc cauſam tanquam falſam remotam & non propriam refutat Ar. dicens (paſsibiles vero qualitates dicuntur) .i. dulcedo amaritudo & auſteritas quæ ſunt qualitates ſenſibiles ſenſu guſtus, non dicuntur paſsibiles (eo quòd) ideſt propter cauſam dictam ab alijs ſcilicet ꝙ ea ſubiecta quæ ſuſcipiunt illas aliquid patiuntur, q. d. hoc eſt falſum (neque enim mel) quoniam mel quod eſt dulce non dicitur, dulce quoniam aliquid paſſum eſt neque aliud huiuſmodi ideſt neque colocynthis dicitur amara quoniam aliquid paſſa eſt (ſimiliter autem his) q. d. ſe habet in qualitatibus pertinentibus ad ſenſum tactus ſcilicet calor & frigus non dicuntur qualitates paſsibiles, quoniam ſubiecta quæ ſuſcipiunt illas qualitates aliquid paſſa ſint, ſed. q. d. Ar. dicuntur qualitates paſsibiles quoniam ſecundum ſenſus vnaqueque dictarum eſt effectiua paſsionis, ideſt facit paſsionem ſecundum ſenſum ideſt infert paſſionem ſenſui, nam ſi fuerit dulcedo infert paſsionem ſenſui guſtus, ſi vero fuerit calidum & frigidum ſenſui tactus, ſimiliter aliæ qualitates paſsibiles pertinentes ad alios ſenſus ſcilicet ad ſenſum auditus odoratus & viſus. ¶ Dices quare illa ſubiecta quæ habent iſtas paſsiones non patiuntur? ¶ Dicas quoniam ſenſus patitur ab obiecto. Vel Dices cum paſsio ſit duplex Alia perfectiua quoniam perficit id cuius eſt paſsio, Alia corruptiua quia corrumpit illud cuius eſt paſsio. 2. de anima 57. ſi iſtæ qualitates dicuntur paſsibiles inferunt quia paſsionem Dub. Sol.

ſenſui

ſenſui, quam paſsionem perfectiuam vel corruptiuam Dicas igitur ꝙ inferunt paſsionem perfectiuam, quoniam dulcedo eſt quodam delectamentum ſenſus guſtus, ſimiliter calor & frigus cum hac tamen conditione dumodo non excedant nec ſuperent ſenſum, quando vero ſuperant ſenſum tunc inferunt paſsionē corruptiuam, vt eſt nimia dulcedo, nimia amaritudo, nimia albedo & nimia nigredo, nimis calor, & nimium frigus, nimium enim ſenſibile corrumpit ſenſum. 3. de anima 6 Sed Nota ꝙ paſsibile dicitur quatuor modis vel quia eſt natum ad recipiendum, vel quia in receptione ipſius in alio ſuſcipiens ipſum patitur, vel quoniam cauſat paſsionem, vel quia eſt effectus paſsionis, Ar. nanque excludit primum modum, dicens ꝙ paſsibiles qualitates nō dicuntur paſsibiles qm̄ ſubiecta que illas ſuſcipiunt aliquid patiant, & accipit illos modos qui ſuo propoſito deſeruiunt, & dicit ꝙ ideo tales qualitates dicuntur paſsibiles qm̄ ſunt cauſæ paſsionum ſm̄ ſenſum.

Dub. ¶ Dices ſi calor & frigus ſunt in prima ſpecie qualitatis quare Ar. collocat in tertia ſpecie qualitatis?

Sol. ¶ Dicas qm̄ calor & frigus conſiderantur duobus modis, vno modo vt diſponunt ſubiectum, & hoc modo eſt in prima ſpecie qualitatis Alio modo vt inferunt paſsionē, ſeu affectionē in alio & ſic eſt in tertia ſpecie qualitatis.

Dub. ¶ Dices iterum vnum prędicamētum non ponit in alio prędicamento, nec eſt pars alterius prędicamēti ſed paſsio eſt prędicamentum diſtinctum à qualitate, ergo non eſt in prędicamento qualitatis, nec eſt ſpecies qualitatis.

Sol. ¶ Dicas ꝙ paſsio vt eſt effectus & illatio actionis ſic eſt prædicamentū diſtinctum à qualitate, ſed vt eſt ſenſibilis qualitas habens eſſe imperfectum & cito tranſiens, ſic eſt in prędicamēto qualitatis.

Dub. ¶ Amplius omne paſsibile eſt aptū natū pati, ſed nulla qualitas eſt apta nata pati aliquid, qm̄ nulla qualitas eſt paſsibilis, nec poteſt eſſe ſubiectū paſſionis, ergo nulla qualitas eſt paſsibilis, & per conſequēs non eſt in tertia ſpecie qualitatis.

Sol. ¶ Dicas ꝙ paſsibile dicitur pluribus modis vno modo vt eſt ſubiectū paſsionis, Alio modo paſsibile à cauſa vel effectu eius, quia cauſat paſsionem vel cauſatur à paſsione qualitas non dicitur paſsibilis inquantum eſt ſubiectum paſsionis, ſed dicitur paſsibilis inquantum eſt cauſa paſsionis.

13 Albedo autem, & nigredo, & cæteri colores non eodem modo ijs, quæ dicta ſunt, paſsibiles qualitates dicuntur: ſed eò quòd ipſæ ab aliqua paſsione innaſcuntur. quòd .n. fiunt propter aliquam paſsionem multæ colorum mutationes, manifeſtum eſt. erubeſcens enim aliquis, rubeus factus eſt: & timens pallidus, & vnūquodque talium.

¶ Cū Ar. refutaſſet falſam & aſsignaſsit verā cām propter quā dulcedo & amaritudo auſteritas calor & frigus dicunt qualitates paſsibiles, nūc notificat cauſam propter quā albedo & nigredo dicuntur paſsibiles qualitates, cauſa intētionis eſt, ne quis credat ꝙ propter vnā & eandem cauſam albedo & nigredo dicunt qualitates paſsibiles & dulcedo & amaritudo, Diuidit iſte textus in duas partes, in prima facit qđ dictum eſt, in ſecunda ibi (qm̄) declarat exēplo & experientia qm̄ albedo & nigredo & alij colores ſunt paſsibiles qualitates, quo igit̄ ad primum q. d. Ar. non ſolum dulcedo amaritudo, & auſteritas, calor & frigus, dicuntur paſsibiles qualitates (vero) ſed etiā albedo & nigredo quę ſunt qualitates viſibiles & extremæ & cæteri alij colores medij .ſ. rubedo, ſcaturedo, palledo, fuſcedo, qui ſunt ex albedine & nigredine tāquam ex ſuis elemētis. 5. colliget 29. 5. phy. 6. 29. 52. 1. phy. 47. 10. met. 23. 4. cæli 6. ſunt paſsibiles qualitates, quæ albedo & nigredo non dicunt paſſibiles qualitates, (eodem modo) i. eadē cauſa quā dulcedo & amaritudo dicunt, paſsibiles qualitates, ſed. q. d. Ar. Alio & differenti modo, & cauſa eſt qm̄ dulcedo & amaritudo dicunt qualitates paſsibiles, qm̄ inferunt & cauſant paſsionē ſenſui, ſed albedo & nigredo nō dicunt qualitates paſsibiles quia inferunt paſsionē ſenſui, ſed eo ꝙ & in quantum innaſcuntur & oriuntur ab aliqua paſsione .i. non ſunt cauſæ paſsionū, & qualitates reſultantes ex paſsionibus.

Dub. ¶ Dices quō albedo & nigredo & cæteri colores innaſcunt vt effectus ab aliqua paſsione?

Sol. Reſpondet Ar. & dicit (quā enim fiunt propter aliquā paſsionē interiorem multę colorū mutationes, quod patet ad ſenſum (qm̄ erubeſcens aliquis) q. d. ſorteſ propter aliquam paſsionem animę fit rubeus .ſ. ex verecundia quę eſt paſsio fit & cauſatur rubedo ſiue rubor in facie, & etiam ex timore cauſatur palledo in facie, quæ rubedo & palledo ſunt medij colores, color enim naſcitur ex paſsione iræ & frigus ex paſsione timoris ira enim calefacit. 1. de anima 16. ira eſt accenſio ſanguinis circa cor, timor infrigidat, color vero liuidus naſcitur ex inuidia, & qualitates paſsibiles aliqui naturaliter habent, ſicut illi qui ſunt timidi naturaliter, ſunt pallidi.

Dub. ¶ Dices quare homo qui timet fit pallidus?

Sol. Quoniam terror eſt in corde & ideo ſanguis currit, ad cor relinquens partes extraneas, & ideo apparet palledo in

facie propter ſanguinis abſentiam, ſimiliter quando fit homo rubeus quoniã ſanguis qui eſt amicus naturæ currit ad faciem vt adiuuet & confortet, & ideo apparet rubedo in facie, hinc videmus multos colores generari in nobis ex diuerſis immutationibus perueniẽtibus ex paſsionibus animæ dependentibus à ſenſu, vnde quis erubeſcens fit rubeus ergo rubedo in eo fit ex verecundia præcedẽte, quę eſt paſsio cordis proueniens ex aliquo turpi, & quoniam facies patitur, propter præſentiam actionum cor quod eſt principium vitæ ſenſus & motus. 3. de par. anim. cap. 4. pellit ſanguinẽ ad faciem confortando ipſam, quando verò fit aliquis pallidus propter timorem qui eſt alia paſsio cordis in tantum conſtringens ipſum vt multum debilitatur, cum ſanguis qui eſt amicus naturæ qui originatur à corde. 3. de par. an. cap. 4. ad cætera membra vndique fluit, ad ipſum cor confortandum tanquam ad principium.

Dub. ¶ Dices & quare tanta colorũ diuerſitas cauſatur in pilis aliqui enim ſunt albi aliqui ſunt nigri aliqui rubei vt patet in animalibus?

Sol. ¶ Dicas ꝙ cauſa eſt cutis, & prouenit ex cute, nam alborum alba eſt cutis nigrorum nigra, variorum & permiſtorum partim nigra conſpicitur, ſed hoc valet in animalibus, ſed in homine cutis nulla cauſa eſt, nam qui ſunt albi nigros habent capillos. 5. de gen. an. cap. 3.

Dub. ¶ Dices quomodo cauſatur color albus?

Sol. Dicas ex permiſtione portionis aereæ cum portione terrea aut aquoſa & ideo butirum camphora & ſpuma alba ſunt. 5. de gen. an. cap. de caluitie & in cap. 6. albedo etiam reperitur in calido & frigido vt albedo quæ eſt in ſale & in camphora. 5. colliget cap. 29. color vero niger inuenitur per calorem & frigus. 5. colliget cap. 27. 29.

Dub. ¶ Dices ſi albedo & nigredo & cæteri colores dicuntur paſsibiles qualitates quoniam oriuntur ab aliqua paſsione, quare Ar. non dedit exemplum de albedine & nigredine ſicut dedit exemplum de cæteris coloribus ſ. de rubedine & palledine quæ ſunt medij colores?

Sol. ¶ Dicas quoniam ſunt effectus compoſiti ex albedine & nigredine qui effectus ſunt nobis notiores. 1. phy. c. 3. ideo potius de cæteris coloribus quàm de albedine & nigredine dedit exemplum.

Dub. ¶ Dices ſi albedo & nigredo ſunt qualitates paſsibiles quia ſunt effectus qui oriuntur ab aliqua paſsione & cæteri colores etiã ſunt effectus ergo æqualiter ſunt nobis noti, non ergo magis debebat dare exemplum in cæteris coloribus quàm in albedine & nigredine.

Sol. ¶ Dicas ꝙ albedo & nigredo ſunt effectus ſimplices, cæteri vero colores ſunt effectus compoſiti, ideo ſunt magis nobis noti, & ideo prius ab illis quàm ab illis.

Quare etiam ſi quis natura aliquid talium accidentium perturbationumue paſſus eſt, ſimilem colorem veriſimile eſt eum habere. quæ ſuim affectio nunc in eo quod verecundetur circa corpus facta eſt, etiam ſecundum naturalem conſtitutionem eadem fieri poteſt affectio, vt & naturalis color ſimilis ſit.

Cum notificaſſet Ar. ꝙ dulcedo & amaritudo, albedo & nigredo, & cæteri colores dicuntur paſsibiles qualitates, differenti tamen modo, tunc concludit ꝙ habens paſsionem à natura habet ſimilem colorem, ei qui habet paſsionem ex ſenſu, vel Ar. declarat ꝙ tam colores naturaliter quàm colores qui ex ſubita paſsione fiunt ſunt effectus paſsionum, ideſt ꝙ ille qui habet paſsiones à natura habet colorem ſimilem ei qui habet paſsiones ex ſenſu, vel Ar. declarat ꝙ color rubeus qui eſt in facie à natiuitate eſt ſimilis illi colori rubeo qui fit in facie ob verecundiam, & ambo fiunt propter eandem cauſam, ſimiliter palledo à natura eſt ſimilis palledini quæ fit à timore, cauſa intentionis eſt ne quis credat ꝙ iſti duo colores, ſ. ob verecundiam & color naturalis ſunt duo colores diſsimiles ſcias igitur, ꝙ ſunt duo homines vt ſortes & Plato, facies ſortis eſt naturaliter rubea, facies vero Platonis non eſt naturaliter rubea, ſed alba, tamen aliquando ſubito fit rubea, vt quando committit aliquod turpe, v. g. reperitur in domo meretricis, vel committit aliquod opus indignum in præſentia aſtantium, vel propter metum erubeſcit, quæritur modo illa rubedo in facie ſortis quæ à natura & illa rubedo quæ eſt in facie Platonis quę fit propter verecundiam, eſt ne ſimilis & eadem idest prouenit ne ab vna & eadem cauſa, an ab alia cauſa? ſimiliter palledo quæ eſt naturalis, & palledo quæ fit ſubito ob aliquẽ timorem. v. g. Petrus naturaliter habet faciẽ pallidam, & Antonius habet faciem non pallidam ſed videmus ſuum inimicum irruere ſuper eum euaginat gladium, vel videns periculum magnum ſtatim ſua facies fit pallida, quæritur modo illa palledo quæ eſt à natura eſt ſimilis illi quæ fit ob metum .i. ex accidenti? inquit Ar. ꝙ rubedo quæ eſt à natura eſt ſimilis rubedini ob verecundiam, & vtraque rubedo fit ab eadem cauſa. ſ. propter ſanguinem qui à corde defertur ad faciem, quoniam copia ſanguinis à natiuitate fuit in facie, & ſic ab eadem cauſa vtraque rubedo, ſimiliter palledo in facie propter abſentiam ſan-

ſanguinis qui relinquit faciem, & recurrit ad cor; ſimiliter palledo naturalis & palledo quæ fit ſubito propter aliquem motum interſit ſunt ſimiles; quia proueniunt ab vna cauſa, concluditur ergo quod eadem eſt cauſa coloris rubei à natura in facie, & coloris rubei qui fit ſubito, & ſimiliter de palledine. legatur litera (quare) non eſt dictio continuatiua, vt falſo dicunt aliqui, ſed illatiua concludendo, q.d. Ar. quod ex illa met cauſa ex qua cauſatur color rubeus in facie illius qui verecundatur cauſatur etiam color rubeus in facie illius à natura, & ſimiliter color rubeus vtriuſque, & dicit ſic (ſi quis) i. ſi aliquis homo, v.g. ſortes (natura) i. naturaliter paſſus eſt aliquod talium accidentium perturbationumque, ſimilem colorem, veriſimile eſt eum habere quæ enim affectio nunc in eo quod verecundetur circa corpus facta eſt etiam ſecundum naturalem conſtitutionem eſt eadem fieri poteſt affectio vt naturalis color ſimilis ſit. ¶ Dices contra nam impoſsibile eſt vt eadem cauſa poſsit producere rubedinem à natura in facie exiſtentem, & rubedinem quæ fit ſubito committendo aliquod turpe vel aliquod aliud indignum, ſimiliter de palledine præter naturā aduentitiam, & primo ſupponitur vnum, quod rubor à natura & rubor præter naturā qui fit ſubito ſunt duo, & ſimiliter pallor à natura & qui fit ex timore ſunt duo, quo ſtante arguatur ſic, 8. phy. 8. ab vno inquantum vno non prouenit niſi vnum 2. de gen. 56. modo ſi ſunt duæ rubedines non poſſunt prouenire ab vna cauſa, quoniam vna cauſa non producit niſi vnum effectum 2. phy. 30. modo color à natura differt à colore ob verecundiam nato, nam color rubeus à natura habet modum eſſendi ſtabiliter firmum & inſeparabilē, color vero rubeus ob verecundiam habet modum eſſendi inſtabiliter, non firmiter, & ſic videntur duo & per conſequens non poſſunt cauſari & prouenire ab vno. ¶ Dicas quod verum ab vna cauſa non proueniunt plures effectus in ſpecie, ſed bene plures effectus in numero, v.g. homo producit plures homines numero vt Franciſcus produxit duos filios videlicet Aloyſium & Horatium in numero, vnū tamen in ſpecie, teſte Porphyrio in cap. de ſpecie, plures homines participatione ſpeciei ſunt vnus homo, modo licet rubor à natura & ob verecundiam ſint duo numero,

Rep. tamen ſunt vnum in ſpecie. ¶ Dices contra ſi ab vna cauſa proueniunt plura numero, ergo plura in ſpecie, quoniam quę differunt numero differunt in ſpecie, nam Sortes & Brunellus ſunt plura numero, & plura in ſpecie.

Sol. ¶ Dicas quod ab vna cauſa plura numero contenta ſub vna ſpecie vt ſortes & Plato nō autem plura numero contenta ſub diuerſis ſpe-

Rep. ciebus, veluti Sortes & Brunellus. ¶ Sed contra, nam forma eſt vna cauſa, & ab ipſa proueniunt duo & numero, & ſpecie differentia, quoniam forma eſt cauſa generationis & corruptionis, quæ ſunt duæ ſpecies differentes. 5. phy. 7. ¶ Dicas quod forma diuerſo modo conſiderata eſt cauſa generationis & corruptionis per ſui præſentiam eſt cauſa generationis & per ſui abſentiam eſt cauſa corruptionis. 2. phy. 68. 2. phy. 30. ſed vno modo conſiderata vel producit generationem vel corruptionem. 2. de gen. 56. — Sol.

Quæcumque igitur, talium accidentium ab aliquibus paſsionibus difficile mobilibus & permanentibus principium ſumpſerunt, paſsibiles qualitates dicuntur, ſiue enim ſecundum naturalem conſtitutionem pallor ſit, aut nigredo, qualitates dicuntur (quales enim ſecundum eas dicimur), ſiue propter ægritudinem longam, vel propter æſtum eidem contingit nigredo, vel pallor, & non facile præterennt, vel etiam per vitam permanent paſsibiles qualitates & ipſe dicuntur, ſimiliter enim quales ſecundum eas dicimur.

Cum declaraſſet Ar. quod color qui eſt à natura, & color qui eſt ab aliquo caſu idem eſt quoniam prouenit ab eadem cauſa; nunc declarat quæ ſunt qualitates, & quid importat hoc nomen. ſ. qualitas, cauſa intentionis eſt, vt cognoſcatur qualitas à paſsione, quoniam multum differunt, Diuiditur in duas partes, in prima docet qualitates corporales quæ poſſunt cauſari à natura, in ſecunda ibi (ſiue) docet qualitates corporales quę poſſunt cauſari à longo morbo, vel continuo æſtu, vel ab aliqua alia cauſa extrinſeca, inquit ergo quæcumque talium accidentium vel caſuum vel talium qualitatum ab quæcumque talia accidentia ſeu qualitates quæ ab antiquis vt fuit Socrates & Plato, & alij, nocantur caſus, quoniam à caſu & cauſa licet aliquando fiunt, & præter intentionem, vel dicuntur accidētia quia alijs affectibus superueniunt, v.g. longam ægritudinem comitatur, & ſequitur pallor, (principium ſumpſerunt) id eſt innaſcuntur à paſsionibus ſtabilibus firmatis, (& difficile) i. impoſsibile mobilibus, paſsibiles qualitates dicuntur, ſiue enim ſecundum naturalem conſtitutionem

pallor

pallor fiat aut nigredo .i. ſiue paſsiones illæ ſtabiles & firmæ ſint ex naturali complexione, & à natiuitate vt nigredo æthiopis, & pallor cholerici, quales enim ſecundum eas dicimur, .i. ab illis qualitatibus nos dicimur .i. denominamur quales. *Dub.* ¶ Dices ſi iſti caſus ſeu accidentia non ſunt à natura, & ab intrinſeco, ſed ob alias cauſas extrinſecas ab illis denominamur quomodo dicimur quales? Reſpondet & dicit (ſiue) *Sol.* ideſt non ſolum ſi iſti caſus ſeu accidentia ſunt à natura dicuntur, qualitates & ab eis nos denominamur quales ſed etiã ſi venerint ab extrinſeco vel ob alias cauſas .i. propter ægritudinem longam vt qui ex longa & diuturna febre remanſerit pallidus ille pallor qualitas appellatur vel propter æſtum eidem corpori contingit nigredo vel pallor cõtingit corpori longo morbo laboranti (& .i. dummodo non facile) ideſt non cito prætereunt, ſeu non cito diſſoluuntur, ſed etiam per vitam permaneant) ideſt cum corpore commoriuntur paſsibiles qualitates dicuntur, & ſimiliter ideſt ſicut per illas qualitates quę ſiunt à natura nos dicimur & denominamur quales, ſic etiam per illas qualitates quæ nõ à natura, ſed propter alias accidentales cauſas .ſ. propter longam ægritudinem vel propter æſtum ſiunt nos denominamur & dicimur quales. *Petitio.* ¶ Dices quid intelligit Ar. per ly (vitam) Dicas ꝙ vita ſumitur vno modo pro actu primo quo denominatur corpus eſſe viuens & ſic vita eſt actus ſubſtantialis viuentis .i. idem eſt ꝙ anima. 2. de anima 5. 6. 7. ſumit etiam vita pro operatione, & actu ſecundo. 10. ethicorum cap. 5. ſumitur vita pro operatione cognoſcitiua virtutis intellectiuæ, ſiue rationalis qualiter carentes tali vita mortuos dicunt Morales, quia non viuunt tali vita quæ eſt intellectualis in hac vita viuunt corpora cæleſtia: 8. metr. ſumitur Alio modo vita pro manſione & præſentia animæ in corpore vt Ar. in libro de morte & vita; Alio modo ſumitur vita pro motu. 8. phy. 1. dum inquit motus eſt veluti vita omnibus natura conſtantibus Alio modo pro loco in quo animalia degunt Alio modo pro ſtudio vitæ Alio modo pro ligamento nuptiarũ Alio modo pro moribus Alio modo pro illo quod menſuratur periodo. 2. de gen. 57. iuxta illud poetæ ſtat ſua cuiq; dies; Alio modo pro nutritione & auctione, Alio modo pro illa quæ æquiuoce prædicatur de ſuperioribus & de inferioribus. 3. de anima 60. in libro deſt. diſp. 11. in fol. 1. dub. 9. met. 26. Alio modo pro vita quę eſt in anima Alio modo pro toto illo tempore quo viuimus inſpiramus & reſpiramus, vt patet in libro de morte & vita, dum inquit vita eſt manſio calidi in humido & in libro de longitudine & breuitate vitæ, dum inquit vita hominis ſequuntur cordis proportionem & 3. colliget Au. cap. 11. dum inquit vitæ naturalis menſura eſt ſecundum menſuram humiditatis radicalis in quolibet indiuiduo proportionato proportione dúplici. Ar. hic per vitam intelligit totum tempus quo viuit homo inſpirat & reſpirat & in hoc toto tempore quo accidens permanet in homine qualitas appellatur & ab illa qualitate qualis denominatur.

Vita quot modis diuiditur.

Ideo dicitur Ar. ꝙ dantur aliqui homines qui non habent integrum non ꝙ vere illũ non habent ſed quia illo non viuntur.

Quæcumque vero ex iis, quæ facile ſoluuntur, & cito tranſeunt, ſiunt, paſsiones dicuntur; qualitates vero minime. non enim aliqui ſecundum ipſas dicuntur quales: neque enim qui propter verecundiam rubeus factus eſt, rubeus dicitur, neque cui pallor propter timorem venit, pallidus eſt, ſed magis eo quod aliquid paſſus eſt. quare paſsiones quidem huiuſmodi dicuntur, qualitates vero minime.

Cum notificaſſet ꝙ omnes qualitates quæ ſiunt à paſsionibus permanentibus & de difficili mobilibus dicuntur, paſsibiles qualitates, ſiue fiant à natura; ſiue ab ægritudine; ſiue ab æſtu, ſiue ab alia cauſa quam à natura; ita tamen ꝙ permaneant & ſint de difficili mobiles dicuntur, paſsibiles qualitates, & ſecundum eas aliquis dicitur qualis. nunc declarat aliam propoſitionem vniuerſalem ſequentem ex illa tanquam conſequens ex antecedente per quam declarat ꝙ quæcumque accidentia colores & paſsiones quę dicuntur, oriuntur à paſsionibus de facili mobilibus & tranſeuntibus, dicuntur paſsiones, & dicuntur, qualitates paſsibiles, cauſa intentionis eſt, ne quis crederet ꝙ omnes paſsiones & omnia accidẽtia & colores à quacumq; cauſa orti, dicuntur paſsibiles qualitates; Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda ibi (neque) inductione manifeſtat id quod dixit, inquit igitur quæcumque .ſ. accidentia, quicumque caſus, & colores ſiunt .i. generantur ex ijs paſsionibus quæ cito .ſ. ſubito & breui tempore tranſeunt, ideſt diſſoluuntur & à ſubiecto ſeparantur, dicuntur .i. nominantur paſsiones, qualitates vero minime, ideſt ſed non nominãtur qualitates, Dices quare paſsiones quæ *Dub.* cito diſſoluuntur non dicuntur, qualitates? inquit Ar. non enim aliqui ſecundum ipſas *Sol.* dicuntur, quales enim pro quia aſsignat cauſam, aliqui .ſ. homines ſecundum ipſas .i. ab

ipſis

ipſis non dicuntur, ideſt non denominantur quales, ſed vt patet per definitionem qualitatis illa dicitur qualitas ſecundum quam quidam qualis eſſe dicuntur, ſed per tales paſſiones cito ſolubiles aliqui non denominantur quales ergo non dicuntur, qualitates, probat quod iſtæ paſsiones non dicuntur, qualitates & per conſequens ab his paſsionibus aliqui non denominantur quales, & dicit neque qui propter verecundiam rubeus factus eſt, rubeus dicitur, ideſt ille iuuenis qui factus eſt rubeus propter verecundiam non denominatur rubeus ab illa rubedine, quoniam illa rubedo. q. d. non permanet ſemper vel longo tẽpore in illo ſubiecto, ſed ſtatim euaneſcit, fluit diſſoluitur & tranſit, dat aliud exemplum, & dicit, neque cui pallor propter timorem venit pallidus eſt, q. d. ſicut ille iuuenis non denominatur rubeus ab illa rubedine propter verecundiam, ſic etiam neque cui pallor propter timorem venit. q. d. ille iuuenis qui factus eſt pallidus propter timorem non dicitur neq; denominatur pallidus quoniam ille pallor non eſt qualitas firma & ſtabilis à qua dicitur qualis, ſed potius dicitur paſsio quæ cito euaneſcit, & diſſoluitur.

Dub. ¶ Dices ſi ille iuuenis propter illam rubedinem quæ nata eſt ex verecundiã non dicitur rubeus neq; ab illo pallore qui venit propter timorem non dicitur, pallidus quomodo di-

Sol. cetur? Reſpondet Ariſt. & dicit non dicitur pallidus neq; rubeus ſed magis eo quod aliquid paſſus eſt concludendo dicit quare hæc talia paſsiones dicuntur qualitates verò minime ideſt non dicuntur qualitates ſed potius paſ-

Dub. ſiones. ¶ Dices contra nam cum aliquis potauerit merum ſtatim fit rubeus & vocatur rubeus poſt cibum, & tamen illa rubedo non ſemper eſt in illo, tanto magis quoniam Ar. ſupra dixit quod iſte paſsiones tranſeuntes di-

Sol. cuntur, qualitates. ¶ Dicitur quod ſunt qualitates vt nunc & in fieri, ſed non ſunt qualitates ſimpliciter, & in facto eſſe, nam ille qui ob verecundiã fit rubeus dicitur, rubeus vt tunc i. pro breui tempore ſed non dicitur, rubeus

Alia ſol. ſemper. ¶ Vel ſunt qualitates ſecundum rem ſolum, ſed non ſecundum rem & modum.

Similiter autem his ſecundum animam paſsibiles qualitates & paſſiones dicuntur, quæcumque enim mox in naſcendo ab aliquibus paſsionibus difficulter mobilibus fiunt qualitates dicuntur, & ipſe vt amentia ira mentis alienatio & alia huiuſmodi quales enim ſecundum eas dicuntur, ideſt iracundi atque amentes.

Cum declaraſſet qualitates & paſsiones quæ ſunt in corpore, nunc declarat qualitates & paſsiones quæ ſunt in anima, quoniam anima eſt actus corporis. 2. de anima 4. 5. 6. 7. & eſt in corpore. 2. de anima 4. 16. & eſt aliquid corporis. 2. de anima 36. 37. diuiditur iſte textus in duas partes in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda ibi vt (dementia) exemplificat quę ſunt qualitates naturales quę inſequuntur animam, quæ ſunt duæ nam quædam ſunt naturaliter & intrinſecæ, & quædam præter naturam, & extrinſecæ, tunc declarat qualitates paſsibiles quæ inſequuntur animã naturaliter, & intrinſecæ, & dicit (ſimiliter autem his) q. d. ſicut in corpore ſunt qualitates paſsibiles, & paſsiones, ſic etiam in anima ideſt ſicut ſunt qualitates paſsibiles corporales, ſic etiã ſunt ſpirituales, quæ qualitates paſsibiles ſecundum animam ſunt illæ quæ in naſcendo .i. quæ à natiuitate fiunt ex paſsionibus nõ cito tranſeuntibus, ſed difficulter mobilibus, ideſt ſeparabilibus dicuntur, qualitates paſsibiles, quę ſunt iſtę (vt) v. g. mentis alienatio, ira, & alia huiuſmodi, quæ ideo dicuntur qualitates paſsibiles quoniam qualia ſecundum eas dicuntur .i. ab ipſis homines qui habent ipſas dicuntur, quales vt homines qui habent iram à natura dicuntur, iracundi, & qui habent mentis alienationem vocantur & dicuntur amentes.

Similiter autem & quæcumque alienationes non naturales, ſed quæ ab aliquibus alijs accidentibus factæ ſunt difficile pertranſeuntes, & omnino immobiles, qualitates ſunt & huiuſmodi: quales .n. & ſecundum eas dicuntur.

Cum declaraſsit qualitates ſpirituales quę ſunt ſecundum animam congenitas & naturales dunc declarat qualitates ſecũdum animam, quæ non à natura ſed quę ſiunt ob alias cauſas extrinſecas, & dicit (& quæcumque) i. non ſolum omnes alienationes ſecundum animam congenitæ & naturales, dicunt qualitates, ſed etiam quæcumque .i. omnes alienationes non naturales quæ ab aliquibus accidentibus .i. quę ab alijs cauſis extrinſecis & non naturalibus factæ ſunt (difficile præteręeuntes) .i. quæ non de facili ſed cum difficultate remouentur, (&) .i. non ſolum alienationes, quæ cum difficultate remouẽtur ſed etiã alienationes, quæ ſunt non naturales (& omnino) .i. nullo modo mobiles quæ nullo modo remoueri & ſeparari poſſunt, quia ſunt multum radicatæ qualitates ſunt quę ideo dicuntur,

tur, qualitates (quales enim ſecundum eas dicuntur) enim pro quia homines qui habent iſtas alienationes non naturales dicuntur, quales ab ipſis quæ non naturales alienationes prouenientes ob alias cauſas & non à natura ſunt, vt ira à qua aliqui ex longo tedio laborum dicuntur iracundi & quidam dicuntur, dementes ex inordinato amore lucri aut honoris vel ex aſsiduo ſtudio vel ex ammiſſine bonorum, vel pecuniæ, vel filiorum, & iſte dicitur iracundus vel demens, verum ſi aliquis iraſcitur & illa ira durat breui tempore per horam vel per diem, vel aliquis febre correptus fieret inſanus illa ira & illa inſania non dicitur qualitas ſed potius dicitur paſsio, à qua paſsione homo non dicitur iracundus, neq; inſanus denominari poteſt.

Quæcumque vero ab ijs quæ facile & cito prætereunt, fiunt paſsiones dicuntur, vt ſi quis contriſtatus, iracundior fiat non enim dicitur iracundus, qui huiuſmodi paſsione iracundior eſt: ſed magis quia aliquid paſſus eſt. quare paſsiones quidem huiuſmodi dicuntur, qualitates vero minime.

Cum declaraſſet qualitates ſecundum animã tam à natura quàm ob alias cauſas, nunc declarat ꝙ illæ met alienationes ſecundum animam quæ dicuntur, qualitates, non dicuntur qualitates, ſed potius paſsiones, cauſa intentionis eſt, vt ponat differentiam inter paſſiones & qualitates. Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda ibi (ſunt ſi quis) exemplo manifeſtat quod dixit. Sed Nota ꝙ dixit Ar. ꝙ ira, & mentis alienatio dicuntur, qualitates paſsibiles; cum hac conditione, ſcilicet quando innaſcuntur, vel ſi non innaſcunt ſed veniunt ab extrinſeco & fiunt immobiles, & omnino inſeparabiles, ſic dicuntur, qualitates, vt ira, ſi innaſcitur, vel manſuetudo, vel mentis alienatio, vel ſi non innaſcitur & venit ob aliam cauſam & longo tempore durant, ſic qualitates appellantur, & homines habentes illas qualitates quales dicuntur, ſi vero breui, vt per horam vel per diem durat in ſubiecto, & cito tranſit, non dicitur, qualitas, quoniam homo non poteſt dici qualis, vt puta iracundus ab illa ira, ſed potius dicitur paſſus homo, & illa ira paſsio vocatur, & non qualitas, vt ſi quis à natura mãſuetus & ex aliqua paruipenſione contriſtatur & iraſcitur, & per tẽpus durat, illa ira & in tantum durat in quantum illa paruipenſio illa ira, non dicitur qualitas, ſed paſsio, quoniam nõ facit ſubiectum quale, quoniam per illam non dicitur, iracundus, ſed potius aliquid paſſus, ſeu paſsionatus, cum vero deſinit paruipenſio aut interueniente vindicta, ſtatim illa ira tranſit, ſimiliter ſi quis à natiuitate prudens factus eſt, demens verò ex amiſsione filiorũ aut honoris, vel bonorum, vel officij, vel alicuius ſtatus, vel ex aliqua forti ægritudine, & poſtea redactus fuerit ad priſtinum ſenſum, hæc dementia non dicitur, qualitas, ſed paſsio; lege literam ſic, quæcumq; .i. omnes alienationes animæ ſeu ſpirituales quæ fiunt .i. proueniunt ex .i. ab his .ſ. cauſis quæ cauſæ cito breui tẽpore prætereunt .i. tranſeunt .i. à cauſis non permanẽtibus & ſtabilibus, ſed ſtatim mobilibus & ſeparabilibus, dicuntur .i. appellantur paſsiones, & non qualitates. v.g. ſi quis, vt ſortes, qui natura ſua eſt homo quietus & mãſuetus ab aliqua parui penſione, vel pecuniæ amiſsione, vel quia non poteſt videre ſuam amaſiam eſt cõtriſtatus, tamquàm ab extrinſeca cauſa, naſcit ſibi ira, & fit iracundior, non propter hoc dicitur, iracundus ab illa ira orta ex tali cauſa non enim poteſt denominari qualis iracundus, ſed magis quia aliquid paſſus eſt, quare paſsiones huiuſmodi dicuntur, q.d. Ar. ex dictis ſequitur ꝙ huiuſmodi .i. tales alienationes prouenientes ex iſtis cauſis de facili prætereuntibus dicũtur, ideſt potius nominantur paſsiones quàm qualitates paſsibiles. ¶ Dices quare Ar. tribuit animæ illa quæ competunt compoſito vt eſt ira, manſuetudo, timor, miſericordia, confidentia, gaudium, amor, odium, mentis alienatio, 1. de anima 14. 64. 66. & in libro de phyſiognomia cap. 2. ¶ Dicas ꝙ iſtæ paſsiones competunt animæ vt quo & competunt compoſito vt quod ab anima enim veniunt & corpori inhærent loquendo tantum de anima concupiſcibili vt inquit Auer. 1. de anima 14. ¶ Sed Dices quomodo homo natura manſuetus nõ prouocatur ad iram vnde hoc cauſatur. ¶ Dicas ꝙ ſunt quidam homines qui fortibus & manifeſtis periculis ſuperuenientibus nihil prouocantur ad iram propter eorum flegmaticam complexionem frigidam & humidam; ineptam ad ebullitionem ſanguinis Alij vero à paruis ꝙ debilibus cauſis ſuperuenientibus cito incitantur ad iram, dum .ſ. corpus eſt faciliter iraſcibile & ferè ita diſpoſitum vt in cholericis accidit habentibus cor calidum, & ſanguinem leuem, qui facile ſurſum mouetur. Alij vero ſunt homines timentes ex leui cauſa nulla .ſ. exiſtente cauſa timoris, vt ſunt melancholici qui ſunt frigidi, & ſicci pauci ſpiritus, & modici caloris in corde in quibus propter vapores melancholicos nigros aſcẽdentes phantaſmata ipſis apparentiæ terribiles

Dub.

Sol.

biles ſiunt, in ducentes timorem, vnde timidi etiam dicuntur, qui habent faciem carnoſam vt dicit Ariſtot. in ſua phyſiognomia cap. 1. *Dub.* ¶ Dices quòd paſsio non eſt in tertia ſpecie qualitatis, quoniam prædicamentum per ſe & abſolutum non eſt in alio prædicamento, vel in aliqua ſpecie illius prædicamenti, aliter non eſſet prædicamentum, ſed paſsio eſt prædicamentum per ſe, & abſolutum ab omnibus prædicamentis, aliter prædicamenta eſſent nouem, & non decem. ergo paſsio non debet poni in prædicamento qualitatis, nec in tertia ſpecie qualitatis. *Sol.* ¶ Dicas, Sed primo Nota quòd paſsio vno modo dicitur actus potentiæ appetitiuæ, *Paſſio quot modis dicitur.* Alio modo quæ eſt prædicamentum per ſe, Alio modo vt eſt receptio. 2. de anima 57. 3. de anima 7. Alio modo vt eſt accidens proprium. 3. cæli 1. & 1. poſt. 31. 35. Alio modo pro omni actu appetitus conſequentis cognitionem, Alio modo pro qualitate cauſata ex actu appetitus ſenſitiui & de facili mobilis, qui actus dicitur, paſsio animæ vt timor iracundia, & ex his cauſantur quædam qualitates de facili mobiles, vt albedo, pallor his ſic ſtantibus, reſolutè dicitur, quòd paſsio quæ eſt immediate effectus actionis, eſt prædicamentum abſolutum, & non eſt in tertia ſpecie qualitatis, ſed paſsio quæ eſt qualitas ſenſibilis de facili mobilis eſt in tertia ſpecie qualitatis. *Dub.* ¶ Sed quare Ariſt. prius verba facit de qualitatibus & paſsionibus corporis, & poſtea de qualitatibus & paſſionibus animæ? *Sol.* ¶ Dicas quoniam notiora, & nobiliora præcedunt ignotiora & ignobiliora. 1. phy. 4. 57. 3. phy. 2. 1. de par. anim. cap. 1. 2. de gen. 51. 2. de anima 1. 12. & 33. & quoniam corpora ſunt nobis notiora. 1. phy. 3. quàm anima 2. de anima 3. merito prius de corporis quàm animæ paſsionibus magno noſtrum magiſtro loqui placuit.

Quartum verò genus qualitatis eſt figura, & circa vnumquodque conſtans forma. Amplius ad hæc rectitudo, & curuitas, & ſi quid aliud his ſimile eſt.

Cum notificaſsit tertiam qualitatis ſpeciem nunc declarat quartam, & ſi plures reperiuntur, omnes ad iſtas prædictas quatuor reducuntur, cauſa intentionis eſt, vt compleat numerum ſpecierum contentarum ſub qualitate tanquàm ſub genere. Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima nominat illa quæ ſunt in quarta ſpecie qualitatis, in ſecunda ibi (ſecundum vnumquodque) probat quòd omnia hæc nominata ſunt qualitates, prima pars diuiditur in duas partes, in prima Ariſt. nominat illa quæ ſunt in quarta ſpecie qualitatis, & non dependent ab alijs, in ſecunda ibi (Amplius) nominat illa quæ ſunt in quarta ſpecie qualitatis, quę dependent ab alijs, ideo dicit Quartum ſcilicet in numero genus ideſt ſubalternum .i. quarta ſpecies ſubalterna qualitatis ideſt generis generaliſsimi eſt figura & forma ideſt quarta ſpecies qualitatis continet hæc duo figuram & formam, colligendo igitur omnia in vnum In Prima ſpecie ſunt habitus & diſpoſitio, In Secunda naturalis potentia & naturalis impotentia, In Tertia ſunt paſsibiles qualitates, vt dulcedo, amaritudo, auſteritas, calor, frigus, albedo, & nigredo. In Quarta ſpecie figura & forma. 7. phy. 19. *Dub.* Sed Dices quid intelligit Ariſt. per ly conſtans forma. *Sol.* Dicunt aliqui quòd conſtans eſt caſus nominatiuus adiectiuus de ly (figura) q. d. figura conſtans, vel caſus accuſatiuus adiectiuus de ly (aliquid) vt ſit ſenſus, figura alicuius conſtantis & per ſe, habentis terminum ſuarum partium, veluti ſunt ſicca & dura, ad differentiam liquidorum quæ non habent propriam figuram ſed habent figuram vaſis continentis, vt eſt oleum aqua & vinum quæ non terminantur termino proprio ſed termino alieno ſed litera græca tollit hanc æquiuocationem, quoniã non opus eſt transferre (conſtans) ſed debet legi textus hoc modo ſcilicet Quartum genus eſt figura & illa quæ eſt cuiuſque rei forma. ¶ Dices quid intelligitur per ly (figura & forma) Alij dicunt quòd ly (&) inter ly figuram, & ly forma, non debet ſumi copulatiuè pro vt habet coniungere & copulare duo diuerſa, ſed expoſitiuè inquantum vnum exponit & determinat reliquum. v. g. enſis, & ideſt ſpata & ſic Ariſt. accipit pro paralello, & pro eodem, vnde legatur textus hoc modo, Quartum genus qualitatis eſt figura, & .i. forma. *Dub.* ¶ Dices ſi figura & forma idem eſt quare nominat figuram & formam. *Sol.* ¶ Dicunt quòd figura dicitur, forma in quantum dat eſſe rebus artificialibus, & dicitur, figura inquantum eſt terminus quantitatis. Alij dicunt, quòd per ly (forma & figura) Ariſt. non intelligit idem quoniam figura reperitur in rebus animatis & in inanimatis, vnde figura eſt terminus & clauſio rei quantæ, & talis indifferenter reperitur tàm in rebus animatis quàm in rebus inanimatis, ſed forma ſolum reperitur in rebus animatis, quoniam forma hic ſumitur pro pulcritudine, vel turpitudine, quæ pulcritudo & turpitudo, ſolum in rebus animatis reperiuntur, & ſic à forma dicitur formoſum, & à figura dicitur, figuratum. *Dub.* ¶ Dices forma eſt duplex alia ſubſtantialis. 2. de anima 4. 8. 2. 25. 36. 37. Alia

accidentalis. 2. phy. 4. 2. de anima 8. de qua nunc loquitur. ¶ Dicunt quòd Ariſt. intelligit de forma extranea, non intranea, accidentali, non ſubſtantiali, & per Iij (figuram) eam quæ in ſolis mathematicis quantitatibus reperitur vt eſſe triangulum quadrangulum, & per Iv, (forma) quæ eſt in corporibus naturalibus, & non ſolum hæc duo ſcilicet forma & figura, ſunt in quarta ſpecie qualitatis (Amplius autem) ſed præter hæc ſcilicet figuram & formam, alia continentur in hac quarta ſpecie ſcilicet rectitudo & curuitas, & ſi quid aliud his ſimile eſt ideſt ſphœrica, turbinata, lenticulata, & alia quæ his figuris ſunt prædita, quæ curuitas & rectitudo, ſunt etiam qualitates à quibus dicuntur, & denominantur ſubiecta qualia, Sed vt reſolute dicamus videndum eſt de qua forma loquitur Ariſt. pro quo Nota ꝙ forma ſumitur pro forma ſubſtantiali. 1. phy. 81. 7. met. 60. 2. phy. 29. 2. de anima 2. 25. 12. met. 14. Sumitur etiam pro omni re quæ eſt accidens quæ dat eſſe ſubiecto poſtquàm ſubiectum eſt conſtitutum in eſſe ſubſtantiali per formam ſubſtantialem, Sumitur etiam pro re accidentali quæ procedit ex quantitate ſic vel ſic terminata lineis aut ſuperficiebus, & ſic ſumitur forma in hoc textu & definitur ſic, forma eſt terminatio ſiue clauſura linearum, & ſuperficierum in corpore naturali, corpore naturali compoſito, ſiue animato ſiue inanimato, pro vt forma ſubſtantialis requirit, ideo videmus aliam formam lineamentarem in homine, in equo, in leone, & in humana ſpecie, tantam diuerſitatem formarum in diuerſis indiuiduis, & ſic in hac ſpecie continentur omnes figuræ & formæ ſiue naturales, vt figura & forma hominis, & leonis, arboris, auri, argenti, cæli, & in cæteris rebus quas illis natura donauit. ſiue artificiales, vt forma tecti, templi, turris, & domus, & aliarum rerum, quas ars humana effinxit, neque ad materiam laborioſo conamine ingenij induſtria conduxit, vnde ſumas quòd in aliqua re figurata poſſumus conſiderare tria, videlicet ipſam rem ex qua conſtat vt pote lignum, & ſic pertinet ad genus ſubſtantiæ, ſecundo poſſumus conſiderare quantitatem eius terminatam linealiter & ſuperficialiter, & ſic pertinet ad genus quantitatis, Tertio poſſumus conſiderare terminationem vel diſpoſitionem qualitatis, quæ poteſt dici forma vel figura eius, & de hac intelligit Ar. in hoc textu.

Forma quot modis dicitur.

Dub. ¶ Admirantur aliqui Doctores quarè Ar. præpoſuit figuram formæ dicens, Quartum

Sol. genus qualitatis eſt figura & forma. ¶ Dicunt tamen ipſi quoniam figura eſt amplior & vniuerſalior ipſa forma, quoniam quod habet formam habet figuram, & non è contra, quoniam corpus quod habet figuram eſt figuratum, 3. phy. 35. & quoniam communiora præcedunt. 1. phy. 4. 17. 3. phy. 1. 2. de anima. 1. 3. de gen. 21. ideo præpoſuit formæ figuram. ¶ Dices magnitudo non ponitur in prædicamento qualitatis, ſed in prædicamento quantitatis, ſed figura eſt magnitudo. 2. de anima 133. ergo non ponitur in prædicamento qualitatis, ſed in prædicamẽto quantitatis. ¶ Dicatur ꝙ non ponitur in prædicamento quantitatis per ſe, ſed inquantum ipſa collocatur in illo quod per ſe reperitur in prædicamento quantitatis.

Secundum enim vnumquodque eorum quale quid dicitur, triangulum enim vel quadrangulum eſſe quale quid dicitur, & rectum, aut curuum: & ſecundum etiam formam vnumquodque, quale dicitur.

Cum in prima parte nominaſſet illa quæ ſunt in quarta ſpecie qualitatis vt eſt figura forma, rectitudo & curuitas, nunc probat ꝙ hæc omnia ſunt qualitates, per hanc rationẽ, nam id dicitur qualitas ſm̃ quod aliquid dicitur quale, ſed ſm̃ vnumquodq; iſtorum nominatũ aliquod dicitur quale ergo vnumquodque iſtorum eſt qualitas, quoniam aliquod dicitur triangulum à triangularitate, & quadrangulũ à quadrangularitate. ſimiliter rectum à rectitudine, & curuum à curuitate, & omnes figuræ de quibus tractat Mathematicus, ſunt in hac quarta ſpecie qualitatis.

Rarum vero, & ſpiſſum, & aſperum, & lene putabuntur quidem quale quod ſignificare.

¶ Declaratis quæ ſunt in Quarta ſpecie qualitatis, nunc dubitat & ſoluit, cauſa intentionis eſt ne nihil intactum remaneat, Diuiditur tex iſte in quatuor partes, in prima mouet dubitationem, in ſecunda ibi (ſed aliena) ſoluit dubitationem, in tertia ibi (ſpiſſum) probat ꝙ ſpiſſum & alia potius ſignificat partium poſitionem, quàm qualitatem, in quarta ibi (fortaſſe) epilogat quæ dixit, Vel Dicas ꝙ Ar. remouet à prædicamento qualitatis quædam quæ videntur eſſe qualitates, & non ſunt qualitates, & dicit, ꝙ rarum & ſpiſſum aſperum & lene videntur ſignificare qualitatem, tamen ſunt valde extranea à diuiſione qualitatis, quoniam iſta videntur magis ſignificare poſitionem, vel ſitum partium, quàm qualitatem, vt manifeſtum eſt per eorum definitionem, quoniam aliquod

quod dicit, ſpiſſum eo ꝙ partes eius propinquæ iacent, & aliquod dicitur aſperum quoniam vna pars ſuperminet alteri & aliquod dicitur; leue quia partes æqualiter protenduntur, rarum dicitur quoniam partes eius remotæ ponuntur ab inuicem in toto & ſic hæc omnia videntur de genere poſitionis & non de genere qualitatis, epilogat deinde,

Dub. & dicit, ꝙ fortaſſe ſunt alij modi qualitatis, ſed iſti modi qui dicti ſunt, ſunt magis famo-

Sol. ſi, & vſitati. ¶ Dices quare ſpiſſum & rarum & alia nominata videntur & putabuntur quale ſignificare? ¶ Dicas quoniam videtur pertinere ad primam ſpeciem qualitatis; quoniam raritas eſt de difficili mobilis, vt patet in igne, & denſitas eſt de facili mobilis, vt patet in terra, & ſic videntur raritas & denſitas habere rationem habitus & diſpoſitionis; & quoniam vt dictum habitus & diſpoſitio ſunt in prima ſpecie qualitatis, ideo rarũ & dẽſum videtur eſſe in prima ſpecie qualitatis. Amplius denſum habet naturalẽ potentiam reſiſtendi ſectioni, ſeu diuiſioni, rarum vero habet naturalem impotentiam reſiſtendi ſectioni, veluti molle, & ſic videntur hæc eſſe in ſecunda ſpecie qualitatis. Amplius rarum & denſum habent cauſam de facili & de difficili mobilem in diuerſis elementis, ideo videtur eſſe in tertia ſpecie, ſic colores, & odores, & quoniam raritas & denſitas ſequuntur formas ſubſtantiales elementorum, ſic caliditas & frigiditas 7. de gen. 7. 8. ideo videntur eſſe formæ & per conſequens ſunt in quarta ſpecie qualitatis, ſic etiam prædicimus de aſpero & leni, quoniam aſperum reducitur ad ſiccum, & leue ad humidum 2. de gen. 10. ſed ſiccum multum reſiſtit humidum vero reſpectu ſicci non multum reſiſtit, vt patet in elementis, ideo aſperum & leue videntur reduci ad tres primas ſpecies qualitatis, & quoniam conſequuntur mixtionem qualitatum primarum ſicut graue & leue, ideo aſperum & lene videntur eſſe formæ in quarta ſpecie, ſicut graue & leue, his igitur rationibus aliquibus poteſt putare rarum & denſum, aſperum & lene ſignificare qualitatem.

Sed aliena huiuſmodi putantur eſſe à diuiſione, quæ circa quale eſt, quamdam enim poſitionem magis videntur partium vtrumq; monſtrare.

Motam quidem dubitationem vtrum rarum & ſpiſſum ſint in quarta ſpecie qualitatis, nunc ſoluit illam, ſolutio enim dubitationis eſt ſolutio veritatis 7. ethicorum cap. 7. Diuiditur hæc 2. pars in 2. partes in 1. excludit rarum & denſum aſperum & lene à quarta ſpecie qualitatis, ſeu ſoluit propoſitum dubitationem, in 2. ibi ſi quandam declarat rarum & denſum aſperum & lene quid ſignificant, inquit igitur ſic aliena huiuſmodi ideſt hæc quatuor nominata rarum ſpiſſum aſperum & lene putantur ideſt videntur eſſe aliena à diuiſione quæ circa quale eſt ideſt à diuiſione qualitatis ideſt à qualitate diuiſa in quatuor ſpecies quoniam cum qualitas diuidatur in quatuor ſpecies non videntur eſſe in aliqua ſpecie rarum & denſum aſperum & lene, & ideo hæc ſunt aliena; & excluduntur à ſpeciebus qualitatis (enim) pro quia vtrumque iſtorum ſcilicet rarum & ſpiſſum, aſperum & lene videntur monſtrare quandam partium poſitionem, quæ poſitio eſt in prædicamento relationis, & non in prædicamento qualitatis, recte dixit Ariſtot. (quandam poſitionem) quoniam non ſignificant omnem poſitionem, quoniam non ſignificant poſitionem quæ eſt ordo partium, in loco, quoniam ſi tollerentur omnia loca remanentibus mixtis & elementis non minus aqua eſſet rara, & terra denſa aliquod vero lignum eſſet aſperum, & aliquis lapis eſſet lenis, ſed hæc omnia ſignificant poſitionem partium in toto, de qua Ariſt. loquitur in prædicamento quantitatis dum inquit, quòd alia eſt quantitas quæ habet poſitionem in partibus, & alia quæ non habet poſitionem in partibus. Amplius ſi iſta quatuor rarum & denſum aſperum & lene ſignificant poſitionem, quæ eſt differentia quantitatis non ſignificant eam ſimpliciter ſed quodam modo, & ſecundum quid, quoniam non ſolum ſignificant ordinem partium in toto, ſed etiam aliquid aliud quoniam rarum ſignificat paucitatem materiæ, ſub multa extenſione, denſum ſignificat multitudinem materiæ ſub pauca extenſione 4. phyſici 79. raritas & denſitas ſunt cauſa in hoc quòd idem corpus minoratur & quandoque fit maius, ſed aſperum ſignificat mutationem tactus cum quadam punctura, lene autem ſignificat immutationem tactus cum quadam ſuauitate.

Spiſſum enim dicitur, eò ꝙ partes ſibi ipſis propinquæ ſint: rarum verò, eò quod diſtant à ſe inuicem, & leue quidem, quod in rectitudinem aliquo modo partes iaceant:

aſperum vero, quòd hæc quidem ſuperet, illa vero ſit inferior.

Cum declaraſſet ꝙ rarum & denſum aſperum & lene non ſignificant qualitatē, ſed magis partium poſitionem, nunc probat per definitionem eorum quoniam ſpiſſum ſic definitur videlicet eſſe illud cuius partes ſibi ipſis propinquę ſunt ſtrictę & vicinę, inter quas nullum corpus incidere poteſt, vt patet in aqua congelata in terra ſicca, & ferro, & adamāte, rarum vero ſic definitur eſt illud cuius partes à ſe inuicem diſtant vt patet in aqua bulliente, & vt ſunt ſpongiæ, & pumices, quoniam in eorum cauernis ſurculus vel aliquid aliud immitti poteſt, & lene quidem ſic definitur, eſſe illud cuius partes in rectitudinem aliquo modo iacent id eſt quod habet partes quarum vna non ſuperemìnet alteri, ſed omnes ſunt partes ęquales vt tabula plana, & argentum, vna enim pars non eſt maior & alia minor, aſperum vero eſt illud quod habet partes quarum vna ſupereminet .i. eſt ſuperior, alia vero eſt inferior .i. quod non habet partes æquales, & partes quę inferius & ſuperius ſunt, vt ſunt partes ſerræ, in qua ſunt dentes qui ſunt partes ſupereminētes, & ſuperiores, & partes inferiores, ex quibus patet per horū definitiones, ꝙ non ſignificant qualitatem, nec ſunt qualitates, ſed ſignificant partiū poſitionem, ergo ſequitur ꝙ his potius ineſt poſitio partium, & nō qualitas, & ſunt potius in prædicamento de ad aliquid, quàm in prædicamento qualitatis, quoniam poſitiones ſunt in prædicamento relationis, & non in prędicamento qualitatis. ¶ Sed Dices contra: Ar.
Dub. nā inquit ꝙ raritas, & denſitas non ſunt qualitates, cuius oppoſitum aſſerit. 7. met. 15. vbi inquit, ꝙ ſunt qualitates, & ibidem aſſerit ꝙ ſunt in prædicamento ſitus, & in 8. met. 27. inquit ꝙ ſunt motus locales. ¶ Reſpondet Au.
Sol. 1. met. 15. & dicit, ꝙ hoc eſt verum ſecundum opinionem Antiquorum, nam Ar. vt in pluribus loquitur prædicamentis ſecundum famoſitatem, vt inquit Au. 2. met. 18. & cum dicit Auer. 7. phy. 15. ꝙ raritas & denſitas ſunt qualitates conſequentes calidum & frigidum ſecundum antiquos, & dum inquit ꝙ ſunt motus locales, ibi loquitur ad hominem. ¶ Di-
Dub. ces de qua raritate & denſitate hic loquitur Ariſt.? ¶ Dicas de illa quæ conſequitur cali-
Sol. dum & frigidum, quæ reperiuntur in corporibus generabilibus & corruptibilibus, & de illa quæ reperitur in corporibus cæleſtibus, quæ valde dicuntur. 3. cæli 42. & in libro de ſubſtantia orbis cap. 2.

Fortaſſe quidem igitur alius quiſpiam modus apparuerit qualitatis, ſed ferè qui maxime dicuntur, hi ſunt, qualitates itaque ſunt, quæ dictę ſunt.

Cum declaraſſet ꝙ rarum, ſpiſſum, aſperū, & lene non ſignificant qualitatem, nūc infert concluſionem eorum quæ dixit, vel monet aliam dubitationem & illam ſoluit, ideo. Diuiditur hęc vltima pars in duas partes, in prima dubitat, in ſecunda ibi (ſed) dubitationē ſoluit, Dicet enim quis præter modos qualitatis nominatos ſunt ne alij modi qualitatis? Reſpondet & dicit (fortaſſe) non dubitando, ſed certificando, quia eſt aliquis modus qualitatis præter dictos, cum dicit, alius quiſpiā modus apparuerit qualitatis. q.d. Alius modus qualitatis apparere poteſt, nā forma ſubſtantialis in materia & differentia habent quemdam modum qualitatis. 5. phy. 18. differentia eſt qualitas, tamen iſti non ſunt modi proprij qualitatis, neq; forma & differentia ſunt propriæ & veræ qualitates, (ſed ferè qui maxime dicuntur) ſed modi principales & qui ſunt maxime famoſi ſunt iſti quatuor nominati, & qualitates dictæ & aſſignatæ illis ſunt propriæ & veræ qualitates, & præter iſtas quatuor ſpecies, alia ſpecies, non eſt veluti diuiſio mōſtrauit & Antiquorum & prudentiam indagatio, & ſic intelligitur Ariſt. 5. met. 19. cum inquit differentia ſubſtantialis eſt qualitas. q.d. ꝙ ſi differentia eſt qualitas, tamen illo modo qualitatis in quo ponit differentia non eſt proprius modus qualitatis, de quo alio modo qualitatis meminit Ar. 5. met. & non in hoc libro quoniam elementalem hanc prædicamentorum traditionem ad introducendos conſcripſit, methaphiſicalem vero ad eos qui iam introducti ſunt, clarius quoniam hic liber obtinet vicem elementi, nec Perfectam ſcientiam tradit, ſed ſolū aditus, atque pons ad quidam ad altiora philoſophus introitum pandit, Vel Dicas vt nos ad exquirendas alias qualitates, non ſolum priorum doctor, ſed etiam numerorū aliquid inueniēdi incitator admitteret hęc Boętius, & Porphyrius; ¶ Dices ꝙ rarum & denſum Dub.
ponuntur in prædicamento qualitatis, & non in prædicamento ſitus, nam id dicitur qualitas ſecundum quod aliquod dicitur quale, ſed per raritatem & denſitatem aliquid dicitur rarum vel denſum, ergo rarum & denſum ſunt qualitates. ¶ Dicas ꝙ hæc conſideratur Sol.
tribus modis, vno modo quantū ad ſuas definitiones, & ſic ponūtur in capite de ſitu, Alio modo vt cauſantur ex diuerſa protractione linearum ſuperficierum, nam in raro fit maior

ior

ior protractio, in denſa autem breuior, & ſic ponuntur in quarta ſpecie qualitatis. Alio modo vt immutant ſenſum tactus, & ſic ſunt in tertia ſpecie qualitatis, ponuntur etiam in prædicamento de aliquid inquantum ſunt poſitiones.

Qualia vero ſunt: quæ ſecundum has denominatiue dicuntur, vel quomodolibet aliter ab his.

Declarata qualitate in abſtracto vt ſunt albedo nigredo & cæteri colores, nunc definit ipſam in concreto, vt ſunt albũ & nigrum cauſa intentionis eſt, vt appareat ꝙ non vno ſed pluribus modis reperitur qualitas. Diuiditur in duas partes, in prima definit ipſum quale, in ſecunda ibi (vt) manifeſtat definitionem qualis per multa exempla in illis quæ qualia dicuntur, & dicit (qualia ſunt) à ſubiecta qualia ſunt illa quæ ſecũdum has qualitates quæ ſunt dictæ, i. quæ ab his qualitatibus ſupradictis denominatiuæ dicuntur, i. ſumunt nomen & denominationem, & denominantur qualia, vt ab habitu habituatum, & à diſpoſitione diſpoſitum, & à naturali potentia potens, & à naturali impotentia impotens, à forma formatũ, & à figura figuratum, (vel quomodolibet aliter ab his), i. vel qualia ſunt illa quæ non denominatiue dicuntur, ab eis. ſ. qualitatibus, quia non eſt ibi denominatio vocalis, ex quo Nota artificium Ariſt. qui ſimul deſcribit qualia, & ipſa diuidit dicens, quædam eſſe qualia quæ denominatiue dicuntur, à ſuis qualitatibus & quædam quę non denominatiuè dicuntur à ſuis qualitatibus, Diuidit iſte textus in duas partes, in prima docet ꝙ ſunt quædam qualia quæ denominatiue dicuntur à ſuis qualitatibus, in ſecunda ibi (vel quomodolibet) docet quòd ſunt quædam qualia quæ non denominatiue dicuntur, qualia à qualitatibus, vel in prima parte declarat datam definitionem, ſ. denominatiuè dicuntur, in ſecunda declarat quo ad aliam partem ſcilicet vel quomodolibet aliter ab his, & Nota ꝙ Ar. dixit (qualia) in plurali non quale in ſingulari, denotando ſicut qualitas eſt vna in genere, ſed plura in ſpecie, ſic ipſum quale eſt vnum in genere, ſed plura in ſpecie, ideo definiuit qualia in plurali reſpiciendo ad ſpecies, & non quale in ſingulari reſpiciendo ad genus, dixit (ſunt) non dixit, dicuntur, denotando ꝙ ly qualia ſunt ſubſtantiæ, & ſubiecta, & res quæ ſunt non dicuntur, quoniam nomina dicũtur, quæ quidem res poſtea dicuntur, & denominantur ab illis qualitatibus quæ reperiuntur in illis, & ſic dicuntur, & denominantur qualia, vt ignis dicitur qualis idest rubens à rubedine, & aqua dicitur & nominatur frigida à frigiditate. ¶ Dices in demonſtratione non datur circulus, ſ. poſt. 22. 23. 25. 26. ſimiliter in *Dub.* definitione, quoniam definitio. 1. poſt. 64. 2. poſt. 46. 47. eſt tota demonſtratio, nam definiuit qualitatem per qualia, vt in principio huius cap. dum inquit, qualitatem autem dico ſecundũ quam quales quidam eſſe dicuntur & nunc definit quale dicens, quale eſt illud quod ſecũdum has ſcilicet qualitates denominatiue dicitur. ¶ Dicas ꝙ quædam ſunt *Sol.* res relatiuæ dependentes, quarũ vna dependet ab altera, vt pater & filius, dominus & ſeruus, quædam vero ſunt res abſolutæ quarum vna non dependet ab altera, vt homo, equus & bos, tunc dicitur ꝙ in definitione non ſit circulus in rebus abſolutis, ſed in rebus relatiuis datur circulus veluti fecit Porphyrius qui definiuit genus per ſpeciem, & ſpeciem per genus, quæ ſunt duo relatiua vt patet in cap. de ſpecie, & quoniam qualitas & quale ſunt duo relatiua, merito poſuit vnum in definitione alterius. ¶ Vel Dicas ꝙ prima de- *Alia ſol.* finitio eſt materialis data per res poſteriores re definita, quę ſecundum nos ſunt notiores ſecunda vero definitio eſt formalis. ¶ Di- *Dub.* ces ſi datur quatuor ſpecies qualitatis in abſtracto, dantur ne quatuor ſpecies qualitatis in concreto? ¶ Dicas ꝙ ſic, nam ſicut in pri- *Sol.* ma ſpecie datur habitus & diſpoſitio in abſtracto, ſic etiam datur habituatum, & diſpoſitum in concreto, & ſicut in ſecunda ſpecie datur naturalis potentia & impotẽtia in abſtracto, ſic etiam datur naturaliter potens & impotens in concreto, & ſicut in tertia ſpecie dantur paſſiones & paſſibiles qualitates in abſtracto, vt dulcedo & amaritudo, ſic etiam datur dulce & amarum in concreto, & ſicut in quarta ſpecie datur forma & figura ſic datur formatum & figuratum in concreto. Et Nota ꝙ ſingulę iſtę ſpecies quæ dicuntur ſubalternæ, & genera ſubalterna, habent ſpecies in abſtracto & in concreto, vt habituatum & diſpoſitum habet iſtas ſpecies ſub ſe quę ſunt grammaticus & rhethoricus, domificator & ſtatuificus, iuſtus & caſtus, ſecundum genus eſt ſubalternum eſt naturaliter potens & impotens, cuius ſpecies ſunt curſor, pugillator, ſanatiuus, & ægrotatiuus, durũ & molle, tertium genus eſt paſſionatum & paſſibile, quarum cuius ſpecies ſunt calidũ frigidum, album nigrum, iracundum, demens. Quartum vero genus eſt formatum & figuratum, cuius ſpecies ſunt rectum curuum, circulare, & triangulare, hæc habes candide lector in hoc textu quæ ſunt valde ſapida & ingenioſa, & non ſine maxima ingenij induſtria & defatigatione inuenta.

In plurimis itaq; & ferè in omnibus denominatiue dicuntur: vt à candore candidus, & à grãmatica grammaticus, & à iuſtitia iuſtus. ſimiliter & in alijs.

Cũ in prima parte deſcripſiſſet ipſum quale à priori, ſcilicet per qualitatem, in qua deſcriptione poſuit duas partes, & prima; fuit hæc ſcilicet (ſecundum quas denominatiue dicuntur) ſecunda eſt ſcilicet vel quomodolibet aliter ab his) nunc declarat primam partem exemplo & inductione, tam in qualitatibus corporalibus quàm ſpiritualibus, cauſa intentionis eſt omnibus vt videatur, quòd hæc deſcriptio aſsignata de quali eſt vera tã in qualitatibus ſequentibus corpus, quàm ſequentibus animam, Diuiditur iſta pars in 2. partes in 1. probat dictum ſuum eſſe verum in qualitatibus conſequentibus corpus, in 2. ibi (vt) probat in qualitatibus inſequẽtibus animam: Sed Nota ꝙ aliquod ſubiectum dicitur, quale ab aliqua qualitate nomine abſtracto nominata denominatiue, quando cõuenit cum illa in principio & differt in fine, vt ſi dicerem à rubedine ſanguis dicitur, rubeus & ſic q. d. Ariſt. via videre ſi deſcriptio ipſius qualis aſsignata eſt vera (itaque) pro quoniam in plurimis & ferè idest quaſi in omnibus denominatiue dicũtur, Nota ꝙ dixit (ferè) denotando ꝙ non ab omnibus qualitatibus ſubiecta denominatiue dicũtur, ſeu ſunt quędam qualitates à quibus ſubiecta nõ denominatiue, ſed deriuatiuè dicuntur; quæ qualitates à quibus ſubiecta denominatiuè dicuntur, ſunt iſtæ vt v. g. à candore qui eſt qualitas in abſtracto (dicitur) idest denominatur cignus candidus Zaccarum candidũ, nix cãdida, & lac candidum, ac ſi Ar. diceret ab albedine Frãciſcus denominatur albus, & quoniam contrariorum eadem eſt ſcientia 1. priorum 1. & 1 ſ. met. cap. 2. ſic ſubiectum denominatur ab albedine, ſic etiam denominatur à nigredine vt coruus niger, pix nigra, ſimiliter ebanum nigrũ, & carbo niger, & hoc dicitur quale denominatiue dictum (&) idest non ſolum à candore qui eſt qualitas corporia ſubiectum denominatur quale, ſed etiã à grammatica quæ eſt qualitas in abſtracto conſequens animam homo dicitur idest denominatur grammaticus (&.) idest ſed etiã à iuſtitia homo dicitur iuſtus (& ſimiliter in alijs) ſuppleto qualitatibus à quibus ſubiecta denominantur qualia.

In aliquibus vero eo quòd nõ ſunt poſita qualitati nomina non contingit ea quæ dicuntur, ab ijs de nominatiue dici vt curſor, aut pugillator qui ſecundum naturalem dicitur potentiam à nulla qualitate denominatiue dicitur.

Explicata prima parte poſita in deſcriptione aſsignata de quali ſcilicet denominatiue dici, nunc explicat 2. partem ſcilicet (vel quomodolibet aliter ab his) vt pateat ꝙ nõ ab omnibus qualitatibus ſubiecta qualia dicuntur, & denominantur, hæc 2. pars diuiditur in 2. partes, in 1. declarat ꝙ ſunt aliquę qualitates à quibus nõ dicũtur ſubiecta qualia, in 2. ibi (vt curſor) exemplo declarat illas, ſed eſt Notandum ꝙ ſunt quædam qualitates nominatæ quæ habent nomina impoſita ab impoſitore; vt iuſtitia, fortitudo, caſtitas, temperantia, & quædam ſunt qualitates innominatæ ſine nomine, veluti eſt naturalis potentia, & impotentia, inquit igitur Ariſt. ꝙ ab aliquibus qualitatibus aliqua denominatiue dicuntur ſcilicet à qualitatibus nominatis ſubiecta dicuntur, denominatiue qualia, & ab aliquibus qualitatibus non contingit idest neceſſario illa ſubiecta denominatiue ab ijs ſcilicet qualitatibus denominatiue dici (eò ꝙ) quoniam illi qualitati à qua illa ſubiecta dicuntur (qualia non ſunt poſita nomina (vt) v. g. curſor dicit qualis à qualitate vt à naturali potentia & non dicitur, qualis denominatiue, quoniam naturalis potentia eſt qualitas innominata, non enim habet nomen à quo denominatiue res poſsit denominari, & dici curſor, aut pugillator, non enim pugillator habet hoc nomen à naturali potentia, nam vt dictum eſt naturalis potentia non habet nomen proprium, nam quando aliquid dicitur denominatiue debet conuenire in voce cum principali à quo denominatur. ¶ Dices contra nã inquit Ariſt. ꝙ à qualitate innominata ſubiecta dicuntur qualia vt patet in qualitatibus de 2. ſpecie qualitatis. ¶ Dicas ꝙ non dicuntur, qualia denominatiue. ¶ Dices cõtra nam viſus, auditus, odoratus, guſtus, & tactus ſunt potẽtiæ naturales, vel impotentiæ, à quibus denominatiue dicuntur, viſibile, audibile, odorabile, guſtabile, & tangibile. ¶ Dicas negãdo quoniam denominans debet eſſe in denominato, modo viſus non eſt in viſibili, nec auditus in audibili, ideo viſus & auditus non dicuntur, qualia ſecundum viſum & auditum, ſed propter alia accidentia quæ ſunt in eis, videns autem & audiẽs ſeu viſiuus & auditiuus ſunt qualia ſecundum viſum & auditum à quibus denominatiue dicuntur. ¶ Dices qualitates corporales habent nomina propria vt cãdor Dub. Sol. Resp. Sol. Dub.

nigredo,

nigredo, ſed naturalis potentia & impotentia ſunt qualitates corporales vt patet ex dictis, ergo habent nomina propria, & per conſequens ab ijs ſubiecta poſſunt dici denominatiuè qualia. Sol. ¶ Dicas ꝙ qualitates corporales ſunt duobus modis, quædam ſenſibiles vt durum & molle, & quędam inſenſibiles tunc dicitur quòd qualitates corporales ſenſibiles habent nomen proprium & ab his ſubiecta denominatiue dicuntur qualia, modo naturalis potētia & impotentia ſunt qualitates corporales inſenſibiles, & ſic non habent proprium nomen, & per conſequens ab his ſubiecta qualia non denominatiue dicuntur.

Non enim poſita ſunt nomina potentijs, ſecundum quas iſti quales dicuntur: ſicuti diſciplinis, ſecundum quas pugiles vel paleſtrici ſecundum diſpoſitionem dicuntur; pugillatoria .n. paleſtrica diſciplina dicitur: quales vero ab his denominatiue dicuntur, qui diſponuntur.

Poſtquàm declarauit ꝙ à qualitatibus quibus non ſunt poſita nomina ſubiecta non dicuntur denominatiue qualia, vt eſt naturalis potentia & impotētia, nunc dat cauſam quare ab iſtis non dicuntur denominatiuè qualia, cauſa intentioniseſt, vt cautè & ſcientificè loquatur, nam. 1. poſt. 7. 11. 42. 2. poſt. 48. 1. phy. 1. 2. phy. 26. 38. ſcire eſt per cauſam. 2. met. 4. 8. met. 12 inquit igitur, ſic (non enim) q. d. ideo ſubiecta quæ dicuntur qualia ab his non denominatiuè dicuntur, quia non ſunt poſita nomina potentijs ſecundum quas iſti quales dicuntur, ideſt quoniam potentiæ naturales & innaturales non habent nomina propria non ſunt nominatæ ſed innominatæ, aſsignat cauſam & dicit (quoniam pugiles vel paleſtrici non dicuntur denominatiuè à naturali potentia vel impotentia, ſicuti dicuntur pugiles vel paleſtrici à pugillatoria, vel paleſtrica diſciplina. Dub. ¶ Dices quare dicuntur pugiles vel paleſtrici à pugillatoria diſciplina, & à paleſtrica, & non à potentia naturali. Sol. ¶ Reſpondet & dicit (quoniam potentijs non ſunt poſita nomina) .i. quia potentię non habēt nomen proprium à quibus poſſunt denominatiue dici (ſicut diſciplinis) .i. ſicut ſunt poſita nomina ipſis diſciplinis .i. ſicuti diſciplinæ habent proprium nomen, & ſunt nominatæ ſecūdum quas diſciplinas & à quibus diſciplinis dicuntur quales .i. pugiles & paleſtrici. Dub. ¶ Dices pugillatoria & paleſtrica diſciplina dicitur qualitas. ? Reſpondet & dicit (pugillatoria & paleſtrica diſciplina vel curſoria dicitur adde tu qualitas, quoniam qui diſponuntur dicuntur, quales denominatiuè ab his. Sed Nota ꝙ qui denominantur ab his non denominātur naturaliter propter potentiam naturalem, ſed dicuntur, pugillatores, vel curſores ab iſtis tanquàm ab artibus, & preter naturam, & per exercitium, vt ſutor dicitur, denominatiuè ab arte ſutoria, & fabricator ab arte fabricatoria, concluditur ergo ꝙ à qualitatibus nominatis dicuntur ſubiecta qualia denominatiuè, non autē à qualitatibus innominatis, & proprio nomine carentibus.

Aliquando autem & poſito nomine non dicitur, denominatiuè, quod ſecundum eam quale dicitur: vt à virtute ſtudioſus. eò enim ꝙ virtutem habeat ſtudioſus dicitur: ſed non denominatiuè à virtute, non autem in pluribus hoc tale eſt, qualia ergo dicuntur, quæ denominatiuè à dictis qualitatibus dicuntur, aut aliquo modo aliter ab eis.

Cum deſcripſerit ipſum quale per duas particulas, declarata vna, nunc declarat aliam (vel quomodolibet aliter) cauſa eſt, vt excludat omnes dubitationes quæ poſſunt fieri cōtra de qualitate aſsignatam deſcriptionem. Diuiditur in tres partes in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda ibi (vt à virtute) exemplo declarat id quod dixit, in tertia ibi (non autem) reſpondet cuidam obiectioni, quo ad primam, dices tunc ſubiecta denominatiuè dicuntur qualia à qualitatibus quando illæ qualitates ſunt nominatæ, vt à fortitudine leo dicitur fortis, quando vero ſunt innominatæ tunc ab illis ſubiecta non dicuntur, denominatiuè qualia, velim ſcire hoc eſt verum in omnibus qualitatibus nominatis. ſubiectū denominatiuè dicitur, vel ab aliquibus qualitatibus nominatis ſic & ab aliquibus nominatis non? ¶ Reſpondet & dicit (aliquando autem) q. d. non ſemper vel in (aliquando) .i. in aliquibus non in omnibus hoc verum eſt ꝙ ſubiecta dicunt denominatiuè qualia à qualitatibus nominatis, quoniam poſito nomine non dicitur, denominatiuè quod ſecundum eam quale dicitur, q. d. Ar. quoniam aliqua qualitas eſt nominata, & tamen ſubiectū non denominatiuè dicitur, quale ſecundum illam qualitatem nominatam, vt ſicut eſt virtus quæ eſt qualitas, nominata ſecūdum quam ſubie-

ctum dicitur, quale tamen non denominatiuè, non enim dicitur, à virtute homo virtuoſus eò ꝙ virtutem habent dicitur, ſtudioſus, vel ſapiens vel officioſus, ſimiliter vinoſus dicitur qualis, ab ebrietate quæ habet nomen proprium tamen non dicitur, denominatiue ab ebrietate ſed à vino quod eſt cauſa ebrietatis, ſed dicitur ebrioſus denominatiue ab

Petitio. ebrietate. ¶ Dices ſubiecta quæ dicuntur, qualia ſecundum qualitatem nominatam & non dicuntur, denominatiuè ab illa ſunt multa vel pauca? dicit (non autem in pluribus hoc tale eſt) q. d. hoc tale ſcilicet quod dictũ eſt .ſ. aliquod non dicitur, quale denominatiuè à qualitate nominata non eſt verum in pluribus ſed. q.d. in paucioribus.i. rara pauca & minima ſunt talia quæ dicuntur, qualia ſecundum qualitatem nominatam, & non dicuntur, denominatiue, ex quibus Ariſt. infert concluſionem & dicit qualia ergo dicuntur, quæ denominatiue à dictis qualitatibus dicuntur, ita ꝙ aliquæ ſunt qualitates à quibus ſubiecta dicuntur, denominatiuè qualia (aut aliquo modo aliter ab eis) ita ꝙ aliquæ ſunt qualitates à quibus ſubiecta dicũtur, qualia, ſed non denominatiue, & hoc quia illis qualitatibus non eſt poſitum nomen aut ſi poſitum eſt nomen diſcrepat vocaliter in principio, ſicut in fine, quod eſt cõtra definitionem denominatiuorum, denominatiua enim tres habent ad hoc vt dicatur denominatiua cõditiones, & Prima eſt conuenientia vocis in principio vt auarus ab auaritia ignorans ab ignorantia & iuſtus à iuſtitia, ſed ſtudioſus & virtus non conueniunt in principio, bene verum ſtudioſus & ſtudium conueniunt in principio & dicitur, ſtudioſus à ſtudio quoniam ſtudium eſt cauſa virtutis. Secunda conditio eſt differentia in fine, Tertia eſt conuenientia in ſignificato, & Nota ꝙ ideo Ar. deſcripſit qualia in plurali quoniam qualia ſunt plura.i. quæ denominatiuè dicuntur, & quæ non denominatiuè dicuntur. ¶ Dices ſi

Dub. quale eſt quod denominatiuè dicitur, à qualitate & albedo eſt qualitas & nigredo dicitur qualitas, ergo ſecundum nigredinem aliquod dicitur, nigrum, & ab albedine aliquod dicitur album, ſed in rubeo vel in pallido & in aliquo medio colore adeſt nigredo & albedo, ergo illud medium dicitur, quale ab albedine & nigredine .ſ. vnum medium dicitur album & nigrum, ſimiliter aliquod poteſt dici calidum & frigidum, nam in tepido quod eſt medium inter calidum & frigidum adeſt caliditas & frigiditas, ergo denominatur & dicitur calidum, & à frigiditate frigidum, ergo idem dicitur calidum & frigidum, & quod peius in eodem tempore, quod eſt contra Ar. in cap. de quantitate, & 2. poſt. 16. ¶ Dicas ꝙ

Sol. illud verbum poſitum in definitione qualitatis .ſ. (dicimur) dicit aptitudinem, non dicit actum; quoniam non omnis qualitas in actu facit ſuum ſubiectum quale, ſed eſt apta nata facere ſuum ſubiectum quale, cum enim contraria ſint ſimul, non actu, ſed potentia, neceſſe eſt ꝙ vnum eorum ſit in potentia; aut ambo ſi vnum cõtrariorum excedit alterum excedens eſt in actu & exceſſum eſt in potentia, ſi nullum eorum excedit alterum verumque eſt in potentia, ita ꝙ non denominat ſed eſt aptum natũ denominare, vt ſi in aqua eſt caliditas & frigiditas, & caliditas excedit frigiditatem, caliditas eſt in actu, quoniam actu aliter denominat aquam; frigiditas verò eſt in potentia, quia non denominat ſed eſt apta nata denominare, ſi autem in aqua non ſe excedunt caliditas & frigiditas, tunc vtraq; eſt in potentia, ex quo in caſu iſto aqua non eſt calida, neque frigida, quando vero argumentatur ꝙ à qualitate nominata ſubiectum denominatiuè dicitur, intelligitur ſi illa qualitas eſt in actu & ſi in pallido rubeo vel fuſco & in aliquo alio medio colore eſt albedo & nigredo illud rubeum neq; eſt album neq; nigrum, quoniam in ipſo nec albedo nec nigredo ſunt in actu, ſed in potentia, ſola autem rubedo eſt in actu cuius ſunt diſpoſitiones naturales & potentiales albedo & nigredo, ſicut formæ elementorũ reſpectu formæ mixti ex quibus patet ꝙ ſi aliquod corpus haberet per totũ æqualiter de albedine & nigredine abſq; colore medio, illud corpus non eſſet coloratum, quoniam non eſſet album, neq; nigrum nec medio colore diſpoſitum, & ſi inciperet albedo vel nigredo intendi tunc illud corpus ſtatim fieret coloratum, quia ſubito fieret album vel nigrum.

Ineſt autem & contrarietas ſecundum qualitatem vt iuſtitiæ iniuſtitia contraria eſt, & albedo nigredini & alia ſimiliter autem & ea quæ ſecundum eas qualia dicuntur, vt iniuſtum iuſto & album nigro.

Deſcripta qualitate, & ipſa in quatuor ſpecies diuiſa, nunc declarat proprietates ipſius qualitatis, quæ ſunt quatuor, Prima eſt quod qualitas tàm in abſtracto quàm in concreto habet contrarium, Secunda eſt ꝙ in vno genere collocantur duæ qualitates contrariæ, Tertia eſt ꝙ qualitas ſuſcipit magis & minus, Quarta eſt ꝙ qualitas dicitur ſimilis vel diſſimilis, nunc declarat primam ꝙ qualitas in abſtracto & in concreto habet cõtrarium, cauſa intentionis eſt, vt pateat differentia inter ſubſtantiam quantitatem & qualitatem

tatem, qm̄ ſubſtantia & quantitas non habēt contrarium, qualitas vero habet cōtrarium, Diuidit iſte textus in duas partes, in prima ponit primā proprietatem dicens ꝙ qualitas in abſtracto ſiue fuerit moralis conſequens animā ſiue corporalis conſequens corpus habet contrarium, in ſecunda ibi (ſimiliter) declarat ꝙ non ſolum qualitas in abſtracto, ſed etiā qualitas in concreto. i. id quod dicitur, quale per illam qualitatē habet contrarium, Prima pars diuidit in duas partes, in prima ponit primā qualitatis proprietatē, in ſecunda ibi (vt iuſtitia) duobus exemplis declarat ꝙ qualitas habet contrariū, vno exemplo in qualitatibus moralibus ſeu ſpiritualibus animā conſequentibus, Alio exemplo in qualitatibus ſenſibilibus corporalibus, corpus inſequentibus, (autem) pro ſed. q. d. qualitas differt à ſubſtantia & quantitate, qm̄ nec ſubſtantia nec quantitas habet contrarium, ſed qualitati (ineſt). i. cōpetit contrarietas (& ſecundū). i. & per ipſam & ſm̄ ipſam qualitatē hæc met proprietas .ſ. contrarietas ineſt. i. cōpetit illi quod dr̄ quale in cōncreto, vnde tām qualitas in abſtracto q̄ in concreto habet cōtrarium, tn̄ diuerſo modo, nā qualitas in abſtracto habet contrariū, primo per ſe & immediate, quale in cōcreto, nōn primo pro ſe, ſed mediate, & p accidēs, rōe qualitatis, vt coruus eſt cōtrarius cygno p nigredinē, dat exemplū & dicit (vt) v. g. iuſtitia quę eſt qualitas in abſtracto conſequēs animā eſt cōtraria alteri qualitati exiſtēti in anima .ſ. iniuſtitię, & nō ſolū hę quę ſunt qualitates morales ſunt cōtrarię, ſed etiā qualitates corporales in abſtracto quę ſequunt corpus, vt albedo eſt contraria nigredini, & alię ſimiliter quæ ſūt qualitates in abſtracto ſunt cōtrarię, quas breuitatis cauſa reliquit nominādo ſolū iuſtitiā iniuſtitiā albedinē & nigredinē, q̄ ſunt in tertia ſpecie qualitatis, & omnes aliæ qualitates in abſtracto quæ ſunt in alijs ſpeciebus qualitatis ſunt cōtrarię, (ſimiliter) ea. ſ. ſubiecta q̄ ſm̄ eas. i. per eas qualitates .ſ. morales & corporales, qualia dicunt, illa met ſubiecta ſunt contraria, vt. v. g. iniuſtum. i. ſubiectū, qd̄ dr̄ iniuſtum ab iniuſtitia eſt contrarium iuſto. i. ſubiecto quod denominatiue dr̄, à iuſtitia (& album). i. ſubiectum quod denominatiue dr̄, ab albedine, quæ eſt qualitas corporalis eſt contrariū (nigro). i. ſubiecto quod denominatiue dr̄, à nigredine quæ eſt qualitas etiā corporalis.

Dub. ¶ Dices ſi ſubiectū albedinis eſt contrariū ſubiecto nigredinis ergo ſubſtātia eſt contraria ſubſtantię, cuius oppoſitum dixit in cap. de ſubſtantia. 1. phy. 52. 5. phy. 10.

Sol. ¶ Dicas ꝙ per accidens, & per aliud non per ſe ſubſtātia eſt contraria ſubſtantię .ſ. per albedinē & nigredinē & ideo dixit (ſm̄). i. per illā qualitatem ſubiectū quod habet illā qualitatē habet contrariū.

Dub. ¶ Dices qr̄ Ar. prius definiuit qualitatē & poſtea declarat proprietates qualitatis?

Sol. ¶ Dicas ꝙ mediū per quod oſtendit proprietas de ſubiecto eſt notius illa proprietate, & qm̄ per definitionē tāquām per mediū oſtendunt proprietates de ſubiecto, 2. de ani. 31. & 1. de anima. 11. ideo prius definiuit qualitatē & deinde de qualitate declarat proprietates, & ideo rectē dicunt Doctores ꝙ poſtquām Ariſt. tractauit de qualitate quo ad eius ſubſtātialia, nunc determinat de ea quantum ad eius accidentalia.

Dub. ¶ Dices qr̄ prius dedit exemplū de qualitate morali quę pertinet ad animā. ſ. de iuſtitia & iniuſtitia, & poſtea de corporali pertinēte ad corpus. ſ. de albedine & nigredine?

Sol. ¶ Dicas ꝙ nobiliora ꝑcedunt ignobiliora. 3. met. 11. 8. phy. 75. 2. de ani. 77. & qm̄ anima eſt nobilior corporē. 2. de anima 2. ideo prius de inſequētibus animam quām de inſequētibus corpus, tāto magis qm̄ iuſtitia nō eſt pars virtutis, ſed eſt tota virtus 2. ethicorū cap. 4. imo eſt excellētiſſima omniū virtutū, vt ibidē teſtat Ar.

Dub. ¶ Dices mos eſt Ar. incipere à notioribus. 1. phy. 2. 4. 57. 3. phy. 2. & 2. de anima 12. 33 ſed corpus eſt nobis notius. 2. de anima 3. ergo prius debebat exēplificare de pertinētibus ad corpus, q̄ de pertinētibus ad animā.

Sol. ¶ Dicit ꝙ Ar. ſequutus eſt ordinē nobilitatis, & non ordinē ſm̄ nos. ¶ Dices quō cognoſcitur ꝙ iuſtitia eſt contraria iniuſtitię. ¶ Dicas ꝙ illa ſunt contraria quæ nō poſſunt eſſe ſimul, ſed iuſtitia & iniuſtitia nō poſſunt eſſe ſimul in anima, ſed ſucceſſiue, ſimiliter iuſtū & iniuſtū non poſſunt prędicari de eodē ſubiecto, ſed ſucceſſiue, ſecūdo eſt cōtrarietas in naturali potētia, & impotētia quę ſunt in ſecūda ſpecie qualitatis nā duricies eſt cōtraria mollitiei, qm̄ molle eſt humidum, durum eſt ſiccū. 2. de gen. 13. humidū & ſiccū ſunt contraria. 2. de gen. 16. Tertio eſt cōtrarietas in paſſione & patibili quę ſunt in tertia ſpecie qualitatis, qm̄ caliditas eſt contraria frigiditati, & albedo nigredini in abſtracto & in cōcreto calidū frigidū, albū & nigrū, Quarto eſt contrarietas in forma & figura quę ſunt in quarta ſpecie qualitatis vt pulcritudo eſt contraria turpitudini & curuitas rectitudini & etiā in cōcreto vt pulcrū & turpe, & rectū & curuū.

Dub. ¶ Dices qr̄ dedit exemplū de qualitate quę eſt in prima ſpecie qualitatis. ſ. de iuſtitia & iniuſtitia & de qualitate quę eſt in tertia ſpecie qualitatis. ſ. de albedine & nigredine & nō de qualitate q̄ eſt in ſecunda ſpecie qualitatis, nec in quarta ſpecie qualitatis?

Sol. ¶ Dicas ꝙ ſumpſit primā relinquēdo ſecundā & veniēdo in tertiam & reliquit quartā ſpeciē, qm̄ prima ſpecies amplectit ſecudā, & tertia amplectit quartā, & ideo ſolū de prima & tertia, relinquēdo ſecundam, & quartā, ſpecies qualitatis.

Non in omnibus autem hoc accidit: rubro .n. aut pallido aut huiuſmodi coloribus: nihil eſt contrarium qualibus exiſtentibus.

Dectarata prima qualitatis proprietate; nunc ſoluit dubitationem, cauſa intentionis eſt vt prædicta proprietas magis eluceſcar, vel nunc declarat ꝙ hæc proprietas non eſt conuertibilis, qm̃ non cõpetit omnibus qualitatibus. Diuidiᵗ in duas partes in prima declarat ꝙ iſta proprietas .ſ. habere contrarium non cõpetit omnibus qualitatibus, in ſecũda ibi (rubro) probat id quod dixit inductione, pro intelligentia Nota ꝙ qualitates ſunt duę quædã extremę vt albedo & nigredo, & quædã mediæ vt palledo, fuſcedo, rubedo, ſimiliter qualia extrema vt album & nigrum, quædam ſunt media vt rubrum pallidũ & fuſcum dixit ꝙ qualitati in abſtracto & in concreto ineſt contrarietas, vt albedo nigredini, & album nigro, nunc dicit ꝙ non omnis qualitas in abſtracto, nec omne quale in concreto habet contrarium, qm̃ medij colores vt fuſcus pallidus ceruleus & cęteri alij ſunt qualitates tamen hi medij colores hæ mediæ qualitates non ſunt contrariæ, qm̃ color fuſcus .i. fuſcedo non eſt contrarius colori pallido .i. palledini nec fuſcum eſt contrarium pallido, ideo dicit (non omnibus autem hoc accidit) ſed hoc .ſ. prædicatũ habere contrarium (non accidit) .i. non competit (in omnibus) .ſ. qualitatibus & qualibus in abſtracto & in concreto, ſed .q. d. aliquibus .ſ. ſolum illis qualitatibus & qualibus quæ ſunt extrema (enim) aſsignat cauſam enim pro quia (rubro) .i. rubritati vtitur cõcreto ꝓ abſtracto quæ rubedo eſt qualitas media in abſtracto non habet contrariũ (aut) .i. & (pallido) .i. palledini iterum vtens concreto ꝓ abſtracto quæ eſt qualitas media nõ habet contrariũ, (aut) & (huiuſmodi coloribus) .i. & vniuerſaliter omnes tales .ſ. colores medij vt ruſſus luteus non habent cõtrarium (qualitatibus exiſtentibus) .i. qui medij colores ſunt quales .i. qualitates non ſunt contrarij & non habent contrariũ, & nemireris ſi Ar. dat exẽpla de concretis ꝓ abſtractis, qm̃ concretũ continet abſtractum, vt albũ albedinem, & nigrum quod eſt concretum continet nigredinẽ, quæ eſt abſtracta vel qm̃ concreta ſunt cõpoſita quæ ſunt notiora abſtractis.

Dub. ¶ Dices quare qualitates medię non ſunt contrarię?

Sol. ¶ Dicas qm̃ contrarietas eſt maxima diſtantia in genere. 10. met. ſed medij colores non maxime inter ſe diſtãt neq; diſtant ab extremis in genere colorum, ſed albedo & nigredo ſunt illa quæ maxime diſtant in illo genere, ergo extrema & non media ſunt contraria.

Rep. ¶ Dices contra nã media habent contrarium. 5. phy. 6. ex medio mutaᵗ vt ex contrario, vt Callias de pallido mutaᵗ in nigrum ergo pallidũ quod eſt medium eſt contrariũ nigro, & nigrum pallido, ergo mediũ habet contrariũ

Sol. ¶ Dicas, pro quo tamen Nota ꝙ in colore medio ſunt duo extremi colores in media diſpoſitione. 5. phy 6. vt in pallido qui eſt color medius ſunt duo extrema .ſ. albedo & nigredo. 4. cęl. 26. 5. phy. 29. 52. 10. met. 23. 12. met. 6 tunc diciᵗ, ꝙ medium eſt contrariũ extremis, & extrema ſunt contraria medio inquantũ illud mediũ habet in ſe de alio extremo vt color fuſcus habet albedinẽ & nigredinẽ, iſte color fuſcus qui eſt medius eſt cõtrarius albedini inquantũ ipſe habet nigredinem quæ eſt cõtraria albedini. 5. phy. 52.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ mediũ eſt contrariũ extremis ſm̃ partem non ſm̃ totum ſed ſm̃ partem non complete ſed incõplete non ſimpliciter ſed ſm̃ quid. 5. phy. 52. 1. phy. 47 cum diciᵗ media quæ ſunt inter contraria non ſimpliciter ſunt contraria extremis. 1. cæl. 20. 2. de gen. 50. 10. met. 23. 2. de anima 44.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ ſi colores medij contrariantur extremis non per ſe ſed per accidens.

Dub. ¶ Dices. 1. cęl. 10. vnum vni eſt contrarium & non vni plura ſunt contraria. 10. met. 14. 17. ſi mediũ eſt contrarium extremo, & extremũ eſt contrarium extremo, ergo duo plura & non vnum erunt contraria vni extremo .ſ. vnum medium & vnum extremũ vt rubedo & albedo nigredini.

Sol. ¶ Reſpondet Au. 8. phy. 62. & dicit ꝙ vnum poteſt habere plura cõtraria qñ illa contrarietas quæ eſt inter ea non eſt maxima, ſicut media quæ ſunt inter cõtraria, aut qñ idem habebit plura contraria diuerſis modis.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ vnũ ſub vna ratione conſideratũ eſt contrariũ vni. v. g. illiberalitati ſeu auaritiæ eſt cõtraria prodigalitas & liberalitas.

Dub. ¶ Dices ꝙ Ar. aſsignauit exempla de coloribus medijs qui ſunt in tertia ſpecie qualitatis & non de forma & figura quę ſunt in quarta ſpecie qualitatis.

Sol. ¶ Dicas vt manifeſtũ ſit ꝙ prima contrarietas eſt in extremis primo & per ſe & ratione ipſorũ extremorũ, prima contrarietas eſt in alijs.

Dub. ¶ Dices iſtę mediæ qualitates quę non habent contrariũ in qua ſpecie qualitatis ſunt.

Sol. ¶ Dicas ꝙ ſunt in tertia ſpecie qualitatis & quæ ſunt in ſecunda ſpecie qualitatis vt naturalis potentia & impotentia nec qualitates quæ ſunt in quarta ſpecie, qm̃ neq; circulus nec triangulus habent contrarium.

Amplius, ſi contrariorum alterum fuerit quale & reliquum erit quale. hoc autem palam eſt ex ſingulis proponenti alia prædicamenta, vt ſi eſt iuſtitia iniuſtitiæ contrarium:

quale autem eſt iuſtitia: quale igitur & iniuſtitia. nullum enim aliorum prædicamentorum aptabitur iniuſtitie, neque quantum, neque ad aliquid, neque vbi, nec omnino aliquid huiuſmodi niſi quale. ſiç autem & in alijs, quæ ſm̃ quale ſunt contraria.

Quid facit Ar. in hoc textu quot capita tot ſunt ſententiæ ad euitandam confuſionem, dicerem ꝙ Ar. in hoc textu ſoluit dubitationem ſimul aſsignando regulam cognoſcendi quando ſunt duo contraria vtrũ ambo ponantur in eodẽ genere vel in diuerſis generibus, & ſi dicerem ꝙ nũc ponit ſecundam proprietatem qualitatis forte ab Ar. mẽte non eſſem multum à longe qm̃ illa particula (Amplius) ſemper ſignificat aliquid noui, & ideo poteſt dici ꝙ Ar. affert nouam qualitatis proprietatem, cauſa intentionis eſt ne credas ꝙ vnum cõtrarium eſt in vno prædicamento, & aliud contrarium eſt in alio prædicamento, Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima ſoluit dubitationem ſimul ponendo regulam ꝙ in pluribus prædicamentis & non in vno ſolo prædicamento collocantur duo contraria, in ſecunda ibi (hoc autem) manifeſtat per inductionem quòd duo contraria ponuntur in eodem genere & non in diuerſis generibus, ideo dicit iuſtitia quæ eſt vnum contrarium ponitur in genere qualitatis & in eodem genere ponitur iniuſtitia quæ eſt aliud contrarium quod probat ſic (ſi vnum contrariorum erit quale & reliquum erit quale) .i. ſi vnum contrariũ eſt in genere qualitatis reliquum etiam eſt in genere qualitatis, nam dictum eſt. 10. met. 24. ꝙ contraria ſunt in eodem genere. 1. phy. 50. 56. vbi inquit in vno genere eſt vna contrarietas ideſt ſunt duo contraria ꝙ enim ſi vnum contrarium eſt in genere qualitatis aliud contrarium etiam eſt in genere qualitatis (hoc palam eſt) q. d. hoc non indiget probatione quia palam eſt ideſt manifeſtum & clarum eſt præponens alia prædicamenta) .i. facienti inductionem (in ſingulis) .i. in omnibus contrarijs, quæ non ſunt in alio prædicamento niſi in prædicamento qualitatis (vt) v. g. ſi pro quia iuſtitia eſt contraria iniuſtititiæ (quale autẽ eſt iuſtitia) autem pro ſed iuſtitia eſt quale .i. eſt in prædicamento qualitatis, ergo iniuſtitia quæ eſt contraria iuſtitię eſt in prædicamento qualitatis. ſimiliter frigiditas calidictas albedo nigredo, aſsignata cauſam quare iuſtitia & iniuſtitia reponuntur in prædicamento qualitatis, & dicit (nullum enim aliorum prædicamentorum aptabitur) ideſt competit iniuſtitiæ quoniam in nullo alio prædicamento collocatur iuſtitia niſi in prædicamẽto qualitatis ſcilicet neque in prædicamento quantitatis, neque in prædicamento ad aliquid, nec in prædicamento vbi, nec omnino aliquid huiuſmodi ideſt neque in prædicamẽto ſubſtantiæ nec in nullo alio niſi in prædicamento qualitatis & hoc non ſolum eſt verum de iuſtitia & iniuſtitia, ſed (ſic) .i. eodem modo eſt verum in alijs quæ ſunt contraria ideſt in illo genere in quo ponitur vnum contrarium in illo met ponitur alterum. ¶ Dices contra nam quæ ponuntur in contrarijs generibus non ſunt in eodem genere, ſed iuſtitia & iniuſtitia ſunt in contrarijs generibus ergo non ſunt in eodem genere, minor patet ex Ariſt. in cap. de oppoſitis, vbi inquit quod genus iuſtitiæ eſt virtus genus vero iniuſtitiæ eſt vitium. ¶ Dicas ꝙ genus eſt duplex aliud remotum, Aliud propinquum tunc dicitur, ꝙ iuſtitia & iniuſtitia ſunt in pluribus generibus propinquis, ſed ſunt in eodem genere remoto, vt eſt qualitas quod genus propinquum iuſtitiæ eſt virtus, iniuſtitiæ autem eſt vitium, quæ duo contraria ſunt in eodem genere, quoniam genus. 10. met. 24. vel ſignificat materiam, vel eſt materia, & quoniam eadem eſt materia & ſubiectum contrariorum. 2. celi 18. 4. phy. 84. ideo duo contraria ſunt in eodem genere. ¶ Dices contra, nam genus non eſt materia. 1. met. 17. 12. met. 14. 8. met. 6. 7. met. 43. 46. ergo nõ per hoc ꝙ genus eſt materia duo contraria ſunt in eodem genere. ¶ Dicas ꝙ aliud eſt dicere genus eſt materia, & aliud ſignificat materiam, tunc dicitur, ꝙ genus non eſt materia. 1. met. 17. 12. met. 14. ſed ſignificat materiam. 2. celi. 49. 7. met. 43. ideo dixit Porph. in cap. de differentiis ꝙ genus eſt proportionale materie. ¶ Sed contra nam 7. met. 34. genus eſt materia ergo non ſignificat materiam. ¶ Dicas ꝙ intelligitur ſic .i. genus ſignificat materiã ſed non eſt vere materia, ꝙ ſic probatur, qm̃ materia. 7. met. 24. 43. 9. met. 17. denominatiue prædicatur de eo cuius eſt materia. 2. de gen. 4. vt annulus eſt aureus, nõ dicitur annulus eſt aurum, ſed genus non denominatiue, ſed in recto prædicatur, vt homo eſt animal. ¶ Dices forma non eſt nec ſignificat materiam qm̃ materia & forma nõ coincidunt. 2. phy. 70. 2. de anima 36. qm̃ materia ſignificat potentiam. 2. de anima 2. 15. 2. phy. 11. & 12. met. 14. 7. met. 34. 35. forma ſignificat actum. 7. met. 34. 35. 12. met. 14. 2. phy. 12. 2. de anima 6. 2. de anima 7. ſed actus & potentia ſunt differentię valde oppoſitæ. 1. de anima 6. ergo genus cum ſit forma. 2. phy. 28. 7. met. 43. 8. met. 6. non poteſt eſſe materia. ¶ Dicas concedendo ꝙ genus eſt forma tamen ſi materia non vere, propriè

Nn 2

ſed æquiuocè impropriè ſecundum ſimilitudinem, methaphoricè, & proportionaliter. Dub. ¶ Amplius iuſtitia non eſt contraria iniuſtitiæ, nec albedo nigredini, ergo in qualitatibus in abſtracto non eſt contrarietas, probatur ſic nam inter contraria datur motus. 8. phy. 49. 5. phy. 10. ſed inter iuſtitiam & iniuſtitiam non datur motus. 5. phy. ad virtutes & vitia non datur motus. ¶ Amplius ſi albedo eſſet contraria nigredini aut albedo quæ eſt, aut albedo quæ non eſt, non illa quæ eſt, quoniam contrariorum vnum eſt deſtructiuum alterius. 1. phy. 81. 8. phy. 64. 2. cœli. 19. ſed albedo quæ eſt in vno ſubiecto non poteſt expellere nigredinem quæ eſt in alio ſubiecto, quoniam accidens migraret de ſubiecto in ſubiectum, nec albedo quæ non eſt contraria nigredini, quoniam ſi vnum cõtrariorum eſt in natura & reliquum etiam eſt in natura vt patet in cap. de oppoſitis. 2. cœli 18. ¶ Amplius ſumma caliditas non eſt contraria ſummæ frigiditati, ergo nulla alia caliditas eſt cõtraria alicui alteri frigiditati quoniam contraria ſunt illa quæ poſſunt in eſſe eidem ſubiecto, 2. cœli 18. ſed ſumma caliditas & ſumma frigiditas non poſſunt ineſſe eidem ſubiecto. nec ſimul, nec ſucceſsiuè, quoniã in igne eſt caliditas in ſummo non poteſt eſſe ſumma frigiditas, & in aqua ſumma frigiditas non poteſt eſſe ſumma caliditas, patet igitur ex his ꝙ nec albedo eſt contraria nigredini, nec iuſtitia iniuſtitiæ, & per conſequens qualitates in abſtracto non ſunt contrariæ in prædicamento qualitatis. Sol. ¶ Dicas ꝙ motus non eſt inter omnia contraria, loquendo de motu qui eſt mutatio de ſubiecto in ſubiectum, quoniam Ariſt. 8. phy. 16. probat ꝙ ad ſanitatem non eſt motus, nec ad ægritudinem, nec ad virtutes, nec ad vitia, ſed intendit motum eſſe inter contraria, vt per hoc diſtinguat motum, à generatione, & corruptione, quæ ſunt mutationes inter contradictoria, tamen largè loquendo de motu eo modo quo diffinitur. 3. phy. 6. eſt concedendum ꝙ inter iuſtitiam & iniuſtitiam eſt motus, ſicut inter muſicum & immuſicum. 1. phy. 43. Amplius, conceditur ꝙ albedo contrariatur nigredini, tàm in vniuerſali quàm in particulari, & vtraque earum eſt, neque oportet ꝙ albedo quæ eſt in pede poſsit expellere nigredinẽ quæ eſt in capite, ſed ſatis eſt vt ſit apta nata expellere illam nigredinem quæ eſt in capite, quæ aptitudo & ſi non poteſt reduci ad actum in hac particulari albedine, ſufficit ꝙ in albedine eiuſdem ſpeciei quæ nondum eſt, quando vero arguitur de caliditate & frigiditate ſumma Reſpondetur, ꝙ ſi non poteſt in eſſe eidem ſubiecto propinquo in actu exiſtenti compoſito ex materia & forma, tamen poſſunt ineſſe ſubiecto exiſtenti in potentia quod eſt materia prima, iuxta dictum Ar. 2. de cœlo 18. vbi inquit, eadem eſt materia contrariorum. ¶ Amplius probat ꝙ iuſtum & iniuſtum album & nigrum quæ ſunt qualia in cõcreto, in prædicamento qualitatis non ſunt contraria, ſi enim album eſſet contrarium nigro aut ſubiectum albedinis & nigredinis inuicem ſunt cõtraria aut compoſita ex ſubſtantijs & accidentibus, non eſt dicendum ꝙ ſubiectum albedinis eſt contrarium ſubiecto nigredinis, quoniã illa ſubiecta ſunt ſubſtantiæ, quæ ſubſtantiæ ad inuicem non ſunt contrariæ. 1. phy. 52. & 14. met. cap. 1. nec eſt dicendum ꝙ cõpoſita ex ſubſtantia & accidentibus ſunt contraria, quoniam contraria viciſsim inſunt eidem ſubiecto, vt ex cõtrariorum definitione patet, conſtat autem quòd talia compoſita nõ poſſunt ineſſe eidem, quia nihil poteſt ſubiectiue recipere compoſitum ex ſubiecto & albedine, aut compoſitum ex ſubiecto & nigredine. Dub. ¶ Amplius ſunt ſub eodem genere. 10. met. 24. ſed album & nigrum non ſunt in genere, neque iuſtum & iniuſtum, 4. top. vbi inquit Ar. ꝙ iuſtum non eſt in genere, neque album, ſed iuſtitia & albedo, ergo album & nigrum non ſunt contraria, neq; iuſtum & iniuſtum, & per conſequens qualia in concreto in prędicamento qualitatis nõ ſunt contraria. Sol. ¶ Dicas ꝙ album & nigrum in concreto ſunt contraria, non quia ſubiecta ſint contraria, ſed quoniam formæ ſunt cõtrariæ, ratione quarum compoſita ex ſubſtantijs, & accidentibus ſunt contraria, & licet talia cõpoſita non poſsint in eſſe eidem ſubiecto per inhærentiam tamen poſſunt ineſſe eidem ſubiecto per prędicationem, quoniam idem numero aliquando eſt album & deinde eſt nigrũ ſed ipſæ formæ inſunt ſubiecto per inhærentiam, & quando dicit ꝙ album & nigrum non ſunt in genere verum eſt per ſe & primo, & ſic intendit Ar. quando dicit ꝙ iuſtum non eſt in genere ſed iuſtitia, tamen per ſe non primo ſunt in genere, ex quo iuſtitia & iniuſtitia, albedo & nigredo ſunt per ſe primo in genere, & per ſe primo ſunt contraria, quoniam ſecundum ſe totum & non per partem iuſtum & iniuſtum ſeu album & nigrum ſi ſunt in genere aut ſi ſunt contraria hoc eſt per ſe, non primo, quoniam ſecundum partem, & non ſecundum totum.

Suſcipiunt autem qualia magis & minus, album enim magis & minus album alterum altero dicitur: & iuſtum alterum altero magis & minus dicitur, ſed & ipſa intentionem ſuſcipiunt: cum candidum namque ſit, contingit amplius candidum fieri,

De-

Declarata ſecunda qualitatis proprietate nunc tertiam manifeſtat, quæ eſt ꝙ qualitas recipit magis & minus, quæ proprietas ſequitur ex prima, quoniam ſi in qualitate reperitur contrarietas, & mixtio contrariorũ, neceſſe eſt vt reperiatur magis & minus, cauſa intentionis eſt, vt oſtendat qualitatem non ſolum vnam, ſed plures habere proprietates Diuiditur in tres partes, in prima facit quod dictum eſt in ſecunda ibi (vt album) inductione manifeſtat dictam proprietatem .ſ. quomodo qualitas ſuſcipit magis & minus, in tertia ibi (ſed & ipſa) manifeſtat hanc proprietatem ꝙ idem eſt magis & minus ſucceſsiue, & in diuerſo tempore, quo ad primum inquit (qualia) .ſ. ſubiecta compoſita quæ habent qualitatem ſuſcipiunt magis & minus, ideſt vnum dicitur magis tale & aliud dicitur, minus tale (album enim magis & minus album alterum altero dicitur) ideſt vnum ſubiectum dicitur, magis albũ altero ſubiecto, & aliud dicitur minus album altero ſubiecto. v. g. nix & calcis ſunt duo ſubiecta quæ ambo ſunt alba, tamen nix dicit. magis alba quàm calcis, & calcis dicitur, minus alba quàm nix, & q.d. non ſolum vnum ſubiectum dicitur, magis album, quàm alterum, ſed vnum ſubiectum poteſt dici magis albũ ſe ipſo, quando dicit ſed & ipſa .ſ. ſubiecta qualia ſuſcipiunt intenſionem .i. ipſa ſubiecta qualia poſſunt fieri magis alba. v. g. (cum candidum namque ſit) .i. quando aliquod ſubiectum eſt candidum .i. album contingit amplius & .i. magis candidum fieri, aliquod .n. quod eſt album poteſt fieri magis album, & ſic non ſolum vnum ſubiectum ſuſcipit magis & minus reſpectu alterius ſubiecti, ſed etiam reſpectu ſui, & Nota ꝙ hoc exemplum datum de albedine, quæ eſt in tertia ſpecie qualitatis, verificatur etiam in omnibus ſpeciebus qualitatis, & probatur in prima ſpecie qualitatis, nã vnus ſciens eſt magis ſciens, & alter ſciens eſt minus ſciens quàm alius, & vnus homo iuſtus eſt magis vel minus iuſtus quàm alius homo, & ſic de alijs quæ ponuntur in prima ſpecie qualitatis, ſimiliter in ſecũda ſpecie qualitatis, nam vnus curſor vel vnus pugillator eſt magis vel minus curſor, vel pugillator quàm alius, verum etiam vnum durum eſt magis durum quàm alterum, & vnum molle eſt magis molle quàm alterũ, & in tertia ſpecie qualitatis aliquod album eſt magis album quàm reliquũ, & aliquod calidum eſt magis vel minus calidum quàm aliud, & aliquis iracũdus magis vel minus iracundus, & in quarta ſpecie qualitatis aliquod pulcrum magis vel minus pulcrum, quàm reliquũ, & aliquod turpe eſt magis vel minus turpe quàm reliquum, & aliquod rectũ vel curuum eſt magis vel minus rectũ & curuum, Sed Nota ꝙ qualitas non ſolum ſuſcipit magis & minus reſpectu diuerſorum, ſed reſpectu eiuſdem tamen in diuerſo tẽpore quoniam qualitas accipit augmentum in eodem ſecundum intentionem, nam quando aliquod eſt album vel candidum contingit ipſum fieri magis candidum per augmentum candoris in ipſo, veluti aliquod poteſt fieri calidum magis per intentionem caliditatis, in eo tale eſt magis calidum vno tempore quàm alio, & minus calidum hodie quàm cras. ¶ Sed cõtra nam ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus. ¶ Dicas ꝙ non ſuſcipit magis & minus ſecundum eſſe ſubſtantiale, ſed ſecundum eſſe accidentale. ¶ Contra nam formæ elementorum ſunt ſubſtantiæ. 3. cęli 67. intenduntur & remittuntur. ¶ Dicas quod formæ elementorum non ſunt formæ perfectæ, ſed imperfectæ & mediæ inter ſubſtantiam & accidentia, vt ibidem patet hinc inquit Au. 8. met. 10. forma ſubſtantialis non ſuſcipit magis & minus, homo .n. non eſt maioris humanitatis quàm alius homo. ¶ Dices contra nam. 8. met. 10. forma ſubſtãtialis perfecta ſuſcipit magis & minus. ¶ Dicas ꝙ forma perfecta non recipit magis & minus ſecundum ſuam eſſentiam, ſed ſecundum ꝙ eſt forma in materia, nã forma melius operatur in materia bene diſpoſita quàm in materia nõ ſic pręparata, vt ignis quando approximatur ſulphuri propter materiæ diſpoſitionem citius & magis operatur quàm quando approximatur ligno viridi, in quo propter indiſpoſitionẽ non ſic citius ſed tardius, & minus operatur. ¶ Dices quare vnũ ſubiectum eſt altero ſubiecto magis vel minus album? ¶ Dicas vt inquit Au. 5 phy. 19. ꝙ magis vel minus contingit propter admiſtionem contrarij. v. g. accipiantur duo gradus albedinis & vnus gradus nigredinis & commiſceantur ex hac commiſtione fit album, deinde accipiatur vnus gradus albedinis & duo gradus nigredinis fiet aliud album, tamen illud album in quo ſunt duo gradus albedinis erit magis album quàm illud in quo eſt vnus gradus albedinis.

Dub.
Sol.
Rep.
Sol.
Rep.
Sol.
Dub.
Sol.

Non tamen omnia ſed plurima: iuſtitia namque ſi dicatur magis & minus iuſtitia, poteſt quilibet ambigere, ſimiliter autem & in alijs diſpoſitionibus. Quidam enim dubitant de talibus: iuſtitiam namque iuſtitia, non omnino aiunt magis & minus debere dici, nec ſanitatem ſanitate.

Cum declaraſſet ꝙ qualia ſuſcipiunt magis & minus, nunc declarat ꝙ non omnia

qualia

qualia ſuſcipiunt magis & minus, Diuiditur in duas partes, in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda ibi (iuſtitia) nominat proprio nomine quæ ſunt illa qualia ſeu qualitates quæ non ſuſcipiunt magis & minus, & circa hoc monet vnam dubitationem, quæ ortum habet ex diuerſis & varijs Antiquorum opinionibus, Sed Nota ꝙ tres fuerunt famoſæ opiniones ad inuicem diſcrepantes .ſ. an qualitas ſuſcipiat magis & minus, quarum Prima fuit Platonis inquit enim Plato quòd qualitas in abſtracto vt eſt iuſtitia & ſanitas ſuſcipiunt magis & minus. v.g. vna iuſtitia eſt magis iuſtitia quàm alia iuſtitia, & vna ſanitas eſt magis q̃ alia ſanitas, & ſimiliter omnes habitus & affectiones quæ ſunt in prima ſpecie qualitatis; ſecunda Epicureorũ Epicurei .n. totum oppoſitum aſſerunt, & dicunt, ꝙ qualitates in abſtracto vt iuſtitia & ſanitas & omnes qualitates quæ ſunt in prima ſpecie qualitatis nõ ſuſcipiunt magis & minus, non .n. vna iuſtitia eſt magis iuſtitia quàm alia iuſtitia nec vna ſanitas eſt magis ſanitas quàm alia ſanitas, tertia opinio Peripateticorum Peripatetici quidem quorum Princeps eſt Ar. dicunt ꝙ huiuſmodi qualitates .ſ. iuſtitia iniuſtitia, ſanitas & cæteræ qualitates in abſtracto non ſuſcipiunt magis & minus, ſed illa ſubiecta quæ habent tales qualitates ſuſcipiũt magis & minus. v.g. iuſtitia quæ eſt qualitas in abſtracto non dicitur, magis vel minus iuſtitia quàm alia iuſtitia, ſimiliter & ſanitas non dicitur, magis vel minus ſanitas quàm alia ſanitas, ſed homo qui habet ſanitatem dicitur, magis vel minus, vt Franciſcus dicitur ſanior, vel magis ſanus, vel iuſtior vel magis iuſtus Antonio, quibus ſic ſtãtibus Dices, dictum eſt ꝙ qualia ſuſcipiunt magis & minus, ſed non eſt determinatum vtrum omnia qualia ſuſcipiant magis & minus, vel aliqua ſic & aliqua non, nunc determinat & dicit (non tamen omnia) .i. qualia ſuſcipiunt magis & minus (tamen) pro ſed non omnia .i. aliqua qualia non ſuſcipiunt magis & minus, & ſic patet ꝙ aliqua. qualia ſuſcipiunt magis & minus, & aliqua non.

Opinio Platonis — *Opinio Epicureorum.* — *Opinio Peripateticorum.*

¶Dices quæ ſunt plura, an illa quæ ſuſcipiunt magis & minus, an illa quæ non? dicit (ſed plurima) q. d. multo plura ſunt illa quæ ſuſcipiunt magis & minus quàm illa quæ non, veluti iuſtitia quæ eſt qualitas in abſtracto, de qua aliquis poſſet ambigere, i. dubitare ſi dicatur. i. vtrum dicatur magis & minus (ſimiliter) ideſt non ſolùm quis poſſet dubitare de iuſtitia, ſed ſimiliter in alijs habitibus .i. affectionibus & diſpoſitionibus quæ ſunt in prima ſpecie qualitatis, Quidam enim dubitant de talibus veluti ſunt Platonici & Epicurei an tales qualitates ſuſcipiant magis & minus, tamen. q.d. Ar. iſtas qualitates in abſtracto omnino .i. omni modo & reſolutè non debere dici magis & minus, vt iuſtitia non dicitur, magis & minus iuſtitia, nec ſanitas dicitur magis & minus ſanitas quàm alia ſanitas, & vt reſolutè dicamus quæ ſunt in abſtracto non ſuſcipiunt magis & minus.

Dub.

Minus autem habere alterum altero ſanitatem aiunt: & iuſtitiam alterum minus altero habere dicitur, ſic autem & grammaticam, & alias diſpoſitiones, ſed tamen ea, quæ ſecundum eas dicuntur, indubitanter recipiunt magis & minus: grammaticior alter altero dicitur, & iuſtior, & ſanior, ſic autem & in alijs.

Cum declarauit quæ ſunt illa qualia ſeu qualitates quę non recipiũt magis & minus, nunc declarat quæ recipiunt magis & minus & q.d. qualitas vt qualitas vt iuſtitia vt iuſtitia ſumpta in abſtracto & vt eſt ſine ſubiecto non ſuſcipit magis & minus, ſed ſumpta in concreto & vt eſt in ſubiecto ſuſcipit magis & minus .i. illud ſubiectum quod habet iuſtitiam ſuſcipit magis & minus, & quod habet ſanitatem, nam qualitates non ſuſcipiunt magis & minus, ſed ſubiecta quæ ſecundum eas qualia dicuntur ſuſcipiunt magis & minus, quemadmodum alter .i. vnus homo vt Socrates habet minus ſanitatem altero ideſt quàm Plato & Plato habet magis ſanitatem quàm ſortes, & alter homo minus iuſtitiam quàm alter, & alter habet magis iuſtitiam quàm alter, ſimiliter aliquis magis habet grammaticam, & aliquis minus, & ſic inquit Ar. indubitanter & ſine dubio ꝙ qualitas in abſtracto non ſuſcipit magis & minus, ſed qualitas .i. quale ipſum quod .i. habet qualitatem illud quippe ſuſcipit magis & minus, vt (alter) .i. aliquis dicitur grammaticior altero, & iuſtior & ſanior, & hoc non ſolum eſt verum de grammatica & ſanitate (& ſic autẽ & in alijs) adde tu qualitatibus in concreto ſumptis omnes recipiunt magis & minus, nam nullus dicit alteram altera magis eſſe grammaticam, ſed illum qui participat grammaticam, ſimiliter dicimus aliquis eſt literatus qui a literatura denominatur, literatus vero ſuſcipit magis & minus, vt Petrus plus erat ætate tàm prouecta grammaticus & literatus quàm in principio ad tale ſtudiũ deueniſſet. ¶Contra nam. 2. met. 4. Au. 1. poſt. 10. Ar. 1. poſt. 15. ſemper propter quod vnumquodque tale & illud magis, ſed vnum ſubiectum dicitur, magis grammaticum quàm alterum

terum vt ſortes eſt grammaticior Antonio propter grammaticam, vel iuſtior & ſanior propter iuſtitiam, & ſanitatem quæ ſunt qualitates in abſtracto, ergo grammatica iuſtitia & ſanitas ſuſcipiunt magis & minus. ¶ Dicas verum primo Nota ꝙ propoſitio Ar. intelligitur hoc modo .ſ. quando fuerit aliqua diſpoſitio recipiens magis & minus denominans formaliter cauſam & cauſatum & competit cauſato propter cauſam ſemper, per prius, & ſimpliciter dicitur de cauſa & per poſterius & ſecundum quid dicitur de cauſato, vnde Au. 8. phy. 77. vbi inquit horum autem de quibus nomen dicitur ſecundũ prius & poſterius, & ſimpliciter ſecundum denominationem, illud de quo dicitur, prius eſt cauſa eius de quo dicitur, poſterius & 7. met. 3. inquit ꝙ cum plura communicat in eodem nomine, & quodam dignius quibuſdam illud quod eſt dignius illo nomine eſt cauſa cæterorum, & diſpoſitio cæterorum ad cauſalitatem eſt ſicut diſpoſitio illorum in illo nomine, quod confirmat. 7. met. 7. & 8. met. 7. quo ſic ſtante ſoluitur dubitatio .ſ. ꝙ propoſitio Ariſt. eſt vera in illis quæ recipiunt magis & minus, modo ſanitas iuſtitia & grammatica quæ ſunt qualitates in abſtracto non ſuſpiunt magis & minus, ideo non ſequitur ꝙ ſi ſortes dicitur grammaticior iuſtus & ſanus, pro grammaticam iuſtitiam & ſanitatẽ non propter hoc ſequitur ꝙ grammatica iuſtitia & ſanitas dicitur magis grammatica, magis iuſtitia, & magis ſanitas, nec nulla qualitatum abſtractarum ſuſcipit magis & minus.

Sol.

Triangulus vero & quadrangulus non videntur magis & minus ſuſcipere: neque aliqua aliarum figurarum. quæ enim definitionem trianguli recipiunt & circuli omnia ſimiliter trianguli vel circuli ſunt.

Cum declarauit ꝙ ſunt quædam qualitates ſeu quædam qualia quæ recipiunt magis & minus. nunc declarat ꝙ ſunt quędam qualitates ſeu quædam qualia quæ non recipiunt magis & minus, vt oſtendat ꝙ non eſt proprium qualitatis ſuſcipere magis & minus. ¶ Diuiditur in duas partes, in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda ibi (quæ enim) dat rationem quare triangulus & alia qualia quæ ſunt in quarta ſpecie qualitatis non ſuſcipiunt magis & minus, & dicit vero pro ſed triangulus & quadrangulus qui ſunt qualitates ſeu qualia in quarta ſpecie qualitatis non videntur .ſ. vere certe non ſuſcipiunt magis & minus, & q. d. non ſolum hęc duo ſed etiam neque aliarum figurarum .i. neque nulla alia figura quæ eſt in quarta ſpecie qualitatis, vt circulus, æquicrus, æneus, yſopleurus non .n. vnus triangulus dicit. magis vel minus triangulus quàm alter, ſimiliter neque quadrangulus, neque circulus, aſsignat cauſam & dicit (quæ .n. definitionem trianguli recipiunt & circuli omnia ſimiliter trianguli & circuli ſunt) .i. omnia quæ recipiunt definitionem trianguli & circuli, ſimiliter .i. æqualiter, & pariter, trianguli & circuli ſunt ſiquidem cui competit vna definitio eadem competit alteri, omnes enim eandem definitionem habent quoniã quibus competit definitio competit & definitum, quoniam definitio & definitum ſunt idem. 1. phy. 5. 7. met. 40. ſed omnes particulares trianguli ſimiliter & pariter & non magis vnus quàm alter recipiunt definitionem eandem .ſ. trianguli & circuli, vt iſte triangulus ſignatus in puluere, & iſte triangulus ſignatus in arena, & iſte ſignatus in auro, & omnes particulares trianguli & circuli ſimiliter & pariter ſunt trianguli, & circuli, & vnus non magis nec minus altero, definitio enim trianguli hæc eſt .ſ. triangulus eſt figura tribus lineis contenta. 1. de anima 11. circulus eſt figura plana à cuius centro omnes lineæ ductæ ad circumferentiam ſunt ęquales. 1. phy. 5. & ne mireris ſi Ariſt. huius rationis factę reliquit minorem & concluſionem, & tantum poſuerit maiorem, quoniam maior propoſitio potentia cõtinet minorem & concluſionem, vt inquit Au. in æpit. log. cap. de rethorica demonſtratiua. 7. æthicorum cap. 5. Ar. fiat igitur ratio talis, illa quę habent eandem definitionem quæ ſimiliter competit omnibus non ſuſcipiunt magis & minus, illa vero quæ habent eandem definitionem quę non ſimiliter competit omnibus, ſed magis vni quàm alteri, illa ſuſcipiunt magis & minus, vt ſanum eſſe competit exercitio, cibis, & vrinis, vt exercitium eſt ſanum, cibus eſt ſanus, & vrina eſt ſana; ſed non competit iſtis indifferenter, ſimiliter, & pariter ſed differẽter, & diſsimiliter magis vni quàm alteri, vt exercitium eſt ſanum quia eſt cuſtos ſanitatis, cibus eſt ſanus quia eſt efficiens ſanitatem, vrina eſt ſana quia indicat ſanitatem modo exercitium eſt magis ſanum quàm cibus, quoniam exercitium tuetur ſanitatem pręſentem, cibus vero reuocat ſanitatem præſentem, ſimiliter cibus magis eſt ſanus quàm vrina, quoniam vrina intantum dicitur ſana inquantum indicat ſanitatem, & ſic hæc tria .ſ. exercitium, cibus & vrina licet ſuſcipiãt eandem definitionem, tamen non ſimiliter, ſed magis vnum, & minus reliquum, & ſic vnum iſtorum dicitur magis ſanum quàm alterum, & alterum minus quàm alterum.

Eorum autem, quæ non recipiunt rationem eandem, nihil magis alterum altero dicitur, nihil enim quadratum magis quàm parte altera lõgius, circulus eſt: neque alterum non recipit circuli rationem. ſimpliciter autem, ſi vtraque non recipiunt propoſiti rationem, non dicetur alterum altero magis non, ergo omnia qualia recipiunt magis & minus.

Cum notificauit, ꝙ quædam qualitates vt triangulus & circulus non ſuſcipiunt magis & minus, nunc declarat ꝙ non ſolum illa quę recipiunt definitionem circuli ſimiliter ſunt circuli, & non recipiunt magis & minus, ſed illa quæ non recipiunt definitionem circuli non ſuſcipiunt magis & minus, cauſa intentionis eſt, vt oſtendat ꝙ non eſt propriũ qualitatis ſuſcipere magis & minus. v.g. quadratum non recipit definitionem circuli, quoniam non eſt figura à cuius centro lineæ ductæ ad circumferentiam ſunt æquales, nec altera parte longius .i. quadragulus recipit definitionem circuli, ſi ergo neuter recipit definitionem circuli, ergo neuter dicitur, magis & minus circulus, ſed æqualiter, pariter, & ſimiliter, vterque enim vocatur circulus, nam ſicut ſe habet negatio ad negationem, ſic ſe habet affirmatio ad affirmationem, 1. poſt. 99. nam ſicut illa quæ recipiunt definitionem circuli æqualiter dicuntur circuli, à pari illa quę non recipiunt definitionem circuli ſimiliter non dicuntur, circuli. v. g. homo & canis, homo enim non dicitur magis equus quàm canis, & canis dicitur, minus equus quàm homo, quoniam nec homo nec canis recipit definitionem equi, quoniam non dicitur, ꝙ homo eſt animal hinnibile, nec canis eſt animal hinnibile, ſicut enim homo non dicitur, magis equus, nec canis dicitur, minus equus; quoniam neuter recipit definitionem equi; ſic etiam quadratum non dicitur, magis circulus, & quadrangulus non dicitur, minus circulus, quoniam neque quadratum, neque triangulus recipit definitionem circuli, patet igitur ꝙ non omnia qualia ſuſcipiunt magis, & minus, quod probatur ratione, nam illa qualia ſuſcipiunt magis, & minus; quorum qualitates ſuſcipiunt magis, & minus, ſed aliquæ qualitates non recipiunt magis, & minus, ergo non omnia qualia ſuſcipiunt magis, & minus, maior patet ex definitione qualium; quoniam illa dicuntur, qualia; quæ denominatiuè dicuntur, à qualitatibus; & quoniam circulus & triangulus, & quadrangulus, & aliæ figuræ non recipiunt magis, & minus, ideò circulare, triangulare & alia figurata non ſuſcipiunt magis, & minus, nihil enim eſt magis circulare, vel triangulare; quàm aliud, eo magis; quoniam ibi eſt magis, & minus vbi eſt motus; ſed in iſtis qualitatibus quartæ ſpeciei qualitatis; quæ ſunt qualitates mathematicæ non eſt motus, ſed ſunt priores motu, ideo in iſtis non datur magis, & minus, quod confirmatur alia ratione, ſupponendo vnum ex primo top. cap. de termino, vbi dicitur ꝙ definitio oſtendit rei naturam, & ſubſtantiam, omnia igitur? quæ differunt definitione, diſcrepant etiam natura, & ſubſtantia; ſed quadratum & altera parte longius non recipiunt definitionem circuli, ergo differunt à natura, & à ſubſtantia circuli, & ſic non ſunt nec dicuntur circuli, patet igitur ꝙ non omnia; ſed quædam qualia ſuſcipiunt magis, & minus.

Horum itaque, quæ prædicta ſunt, nullum eſt proprium qualitatis, ſimilia verò, aut diſſimilia, ſecundum ſolas dicuntur qualitates. ſimile enim & diſſimile alterum alteri non eſt ſecundum aliud niſi ſecundum id; quod quale eſt, quare proprium eſt qualitatis? ſecundum eam ſimile, vel diſſimile dici.

Cum probaſſet ꝙ non omnis qualitas ſuſcipit magis & minus, & quòd qualitas habet contrarium, nunc infert concluſionem omnium dictorum dicens, ꝙ nullum dictorum eſt proprium qualitatis? quoniam nullum eorum eſt conuertibile cum qualitate, & declarat quæ nam eſt vera proprietas qualitatis, cauſa intentionis eſt, vt cognoſcatur & quod eſt illud; quod eſt proprium qualitatis, & conuertitur cum qualitate ab illo: quod non eſt proprium, & non conuertitur cum qualitate: Diuiditur tex. iſte in tres partes, in prima facit, quod dictum eſt, in ſecunda ibi (ſimilia) proponit concluſionem probandam .ſ. quod eſt proprium qualitatis, in tertia ibi (ſimile) probat ratione ꝙ ſimile, & diſſimile eſt proprium qualitatis, quo ad primum Dices ſi qualitas non habet cõtrarium, & non ſuſcipit magis, & minus; quod iſtorum eſt proprium qualitatis? dicit (itaque) .i. ergo: (nihil) .i. nullum horum .ſ. duorum prædicatorum eſt proprium qualitatis; quoniam competunt alijs à qualitate, nã illud eſt proprium alicui; quod cõpetit omni ſoli & ſemper. 1. top. Ar. & Porphyrius in cap. de proprio

prio;ſed nullum prædictorum competit omni qualitati nec ſoli qualitati ergo nullum iſtorum eſt proprium qualitatis:qm ſunt communia qualitati, & multis prædicamentis, & *Dub.* præcipue ipſis relatiuis. ¶ Dices ſi hęc ſunt communia Ariſt.non debebat tractare de his,qm *Sol.* ſcientia eſt de proprijs.1.poſt 9.66.67. ¶ Dicas,q hęc videbanẽ propria,licet nõ ſint propria,ideo de his tractauit Ar.& cũ probaſſet q non ſunt propria ſtatim tradidit; quæ ſunt propria ſicut fecit in cap. de ſubſtãtia;vbi reprobatis prius his;quę propria videbanẽ,poſtea quę ſunt vere propria tradidit;ſic in hoc loco reiectis duobus.ſ.non habere contrariũ & nõ ſuſcipere magis, & minus;quę videbanẽ propria,ſtatim eligit: qđ eſt vere, & maximè propriũ qualitatis,& dicit (ſimilia) q.d.propriũ propriè dictũ; quod competit omni, & ſoli qualitati;& non alteri à qualitate eſt dici ſimile, vel diſsimile, v.g. vna albedo eſt ſimilis alteri albedini:& eſt diſsimilis nigredini; & vnus circulus eſt ſimilis alteri circulo; & eſt diſsimilis triangulo ſimiliter dicitur in omnibus;quę ſunt in quarta ſpecie qualitatis probaẽ etiam q ſoli qualitati cõpetit,dici ſimile,vel diſsimile.5.met.cap.de qualitate inquit Ar. q vnum in ſubſtantia facit idẽ, & in quãtitate facit æquale,& in qualitate facit ſimile multũ vero in ſubſtãtia facit diuerſum ex quibus patet q ſuſcipere cõtraria;eſt propriũ ſubſtantiæ quãtitatis;vero dici æqualis, qualitatis verò dici ſimilis, vel diſsimilis; & ideo dicit Ar. ſimilia vero, aut diſsimilia ſm ſolas,dicunẽ qualitates. q.d. q ſm nullũ aliud prædicamentum ſubiecta dicuntur, ſimilia, aut diſsimilia niſi ſecondum ſolas qualitates.

Dub. ¶ Dices contra nam ſimile,& diſsimile eſt ad aliquid ergo non in prędicamẽto qualitatis.

Sol. ¶ Dicas q hic ſumiẽ non vt ad aliquid, ſed in quantũ eſt quale. Sed Nota q ly ſimilia,& diſſimilia dicuntur pluribus modis. 10. met.t.o 11.tamen hic ſumuntur ſm qualitatem exponũẽ ſimilia, aut diſsimilia .i. ſubiecta;quorum qualitates ſunt eedẽ, & ſimiles; vt cignus, & lac dicuntur, ſimilia:qm qualitates eorũ ſunt ſimiles:vt eſt albedo,aut diſsimilia.i.ſubiecta; quorum qualitates ſunt diſsimiles,ſunt diſsimilia.. vt cignus, & coruus; cignus eſt albus, & coruus niger. 10. met. 11. Nota q ly (aut) ſumitur pro ſiue. 1. phy. 1 & vt eſt nota ſolutionis. 3. de anima 14. & coniunctiue. 4. metheororum 42. & diſiunctiue hic enim ſumitur vtroque modo diſiunctiue, & coniunctiue; dicendo aliquod eſt ſimile,aut ideſt & diſsimile;

Dub. ¶ Sed videtur hoc non poſſe ſtare quoniam ſi diceretur aliquod ſimile, & diſſimile ideſt cignus eſt ſimilis, & diſsimilis tũc duo contraria verificarenẽ de vno ſubiecto.

Sol. ¶ Dicas q ſumiẽ coniunctiue reſpectu diuerſorũ.v.g. cignus eſt ſimilis cigno, & diſsimilis coruo., ſed non ſumitur coniunctiue reſpectu vnius, & eiuſdem; non.n. dicimus cignus eſt ſimilis,& diſsimilis cigno. ¶ Dices ſi ſimile,& diſsimile competit quatuor ſpeciebus qualitatis; ergo non eſt proprium qualitatis?quoniam illud,quod competit pluribus eſt commune,& non propriũ.1.de par.an.cap.de genere. ¶ Dicas, q dici ſimile,aut diſsimile eſt propriũ qualitatis tamquam generis primo & per ſe competit illi per accidens vero ſpeciebus,v.g. ſenſibile primo, & per ſe competit animali, per accidens vero homini, boui, & equo.1.poſt.38. ¶ Amplius.2.phy.13.26 7.met.28.12.met.18.& 1.de par.an cap.1. omne quod generaẽ à ſibi ſimili generaẽ.2.cę.l.4.23. vt homo generat hominem,ſed aliquando generans,& generatũ non conueniunt in qualitate,vt qñ generatur animal ex putri materia,tunc.n.generans eſt cęlũ.1.2.met.18.vt inquit Au. calor ſolis, & ſtellarũ diffuſus in aqua & terra generat animalia ex putrefactione, nata.

Sol. ¶ Dicas q ſimilitudo, & diſsimilitudo eſt triplex? Alia quæ dicit ſimilitudinarie; Alia quæ diciẽ,propriè, Alia quę diciẽ,modaliter. Alia formaliter;ſimilitudo formaliter & propriè dicta eſt proprietas qualitatis quę vere eſt qualitas ſimilitudo vero modaliter eſt proprietas qualitatis ſm modũ dicendi rei ſumptę per modũ qualitatis;ſeu alia eſt ſimilitudo & diſsimilitudo large; Alia vt illeũ ſtricte;ego tñ dicerem, q Alia eſt vere propriè, & per ſe ſimilitudo; Alia impropriè dicta quę tum ſumitur pro quacumq; conuenientia qua aliquod poteſt conuenire cũ aliquo ſiue fuerit conueniẽtia eſſentialis;ſiue accidentalis:& hoc modo ſpecies eſt ſimilitudo indiuiduorũ; & genus eſt ſimilitudo ſpecierum?ſimilitudo, & diſsimilitudo formaliter dicta eſt conuenientia vel diſconuenientia in qualitate: vt cignus eſt ſimilis lacti,& niui in albedine: Dicas igitur? q Ariſt. hic loquitur de ſimilitudine formaliter dicta; & quãdo dicitur q id quod generatur à ſimili generatur non intelligitur à ſimili ſimilitudine,formaliter dicta,ſed impropriè ſumpta veluti eſt ſpecies, & genus.

Dub. ¶ Dices an ſimilitudo, ſeu conuenientia aliquorum in eadẽ qualitate numero,vel in ſpecie? nõ poteſt dici primũ quia eadẽ qualitas numero nõ poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis: ſi ſm ſequitur, q nigrum vt duo,& nigrũ vt quatuor ſunt ſimilia;quod eſt falſum qm nigredo vt duo.& nigredo,vt quatuor ſunt diſsimiles, quia cõtrarianẽ. quia ſunt termini motus nigrefactionis. 5.phy.10.

Sol. ¶ Dicunt q ſimilitudo eſt cõuenientia in qualitate eiuſdẽ ſpeciei,& cõcedũẽ;q nigredo vt duo;& nigredo vt quatuor;ſũt ſimiles,& diſsimiles in gradu,ex quo diſsimilitudo in qualitate dr quatuor modis; vno modo ſm ſpeciẽ; Alio modo ſm gradum; Alio modo ſm potentiã: Alio modo,ſm operationem

tioné exemplum ſm̃ gradum caliditas, & frigiditas ſeu albedo & dulcedo ſunt diſsimiles ſecundũ ſpeciem; ſed caliditas ſumma, & caliditas remiſſa ſunt diſsimiles, non ſecundum ſpeciem, ſed ſm̃ gradum, duę vero caliditates; vt octo quartũ vna eſt in materia dẽſa, & alia in tanta materia rara non: ſunt diſsimiles in ſpecie; neq; in gradu; ſed in potentia eo q̃ virtus vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa, ſed in animali, & in ferro, aut in igne poſſunt eſſe duę caliditates conſimiles in ſpecie, in gradu, & in potentia; diſsimiles vero in operatione: nã calor animalis regulatus ab anima nutrit, & auget, calor vero ignis reſoluit, & deſtruit. 2. de gen. & cor. 23. ergo omnis ſimilitudo, & diſsimilitudo eſt ſecundum qualitatem. licet diuerſo modo reperiantur ſecundum illam; qm̃ ergo albedo, vt duo, & albedo, vt quatuor ſunt eiuſdẽ ſpeciei, ideo ſunt ſimiles, & quia contrariantur non ſecũdũ formã, ſed ſm̃ ma-

Dub. teriã, ideo ſunt diſsimiles, ſ. in gradu. ¶ Amplius ſequeretur, q̃ duo contraria verificarẽtur de eodem ſubiecto, quoniã ſimile, & diſsimile ſunt duo contraria 10. met. 11. manifeſtum. n. eſt, q̃ idem ſecundũ eandẽ qualitatẽ eſt ſimile, & diſsimile; quoniam ignis ſm̃ caliditatẽ eſt ſimilis aeri, & diſsimilis aquę, &

Sol. terrę 2. de gen. 22. 23. ¶ Dicitur, q̃ non eſt inconueniens duo contraria reſpectiua ſimul poſſe verificari de codẽ ſubiecto; ſed duo cõtraria abſoluta eſt impoſsibile; vnde Ar. 4. phiſ. inquit, q̃ tam aqua; quàm aer eſt furſum & deorſum reſpectu diuerſorũ; eſt. n. furſum reſpectu elementi inferioris, & deorſum reſpectu elementi ſuperioris. ſic etiã aliquid eſt equale vni, & inequale alteri, & per cõſequens idem eſt ſimile vni, & diſsimile alteri; ſed q̃ aliquod ſit furſum, & deorſum, aut equale, & inequale, aut ſimile, vel diſsimile reſpectu eiuſdem: & ſecundum idem hoc quidẽ eſt impoſsibile: cõceditur ergo q̃ ignis eſt ſimilis, & diſsimilis, tam terrę, quàm aeri, ſed nõ eodem modo; quoniam ignis eſt ſimilis aeri in caliditate, & diſsimilis in ſiccitate; terrę vero ẽ ſimilis in ſiccitate, & diſsimilis in caliditate; ita q̃ ignis ẽ ſimilis, & diſsimilis diuerſis ſm̃ eandẽ qualitatẽ: ſed vni ẽ ſimilis, & diſ-

Dub. ſimilis ſm̃ diuerſas qualitates. ¶ Amplius ſequitur q̃ ignis nõ eſt magis ſimilis aeri, quã terrę; conſequẽs eſt falſum; quia aer & ignis ſunt elemẽta leuia, & ambo immediata; terra aũt maxime diſtat ab igne, & eſt maxime

Sol. grauis 2. de gen. 23. ¶ Dicas negando cõſequentiã, q̃ nõ omnia ſimilia ſunt equaliter ſimilia; ſed quædã magis, & quædã minus, illa .n. quæ ſunt ſimilia ſm̃ plures qualitates contrarias, ipſa ſunt magis ſimilia, qm̃ terra, & lapis ſunt magis ſimiles; q̃ terra, & aqua: qm̃ terra, & aqua nõ cõueniũt niſi in frigiditate dẽſitate, & grauitate; terra vero, & lapis conueniunt in omnibus his, ac etiã in ſiccitate, & duritie: Iterum ſi aliquid eſſet ſimile duob' in duabus qualitatibus; quarũ vna eſſet ſibi propria, ſic q̃ ſibi cõpeteret primo, & per ſe: Alia nõ eſſet ſibi ꝓpria, magis eſſet ſimile habẽti qualitatẽ ꝓpriã quàm habẽti qualitatẽ nõ ꝓpriã: v. g. ignis aſsimilat aeri in caliditate, & terrę in ſiccitate: & quia caliditas eſt propria igni, & nõ ſiccitas, 2. de gen. 23. ideo magis aſsimilatur aeri, quàm terræ. ¶ Dices

Dub. multotiẽs accidit quod aliqui ꝓcreantur ſimiles parẽtibus, vel matri, vel patri, vel maioribus, & ſunt ſimiles illis voce, & vnguib'; pilis, & motu, & toto corpore, & ſingulis partibus, 1. de gen. an. c. 17. 18. & 4. de gen. an. c. 3 immo liberi non ſolùm aſsimilantur parentibus in membris naturalibus; ſed in nõ naturalibus, & in maiori parte rerum accidẽtaliũ; ſicut incicatrice, de qua narrauit Ar. quẽdam patrem habuiſſe eam in vno membro, quam filius. Etiam tulit in eodem membro; vellẽ ſcire quæ ſimilitudo eſt iſta! & quæ diſſimilitudo? ¶ Dicas quod eſt ſimilitudo mo- Sol.
dalis, quæ dicitur potius quædam conueniẽtia, non autem dicitur, ſimilitudo proprie, & formaliter quę eſt proprietas qualitatis; quę vere eſt qualitas; a qua qualitate denominantur ſubiecta qualia, vt ignis denominatur calidus à caliditate, & aqua à frigiditate, Coruus à nigredine, & cign' ab albedine.

At verò non decet conturbari, ne quis dicat nos, de qualitate propoſitum facientes, multa eorum; quę ſunt ad aliquid connumeraſſe: habitus .n. & diſpoſitiones eorum, quæ ad aliquid ſunt, eſſe dicebamus.

Expeditus ab illis, quę pertinẽt ad qualitatẽ ſecundũ genus, & ſecundũ ſuas ſpecies declarando ꝓprietates cõmunes, & ꝓprias cõmunes, vt habere contrariũ & ſuſcipere magis, & minus ꝓprias; vt dici ſimile, & diſsimile nũc mouet vnã dubitationẽ cõtra ſe ipſũ per modũ contradictionis; qua dubitatione aliquis poſſet cõturbari? & valde admirari; de Ar. oſtẽdẽs ſe diſcõtinuaſſe ſuũ ſermonẽ, cauſa intẽtionis eſt, vt nil intactũ relinquatur: Diuiditur in 3. partes in 1. mouet dubitationẽ, in 2. ibi (pene) ſoluit dubitationẽ in 3. ibi (Amplius) Dat ſecundã ſolutionẽ pro notitia dubitationis: eſt ſciendum: quod diuerſorũ generũ diuerſe ſunt ſpecies, & differentiæ, vt in ante prædicamẽtis clare patet, & ibidẽ c. vltimo inquit, quod relatio, & quãtitas ſunt prædicamẽta diuerſa, & in c. de relatiuis inquit, q̃ habitus, & diſpoſitiones ſũt ad aliqd hic vero dicit q̃ ſũt in prima ſpecie qualitatis, quę de facto repugnare videtur,

dicit

dicit ergo Ar. nemo turbetur? nec admiretur contra ipſum ſi in determinando de qualitate multa poſuit, quæ prius dixit pertinere ad prædicamentum relationis, vt (habitus, & diſpoſitiones eorum, quæ ad aliquid ſunt eſſe dicebamus) & q. d. modo dicimus; ꝙ habitus, & diſpoſitiones ſunt prima ſpecies qualitatis; in quibus verbis expreſſa videtur contradictio; quæ generat maximam admirationem? immo perturbat animos auditorum? ſed vt talis contradictio, admiratio & perturbatio amoueatur. Nota in ſequenti ſolutionem.

Pene enim in omnibus qualitatibus genera ad aliquid dicuntur; nihil autem eorum; quæ ſunt ſingularia. nam cum diſciplina genus ſit, id ipſum: quod eſt alterius dicitur: alicuius enim diſciplina dicitur, eorum vero, quæ ſingularia ſunt, nihil ipſis, quod eſt alterius dicitur, vt grammatica non dicitur, alicuius grammatica; nec muſica alicuius alterius muſica, ſed forte ſecundum genus, & hæc ad aliquid dicuntur: vt grammatica alicuius dicitur, diſciplina, non alicuius muſica.

Motam dubitationem duplici ſolutione ſoluit. Sed eſt Notandum ꝙ qualitas dupliciter conſideratur, vno modo ſecundum genus. Alio modo ſecundum ſpeciem, inquit igitur Ar. (pene enim) enim pro ſed quaſi in omnibus qualitatibus genera ſunt: ad aliquid (nihil autem eorũ quæ ſingularia ſunt) autem pro ſed ſingularia .i. ſpecies, & indiuidua non dicuntur; ad aliquid vnde habitus diſpoſitio naturalis potentia, & impotentia paſsio paſsibilis qualitas ſunt relatiua, & nõ ſolum hæc ſed etiam alia prædicamenta contenta ſub his. vt ſunt ſcientia, virtus, vitium, ſanatiuum, ægrotatiuum, & ſingula talia: diſciplina ergo & ſcientia ſunt relatiua, quoniã diſciplina eſt alicuius diſciplina, & ſcientia eſt alicuius ſcientia: quoniam diſciplina habet reſpectum ad diſcipulum, & doctrina ad doctorem; & ſcientia habet reſpectum ad ſcibile, & ſic patet ꝙ genera qualitatis pro maiori parte ſunt relatiua, ſed indiuidua & ſpecies non ſunt relatiua: qm̃ nec grammatica & muſica in vniuerſali, nec hæc grammatica in particulari, eſt alicuius grammatica; nec muſica in particulari eſt alicuius muſica: & ſi grammatica, vel muſica: quę eſt ſpecies; eſt relatiua non inquantum ſpecies, & vt grammatica, vel muſica eſt: ſed reſpectu generis, vt muſica eſt relatiua inquãtum eſt diſciplina; & ſic per accidens, & non per ſe: quoniam id quod eſt tale, per aliud eſt tale per accidens. 1. poſt. 38. clarius. 5. phy. 1.

¶ Dices contra nam id: quod prædicatur, de prædicato; prædicatur etiam de ſubiecto prædicati in Antepredicamentis cap. 3. ſed eſſe ad aliquid prædicatur de ſcientia; & ſcientia prędicatur de grammatica: ergo eſſe ad aliquid? prædicatur de grammatica per ſe, & non per accidens. v. g. ſenſibile per ſe, prædicatur de animali, & animal per ſe prædicatur de homine: ergo ſenſibile per ſe prędicatur dè homine? *Rep.*

¶ Dicas ꝙ competit generi per ſe primo, ſpeciei vero per ſe, & non primo. ſcientia eſt ad aliquid per ſe primo, grammatica vero; quæ eſt ſpecies, eſt ad aliquid per ſe tamen non primo, quod per ſe, & non primo idẽ eſt quod per accidens. 2. poſt. 94. Au. Sed Nota ꝙ ly (ſingularia) ſumuntur duobus modis: vno modo vt ſunt compoſita ex materia, & forma, vt Petrus: Antonius: Alio modo pro minus vniuerſali, & pro ſpecie hic Ar. ſumit ly ſingularia vtroque modo. nam ſpecies vt muſica non dicitur, alicuius muſica: nec quædam muſica dicitur alicuius quædam muſica. *Sol.*

Quapropter quæ ſingularia quidem ſunt, non ſunt ad aliquid. dicimur autem quales ſecundum ſingula: hæc enim & habemus, ſcientes enim dicimur eò ꝙ habemus ſingularum ſcientiarum aliqua. quare hęc erunt etiam qualitates, quæ ſingulares ſunt, ſecundum quas aliquando, & quales dicimur: hæ autem non ſunt eorum; quæ ſunt ad aliquid.

Cum notificauit. ꝙ genera qualitatum ſunt ad aliquid, & non ſpecies, nec indiuidua ex his ſequitur ſolutio dubitationis admittendo ꝙ genera qualitatum ſunt tàm in prędicamento qualitatis, quàm in prædicamento relationis; ſed illa quæ ſunt ſpecies, aut indiuidua qualitatis ſunt in prędicamento qualitatis, & non relationis nam habitus & diſpoſitio ſignificant qualitatem, & relationem ideo reponuntur in vtroque prædicamento: ſed grammatica, & muſica, vel aliqua gram-

matica, & aliqua muſica, & alia quæ ſunt per ſe ſpecies, vel indiuidua qualitatis non ſunt in prædicamento relationis? quoniam non ſunt ad aliquid verum ſunt in prædicamento qualitatis: quoniam ſunt per ſe qualitates, & per ſe faciunt qualia; quoniam ſecundum ſingulas ſiue ſint ſpecificæ, ſiue indiuiduales: nos dicimur ſcientes: quoniam habemus ſingulas ſcientias, & propter eaſdem dicimur quales, & non dicimur ad aliquid; talia ergo ſunt per ſe qualitates, & non ſunt de numero eorum; quæ ſunt ad aliquid optime igitur dictum eſt in Anteprædicamentis cap. 3. ꝙ diuerſorum generum, & non ſub alternatim poſitorum: diuerſe ſunt ſpecies, & differentiæ, & indiuidua cum quo ſtat, ꝙ eorumdem diuerſorum generum eſt idem genus ſubalternum cõtractum per diuerſas differentias ad diuerſa prædicamenta, & ideo bene dixit Ar. ꝙ ea quæ ſunt per ſe ſpecies, aut indiuidua qualitatum ſunt in prædicamento qualitatis, & non relationis, loquendo de ſpeciebus ſpecialiſsimis; quoniam indiuidua, & ſpecies per accidens qualitatis ponunt in prædicamento relationis, vt hęc ſcientia, & hęc grammatica: quoniam hæc ſcientia eſt indiuiduum per accidens: quoniam ſi indiuidua non habent proprium nomen; ſunt accipienda ſub nomine ſpeciei, & non ſub nomine generis; quoniam genus non habet indiuiduũ. niſi ratione ſpeciei: ergo debemus dicere hæc grammatica. & non hæc ſcientia, & ſpecies ſunt accipiende ſub nomine proprio ſimplici, & non ſub nomine contracto ſui generis: & ideo talia. ſ. ſcientia, grammatica, diſciplina, muſica non ſunt ſpecies qualitatis? niſi per accidens; ſicut illa ſunt indiuidua per accidens. ſ. hęc ſcientia; illa diſciplina reſolute igitur dicendum: ꝙ hæc eſt prima reſponſio, ꝙ non eſt inconueniens ꝙ genera qualitatum ſunt per ſe in prædicamento qualitatis, & relationis, ſed ea, quæ ſunt per ſe ſpecies, & indiuidua non ſunt per ſe in prædicamento qualitatis; ſi autem ſunt in prædicamento relationis; hoc eſt per accidens ratione ſui generis; ſicut per accidens ratione illius dicuntur eſſe ad aliquid?

Amplius ſi contingit idem ipſum, & quale & ad aliquid eſſe: nihil eſt inconueniens in vtriſque hoc generibus enumerare.

Aſsignata prima ſolutione, nunc aſsignat ſecundam, quod denotat illa particula (Amplius) quæ ſemper aliquid noui ſignificat. Sed Nota ꝙ non eſt inconueniens; ꝙ vna res conſideratur in diuerſis locis tamen ſub diuerſo modo conſiderandi, ne de ſuperfluitate accuſet Ar. vt luti de definitione in 2. poſt. vt eſt inſtrumentum ſciendi, & in 6. top. vt eſt problema topicum, & in 7. met. vt eſt ens ſimiliter de corpore conſideratur in naturali philoſophia, vt eſt naturale, & in methaphiſica, vt eſt ens in mathematica, vt habet tres dimenſiones, & in medicina vt eſt arte ſanabile ſimiliter de materia prima in naturali philoſophia, vt eſt principiũ tranſmutationis ſubſtantialis in methaphiſica. vt eſt ens ſubſtantia & potentia. 7. met. 9. ſic non eſt inconueniens ꝙ vnum & idẽ ponatur in diuerſis prædicamentis veluti ſortes; vt homo in prædicamento ſubſtantiæ, vt tricubitalis in prędicamento quãtitatis, vt pater in prędicamento relationis, vt temperatus in prædicamento qualitatis ſimiliter materia, & forma ſunt ſubſtantiæ. 2. de anima 2. 25. 7. met. 7. 34. 35. 12. met. 14. & reponuntur in prædicamento ſubſtãtiæ, & ſunt relatiua diuerſo tamen modo: nam ſecundum eſſe ſunt in prædicamento ſubſtantiæ, & ſecundum dici ſunt in prædicamento relationis. 2 phy. 26 à pari habitus, & diſpoſitiones, & alia numerata in prædicamento qualitatis, & in prædicamento relationis poſſunt eſſe in vtriſq; prædicamentis, ratione .n. generis in prædicamento relationis, ratione vero ſpeciei ſunt in prædicamento qualitatis & ideo inquit Ar. (Amplius) .i. pręter primam ſolutionem q d ſi aliquis non admittit primam, nunc datur ſecunda quę eſt talis .ſ. ꝙ (nihil) .i. nullum eſt inconueniens. (idem ipſum) .i. vnum & idem diuerſo modo conſideratum, (enumerare) .i. collocare, & ponere (in vtriſque generibus) .i. in duobus generibus, & prædicamentis & Nota ꝙ ly (ſi) non conditionaliter, & dubitatiue ſed (ſi) pro quia (contingit) non vt dicit contingentiam, & poſsibilitatem, ſed neceſsitatem vt 2. phy. 1. & 1. de anima 21. 2. de gen. 49 ¶ Dices ſi hęc ſunt in vtroq; prędicamento, in quo prædicamento per ſe, & principalius ponnunt? ¶ Dicas, ꝙ licet hæc omnia per ſe ſignificent relationem, & qualitatem, tamen quia eſſe qualitatiuum eſt principalius ſignificatum, quam dici ad aliud ideo talia ſimpliciter ſũt in prędicamento qualitatis; & ſecundum quid in prędicamento relationis? (non obſtante) ꝙ ſignificent per ſe tam relationem, quam qualitatem. ¶ Dices vbi totum ibi partes, vbi corpus, ibi manus, & pedes: ſed genus eſt totum in cap. de ſpecie Porphyrius, & ſpecies ſunt partes, ergo ſi ſcientia quæ eſt genus eſt in prędicamento relationis? ergo muſica, grammatica, quæ ſunt partes ſcientiæ, etiã ſunt in prædicamento relationis. ¶ Dicitur, ꝙ iſtæ ſpecies ſunt in prædicamento relationis reſpectu generis, & non vt ſpecies ſunt,

Dub. Sol. Dub. Sol.

DE AGERE, ET PATI.

Recipit autem agere, & pati contrarietatem, & magis, & minus: calefacere enim ei; quod eſt frigefacere: contrarium eſt, calefieri ei: quod eſt frigefieri: & delectari ei, quod eſt contriſtari. quare ſuſcipiunt contrarietatem.

CVM Ar. in Antepredicamentis cap. vltimo declaraſſet ea, quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur, & dixit. ꝙ ſunt potentia, & miro quidem cum artificio declarando illa; quæ dicuntur, ſecundum nullam complexionem. numerauit predicamenta eſſe in numer odenario conſtituta, nec plura, nec pauciora, à quo ſumpſit Porphyrius in cap. de ſpecie .ſ. ſubſtantiam, quantitatem, qualitatẽ; ad aliquid vbi quando ſitum eſſe habere, agere, pati quod confirmat Ar. 1, phy. 62. 5, phy. 9, 19. & 1, top. cap. 3. vbi inquit ſunt autem hæc numero decem; quorum jam ſumma cum eruditione, & valde exquiſite amplè, & diligenter quatuor pertractauit .ſ. ſubſtantiam, quantitatem, relationem, & qualitatem quæ aliqua quæſtione, & conſideratione agere videbantur, declarando eorum cõmunitates, proprietates, & ſingulas affectiones: nunc incipit tractare de agere, & pati, & de alijs, tamen non ſic latè ample, & exquiſite, ſed breuiter perſtringit, & tenuiter, & pertranſeundo; cauſa eſt; qm̃ illa quatuor ſunt difficilia, maximeq; vtilitatis; hæc vero quæ ſequuntur .ſ. agere, pati, ſitum eſſe, quando, vbi, habere, ſunt facilia, non tantæ vtilitatis, ars. n. & ſcientia verſatur circa difficilia, & immoratur circa ignota, & non circa nota, niſi parum, & circa ipſa non immorando, nam quæ ſunt facilia ars deſpicit. 1. poſt. 76. clarius 2. ethicorum cap. 3.

Dub. ¶ Dices non ne hæc ſex prædicamenta; quæ ſequuntur admittunt aliquas diſputationes, & dubitationes?

Sol. ¶ Dicas ꝙ admittunt, ſed iis, qui modo diſcere incipiunt ſatis eſt ſi ea; quę diſputata ſunt; optime conceperunt; & hæc: quæ ſequuntur ita ſummatim tenuit ut ad ipſa redigere vnumquodq; ex ſimplicibus valeant quoniam de agere, & pati in libro primo de gen. & cor. 43. copioſe pertractauit, & de quando quod tempus ſignificat, & de vbi, quod ad locum attinet, in. 4. libro phy. vbi de loco, & tempore agit omnia per quirit.

Dub. ¶ Dices ſi Ar. breuiter, & ſuccincte hic cõſiderat de his prædicamentis; quoniam alibi fuerunt pertractata ample, & latiſsime, ſimiliter debebat facere de quatuor præcedentibus; quoniam ipſa ample fuerunt, & ad longum pertractata in. 5. met.

¶ Dicas ꝙ in methaphiſica fuerunt tractata ſub alio modo conſiderandi; quo conſideratur hic: nam hic, vt ſunt voces ſignificantes res, ibi vero, vt ſunt ſpecies entis hęc dicta ſint de continuatione vniuerſali: dicamus igitur de continuatione particulari & dicimus; ꝙ poſtquàm Ariſt. determinauit de qualitate, nunc determinat de actione, & paſſione. Sol.

¶ Dices ſi Ar. vult tractare de ſex prędicamentis .ſ. de actione, paſsione, vbi, quando, ſitum eſſe, & habere, quare prius tractat de agere, & pati, & non de aliquo aliorum? Dub.

¶ Dicas quoniam actio, & paſsio dicuntur, eſſe communiora cæteris reſpectibus prædicamentalibus extrinſeco venientibus, tàm. n. in anima quàm in corpore reperitur actio, & paſsio, vbi vero, quando, ſitus, & habitus non inueniuntur, niſi in corpore. Sol.

¶ Dices ſimul de actione, & paſsione tractat Ar. & non de actione ſolum, vel de paſsione, ſine actione? Dub.

¶ Dicas quoniam actio, & paſsio ſunt reſpectus debentes inuicem mutuã connexionem; ſic ꝙ non eſt poſsibilis actio abſque paſsione, neque paſsio ſine actione, omne enim agens in agẽdo repatitur excepto primo. 4. de gen. an. cap. 3. ideo de actione, & paſsione ſimul. Sol.

de qua actione, & paſsione tractat duas proprietates: quarũ prima eſt, ꝙ ſuſcipiunt contrarietatem; ſecunda vero eſt ꝙ agere, & pati ſuſcipiunt magis, & minus. Diuiditur in 3. partes in 1. dicit ꝙ agere, & pati ſuſcipiunt contrarietatem, in 2. ibi (& magis, & minus) inquit ꝙ ſuſcipiunt magis, & minus, in 3. ibi (calefacere) exemplo declarat, ꝙ agere, & pati ſuſcipiunt contrarietatem, quo ad primum (autem) pro poſtquam abunde, & prolixe, & accurate fuit dictum de quatuor prędicamentis .ſ. de ſubſtantia, quantitate, relatione, & qualitate; quæ ſunt valde vtilia; de quibus fuerunt declaratę cõmunitates, proprietates, & affectiones: nunc quaſi pertranſeundo, & non ſic abunde; ſed per quam breuiter conſiderandum eſt de ſex alijs ſequentibus; quæ non ſunt ſic vtilia, ſicut ſunt præcedentia; de quibus aliqua pauca prædicata ſeu proprietates conſiderabimus quæ quot ſunt numero nunc numerat Ar. & dicit (agere & pati) recte dixit, (&) denotando duo diuerſa; quoniam agere denotat actionem, pati verò denotat paſsionem; (Recipit) i. ſuſcipit (etiam contrarietatem) .i. agere habet contrarium: & pati etiam habet contrarium: (&) .i. non ſolum recipit contrarietatem; ſed etiã magis, & minus, & ſic agere, & pati ſuſcipiunt duas proprietates .ſ. ſuſcipiunt contrarium, & ſuſcipiunt magis, & minus, dat exemplum; & dicit (calefacere) .i. hæc actio ſeu hoc agere, quę actio vocatur calefacere, ſeu calidum facere,

ctum dicitur, quale tamen non denominatiuè, non enim dicitur, à virtute homo virtuoſus eò ꝙ virtutem habent dicitur, ſtudioſus, vel ſapiens vel officioſus, ſimiliter vinoſus dicitur qualis, ab ebrietate quæ habet nomen proprium tamen non dicitur, denominatiue ab ebrietate ſed à vino quod eſt cauſa ebrietatis, ſed dicitur ebrioſus denominatiue ab

Petitio. ebrietate. ¶ Dices ſubiecta quæ dicuntur, qualia ſecundum qualitatem nominatam & non dicuntur, denominatiuè ab illa ſunt multa vel pauca? dicit (non autem in pluribus hoc tale eſt) q. d. hoc tale ſcilicet quod dictũ eſt .ſ. aliquod non dicitur, quale denominatiuè à qualitate nominata non eſt verum in pluribus ſed. q.d. in paucioribus.i. rara pauca & minima ſunt talia quæ dicuntur, qualia ſecundum qualitatem nominatam, & non dicuntur, denominatiuè, ex quibus Ariſt. infert concluſionem & dicit qualia ergo dicuntur, quæ denominatiue à dictis qualitatibus dicuntur, ita ꝙ aliquæ ſunt qualitates à quibus ſubiecta dicuntur, denominatiuè qualia (aut aliquo modo aliter ab eis) ita ꝙ aliquæ ſunt qualitates à quibus ſubiecta dicũtur, qualia, ſed non denominatiue, & hoc quia illis qualitatibus non eſt poſitum nomen aut ſi poſitum eſt nomen diſcrepat vocaliter in principio, ſicut in fine, quod eſt cõtra definitionem denominatiuorum, denominatiua enim tres habent ad hoc vt dicatur denominatiua cõditiones, & Prima eſt conuenientia vocis in principio vt auarus ab auaritia ignorans ab ignorantia & iuſtus à iuſtitia, ſed ſtudioſus & virtus non conueniunt in principio, bene verum ſtudioſus & ſtudium conueniunt in principio & dicitur, ſtudioſus à ſtudio quoniam ſtudium eſt cauſa virtutis. Secunda conditio eſt differentia in fine. Tertia eſt conuenientia in ſignificato, & Nota ꝙ ideo Ar. deſcripſit qualia in plurali quoniam qualia ſunt plura.i. quæ denominatiuè dicuntur, & quæ non denominatiuè dicuntur. ¶ Dices ſi

Dub. quale eſt quod denominatiuè dicitur, à qualitate & albedo eſt qualitas & nigredo dicitur qualitas, ergo ſecundum nigredinem aliquod dicitur, nigrum, & ab albedine aliquod dicitur album, ſed in rubeo vel in pallido & in aliquo medio colore adeſt nigredo & albedo, ergo illud medium dicitur, quale ab albedine & nigredine .ſ. vnum medium dicitur album & nigrum, ſimiliter aliquod poteſt dici calidum & frigidum, nam in tepido quod eſt medium inter calidum & frigidum adeſt caliditas & frigiditas, ergo denominatur & dicitur calidum, & à frigiditate frigidum, ergo idem dicitur calidum & frigidum, & quod peius in eodem tempore, quod eſt contra Ar. in cap. de quantitate, & 2. poſt. 16. ¶ Dicas ꝙ

Sol. illud verbum poſitum in definitione qualitatis .ſ. (dicimur) dicit aptitudinem, non dicit actum, quoniam non omnis qualitas in actu facit ſuum ſubiectum quale, ſed eſt apta nata facere ſuum ſubiectum quale, cum enim contraria ſint ſimul, non actu, ſed potentia, neceſſe eſt ꝙ vnum eorum ſit in potentia, aut ambo ſi vnum cõtrariorum excedit alterum excedens eſt in actu & exceſſum eſt in potentia, ſi nullum eorum excedit alterum vtrumque eſt in potentia, ita ꝙ non denominat ſed eſt aptum natũ denominare, vt ſi in aqua eſt caliditas & frigiditas, & caliditas excedit frigiditatem, caliditas eſt in actu, quoniam actu aliter denominat aquam, frigiditas verò eſt in potentia, quia non denominat ſed eſt apta nata denominare, ſi autem in aqua non ſe excedunt caliditas & frigiditas, tunc vtraq; eſt in potentia, ex quo in caſu iſto aqua non eſt calida, neque frigida, quando vero argumentatur ꝙ à qualitate nominata ſubiectum denominatiuè dicitur, intelligitur ſi illa qualitas eſt in actu & ſi in pallido rubeo vel fuſco & in aliquo alio medio colore eſt albedo & nigredo illud rubeum neq; eſt album neq; nigrum, quoniam in ipſo nec albedo nec nigredo ſunt in actu, ſed in potentia, ſola autem rubedo eſt in actu cuius ſunt diſpoſitiones naturales & potentiales albedo & nigredo, ſicut formæ elementorũ reſpectu formæ mixti ex quibus patet ꝙ ſi aliquod corpus haberet per totũ æqualiter de albedine & nigredine abſq; colore medio, illud corpus non eſſet coloratum, quoniam non eſſet album, neq; nigrum nec medio colore diſpoſitum, & ſi inciperet albedo vel nigredo intendi tunc illud corpus ſtatim fieret coloratum, quia ſubito fieret album vel nigrum.

Ineſt autem & contrarietas ſecundum qualitatem vt iuſtitiæ iniuſtitia contraria eſt, & albedo nigredini & alia ſimiliter autem & ea quæ ſecundum eas qualia dicuntur, vt iniuſtum iuſto & album nigro.

Deſcripta qualitate, & ipſa in quatuor ſpecies diuiſa, nunc declarat proprietates ipſius qualitatis, quæ ſunt quatuor, Prima eſt quod qualitas tàm in abſtracto quàm in concreto habet contrarium, Secunda eſt ꝙ in vno genere collocantur duæ qualitates contrariæ, Tertia eſt ꝙ qualitas ſuſcipit magis & minus, Quarta eſt ꝙ qualitas dicitur ſimilis vel diſſimilis, nunc declarat primam ꝙ qualitas in abſtracto & in concreto habet cõtrarium, cauſa intentionis eſt, vt pateat differentia inter ſubſtantiam quantitatem & qualitatem

tatem, qm̃ ſubſtantia & quantitas non habẽt contrarium, qualitas vero habet cõtrarium, Diuidit iſte textus in duas partes, in prima ponit primã proprietatem dicens ꝙ qualitas in abſtracto ſiue fuerit moralis conſequens animã ſiue corporalis conſequens corpus habet contrarium, in ſecunda ibi (ſimiliter) declarat ꝙ non ſolum qualitas in abſtracto, ſed etiã qualitas in concreto .i. id quod dicitur, quale per illam qualitatẽ habet contrarium, Prima pars diuiditur in duas partes, in prima ponit primã qualitatis proprietatẽ, in ſecunda ibi (vt iuſtitia) duobus exemplis declarat ꝙ qualitas habet contrariũ, vno exemplo in qualitatibus moralibus ſeu ſpiritualibus animã conſequentibus, Alio exemplo in qualitatibus ſenſibilibus corporalibus, corpus inſequentibus, (autem) pro ſed .q.d. qualitas differt à ſubſtantia & quantitate, qm̃ nec ſubſtantia nec quantitas habet contrarium, ſed qualitati (ineſt) .i. cõpetit contrarietas (& ſecundũ) .i. & per ipſam & ſm̃ ipſam qualitatẽ hæc met proprietas .ſ. contrarietas ineſt .i. cõpetit illi quod dr̃ quale in concreto, vnde tam qualitas in abſtracto q̃ in concreto habet cõtrarium, tñ diuerſo modo, nã qualitas in abſtracto habet contrariũ, primo per ſe & immediate, quale in cõcreto, nõ primo per ſe, ſed mediate, & ꝑ accidẽs, rõe qualitatis, vt coruus eſt cõtrarius cygno ꝑ nigredinẽ, dat exemplũ & dicit (vt) v.g. iuſtitia quę eſt qualitas in abſtracto conſequẽs animã eſt cõtraria alteri qualitati exiſtẽti in anima .ſ. iniuſtitię, & nõ ſolũ hę quę ſunt qualitates morales ſunt cõtrarię, ſed etiã qualitates corporales in abſtracto quę ſequunt̃ corpus, vt albedo eſt contraria nigredini, & alię ſimiliter quæ ſũt qualitates in abſtracto ſunt cõtrarię, quas breuitatis cauſa reliquit nominãdo ſolũ iuſtitiã iniuſtitiã albedinẽ & nigredinẽ. q̃ ſunt in tertia ſpecie qualitatis, & omnes aliæ qualitates in abſtracto quæ ſunt in alijs ſpeciebus qualitatis ſunt cõtrarię, (ſimiliter) ea .ſ. ſubiecta q̃ ſm̃ eas .i. per eas qualitates .ſ. morales & corporales, qualia dicunt̃, illa met ſubiecta ſunt contraria, vt v.g. iniuſtum .i. ſubiectũ, qđ dr̃, iniuſtum ab iniuſtitia eſt contrarium iuſto .i. ſubiecto quod denominatiue dr̃, à iuſtitia (& album) .i. ſubiectum quod denominatiue dr̃, ab albedine, quæ eſt qualitas corporalis eſt contrariũ (nigro) .i. ſubiecto quod denominatiue dr̃, à nigredine quæ eſt qualitas etiã corporalis. ¶ Dices ſi ſubiectũ albedinis eſt contrariũ ſubiecto nigredinis ergo ſubſtãtia eſt contraria ſubſtantię, cuius oppoſitum dixit in cap. de ſubſtantia. 1. phy. 52. 5. phy. 10. **Dub.**

Sol. ¶ Dicas ꝙ per accidens, & per aliud non per ſe ſubſtãtia eſt contraria ſubſtantię .ſ. per albedinẽ & nigredinẽ & ideo dixit (ſm̃) .i. per illã qualitatem ſubiectũ quod habet illã qualitatẽ habet contrariũ. ¶ Dices qr̃ Ar. prius definiuit qualitatẽ & poſtea declarat proprietates qualitatis? **Dub.** ¶ Dicas ꝙ mediũ per quod oſtendit̃ proprietas de ſubiecto eſt notius illa proprietate, & qm̃ per definitionẽ tãquam per mediũ oſtendunt̃ proprietates de ſubiecto. 2. de ani. 31. & 1. de anima. 11. ideo prius definiuit qualitatẽ & deinde de qualitate declarat proprietates, & ideo recte dicunt Doctores ꝙ poſtquam Ariſt. tractauit de qualitate quo ad eius ſubſtãtialia, nunc determinat de ea quantum ad eius accidentalia. **Sol.** ¶ Dices qr̃ prius dedit exemplũ de qualitate morali quę pertinet ad animã .ſ. de iuſtitia & iniuſtitia, & poſtea de corporali pertinẽte ad corpus .ſ. de albedine & nigredine? **Dub.** ¶ Dicas ꝙ nobiliora ꝓcedunt ignobiliora. 3. met. 11. 8. phy. 75. 2. de ani. 77. & qm̃ anima eſt nobilior corpore. 2. de anima 2. ideo prius de inſequẽtibus animam quam de inſequẽtibus corpus, tãto magis qm̃ iuſtitia nõ eſt pars virtutis, ſed eſt tota virtus 2. ethicorũ cap. 4. imo eſt excellẽtiſſima omniũ virtutũ, vt ibidẽ teſtat̃ Ar. **Sol.** ¶ Dices mos eſt Ar. incipere à notioribus. 1. phy. 2. 4. 57. 3. phy. 2. & 2. de anima 12. 33. ſed corpus eſt nobis notius. 2. de anima 3. ergo prius debebat exẽplificare de pertinẽtibus ad corpus, q̃ de pertinẽtibus ad animã. **Dub.** ¶ Dicit̃ ꝙ Ar. ſequutus eſt ordinẽ nobilitatis, & non ordinẽ ſm̃ nos. ¶ Dices quõ cognoſcitur ꝙ iuſtitia eſt contraria iniuſtitię. **Sol.** ¶ Dicas ꝙ illa ſunt contraria quæ nõ poſſunt eſſe ſimul, ſed iuſtitia & iniuſtitia nõ poſſunt eſſe ſimul in anima, ſed ſucceſſiue, ſimiliter iuſtũ & iniuſtũ non poſſunt prędicari de eodẽ ſubiecto, ſed ſucceſſiue, ſecũdo eſt cõtrarietas in naturali potẽtia, & impotẽtia, quę ſunt in ſecũda ſpecie qualitatis nã duricies eſt cõtraria mollitiei, qm̃ molle eſt humidum, durum eſt ſiccũ. 2. de gen. 13. humidũ & ſiccũ ſunt contraria. 2. de gen. 16. Tertio eſt cõtrarietas in paſſione & patibili quę ſunt in tertia ſpecie qualitatis, qm̃ caliditas eſt contraria frigiditati, & albedo nigredini in abſtracto & in cõcreto calidũ frigidũ, albũ & nigrũ, Quarto eſt contrarietas in forma & figura quę ſunt in quarta ſpecie qualitatis vt pulcritudo eſt contraria turpitudini & curuitas rectitudini & etiã in cõcreto vt pulcrũ & turpe, & rectũ & curuũ. ¶ Dices qr̃ dedit exemplũ de qualitate quę eſt in prima ſpecie qualitatis .ſ. de iuſtitia & iniuſtitia & de qualitate quę eſt in tertia ſpecie qualitatis .ſ. de albedine & nigredine & nõ de qualitate q̃ eſt in ſecunda ſpecie qualitatis, nec in quarta ſpecie qualitatis? **Dub.** ¶ Dicas ꝙ ſumpſit primã relinquẽdo ſecundã & veniẽdo in tertiam & reliquit quartã ſpeciẽ, qm̃ prima ſpecies amplectit̃ ſecundã, & tertia amplectit̃ quartã, & ideo ſolũ de prima & tertia, relinquẽdo ſecundam, & quartã, ſpecies qualitatis. **Sol.**

Non in omnibus autem hoc accidit: rubro .n. aut pallido aut huiuſmodi coloribus: nihil eſt contrarium qualibus exiſtentibus.

Dectarata prima qualitatis proprietate, nunc ſoluit dubitationem, cauſa intentionis eſt vt prædicta proprietas magis eluceſcat, vel nunc declarat ꝙ hæc proprietas non eſt conuertibilis, qm̃ non cõpetit omnibus qualitatibus. Diuidiť in duas partes in prima declarat ꝙ iſta proprietas .ſ. habere contrarium non cõpetit omnibus qualitatibus, in ſecũda ibi (rubro) probat id quod dixit inductione, pro intelligentia Nota, ꝙ qualitates ſunt duę quædã, extremę vt albedo & nigredo, & quædã mediæ vt palledo, fuſcedo, rubedo, ſimiliter qualia extrema vt album & nigrum, quædam ſunt media vt rubrum pallidũ & fuſcum dixit ꝙ qualitati in abſtracto & in concreto ineſt contrarietas, vt albedo nigredini, & album nigro, nunc dicit ꝙ non omnis qualitas in abſtracto, nec omne quale in concreto habet contrarium, qm̃ medij colores vt fuſcus pallidus ceruleus & cęteri alij ſunt qualitates tamen hi medij colores hæ mediæ qualitates non ſunt contrariæ, qm̃ color fuſcus .i. fuſcedo non eſt contrarius colori pallido .i. palledini nec fuſcum eſt contrarium pallido, ideo dicit (non omnibus autem hoc accidit) ſed hoc .ſ. prædicatũ habere contrarium (non accidit) .i. non competit (in omnibus) .ſ. qualitatibus & qualibus in abſtracto & in concreto, ſed .q.d. aliquibus .ſ. ſolum illis qualitatibus & qualibus quæ ſunt extrema (enim) aſsignat cauſam enim pro quia (rubro) .i. rubritati vtitur cõcreto ꝓ abſtracto quæ rubedo eſt qualitas media in abſtracto non habet contrariũ (aut) .i. & (pallido). i. palledini iterum vtens concreto ꝓ abſtracto quæ eſt qualitas media nõ habet contrariũ, (aut) & (huiuſmodi coloribus) .i. & vniuerſaliter omnes tales .ſ. colores medij vt ruſſus luteus non habent cõtrarium (qualitatibus exiſtentibus) .i. qui medij colores ſunt quales .i. qualitates non ſunt contrarij & non habent contrariũ, & ne mireris ſi Ar. dat exẽpla de concretis ꝓ abſtractis, qm̃ concretũ continet abſtractum, vt albũ albedinem, & nigrum quod eſt concretum continet nigredinẽ, quæ eſt abſtracta vel qm̃ concreta ſunt cõpoſita quæ ſunt notiora abſtractis.

Dub. ¶ Dices quare qualitates medię non ſunt contrarię? *Sol.* ¶ Dicas qm̃ contrarietas eſt maxima diſtantia in genere. 10. met. ſed medij colores non maxime inter ſe diſtãt neq; diſtant ab extremis in genere colorum, ſed albedo & nigredo ſunt illa quæ maxime diſtant in illo genere, ergo extrema & non media ſunt contraria.

Rep. ¶ Dices contra nã media habent contrarium. 5. phy. 6. ex medio mutať vt ex contrario, vt Callias de pallido mutať in nigrum ergo pallidũ quod eſt medium eſt contrariũ nigro, & nigrum pallido, ergo mediũ habet contrariũ. *Sol.* ¶ Dicas, pro quo tamen Nota ꝙ in colore medio ſunt duo extremi colores in media diſpoſitione. 5. phy 6. vt in pallido qui eſt color medius ſunt duo extrema .ſ. albedo & nigredo. 4. cęl. 16. 5. phy. 29. 52. 10. met. 23. 12. met. 6 tunc diciť, ꝙ medium eſt contrariũ extremis, & extrema ſunt contraria medio inquantũ illud mediũ habet in ſe de alio extremo vt color fuſcus habet albedinẽ & nigredinẽ, iſte color fuſcus qui eſt medius eſt cõtrarius albedini inquantũ ipſe habet nigredinem quæ eſt cõtraria albedini. 5. phy. 52.

Alia sol. ¶ Vel Dicas ꝙ mediũ eſt contrariũ extremis ſm̃ partem non ſm̃ totum ſed ſm̃ partem non complete ſed incõplete non ſimpliciter ſed ſm̃ quid. 5. phy. 52. 1. phy. 47 cum diciť media quæ ſunt inter contraria non ſimpliciter ſunt contraria extremis. 1. cęl. 20. 2. de gen. 50. 10. met. 23. 2. de anima 44.

Alia sol. ¶ Vel Dicas ꝙ ſi colores medij contrariantur extremis non per ſe ſed per accidens.

Dub. ¶ Dices. 1. cęl. 10. vnum vni eſt contrarium & non vni plura ſunt contraria. 10. met. 14. 17. ſi mediũ eſt contrarium extremo, & extremũ eſt contrarium extremo, ergo duo plura & non vnum erunt contraria vni extremo .ſ. vnum medium & vnum extremũ vt rubedo & albedo nigredini. *Sol.* ¶ Reſpondet Au. 8. phy. 62. & dicit ꝙ vnum poteſt habere plura cõtraria qñ illa contrarietas quæ eſt inter ea non eſt maxima, ſicut media quæ ſunt inter cõtraria, aut qñ idem habebit plura contraria diuerſis modis.

Alia sol. ¶ Vel Dicas ꝙ vnũ ſub vna ratione conſideratũ eſt contrariũ vni. v.g. illiberalitati ſeu auaritiæ eſt cõtraria prodigalitas & liberalitas.

Dub. ¶ Dices ꝙ Ar. aſsignauit exempla de coloribus medijs qui ſunt in tertia ſpecie qualitatis & non de forma & figura quę ſunt in quarta ſpecie qualitatis. *Sol.* ¶ Dicas vt manifeſtũ ſit ꝙ prima contrarietas eſt in extremis primo & per ſe & ratione ipſorũ extremorũ, prima contrarietas eſt in alijs.

Dub. ¶ Dices iſtę mediæ qualitates quę non habent contrariũ in qua ſpecie qualitatis ſunt. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ ſunt in tertia ſpecie qualitatis & quæ ſunt in ſecunda ſpecie qualitatis vt naturalis potentia & impotentia nec qualitates quæ ſunt in quarta ſpecie, qm̃ neq; circulus nec triangulus habent contrarium.

Amplius, ſi contrariorum alterum fuerit quale & reliquum erit quale. hoc autem palam eſt ex ſingulis proponenti alia prædicamenta, vt ſi eſt iuſtitia iniuſtitiæ contrarium:

quale

quale autem eſt iuſtitia : quale igitur & iniuſtitia . nullum enim aliorum prædicamentorum aptabitur iniuſtitie, neque quantum, neque ad aliquid, neque vbi, nec omnino aliquid huiuſmodi niſi quale. ſic autem & in alijs, quæ ſm̃ quale ſunt contraria.

Quid facit Ar. in hoc textu quot capita tot ſunt ſententiæ ad euitandam confuſionem, dicerem ꝙ Ar. in hoc textu ſoluit dubitationem ſimul aſsignando regulam cognoſcendi quando ſunt duo contraria vtrũ ambo ponantur in eodẽ genere vel in diuerſis generibus, & ſi dicerem ꝙ nũc ponit ſecundam proprietatem qualitatis forte ab Ar. mẽte non eſſem multum à longe qm̃ illa particula (Amplius) ſemper ſignificat aliquid noui, & ideo poteſt dici ꝙ Ar. affert nouam qualitatis proprietatem, cauſa intentionis eſt ne credas ꝙ vnum cõtrarium eſt in vno prædicamento, & aliud contrarium eſt in alio prædicamento, Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima ſoluit dubitationem ſimul ponendo regulam ꝙ in pluribus prædicamentis & non in vno ſolo prædicamento collocantur duo contraria, in ſecunda ibi (hoc autem) manifeſtat per inductionem quòd duo contraria ponuntur in eodem genere & non in diuerſis generibus; ideo dicit iuſtitia quæ eſt vnum contrarium ponitur in genere qualitatis & in eodem genere ponitur iniuſtitia quæ eſt aliud contrarium quod probat ſic (ſi vnum contrariorum erit quale & reliquum erit quale). i. ſi vnum contrariũ eſt in genere qualitatis reliquum etiam eſt in genere qualitatis, nam dictum eſt. 19. met. 24. ꝙ contraria ſunt in eodem genere. 1. phy. 50. 56. vbi inquit in vno genere eſt vna contrarietas ideſt ſunt duo contraria ꝙ enim ſi vnum contrarium eſt in genere qualitatis aliud contrarium etiam eſt in genere qualitatis (hoc palam eſt) q. d. hoc non indiget probatione quia palam eſt ideſt manifeſtum & clarum eſt præponens alia prædicamenta) i. facienti inductionem (in ſingulis) i. in omnibus contrarijs, quæ non ſunt in alio prædicamento niſi in prædicamento qualitatis (vt) v. g. ſi pro quia iuſtitia eſt contraria iniuſtititiæ (quale autẽ eſt iuſtitia) autem pro ſed iuſtitia eſt quale .i. eſt in prædicamento qualitatis; ergo iniuſtitia quæ eſt contraria iuſtitię eſt in prædicamento qualitatis. ſimiliter frigiditas caliditas albedo nigredo, aſsignata cauſam quare iuſtitia & iniuſtitia reponuntur in prædicamento qualitatis, & dicit (nullum enim aliorum prædicamentorum aptabitur) ideſt competit iniuſtitiæ quoniam in nullo alio prædicamento collocatur iuſtitia niſi in prædicamẽto qualitatis ſcilicet neque in prædicamento quantitatis, neque in prædicamento ad aliquid, nec in prædicamento vbi, nec omnino aliquid huiuſmodi ideſt neque in prædicamẽto ſubſtantiæ nec in nullo alio niſi in prædicamento qualitatis & hoc non ſolum eſt verum de iuſtitia & iniuſtitia, ſed (ſic) .i. eodem modo eſt verum in alijs quæ ſunt contraria ideſt in illo genere in quo ponitur vnum contrarium in illo met ponitur alterum. ¶ Di- Dub.
ces contra nam quæ ponuntur in contrarijs generibus non ſunt in eodem genere, ſed iuſtitia & iniuſtitia ſunt in contrarijs generibus ergo non ſunt in eodem genere, minor patet ex Ariſt. in cap. de oppoſitis, vbi inquit quod genus iuſtitiæ eſt virtus genus vero iniuſtitiæ eſt vitium. ¶ Dices ꝙ genus eſt Sol.
duplex aliud remotum, Aliud propinquum tunc dicitur ꝙ iuſtitia & iniuſtitia ſunt in pluribus generibus propinquis, ſed ſunt in eodem genere remoto, vt eſt qualitas quod genus propinquum iuſtitiæ eſt virtus, iniuſtitię autem eſt vitium; quæ duo contraria ſunt in eodem genere, quoniam genus. 5. met. 24. vel ſignificat materiam, vel eſt materia, & quoniam eadem eſt materia & ſubiectum contrariorum. 1. celi 18. 4. phy. 84. ideo duo contraria ſunt in eodem genere. ¶ Dices contra, nam genus non eſt materia. Rep.
5. met. 17. 12. met. 14. 8. met. 6. 7. met. 43. 46. ergo nõ per hoc ꝙ genus eſt materia duo contraria ſunt in eodem genere. ¶ Dicas ꝙ Sol.
aliud eſt dicere genus eſt materia, & aliud ſignificat materiam, tũc dicitur, ꝙ genus non eſt materia. 5. met. 17. 12. met. 14. ſed ſignificat materiam. 1. celi. 49. 7. met. 43. ideo dixit Porph. in cap. de differentia ꝙ genus eſt proportionale materiæ. ¶ Sed contra nam 7. met. 34. genus eſt materia ergo non ſignificat materiam. ¶ Dicas ꝙ intelligitur ſic .i. genus ſi- Rep.
gnificat materiã ſed non eſt vere materia, ꝙ ſic probatur, qm̃ materia. 7. met. 24. 43. 1. met. 17. denominatiue prædicatur de eo cuius eſt materia. 2. de gen. 4. vt annulus eſt aureus, nõ dicitur annulus eſt aurum, ſed genus non denominatiue, ſed in recto prædicatur, vt homo eſt animal. ¶ Dices forma non eſt nec ſigni- Dub
cat materiam qm̃ materia & forma nõ coincidunt. 2. phy. 70. 12. de anima 36. qm̃ materia ſignificat potentiam. 2. de anima 2. 2. 5. 12. phy. 12. & 12. met. 4. 7. met. 34. 35. forma ſignificat actum, 7. met. 34. 35. 12. met. 14. 2. phy. 12. 2. de anima 5. 12. de anima 7. ſed actus & potentia ſunt differentię valde oppoſitæ. 1. de anima 6. ergo genus cum ſit forma. 2. phy. 28. 7. met. 43. 8. met. 6. non poteſt eſſe materia. ¶ Dicas concedendo ꝙ genus eſt forma tamen ſignificat materia non vere, proprie-

ſed æquiuocè impropriè ſecundum ſimilitudinem, methaphoricè, & proportionaliter.

Dub. ¶ Amplius iuſtitia non eſt contraria iniuſtitiæ, nec albedo nigredini, ergo in qualitatibus in abſtracto non eſt contrarietas, probatur ſic nam inter contraria datur motus. 8. phy. 49. 5. phy. 10. ſed inter iuſtitiam & iniuſtitiam non datur motus. 5. phy. ad virtutes & vitia non datur motus. ¶ Amplius ſi albedo eſſet contraria nigredini aut albedo quæ eſt, aut albedo quæ non eſt, non illa quæ eſt, quoniam contrariorum vnum eſt deſtructiuum alterius. 1. phy. 81. 8. phy. 64. 2. cæli, 19. ſed albedo quæ eſt in vno ſubiecto non poteſt expellere nigredinem quæ eſt in alio ſubiecto, quoniam accidens migraret de ſubiecto in ſubiectum, nec albedo quæ non eſt contraria nigredini, quoniam ſi vnum cõtrariorum eſt in natura & reliquum etiam eſt in natura vt patet in cap. de oppoſitis. 2. cæli 18. ¶ Amplius ſumma caliditas non eſt contraria ſummæ frigiditati, ergo nulla alia caliditas eſt cõtraria alicui alteri frigiditati quoniam contraria ſunt illa quæ poſſunt in eſſe eidem ſubiecto. 2. cæli 18. ſed ſumma caliditas & ſumma frigiditas non poſſunt ineſſe eidem ſubiecto: nec ſimul, nec ſucceſsiuè, quoniã in igne eſt caliditas in ſummo non poteſt eſſe ſumma frigiditas, & in aqua ſumma frigiditas non poteſt eſſe ſumma caliditas, patet igitur ex his ꝙ nec albedo eſt contraria nigredini, nec iuſtitia iniuſtitiæ, & per conſequens qualitates in abſtracto non ſunt contrariæ in prædicamento qualitatis.

Sol. ¶ Dicas ꝙ motus non eſt inter omnia contraria, loquendo de motu qui eſt mutatio de ſubiecto in ſubiectum, quoniam Ariſt. 5. phy. 16. probat ꝙ ad ſanitatem non eſt motus, nec ad ægritudinem, nec ad virtutes, nec ad vitia, ſed intendit motum eſſe inter contraria, vt per hoc diſtinguat motum, à generatione, & corruptione, quæ ſunt mutationes inter contradictoria, tamen largè loquendo de motu eo modo quo diffinitur. 3. phy. 6. eſt concedendum ꝙ inter iuſtitiam & iniuſtitiam eſt motus, ſicut inter muſicum & immuſicum. 1. phy. 43. Amplius conceditur ꝙ albedo contrariatur nigredini, tàm in vniuerſali quàm in particulari, & vtraque earum eſt, neque oportet ꝙ albedo quæ eſt in pede poſsit expellere nigredinẽ quæ eſt in capite, ſed ſatis eſt vt ſit apta nata expellere illam nigredinem quæ eſt in capite, quæ aptitudo & ſi non poteſt reduci ad actum in hac particulari albedine, ſufficit ꝙ in albedine eiuſdem ſpeciei quæ nondum eſt, quando vero arguitur de caliditate & frigiditate ſumma Reſpondetur, ꝙ ſi non poteſt in eſſe eidem ſubiecto propinquo in actu exiſtenti compoſito ex materia & forma, tamen poſſunt ineſſe ſubiecto exiſtenti in potentia quod eſt materia prima, iuxta dictum Ar. 2. de cælo 18. vbi inquit, eadem eſt materia contrariorum.

Dub. ¶ Amplius probat ꝙ iuſtum & iniuſtum album & nigrum quæ ſunt qualia in cõcreto, in prædicamento qualitatis non ſunt contraria, ſi enim album eſſet contrarium nigro aut ſubiectum albedinis & nigredinis inuicem ſunt cõtraria aut compoſita ex ſubſtantijs & accidentibus, non eſt dicendum ꝙ ſubiectum albedinis eſt contrarium ſubiecto nigredinis, quoniã illa ſubiecta ſunt ſubſtantiæ, quæ ſubſtantiæ ad inuicem non ſunt contrariæ. 1. phy. 52. & 14. met. cap. 5. nec eſt dicendum ꝙ cõpoſita ex ſubſtantia & accidentibus ſunt contraria; quoniam contraria viciſsim inſunt eidem ſubiecto, vt ex cõtrariorum definitione patet, conſtat autem quòd talia compoſita nõ poſſunt ineſſe eidem, quia nihil poteſt ſubiectiue recipere compoſitum ex ſubiecto & albedine, aut compoſitum ex ſubiecto & nigredine. ¶ Amplius ſunt ſub eodem genere. 10. met. 24. ſed album & nigrum non ſunt in genere, neque iuſtum & iniuſtum. 4. top. vbi inquit Ar. ꝙ iuſtum non eſt in genere, neque album, ſed iuſtitia & albedo, ergo album & nigrum non ſunt contraria, neq; iuſtum & iniuſtum, & per conſequens qualia in concreto in prædicamento qualitatis nõ ſunt contraria.

Sol. ¶ Dicas ꝙ album & nigrum in concreto ſunt contraria: non quia ſubiecta ſint contraria, ſed quoniam formæ ſunt cõtrariæ, ratione quarum compoſita ex ſubſtantijs, & accidentibus ſunt contraria, & licet talia cõpoſita non poſsint in eſſe eidem ſubiecto per inhærentiam tamen poſſunt ineſſe eidem ſubiecto per prædicationem, quoniam idem numero aliquando eſt album & deinde eſt nigrũ ſed ipſæ formæ inſunt ſubiecto per inhærentiam, & quando dicit ꝙ album & nigrum non ſunt in genere verum eſt per ſe & primo, & ſic intendit Ar. quando dicit ꝙ iuſtum non eſt in genere ſed iuſtitia, tamen per ſe non primo ſunt in genere, ex quo iuſtitia & iniuſtitia, albedo & nigredo ſunt per ſe primo in genere, & per ſe primo ſunt contraria, quoniam ſecundum ſe totum & non per partem iuſtum & iniuſtum ſeu album & nigrum ſi ſunt in genere aut ſi ſunt contraria hoc eſt per ſe, non primo, quoniam ſecundum partem, & non ſecundum totum.

Suſcipiunt autem qualia magis & minus, album enim magis & minus album alterum altero dicitur: & iuſtum alterum altero magis & minus dicitur, ſed & ipſa intentionem ſuſcipiunt. cum candidum namque ſit, contingit amplius candidum fieri.

De-

Declarata ſecunda qualitatis proprietate nunc tertiam manifeſtat, quæ eſt ꝙ qualitas recipit magis & minus, quæ proprietas ſequitur ex prima, quoniam ſi in qualitate reperitur contrarietas, & mixtio contrariorũ, neceſſe eſt vt reperiatur magis & minus, cauſa intentionis eſt, vt oſtendat qualitatem non ſolum vnam, ſed plures habere proprietates Diuiditur in tres partes, in prima facit quod dictum eſt in ſecunda ibi (vt album) inductione manifeſtat dictam proprietatem .ſ. quomodo qualitas ſuſcipit magis & minus, in tertia ibi (ſed & ipſa) manifeſtat hanc proprietatem ꝙ idem eſt magis & minus ſucceſsiue, & in diuerſo tempore, quo ad primum inquit (qualia) .ſ. ſubiecta compoſita quæ habent qualitatem ſuſcipiunt magis & minus, ideſt vnum dicitur magis tale & aliud dicitur, minus tale (album enim magis & minus album alterum altero dicitur) ideſt vnum ſubiectum dicitur, magis albũ altero ſubiecto, & aliud dicitur minus album altero ſubiecto. v. g. nix & calcis ſunt duo ſubiecta quæ ambo ſunt alba, tamen nix dicit. magis alba quàm calcis, & calcis dicitur, minus alba quàm nix, & q. d. non ſolum vnum ſubiectum dicitur, magis album, quàm alterum, ſed vnum ſubiectum poteſt dici magis albũ ſe ipſo, quando dicit ſed & ipſa .ſ. ſubiecta qualia ſuſcipiunt intenſionem .i. ipſa ſubiecta qualia poſſunt fieri magis alba. v. g. (cum candidum namque ſit) .i. quando aliquod ſubiectum eſt candidum .i. album contingit amplius & .i. magis candidum fieri, aliquod .n. quod eſt album poteſt fieri magis album, & ſic non ſolum vnum ſubiectum ſuſcipit magis & minus reſpectu alterius ſubiecti, ſed etiam reſpectu ſui, & Nota ꝙ hoc exemplum datum de albedine, quæ eſt in tertia ſpecie qualitatis, verificatur etiam in omnibus ſpeciebus qualitatis, & probatur in prima ſpecie qualitatis, nã vnus ſciens eſt magis ſciens, & alter ſciens eſt minus ſciens quàm alius, & vnus homo iuſtus eſt magis vel minus iuſtus quàm alius homo, & ſic de alijs quæ ponuntur in prima ſpecie qualitatis, ſimiliter in ſecũda ſpecie qualitatis, nam vnus curſor vel vnus pugillator eſt magis vel minus curſor, vel pugillator quàm alius, verum etiam vnum durum eſt magis durum quàm alterum, & vnum molle eſt magis molle quàm alterũ, & in tertia ſpecie qualitatis aliquod album eſt magis album quàm reliquũ, & aliquod calidum eſt magis vel minus calidum quàm aliud, & aliquis iracũdus magis vel minus iracundus, & in quarta ſpecie qualitatis aliquod pulcrum magis vel minus pulcrum, quàm reliquũ, & aliquod turpe eſt magis vel minus turpe quàm reliquum, & aliquod rectũ vel curuum eſt magis vel minus rectũ & curuum, Sed Nota ꝙ qualitas non ſolum ſuſcipit magis & minus reſpectu diuerſorum, ſed reſpectu eiuſdem tamen in diuerſo tẽpore quoniam qualitas accipit augmentum in eodem ſecundum intentionem, nam quando aliquod eſt album vel candidum contingit ipſum fieri magis candidum per augmentum candoris in ipſo, veluti aliquod poteſt fieri calidum magis per intentionem caliditatis, in eo tale eſt magis calidum vno tempore quàm alio, & minus calidum hodie quàm cras. ¶ Sed cõtra nam ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus. *Dub.* ¶ Dicas ꝙ non ſuſcipit magis & minus ſecundum eſſe ſubſtantiale, ſed ſecundum eſſe accidentale. *Sol.* ¶ Contra nam formæ elementorum ſunt ſubſtantiæ. 3. cęli 67. intenduntur & remittuntur. *Rep.* ¶ Dicas quod formæ elementorum non ſunt formæ perfectæ, ſed imperfectæ & mediæ inter ſubſtantiam & accidentia, vt ibidem patet hinc inquit An. 8. met. 10. forma ſubſtantialis non ſuſcipit magis & minus, homo .n. non eſt maioris humanitatis quàm alius homo. *Sol.* ¶ Dices contra nam. 8. met. 10. forma ſubſtãtialis perfecta ſuſcipit magis & minus. *Rep.* ¶ Dicas ꝙ forma perfecta non recipit magis & minus ſecundum ſuam eſſentiam, ſed ſecundum ꝙ eſt forma in materia, nã forma melius operatur in materia bene diſpoſita quàm in materia nõ ſic pręparata, vt ignis quando approximatur ſulphuri propter materiæ diſpoſitionem citius & magis operatur quàm quando approximatur ligno viridi, in quo propter indiſpoſitionẽ non ſic citius ſed tardius, & minus operatur. *Sol.* ¶ Dices quare vnũ ſubiectum eſt altero ſubiecto magis vel minus album? *Dub.* ¶ Dicas vt inquit An. 5 phy. 19. ꝙ magis vel minus contingit propter admiſtionem contrarij. v. g. accipiantur duo gradus albedinis & vnus gradus nigredinis & commiſceantur ex hac commiſtione fit album, deinde accipiatur vnus gradus albedinis & duo gradus nigredinis fiet aliud album, tamen illud album in quo ſunt duo gradus albedinis erit magis album quàm illud in quo eſt vnus gradus albedinis. *Sol.*

Non tamen omnia ſed plurima; iuſtitia namque ſi dicatur magis & minus iuſtitia, poteſt quilibet ambigere, ſimiliter autem & in alijs diſpoſitionibus. Quidam enim dubitant de talibus · iuſtitiam namque iuſtitia non omnino aiunt magis & minus debere dici, nec ſanitatem ſanitate.

Cum declaraſſet ꝙ qualia ſuſcipiunt magis & minus, nunc declarat ꝙ non omnia

qualia

terum vt ſortes eſt grammaticior Antonio propter grammaticam, vel iuſtior & ſanior propter iuſtitiam, & ſanitatem quæ ſunt qualitates in abſtracto, ergo grammatica iuſtitia & ſanitas ſuſcipiunt magis & minus. ¶ Dicas verum primo Nota ꝙ propoſitio Ar. intelligitur hoc modo .ſ. quando fuerit aliqua diſpoſitio recipiens magis & minus denominans formaliter cauſam & cauſatum & competit cauſato propter cauſam ſemper, per prius, & ſimpliciter dicitur de cauſa & per poſterius & ſecundum quid dicitur de cauſato, vnde Au. 8. phy. 77. vbi inquit horum autem de quibus nomen dicitur ſecundũ prius & poſterius, & ſimpliciter ſecundum denominationem, illud de quo dicitur, prius eſt cauſa eius de quo dicitur, poſterius & 7. met. 3. inquit ꝙ cum plura communicat in eodem nomine, & quodam dignius quibuſdam illud quod eſt dignius illo nomine eſt cauſa cæterorum, & diſpoſitio cæterorum ad cauſalitatem eſt ſicut diſpoſitio illorum in illo nomine, quod confirmat. 7. met. 7. & 8. met. 7. quo ſic ſtante ſoluitur dubitatio .ſ. ꝙ propoſitio Ariſt. eſt vera in illis quæ recipiunt magis & minus, modo ſanitas iuſtitia & grammatica quæ ſunt qualitates in abſtracto non ſuſpiunt magis & minus, ideo non ſequitur ꝙ ſi ſortes dicitur grammaticior iuſtus & ſanus, pro grammaticam iuſtitiam & ſanitatẽ non propter hoc ſequitur ꝙ grammatica iuſtitia & ſanitas dicitur magis grammatica, magis iuſtitia, & magis ſanitas, nec nulla qualitatum abſtractarum ſuſcipit magis & minus.

Triangulus vero & quadrangulus non videntur magis & minus ſuſcipere: neque aliqua aliarum figurarum. quæ enim definitionem trianguli recipiunt & circuli omnia ſimiliter trianguli vel circuli ſunt.

Cum declarauit ꝙ ſunt quædam qualitates ſeu quædam qualia quæ recipiunt magis & minus. nunc declarat ꝙ ſunt quędam qualitates ſeu quædam qualia quæ non recipiunt magis & minus, vt oſtenſtat ꝙ non eſt proprium qualitatis ſuſcipere magis & minus. ¶ Diuiditur in duas partes, in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda ibi (quæ enim) dat rationem quare triangulus & alia qualia quæ ſunt in quarta ſpecie qualitatis non ſuſcipiunt magis & minus, & dicit vero pro ſed triangulus & quadrangulus qui ſunt qualitates ſeu qualia in quarta ſpecie qualitatis non videntur .ſ. vere certe non ſuſcipiunt magis & minus, & q. d. non ſolum hęc duo ſed etiam neque aliarum figurarum .i. neque nulla alia figura quæ eſt in quarta ſpecie qualitates, vt circulus, æquicrus, æneus, yſopleurus non .n. vnus triangulus dicit, magis vel minus triangulus quàm alter, ſimiliter neque quadrangulus, neque circulus, aſsignat cauſam & dicit (quæ .n. definitionem trianguli recipiunt & circuli omnia ſimiliter trianguli & circuli ſunt) .i. omnia quæ recipiunt definitionem trianguli & circuli, ſimiliter .i. æqualiter, & pariter, trianguli & circuli ſunt ſiquidem cui competit vna definitio eadem competit alteri, omnes enim eandem definitionem habent quoniã quibus competit definitio competit & definitum, quoniam definitio & definitum ſunt idem. 1. phy. 5. 7. met. 40. ſed omnes particulares trianguli ſimiliter & pariter & non magis vnus quàm alter recipiunt definitionem eandem .ſ. trianguli & circuli, vt iſte triangulus ſignatus in puluere, & iſte triangulus ſignatus in arena, & iſte ſignatus in auro, & omnes particulares trianguli & circuli ſimiliter & pariter ſunt trianguli, & circuli, & vnus non magis nec minus altero, definitio enim trianguli hæc eſt .ſ. triangulus eſt figura tribus lineis contenta. 1. de anima 11. circulus eſt figura plana à cuius centro omnes lineæ ductæ ad circumferentiam ſunt ęquales. 1. phy. 5. & ne mireris ſi Ariſt. huius rationis factę reliquit minorem & concluſionem, & tantum poſuerit maiorem, quoniam maior propoſitio potentia cõtinet minorem & concluſionem, vt inquit Au. in æpit. log. cap. de rethorica demonſtratiua. 7. æthicorum cap. 5. Ar. fiat igitur ratio talis, illa quę habent eandem definitionem quæ ſimiliter competit omnibus non ſuſcipiunt magis & minus, illa vero quæ habent eandem definitionem quę non ſimiliter competit omnibus, ſed magis vni quàm alteri, illa ſuſcipiunt magis & minus, vt ſanum eſſe competit exercitio, cibis, & vrinis, vt exercitium eſt ſanum, cibus eſt ſanus, & vrina eſt ſana, ſed non competit iſtis indifferenter, ſimiliter, & pariter ſed differẽter, & diſsimiliter magis vni quàm alteri, vt exercitium eſt ſanum quia eſt cuſtos ſanitatis, cibus eſt ſanus quia eſt efficiens ſanitates, vrina eſt ſana quia indicat ſanitatem modo exercitium eſt magis ſanum quàm cibus, qm̃ exercitium tuetur ſanitatem pręſentem, cibus vero renouat ſanitatem præſentem, ſimiliter cibus magis eſt ſanus quàm vrina, qm̃ vrina intantum dicitur ſana inquantum indicat ſanitatem, & ſic hæc tria .ſ. exercitium, cibus & vrina licet ſuſcipiãt eandem definitionem, tamen non ſimiliter, ſed magis vnum, & minus reliquum, & ſic vnum iſtorum dicitur magis ſanum quàm alterum, & alterum minus quàm alterum.

Eorum autem, quæ non recipiunt rationem eandem, nihil magis alterum altero dicitur, nihil enim quadratum magis quàm parte altera lõgius, circulus eſt: neque alterum .n. recipit circuli rationem. ſimpliciter autem, ſi vtraque non recipiunt propoſiti rationem, non dicetur alterum altero magis non, ergo omnia qualia recipiunt magis & minus.

Cum notificauit, ꝙ quædam qualitates vt triangulus & circulus non ſuſcipiunt magis & minus, nunc declarat ꝙ non ſolum illa quę recipiunt definitionem circuli ſimiliter ſunt circuli, & non recipiunt magis & minus, ſed illa quæ non recipiunt definitionem circuli non ſuſcipiunt magis & minus, cauſa intentionis eſt, vt oſtendat ꝙ non eſt propriũ qualitatis ſuſcipere magis & minus. v.g. quadratum non recipit definitionem circuli, quoniam non eſt figura à cuius centro lineæ ductæ ad circumferentiam ſunt æquales, nec altera parte longius .i. quadragulus recipit definitionem circuli, ſi ergo neuter recipit definitionem circuli, ergo neuter dicitur, magis & minus circulus, ſed æqualiter, pariter, & ſimiliter, vterque enim vocatur circulus, nam ſicut ſe habet negatio ad negationem, ſic ſe habet affirmatio ad affirmationem, 1. poſt. 99. nam ſicut illa quæ recipiunt definitionem circuli æqualiter dicuntur circuli, à pari illa quę non recipiunt definitionem circuli ſimiliter non dicuntur, circuli. v. g. homo & canis, homo enim non dicitur magis equus quàm canis, & canis dicitur, minus equus quàm homo, quoniam nec homo nec canis recipit definitionem equi, quoniam non dicitur, ꝙ homo eſt animal hinnibile, nec canis eſt animal hinnibile, ſicut enim homo non dicitur, magis equus, nec canis dicitur, minus equus; quoniam neuter recipit definitionem equi; ſic etiam quadratum non dicitur, magis circulus, & quadrangulus non dicitur, minus circulus, quoniam neque quadratum, neque triangulus recipit definitionem circuli, patet igitur ꝙ non omnia qualia ſuſcipiunt magis, & minus, quod probatur ratione, nam illa qualia ſuſcipiunt magis, & minus; quorum qualitates ſuſcipiunt magis, & minus, ſed aliquæ qualitates non recipiunt magis, & minus, ergo non omnia qualia ſuſcipiunt magis, & minus, maior patet ex definitione qualium; quoniam illa dicuntur qualia; quæ denominatiuè dicuntur, à qualitatibus; & quoniam circulus & triangulus, & quadrangulus, & aliæ figuræ non recipiunt magis, & minus, ideò circulare, triangulare & alia figurata non ſuſcipiunt magis, & minus, nihil enim eſt magis circulare, vel triangulare; quàm aliud, eo magis; quoniam ibi eſt magis, & minus vbi eſt motus; ſed in iſtis qualitatibus quartæ ſpeciei qualitatis; quæ ſunt qualitates mathematicæ non eſt motus, ſed ſunt priores motu, ideo in iſtis non datur magis, & minus, quod confirmatur alia ratione, ſupponendo vnum ex primo top. cap. de termino, vbi dicitur ꝙ definitio oſtendit rei naturam, & ſubſtantiam, omnia igitur; quæ differunt definitione, diſcrepant etiam natura, & ſubſtantia; ſed quadratum & altera parte longius non recipiunt definitionem circuli, ergo differunt à natura, & à ſubſtantia circuli, & ſic non ſunt nec dicuntur circuli, patet igitur ꝙ non omnia; ſed quædam qualia ſuſcipiunt magis, & minus.

Horum itaque, quæ prædicta ſunt, nullum eſt proprium qualitatis, ſimilia verò, aut diſſimilia, ſecundum ſolas dicuntur qualitates. ſimile enim & diſſimile alterum alteri non eſt ſecundum aliud niſi ſecundum id; quod quale eſt, quare proprium eſt qualitatis? ſecundum eam ſimile, vel diſſimile dici.

Cum probaſſet ꝙ non omnis qualitas ſuſcipit magis & minus; & quod qualitas habet contrarium, nunc infert concluſionem omnium dictorum dicens; ꝙ nullum dictorum eſt proprium qualitatis? quoniam nullum eorum eſt conuertibile cum qualitate, & declarat quæ nam eſt vera proprietas qualitatis, cauſa intentionis eſt, vt cognoſcatur & quod eſt illud; quod eſt proprium qualitatis; & conuertitur cum qualitate ab illo: quod non eſt proprium, & non conuertitur cum qualitate: Diuiditur tex. iſte in tres partes, in prima facit, quod dictum eſt, in ſecunda ibi (ſimilia) proponit concluſionem probandam .ſ. quod eſt proprium qualitatis, in tertia ibi (ſimile) probat ratione ꝙ ſimile, & diſſimile eſt proprium qualitatis, quo ad primum Dices ſi qualitas non habet cõtrarium, & non ſuſcipit magis, & minus; quod iſtorum eſt proprium qualitatis? dicit (itaque) .i. ergo (nihil) .i. nullum horum .ſ. duorum prædicatorum eſt proprium qualitatis; quoniam competunt alijs à qualitate, nã illud eſt proprium alicui; quod cõpetit omni ſoli & ſemper. 1. top. Ar. & Porphyrius in cap. de pro-

prio; ſed nullum prædictorum competit omni qualitati nec ſoli qualitati ergo nullum iſtorum eſt proprium qualitatis; quia ſunt communia qualitati, & multis prædicamentis, & præcipue ipſis relatiuis.

Dub. ¶ Dices ſi hęc ſunt cõmunia Ariſt. non debebat tractare de his, quia

Sol. ſciencia eſt de proprijs. 1. poſt 9. 66. 67. ¶ Dicas, quia hęc videbant propria, licet nõ ſint propria, ideo de his tractauit Ar. & cũ probauit quia non ſunt propria ſtatim tradidit, quæ ſunt propria ſicut fecit in cap. de ſubſtãtia; vbi reprobatis prius his; quę propria videbant, poſtea quę ſunt vere propria tradidit, ſic in hoc loco i eiectis duobus. ſ. non habere contrariũ & nõ ſuſcipere magis, & minus; quę videbant propria, ſtatim eligit: qđ eſt vere, & maximè propriũ qualitatis, & dicit (ſimilia) q. d. proprium propriè dictũ; quod competit omni, & ſoli qualitati; & non alteri à qualitate eſt dici ſimile, vel diſsimile, v. g. vna albedo eſt ſimilis alteri albedini: & eſt diſsimilis nigredini; & vnus circulus eſt ſimilis alteri circulo; & eſt diſsimilis triangulo ſimiliter dicitur in omnibus; quę ſunt in quarta ſpecie qualitatis probat etiam quia ſoli qualitati cõpetit, dici ſimile, vel diſsimile. 5. met. cap. de qualitate inquit Ar. quia vnum in ſubſtantia facit idẽ, & in quãtitate facit inæquale, & in qualitate facit ſimile multũ vero in ſubſtãtia facit diuerſum ex quibus patet quia ſuſcipere cõtraria; eſt proprium ſubſtantiæ quãtitatis; vero dici æqualis, qualitatis verò dici ſimilis, vel diſsimilis; & ideo dicit Ar. ſimilia vero, aut diſsimilia ſm ſolas, dicunt qualitates. q. d. quia ſm nullũ aliud prædicamentum ſubiecta dicuntur, ſimilia, aut diſsimilia niſi ſecundum ſolas qualitates.

Dub. ¶ Dices contra nam ſimile, & diſsimile eſt ad aliquid ergo non in prędicamẽto qualitatis.

Sol. ¶ Dicas quia hic ſumit non vt ad aliquid, ſed in quantũ eſt quale. Sed Nota quia ly ſimilia, & diſſimilia dicuntur pluribus modis. 10. met. 10. 11. tamen hic ſumuntur ſm qualitatem exponat ſimilia, aut diſsimilia. i. ſubiecta; quorum qualitates ſunt eedẽ, & ſimiles; vt cignus, & lac dicuntur, ſimilia: quia qualitates eorũ ſunt ſimiles: vt eſt albedo, aut diſsimilia. i. ſubiecta; quorum qualitates ſunt diſsimiles, ſunt diſsimilia. vt cignus, & coruus; cignus eſt albus, & coruus niger. 10. met. 11. Nota quia ly (aut) ſumitur pro ſiue. 1. phy. 3. & vt eſt nota ſolutionis. 3. de anima 14. & coniunctiue. 4. metheororum 42. & diſiunctiue hic enim ſumitur vtroque modo diſiunctiue, & coniunctiue; dicendo aliquod eſt ſimile, aut ideſt & diſsimile.

Dub. ¶ Sed videtur hoc non poſſe ſtare quoniam ſi diceretur aliquod ſimile, & diſſimile ideſt cignus eſt ſimilis, & diſsimilis tũc duo contraria verificarent de vno ſubiecto.

Sol. ¶ Dicas quia ſumit coniunctiue reſpectu diuerſorũ. v. g. cignus eſt ſimilis cigno, & diſsimilis coruo, ſed non ſumitur coniunctiue reſpectu vnius, & eiuſdem; non. n. dicimus cignus eſt ſimilis, & diſsimilis cigno. ¶ Dices ſi ſimile, & diſsimile competit quatuor ſpeciebus qualitatis; ergo non eſt proprium qualitatis; quoniam illud, quod competit pluribus eſt commune, & non propriũ. 1. de par. an. cap. de genere. ¶ Dicas, quia dici ſimile, aut diſsimile eſt proprium qualitatis tanquam generis primo, & per ſe competit ſibi, per accidens vero ſpeciebus. v. g. ſenſibile primo, & per ſe competit animali, per accidens vero homini, boui, & equo. 1. poſt. 38. ¶ Amplius. 2. phy. 13. 26. 7. met. 28. 12. met. 18. & 1. de par. an. cap. 1. omne quod generat à ſibi ſimili generat. 2. cęl. 43. vt homo generat hominem, ſed aliquando generans, & generatũ non conueniunt in qualitate, vt quã generatur animal ex putri materia p tunc. n. generans eſt cęlũ. 12. met. 18. vt inquit Au. calor ſolis, & ſtellarũ diffuſus in aqua & terra generat animalia ex putrefactione; na-

Sol. ta. ¶ Dicas quia ſimilitudo, & diſsimilitudo eſt duplex. Alia quæ dicit ſimilitudinarie; Alia quæ dicit propriè; Alia quę dicit modaliter; Alia formaliter; ſimilitudo formaliter & proprie dicta eſt proprietas qualitatis quę vere eſt qualitas ſimilitudo vero modaliter eſt proprietas qualitatis ſm modũ dicta i. rei ſumpte per modũ qualitatis; ſeu alia eſt ſimilitudo & diſsimilitudo large; Alia vt dicunt ſtricte; ego tũ dicerem, quia Alia eſt vere proprie, & per ſe ſimilitudo; Alia improprie dicta quę ſumitur pro quacunq; conuenientia; qua aliquod poteſt conuenire cũ aliquo ſiue fuerit conueniẽtia eſſentialis; ſiue accidentalis; & hoc modo ſpecies eſt ſimilitudo indiuiduorũ; & genus eſt ſimilitudo ſpecierum; ſimilitudo, & diſsimilitudo formaliter dicta eſt conuenientia vel diſconuenientia in qualitate: vt cignus eſt ſimilis lacti; & niui in albedine: Dicas igitur? quia Ariſt. hic loquitur de ſimilitudine formaliter dicta; & quãdo dicitur quia id quod generatur à ſimili generatur non intelligitur à ſimili ſimilitudine, formaliter dicta, ſed impropriè ſumpta veluti eſt ſpecies, & genus.

Dub. ¶ Dices an ſimilitudo, ſeu conuenientia aliquorum in eadẽ qualitate numero, vel in ſpecie? nõ poteſt dici primũ quia eadẽ qualitas numero nõ poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis; ſi ſm ſequitur, quia nigrum vt duo, & nigrũ vt quatuor ſunt ſimilia; quod eſt falſum quia nigredo vt duo, & nigredo vt quatuor ſunt diſsimiles, quia cõtrariant. quia ſunt termini motus nigrefactionis. 5. phy. 10.

Sol. ¶ Dicunt quia ſimilitudo eſt cõuenientia in qualitate eiuſdẽ ſpeciei, & cõcedit; quia nigredo vt duo, & nigredo vt quatuor ſũt ſimiles, & diſsimiles in gradu; ex quo diſsimilitudo in qualitate dicitur quatuor modis; vno modo ſm ſpeciẽ; Alio modo ſm gradum; Alio modo ſm potentiã: Alio modo, ſm operationem

 tionem

tionẽ exemplum ſm̃ gradum caliditas, & fri-
giditas ſeu albedo & dulcedo ſunt diſsimiles
ſecundũ ſpeciem; ſed caliditas ſumma,& ca-
liditas remiſſa ſunt diſsimiles,non ſecundum
ſpeciem,ſed ſm̃ gradum, duę vero caliditates;
vt octo quartũ vna eſt in materia dẽſa,& alia
in tanta materia rara non ſunt diſsimiles in
ſpecie; neq; in gradu; ſed in potentia eo ꝙ vir-
tus vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa,ſed in ani
mali, & in ferro, aut in igne poſſunt eſſe duę
caliditates conſimiles in ſpecie, in gradu, &
in potentia; diſsimiles vero in operatione.hĩ
calor animalis regulatus ab anima nutrit &
auget,calor vero ignis reſoluit,& deſtruit. 2.
de gen. & cor. 23. ergo omnis ſimilitudo, &
diſsimilitudo eſt ſecundum qualitatem. licet
diuerſo modo reperiantur ſecundum illam;
qm̃ ergo albedo,vt duo,& albedo,vt quatuor
ſunt eiuſdẽ ſpeciei,ideo ſunt ſimiles, & quia
contrariantur non ſecundũ formã,ſed ſm̃ ma
Dub. teriã.ideo ſunt diſsimiles,ſ.in gradu. ¶ Am-
plius ſequeretur,ꝙ duo contraria verificarẽ-
tur de eodem ſubiecto,quoniã ſimile,& diſsi-
mile ſunt duo contraria 10.met. 13. manife-
ſtum.n.eſt, ꝙ idem ſecundũ eandẽ qualitatẽ
eſt ſimile,& diſsimile; quoniam ignis ſm̃ ca-
liditatẽ eſt ſimilis aeri, & diſsimilis aquę, &
Sol. terrę 2.de gen.22.23. ¶ Dicitur,ꝙ non eſt in-
conueniens duo contraria reſpectiua ſimul
poſſe verificari de eodẽ ſubiecto; ſed duo cõ-
traria abſoluta eſt impoſsibile; vnde Ar. 4.
phiſ. inquit,ꝙ tam aqua; quàm aer eſt ſurſum
& deorſum reſpectu diuerſorũ; eſt.n. ſurſum
reſpectu elementi inferioris, & deorſum
reſpectu elementi ſuperioris.ſic etiã aliquid
eſt equale vni, & inequale alteri, & per cõſe-
quens idem eſt ſimile vni,& diſsimile alteri:
ſed ꝙ aliquod ſit ſurſum,& deorſum,aut equa
le, & inequale, aut ſimile, vel diſsimile reſpe
ctu eiuſdem:& ſecundum idem hoc quidẽ eſt
impoſsibile: cõceditur ergo ꝙ ignis eſt ſimi-
lis,& diſsimilis, tam terrę,quàm aeri, ſed nõ
eodem modo: quoniam ignis eſt ſimilis aeri
in caliditate,& diſsimilis in ſiccitate; terra
vero ẽ ſimilis in ſiccitate,& diſsimilis in cali
ditate; ita ꝙ ignis ẽ ſimilis,& diſsimilis diuer
ſis ſm̃ eandẽ qualitatẽ: ſed vni ẽ ſimilis,& diſ-
Dub. ſimilis ſm̃ diuerſas qualitates. ¶ Amplius ſe-
quitur ꝙ ignis nõ eſt magis ſimilis aeri, quã
terrę; conſequẽs eſt falſum; quia aer & ignis
ſunt elemẽta leuia,& ambo immediata; ter-
ra aũt maxime diſtat ab igne, & eſt maxime
Sol. grauis 2.de gen.33. ¶ Dicas) negando cõſe-
quentiã,ꝙ nõ omnia ſimilia ſunt equaliter ſi
milia; ſed quędã magis,& quędã minus, illa
.n. quæ ſunt ſimilia ſm̃ plures qualitates con-
trarias, ipſa ſunt magis ſimilia,qm̃ terra,& la
pis ſunt magis ſimiles; q̃ terra,& aqua: qm̃ ter
ra,& aqua nõ cõueniũt niſi in frigiditate dẽ-
ſitate,& grauitate; terra vero, & lapis conue-
niunt in omnibus his, ac etiã in ſiccitate, &
duritie: Iterum ſi aliquid eſſet ſimile duob⁹
in duabus qualitatibus; quarũ vna eſſet ſibi
propria, ſic ꝙ ſibi cõpeteret primo,& per ſe:
Alia nõ eſſet ſibi ꝓpria, magis eſſet ſimile ha
bẽti qualitatẽ ꝓpriã quàm habẽti qualitatẽ
nõ ꝓpriã: v.g. ignis aſsimilat aeri in calidi-
tate,& terrę in ſiccitate: & quia caliditas eſt
propria igni,& nõ ſiccitas,2.de gen.23.ideo
magis aſsimilatur aeri,quàm terræ. ¶ Dices Dub.
multotiẽs accidit: quod aliqui ꝓcreantur ſi-
miles parẽtibus,vel matri, vel patri, vel ma-
ioribus,& ſunt ſimiles illis voce,& vnguib⁹;
pilis,& motu, & toto corpore,& ſingulis par
tibus, 1.de gen.an.c.17.18.& 4.de gen.an.c.3
immo liberi non ſolũm aſsimilantur parenti-
bus in membris naturalibus; ſed in nõ natu-
ralibus, & in maiori parte rerum accidẽta-
liũ; ſicut incicatrice,de qua narrauit Ar. quẽ
dam patrem habuiſſe eam in vno membro,
quam filius. Etiam tulit in eodem membro;
vellẽ ſcire quæ ſimilitudo eſt iſta? & quæ diſ-
ſimilitudo? ¶ Dicas quod eſt ſimilitudo mo- Sol.
dalis,quæ dicitur potius quædam conueniẽ-
tia, non autem dicitur,ſimilitudo proprie,&
formaliter quę eſt proprietas qualitatis; quę
vere eſt qualitas; a qua qualitate denomi-
nantur ſubiecta qualia, vt ignis denomina-
tur calidus à caliditate, & aqua à frigidita-
te, Coruus à nigredine,& cign⁹ ab albedine.

At verò non decet conturbari, ne
quis dicat nos, de qualitate propoſi-
tum facientes, multa eorum; quę ſunt
ad aliquid connumeraſſe: habitus .n.
& diſpoſitiones eorum, quæ ad ali-
quid ſunt, eſſe dicebamus.

Expeditus ab illis, quę pertinẽt ad qualita
tẽ ſecundũ genus. & ſecundũ ſuas ſpecies de-
clarando ꝓprietates cõmunes, & ꝓprias cõ-
munes, vt habere contrariũ & ſuſcipere ma-
gis,& minus ꝓprias; vt dici ſimile,& diſsimi
le nũc mouet vnã dubitationẽ cõtra ſe ipſũ
per modũ contradictionis; qua dubitatione
aliquis poſſet cõturbari? & valde admirari,
de Ar. oſtẽdẽs ſe diſcõtinuaſſe ſuũ ſermonẽ,
cauſa intẽtionis eſt, vt nil intactũ relinqua-
tur: Diuiditur in 3. partes in 1. mouet dubi-
tationẽ,in 2. ibi (pene) ſoluit dubitationẽ in
3. ibi (Amplius) Dat ſecundã ſolutionẽ pro
noticia dubitationis: eſt ſciendum: quod di-
uerſorũ generũ diuerſæ ſunt ſpecies, & diffe-
rentiæ, vt in ante prædicamẽtis clare patet,
& ibidẽ c. vltimo inquit, quod relatio,& quã-
titas ſunt prædicamẽta diuerſa,& in c. de re-
latiuis inquit,ꝙ habitus, & diſpoſitiones ſũt
ad aliqd hic vero dicit ꝙ ſũt in prima ſpecie
qualitatis, quę de facto repugnare videtur,
dicit

dicit ergo Ar. nemo turbetur? nec admiretur contra ipſum ſi in determinando de qualitate multa poſuit, quæ prius dixit pertinere ad prædicamentum relationis, vt (habitus, & diſpoſitiones eorum, quæ ad aliquid ſunt eſſe dicebamus) & q. d. modo dicimus; ꝙ habitus, & diſpoſitiones ſunt prima ſpecies qualitatis; in quibus verbis expreſſa videtur contradictio; quæ generat maximam admirationem? immo perturbat animos auditorum? ſed vt talis contradictio, admiratio & perturbatio amoueatur. Nota in ſequenti ſolutionem.

Pene enim in omnibus qualitatibus genera ad aliquid dicuntur; nihil autem eorum; quæ ſunt ſingularia. nam cum diſciplina genus ſit, id ipſum quod eſt alterius dicitur: alicuius enim diſciplina dicitur, eorum verò, quæ ſingularia ſunt, nihil ipſis, quod eſt alterius dicitur, vt grammatica non dicitur, alicuius grammatica: nec muſica alicuius alterius muſica, ſed fortè ſecundum genus, & hæc ad aliquid dicuntur: vt grammatica alicuius dicitur, diſciplina, non alicuius grammatica: & muſica alicuius dicitur, diſciplina, non alicuius muſica.

Motam dubitationem duplici ſolutione ſoluit. Sed eſt Notandum ꝙ qualitas dupliciter conſideratur, vno modo ſecundum genus. Alio modo ſecundum ſpeciem, inquit igitur Ar. (pene enim) enim pro ſed quaſi in omnibus qualitatibus genera ſunt: ad aliquid (nihil autem eorũ quæ ſingularia ſunt) autem pro ſed ſingularia .i. ſpecies, & indiuidua non dicuntur; ad aliquid vnde habitus diſpoſitio naturalis potentia, & impotentia paſſio paſſibilis qualitas ſunt relatiua, & nõ ſolum hæc ſed etiam alia prædicamenta contenta ſub his. vt ſunt ſcientia, virtus, vitium, ſanatiuum, ægrotatiuum, & ſingula talia: diſciplina ergo & ſcientia ſunt relatiua, quoniã diſciplina eſt alicuius diſciplina, & ſcientia eſt alicuius ſcientia: quoniam diſciplina habet reſpectum ad diſcipulum, & doctrina ad doctorem; & ſcientia habet reſpectum ad ſcibile, & ſic patet ꝙ genera qualitatis pro maiori parte ſunt relatiua, ſed indiuidua & ſpecies non ſunt relatiua: quõ nec grammatica & muſica in vniuerſali, nec hæc grammatica in particulari, eſt alicuius grammatica; nec muſica in particulari eſt alicuius muſica: & ſi grammatica, vel muſica: quę eſt ſpecies; eſt relatiua non inquantum ſpecies, & vt grammatica, vel muſica eſt: ſed reſpectu generis, vt muſica eſt relatiua inquãtum eſt diſciplina; & ſic per accidens, & non per ſe: quoniam id quod eſt tale, per aliud eſt tale per accidens. 1. poſt. 38. clarius. 5. phy. 1.

¶ Dices contra nam id: quod prædicatur, de prædicato; prædicatur etiam de ſubiecto prædicati in Antepraedicamentis cap. 3. ſed eſſe ad aliquid prædicatur de ſcientia; & ſcientia pręedicatur de grammatica: ergo eſſe ad aliquid? prædicatur de grammatica per ſe, & non per accidens. v. g. ſenſibile per ſe, prædicatur de animali, & animal per ſe prædicatur de homine: ergo ſenſibile per ſe pręedicatur dè homine? Rep.

¶ Dicas ꝙ competit generi per ſe primo, ſpeciei vero per ſe, & non primo. ſcientia eſt ad aliquid per ſe primo, grammatica vero; quæ eſt ſpecies, eſt ad aliquid per ſe tamen non primo, quod per ſe, & non primo idẽ eſt quod per accidens. 1. poſt. 94. An. Sed Nota ꝙ ly (ſingularia) ſumuntur duobus modis: vno modo vt ſunt compoſita ex materia, & forma, vt Petrus Antonius: Alio modo pro minus vniuerſali, & pro ſpecie hic Ar. ſumit ly ſingularia vtroque modo. nam ſpecies vt muſica non dicitur, alicuius muſica: nec quædam muſica dicitur alicuius quædam muſica. Sol.

Quapropter quæ ſingularia quidem ſunt, non ſunt ad aliquid. dicimur autem quales ſecundum ſingula: hæc enim & habemus, ſcientes enim dicimur eò ꝙ habemus ſingularum ſcientiarum aliqua. quare hęc erunt etiam qualitates, quæ ſingulares ſunt, ſecundum quas aliquando, & quales dicimur: hæ autem non ſunt eorum; quæ ſunt ad aliquid.

Cum notificauit. ꝙ genera qualitatum ſunt ad aliquid, & non ſpecies, nec indiuidua ex his ſequit̃ ſolutio dubitationis admictendo ꝙ genera qualitatum ſunt tàm in prędicamento qualitatis, quàm in prædicamento relationis; ſed illa quæ ſunt ſpecies, aut indiuidua qualitatis ſunt in prędicamento qualitatis, & non relationis nam habitus & diſpoſitio ſignificant qualitatem, & relationem ideo reponuntur in vtroque prædicamento: ſed grammatica, & muſica, vel aliqua gram-

DE AGERE, ET PATI.

Recipit autem agere, & pati contrarietatem, & magis, & minus: calefacere enim ei; quod eſt frigefacere: contrarium eſt, calefieri ei: quod eſt frigefieri: & delectari ei, quod eſt contriſtari. quare ſuſcipiunt contrarietatem.

CVM Ar. in Antepredicamentis cap. vltimo declaraſſet ea, quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur, & dixit. ꝙ ſunt potentia, & miro quidem cum artificio declarando illa; quæ dicuntur, ſecundum nullam complexionem.numerauit prędicamenta eſſe in numero denario conſtituta, nec plura, nec pauciora, à quo ſumpſit Porphyrius in cap. de ſpecie .ſ. ſubſtantiam, quantitatem, qualitatē; ad aliquid vbi quando ſitum eſſe habere, agere, pati quod confirmat Ar. 1. phy. 62. 5. phy. 9. 19. & 1. top. cap. 3. vbi inquit ſunt autem hæc numero decem; quorum jam ſumma cum eruditione, & valde exquiſite amplè, & diligenter quatuor pertractauit .ſ. ſubſtantiam, quantitatem, relationem, & qualitatem quæ aliqua quæſtione, & conſideratione agere videbantur. declarando eorum cōmunitates, proprietates, & ſingulas affectiones: nunc incipit tractare de agere, & pati, & de alijs, tamen non ſic latè ample, & exquiſite, ſed breuiter perſtringit, & tenuiter, & pertranſeundo; cauſa eſt; q̄m illa quatuor ſunt difficilia, maximeq; vtilitatis; hæc vero quæ ſequuntur .ſ. agere, pati, ſitum eſſe, quando, vbi, habere, ſunt facilia, non tantæ vtilitatis, ars. n. & ſcientia verſatur circa difficilia, & immoratur circa ignota, & non circa nota, niſi parum, & circa ipſa non immorando, nam quæ ſunt facilia ars deſpicit. 1. poſt. 76. clarius 2. ethicorum cap. 3.

Dub. ¶ Dices non ne hæc ſex prædicamenta; quæ ſequuntur admictunt aliquas diſputationes, & dubitationes?

Sol. ¶ Dicas ꝙ admictunt, ſed iis, qui modo diſcere incipiunt ſatis eſt ſi ea; quę diſputata ſunt; optime conceperunt; & hæc; quæ ſequuntur ita ſummatim tenuerint, vt ad ipſa redigere vnumquodq; ex ſimplicibus valeant quoniam de agere, & pati in libro primo de gen. & cor. 43. copioſe pertractauit; de quando quod tempus ſignificat, & de vbi, quod ad locum attinet, in 4. libro phy. vbi de loco, & tempore agit omnia perquirit.

Dub. ¶ Dices ſi Ar. breuiter, & ſuccinte hic cōſiderat de his prædicamentis; quoniam alibi fuerūt pertractata ample, & latiſsime, ſimiliter debebat facere de quatuor præcedentibus; quoniam ipſa ample fuerunt, & ad longum pertractata in 5. met.

Sol. ¶ Dicas ꝙ in methaphiſica fuerunt tractata ſub alio modo conſiderandi; quo conſideratur hic: nam hic, vt ſunt voces ſignificantes res, ibi vero, vt ſunt ſpecies entis hęc dicta ſint de continuatione vniuerſali: dicamus igitur de continuatione particulari & dicimus; ꝙ poſtquàm Ariſt. determinauit de qualitate, nunc determinat de actione, & paſſione.

Dub. ¶ Dices ſi Ar. vult tractare de ſex prędicamentis .ſ. de actione, paſsione, vbi, quando, ſitum eſſe, & habere, quare prius tractat de agere, & pati, & non de aliquo aliorum?

Sol. ¶ Dicas quoniam actio, & paſsio dicuntur, eſſe communiora cæteris reſpectibus prædicamentalibus extriuſeco venientibus, tām. n. in anima quàm in corpore reperitur actio, & paſsio, vbi vero, quando, ſitus, & habitus non inueniuntur, niſi in corpore.

Dub. ¶ Dices ſimul de actione, & paſsione tractat Ar. & non de actione ſolum, vel de paſsione, ſine actione?

Sol. ¶ Dicas quoniam actio, & paſsio ſunt reſpectus debentes inuicem matuā connexionem; ſic ꝙ non eſt poſsibilis actio abſque paſsione, neque paſsio ſine actione, omne enim agens in agēdo repatitur excepto primo. 4. de gen. an. cap. 3. ideo de actione, & paſsione ſimul de qua actione, & paſsione tractat duas proprietates; quarū prima eſt, ꝙ ſuſcipiunt contrarietatem; ſecunda vero eſt ꝙ agere, & pati ſuſcipiunt magis, & minus. Diuiditur in 3. partes in 1. dicit ꝙ agere, & pati ſuſcipiunt contrarietatem, in 2. ibi (& magis, & minus) inquit ꝙ ſuſcipiunt magis, & minus, in 3. ibi (calefacere) exemplo declarat, ꝙ agere, & pati ſuſcipiunt contrarietatem, quo ad primum (autem) pro poſtquam abunde, & prolixe, & accurate fuit dictum de quatuor prędicamentis. ſ. de ſubſtantia, quantitate, relatione, & qualitate; quæ ſunt valde vtilia; de quibus fuerunt declaratę cōmunitates, proprietates, & affectiones: nunc quaſi pertranſeundo, & non ſic abunde; ſed per quam breuiter conſiderandum eſt de ſex alijs ſequentibus; quæ non ſunt ſic vtilia, ſicut ſunt præcedentia; de quibus aliqua pauca prædicata ſeu proprietates conſiderabimus quæ quot ſunt numero nunc numerat Ar. & dicit (agere, & pati) recte dixit, (&) denotando duo diuerſa; quoniam agere denotat actionem, pati verò denotat paſsionem; (Recipit) i. ſuſcipit (etiam contrarietatem) .i. agere habet contrarium: & pati etiam habet contrarium: (&) .i. non ſolum recipit contrarietatem; ſed etiā magis, & minus, & ſic agere, & pati ſuſcipiunt duas proprietates .ſ. ſuſcipiunt contrarium, & ſuſcipiunt magis, & minus, dat exemplum; & dicit (calefacere) .i. hæc actio ſeu hoc agere, quę actio vocatur calefacere, ſeu calidum facere,

ſacere, eſt contrarium ei.ſ. alteri actioni, quę
vocatur frigefacere, ſeu frigidum ſacere, &
ſic vna actio eſt contraria alteri actioni, &
non ſolum actio habet contrarium. ſed etiam
pati eſt contrarium alteri paſsioni quæ vo-
catur frigefieri, quod caleſacere, & frigefa-
cere calefieri, & frigefieri ſunt actiones, &
paſsiones; quæ conſequuntur corpus, & mate-
riam, ſimiliter dantur actiones & paſsiones;
contrarię: quæ inſequuntur animã. 1. de ani-
ma 13. 14. vt diligere, amare, & odire, in dili-
gere contrariatur ipſi odire; & delectari con-
trariatur ei; quod eſt cõtriſtari: ſimiliter ira,
manſuetudo, timor, miſericordia, cõfidentia,
gaudium, quæ omnia ſunt animæ actiones, &
paſsiones (quare ſuſcipiunt contrarietatem)
concludit per hãc inductionem ſactam in his
corporis, & animę paſsionibus; ꝙ agere, & pa
ti ſuſcipiunt contrarium. ſ. ꝙ vna actio eſt cõ-
traria alteri actioni, & paſsio eſt cõtraria al-
Dub. teri paſsioni. ¶ Dices actio, & paſsio ſunt duo
Sol. diuerſã, an vnum & idem? ¶ Reſpondet Ar. 3.
phy. 20. & 21. ꝙ ſunt vnum & idem numero re;
& ſubiecto ſed ſunt duo, & diuerſa ſecundum
Dub. rationem, habitudinem, & reſpectum. ¶ Di-
ces quare prius de agere, & poſtea de pati
Sol. conſiderat Ar.? ¶ Reſpondet Ar. 2. de anima
49. & dicit ꝙ nobiliora debent præcedere. 2.
de anima 77. 101. 3. met. 11. & quoniam age-
re eſt nobilius pati. 3. de anima 19. ideo prius
Dub. de agere, & poſtea de pati. ¶ Dices agere, &
pati ſunt ſimilia, vel diſsimilia & contraria?
Sol. ¶ Reſpondet Au. 1. de gen. 50. ꝙ actiua, & paſ-
Dub. ſiua ſunt cõtraria. ¶ Dices, cum paſsio ſit du-
plex; 2. de anima 57. 58. 3. de anima 28. Alia
perfectiua, Alia corruptiua; de qua paſsione
Sol. loquitur hic Ar.? ¶ Dicas de omni paſsione;
quę non in agente, ſed in patiente reperitur.
3. phy. 18. 19. 1. cæli 99. motus nõ eſt ſine phy-
ſico corpore. 2. de gen. vltimo motus ſemper
ſequitur corpus mobile, cuius eſt motus. 3.
phy. 6. 5. phy. 3.

Et magis, & minus, eſt enim ca-
lefacere, magis, & minus, & cale-
fieri magis, & minus, & triſtari ma-
gis, & minus, ſuſcipiunt igitur ma-
gis, & minus agere, & pati, de his
igitur tot dicuntur.

(Declarata prima actionis, & paſsionis pro-
prietate; ꝙ ſuſcipiunt contrarium, nunc no-
tificat ſecundam, ꝙ actio, & paſsio ſuſcipiunt
magis, & minus. ideo dicit (& magis, & mi-
nus). i. ſicut actio & paſsio corporis, & ani-
mæ habent contrarietatem, (&) ideſt etiam
actio, & paſsio corporis, & animæ ſuſcipiunt
magis, & minus exemplum eſt clarum; vt ca-
lefacere & magis, & minus dicitur. ſ. ignis po-
teſt magis calefacere, & poteſt minus caleſa-
cere, & calefieri. i. aqua poteſt magis calefie-
ri, & minus calefieri ¶ Vel ſicut vna caliditas
eſt alia intenſior; illa magis calefacit, aliquod
caleſacere eſt magis intenſum, & aliquod mi-
nus, & per conſequens aliquod calefieri eſt
magis intenſum, & contriſtari prouenit ex
diſconuenientia obiecti, quanto enim di-
ſconuenientia eſt maior, tanto contriſtari
eſt magis intenſum, & quanto diſconuenien-
tia eſt minor; tanto contriſtari eſt minus in-
tenſum: triſtitia. n. iracundi magis intenſa, eſt
vbi eſt maior paruipenſio, & intenſior ebul-
litio ſanguinis in corde, minus autem inten-
ſa efficitur quando minor eſt paruipenſio, &
remiſsior ebullitio ſanguinis in corde patet
igitur ꝙ ſicut actio, & paſsio tam animę, quam
corporis ſicut recipit contrarietatẽ, ita ma-
gis, & minus ſecundum intenſionem, & remiſ
ſionem ſimiliter actiones, & paſsiones animę,
vt contriſtari magis, & minus: ex quibus in-
fert concluſionem, & dicit ſic ſuſcipiunt ergo
magis, & minus agere & pati, & de his. ſ. age-
re, & pati tot ſcilicet numero duo adde tu
prædicata ſupra declarata dicuntur. i. con-
ſiderantur vel prædicantur, breuiter pertra-
ctando de quibus in libro de generatione 46.
prolißius dicetur. ¶ Dices quare Ar. non di- Dub.
xit de facere, & pati ſicut dixit de agere, &
pati: volunt Græci ꝙ legatur de facere, & pa- Sol.
ti nam faciens ad patiens refertur genus ve-
ro refertur ad actũ ideo dicunt græci, ꝙ age-
re in plus ſe habet; quàm facere: quoniã mul-
ta agunt; quæ non faciunt vt color agit ſpe-
ciem in medio; qui color ſpeciẽ non facit; lux
agit lumen in diaphano; quæ colorem, aut lu-
men non facit. ideo videtur; ꝙ differt agere
à facere: ſicut enim omne agens eſt mouens,
& non eſt contra omne mouens eſt agens. 3.
phy. 3. 1. de gen. 43. 12. met. 23. ¶ Dices, ſi de Dub.
agere, & pati in 5. met. & 1. de gen. 43. qua-
re Ar. iterum de his tractat in hoc libro præ-
dicamentorum? ¶ Dicas ꝙ in methaphiſica Sol.
tractat de his, vt ſunt differentiæ entis, in li-
bro de gen. vt ſunt rationes corporum phy-
ſicorum, hic vero vt ſunt voces ſignificantes
res ipſas; de actione igitur, & paſsione multa
eſſent dicenda; quæ omnia tractantur in metha-
phiſica, & in libro de gen. imitando Ar. qui de
his perbreuiter & hos cum illo breuius, ſed
nolo tamen breuiter pertranſire, quin videar ne-
ceſſaria præterire, ſolet. n. oriri quæſtio? an Quæſtio
actio & paſsio ſint diuerſa, & diſtincta præd- Prima ra
camenta & videtur; ꝙ non, quoniam illa; quę tio.
ſunt vnum numero, non ſunt diſtincta, & di-
uerſa: ſed actio & paſsio ſunt vnum numero:
eo quia ſunt vnus motus. 3. phy. 20. 21. 22. er-
go actio, & paſsio non ſunt duo diuerſa præ-

2. Ratio. dicamenta; Amplius ſicut ſe habet habere ad haberi ſic ſe habet agere, ad pati per cōuenientem ſimilitudinem, ſed habere, & haberi non ſunt diuerſa prædicamenta, 5. met. 18. ergo agere, & pati non ſunt diuerſa prædicamenta. *3. Ratio.* Amplius illa quibus aliquid eſt prius, non ſunt prædicamenta, & per conſequens non ſunt diſtincta, quia prædicamenta ſunt prima decem principia teſte Porphyrio c. de ſpecie ſed ipſa actione, & paſsione, aliquid eſt prius, vt motus, & mobile 3. Phy. 18. 19. ergo actio, & paſsio non ſunt diſtincta prædicamenta; *4. Ratio.* Amplius in vno quoq; genere, eſt aliquod vnum primum, quod eſt metrum, & menſura omnium aliorum, 10. met. 22. ſed in actionibus nō eſt aliqua prima, quę ſit metrum, & menſura omnium aliarum, vt patet per inducionem, vel ſi eſt aliqua, detur quæ ſit, & ſimiliter in paſsionibus; *5. Ratio.* Amplius illa, quæ non differunt niſi ſecundum diuerſas dictiones ſincachegorematicas non ſunt diuerſa prædicamenta, quoniā diuerſa prædicamenta debent eſſe diſtincta realiter; ſecundum ſuas quiditates, & per ſe, quod non habent illa, quæ non ſolū diſtinguuntur, ſecundum diuerſas rationes, ſinchathegorematicas nūc autem actio, & paſsio ſolum diſtinguunt ſecundū diuerſas rationes ſinchathegorematicas, 3. phy. 22. nam actio eſt motus huius; ab hoc & paſsio eſt motus huius, vt in hoc, & ſic nōn differunt niſi ſecundum iſtas dictiones ab inuicem, ergo nō ſunt prędicamenta diſtincta? *6. Ratio.* Amplius omnis forma prædicamentalis dat aliquid eſſe ſuo ſubiecto, vt quantitas eſſe quantū, & qualitas eſſe quale, & relatio eſſe relatum, ſimiliter & in alijs, ſed actio nō dat ipſi ſubiecto; aliquod eſſe quia actio eſt in agente, vt in ſubiecto, 3. phy. 19. modo ipſa non ipſi agenti, aliquod eſſe vt patet inductione ſequitur quod non eſt forma prædicamentalis, & per conſequēs actio, & paſsio non ſunt diſtincta prædicamenta. *Sol. ad primam.* ¶ Dicas, quod actio, & paſsio non ſunt vnum nūo formaliter, & eſſentialiter, ſed per accidens, & ſecundum ſubiectum, & hoc modo omnia prædicamenta ſunt vnum nūo quia ſunt in vno ſubiecto nūo vt in forte: *Sol. ad ſecundā.* Ad ſecundam quod eſt ſimile quantū ad voces, & modos ſignificādi grammaticales, ſed diſsimile eſt quia habere, & haberi non dicunt, vniuoce, ſed multipliciter, vt manifeſtum eſt in prædicamentis. *Sol. ad tertiam.* Ad tertiā quod agens, & patiens accipiūtur dupliciter, vno modo formaliter ſecundum quod agēs, & ſimiliter patiens ſecundum quod patiens, & ſic non ſunt in eodem genere. Alio modo accipiuntur quātum ad formas; a quibus procedit actio, & paſsio, quæ formæ ſunt cōtrariæ, vt caliditas, & frigiditas, & ſic de alijs, & hoc modo agens, & patiens ſunt in vno, & eodem genere, & ſic nō eſt ſimile. *Sol. ad quartam.* Ad quartam dicitur; quod illa, quibus eſt aliquid cōmune vniuocum non ſunt diſtincta prædicamenta, vt homo, & Bos, ſed illa, quibus eſt aliquod prius tamquàm cauſa poſſunt eſſe diſtincta prædicamenta, ſic enim ſubſtantia eſt prior omnibus prædicamentis accidentium, ſic eſt in propoſito, ipſa. n. actione, & paſsione nō eſt aliquid prius vniuoce prędicatum, de eis, & eſſentialiter; ſed bene eſt aliquod prius tamquàm principium, & cauſa .ſ. ſubſtantia motoris, & mobilis, & ipſe motus; cui hæc in ſunt. *Sol. ad quintā.* Ad quintam negatur minor, quoniam actio primi agentis .s. primi motoris eſt prima omnium actionum ordine dignitatis, & quodam modo menſura omnium aliarū, & ſimiliter paſsio primi mobilis .s. receptio eius à motore, forte eſt prima omnium paſsionum. *Sol. ad ſextam.* Ad ſextam dicitur, quod actio, & paſsio non ſolum diſtinguuntur per cōceptus importatos per illas dictiones ſynchathegorematicas, ſed diſtinguuntur ad inuicem, & à motu formaliter, & quiditatiue, ſed verum eſt, quod iſtorū diſtinctio circumſcribitur per iſtas dictiones ſynchategorematicas ad inuicem, nā actio fundatur in motu, vt eſt ab agēte, & paſsio fundatur in motu, vt eſt in mobili, hæc dicunt Doctores, & nos cum illis.

DE CAETERIS Prædicamentis.

Dictum eſt, & de eo, quod ſitum eſſe in ijs: quæ ſunt ad aliquid, quod denominatiue à poſitionibus dicitur, de reliquis verò, ideſt quando, & vbi, & habere, propterea quod manifeſta ſunt, nihil de ipſis aliud dicitur, quā quæ in principio dicta ſunt: quod habere quidem ſignificat calceatum eſſe, armatum eſſe: vbi vero, vt in lycio in foro, & alia quæcumq; de his dicta ſunt: Igitur de omnibus generibus, quæ ꝓpoſuimus, ſufficiūt dicta.

Acta mentione de ſex prędicamentis .s. de ſubſtantia, quātitate, relatione, & qualitate, de quatuor prolixe, & ad lōgum, & de duobus ſequētibus ſuccinte, & breuiter .s. de actione, & paſſione, in hoc cap. conſiderat de quatuor ſequen-

quentibus, vt compleat numerum denarium .ſ. de quando, vbi, ſito & habito, per quam breuiſsime, Sed Nota ꝙ ſicut de actione, & paſſione ſolum dixit ea; quæ ad logicũ pertinent, relinquẽdo alia, de quibus ſe intromiſcit phyſicus; in 1. de gen. & 3. phy. vbi ſufficienter cognoſcit, natura actionis, & paſsionis ſic etiã & de alijs quatuor dicit ea ſolum; quæ logico ſufficiunt non .n. ad logicum pertinet ſcire differentias poſitionum; quæ ſunt ſurſum, & deorſum deſtrum, & ſiniſtrum, ante & retro, tam in mũdo, quam in rebus animatis; ſed ad phiſicum de quibus determinat in 4. phy. & 2. de cælo, ſed ad logicum ſufficit ſcire, ꝙ poſitio ſignificat ordinem partiũ in loco, & ꝙ ſitum eſſe non eſt poſitio; ſed denominatur à poſitionibus, vt dictum eſt in cap. de relatiuis ſicut album, aut album eſſe non eſt albedo. Sed dicitur denominatiue ab albedine; Amplius non pertinet ad logicum ſcire quid eſt tempus ſignificatum per quando vtrum ſit motus vel paſsio motus, & quæ ſunt differentię temporis, & an dependeat ab anima, vel à motu cęli, ſed ad philoſophum pertinet ſcire hæc vt patet. 4. phy. ſed logico ſufficit ſcire, ꝙ licet quando ſignificet tempus, non tamen principaliter ſignificat tempus. ſed ſignificat eſſe in tempore, & ꝙ ſpecies illius ſint hodie, cras, heri, & alia. Amplius non pertinet ad logicum ſcire, quid eſt locus ſignificatus per vbi vtrum ſit ſuperficies an materia vel forma, vel ſpatium ſeparatum & an inueniatur extra mundum, vel ſolum in mundo & quæ ſunt differentiæ illius determinat. 4 phy. & 1 cęl. ad logicum vero ſpectat cognoſcere, ꝙ vbi ſignificat locum non tamen principaliter. ſed principaliter ſignificat eſſe in loco. ſimiliter logicus non perſcrutatur quid eſt habitus; quoniam cum in definitione habitus ponat corpus, & id, quod eſt circa corpus, oporteret eum omnia iſta ſcire, ſed cognitio iſtorum pertinet ad geometram. aut ad phyſicũ, vel ad methaphiſicum geometra enim conſiderat de corpore prædicamenti quantitatis, & phyſicus de corpore prædicamenti ſubſtãtiæ, vt eſt naturale de corpore autem prædicamenti ſubſtantiæ, vt eſt pars ſubiectiua entis, conſiderat methaphiſicus vt patet. 8. & 12. met, logico autem ſufficit ꝙ armatum eſſe, & calceatum eſſe ſignificant habitum, & quot ſunt ſpecies eius nam de qiditate habitus & in quibus, & qualiter inuenitur determinat Ar. 5. met. reſolute, ergo de his quatuor prædicamentis Antiqui diffuſe dixerunt conſiderantes ea; quæ non ſunt de conſideratione logici; ſed aliorum artificum ideo ſolum ſufficit recapitulare ea; quę de ipſis dicta ſunt in Antepredicamentis, & in cap. de relatione, & ad poſt prædicamenta accedere; quorum notitia valde eſt logico neceſſaria, & quoniã verba textus ſunt clara, & non indigent perſcrutatione, ideo ad poſt prædicamenta explicanda accedamus.

FRANCISCI ANTONII VIVOLI

PHILOSOPHI ET MEDICI NEAPOLITANI.

EXPOSITIO IN POST PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS.

PARS TERTIA.

DE OPPOSITIS.

DE oppoſitis autem quot modis ſolent opponi? dicendum eſt. Dicitur.n. alterũ alteri opponi quadrupliciter: aut vt quæ ad aliquid, aut vt contraria, aut vt priuatio, & habitus, aut vt affirmatio, & negatio. opponitur autem vnumquodque iſtorum, vt ſit figuratim dicere, tamquàm ea quæ ad aliquid quidem, vt duplum dimidio: tamquàm contraria, vt malum bono: tamquàm autem ſecundum priuationem, & habitum, vt cecitas, & viſio: tamquàm vero affirmatio, & negatio, vt ſedet, non ſedet.

FVit diuiſus liber iſte in tres partes in Antepræedicamẽta, in Prædicamenta, & in Poſtpredicamẽta (qua quidem libri diuiſione) ſic ſtante cõtinuatur continuatione vniuerſali, hæc tertia pars ad præcedentes primam & ſecundam, hoc pacto? Poſtquàm Ariſt. in prima parte tractauit de Antepræedicamentis, & in ſecunda de Prædicamentis, in hac tertia & vltima parte conſiderat de Poſtpredicamentis; quæ ſunt conſequentia ad prædicamenta; cauſa intentionis eſt quoniam. 2. phy. 17. 1. poſt. 52. eadem ſcientia conſiderat de ſubiecto, & de paſsionibus illius ſubiecti. 1. poſt. 76. 179. & 1. & 3. cæli. 1. & quoniam Poſtprædicamenta ſunt accidentia, & paſsiones prædicamentorum, ideo poſt tractatum de Prædicamentis; conſiderat de Poſtprædicamentis, & vt exquiſita, ac perfecta de Prædicamentis habeatur cognitio. ¶ Vel Dicas q̃ in omnibus Prædicamentis Ariſt. quæſiuit? vtrum habeant contrariũ in cap. enim de relatiuis dixit magnũ paruo non poſſe eſſe contrarium; ſed oppoſitum, ſed non dixit; quid eſt oppoſitum vt ne ſermo dicendi continuus rumperetur, & perturbaretur, ideo nunc illud quod ibi reliquit declarat in cap. de relatiuis etiam nominauit ea; quæ ſunt prius, & quæ ſunt ſimul, & illa non declarauit nunc vero cum diligentia tractat, faciendi verò, & patiendi ſunt Prædicamenta in quibus quidam quaſi motus conſideratur. ideò neceſſe fuit de motu, aliqua dicere, & q̃m cuiuslibet ſermonis æquiuocationem monſtrare eſt perutile, & q̃m habere, etiam eſt prædicamentum. Ideo de habendi æquiuocatione tractare intendit: ¶ Dices ſi neceſſe fuit tractare de *Dub.*
poſtprædicamentis; quare Ar. primo conſiderauit de oppoſitione. ¶ Dicas q̃m duplex *Sol.*
operatio reperitur in prædicamentis; quarũ prima eſt diuiſio: quoniam omnium primum in prædicamento eſt genus. quoniam genus immediate diuiditur per differentias; quæ differentiæ ad inuicẽ opponuntur; ideò primum poſtprædicamentum eſt oppoſitum. 2. vero operatio; quæ reperitur in predicamento eſt compoſitio: quoniam differentiæ immediate poſt diuiſionem generis cõſtituunt ſpeciem; & conſtituentia, & componentia ſunt priora; eo quod ab ijs conſtituitur? & & componitur? ideo ſpecies eſt poſterior genere? & differentia? & ideo ſecundum poſt

prædicamentũ eſt prius, & poſterius; & ideo Ariſt. prius tractauit de oppoſitis, ſecundo de priori ſicut enim duo correlatiua non faciunt diſtincta prædicamenta, ita nec prius, & poſterius faciunt diuerſa prædicamenta; ¶ Amplius duplex eſt compoſitio? ſecundum formam, & ſecundum materiam, compoſitio ſecundum formam eſt illa; qua componitur ſpecies; compoſitio vero ſecundum materiam eſt illa; qua componitur indiuiduum; & quoniam materia omnes ſuas partes habet ſimul? ideo indiuidua ſunt ſimul; ſi etiam indiuiduo eſt prius, & poſterius, hoc non eſt per ſe, ſed per accidens: quia ergo indiuidua comparata ad ſpeciem, & ad genus habent rationem poſterioris inuicem autem comparata habent rationem ſimultatis; ideo Tertium poſt prædicamentum eſt ſimul materia, autem ſecundum ꝙ huius eſt in potentia ad formam, vel ad vbi teſte Au. in libro de ſubſtantia orbis, & non exit de potentia ad actum; niſi per motum, vt patet in 3. phy. ideo quartum poſt prædicamentum eſt motus, & quoniam motus eſt actus entis in potentia, ſecundum ꝙ in potentia. 3. met. 6. 9. 16. 23. 2. de anima 54. 8. phy. 40. 11. met. cap. de motu, & acquiſitio partis poſt partem termini ad quem tendit res mota; ſic quòd vna pars eſt habita, & alia habenda, vt ibidem patet; ideo quintum poſt prædicamentum eſt habitus; patet autem ꝙ habitibus præſentibus in materia ceſſat motus. 2. de gen. 53. ideo determinato de habitu nihil vltra determinandum in tota conſideratione libri

Dub. prædicamentorum. ¶ Dices iſte numerus quinarius poſt prædicamentorum poterit ne

Sol. reduci ad numerum binarium? ¶ Dicas ꝙ ſic hoc modo videlicet quoniam omnis diuiſio aut eſt bimembris, aut ad bimembrem reducitur? ideo quinarius numerus poſt prædicamentorum ad bimembrem diuiſionem ſic reduci poteſt; dicendo omne poſt prædicamentum aut ſequitur formam, aut materiam ſi ſequitur formam, aut ſequitur formam genericam, & eſt oppoſitio aut ſpecificam, & eſt prius, & poſterius; ſi ſequitur materiam aut igitur in actu, aut in potentia; ſi in actu illud poſt prædicamentum eſt ſimul ſi in potentia aut in fieri, & eſt motus, aut in facto eſſe & eſt habitus; declarato igitur ordine poſt prædicamentorum; quodnam ipſorum oportet, & debet præcedere, & quod debet ſubſequi, vt diſtintius de eis habeatur cognitio. Diuiditur hæc tertia, & vltima pars libri in quinque partes iuxta ordinem, & numerum ipſorum in prima Ariſt. determinat de poſtprædicamento oppoſitionis in ſecunda de poſt prædicamento prioris, & poſterioris ibi (prius autem) in tertia ibi (ſimul autem) de de poſt prædicamento ſimul, in quarta ibi (motus autem) de poſtprædicamento motus, in quinta ibi, (habere autem) de poſtprædicamento habitus primum capitulum, Diuiditur in tres partes, in prima Ar. videns ꝙ ea; quæ opponuntur non vno modo opponuntur, ſed pluribus modis: præponit velle dicere quot modis opponuntur illa; quæ opponuntur; ideo in prima parte præponit quatuor ſpecies oppoſitionis in ſecunda ibi, (dicitur enim) exequitur ſingula membra illius diuiſionis ibi (quæcumq;) in tertia manifeſtat quaſdam proprietates cõtrariorum ibi (contrarium vero) continuatio verò particularis cum Ar. conſiderauit de qualitate; & declarauit omnes ſpecies qualitatis: nunc tractat de oppoſitis; & præponit & numerat quatuor ſpecies oppoſitionis, & de ſingulis aſsignat exempla: Diuiditur iſte textus in 4. partes, in 1. præponit ſuam intentionem .ſ. cõſiderare de oppoſitis, & de numero eorum; in 2. ibi (dicitur enim alterum) determinat numerum oppoſitorum; in 3. ibi (aut) nominat nomine communi; quę ſunt illa; quę opponuntur; in 4. de ſingulis oppoſitis dat ſingula exempla; cauſa intentionis eſt: qm videns ꝙ oppoſita dicuntur pluribus modis, ne dubius remaneat intellectus præponit quot modis dicuntur, oppoſita, & dicit oppoſita dicuntur quadrupliciter .i. quatuor modis (aut) ideſt primo modo dicuntur, .i. nominantur oppoſita ad aliquid ideſt relatiua (aut) ideſt ſecundo modo dicuntur ideſt nominantur oppoſita contraria (aut) .i. tertio modo dicuntur, oppoſita priuatio, & habitus ideſt priuatiua (aut) ideſt quarto modo dicuntur oppoſita, vt affirmatio, & negatio: dat exempla, & dicit, opponitur autem vnumquodque iſtorum, vt ſit figuratiue ideſt exemplariter dicere ideſt vnumquodque iſtorum oppoſitorum exemplificatur hoc modo; & primo illa; quæ opponuntur vt ad aliquid ideſt illa ſunt oppoſita vt ad aliquid ideſt quæ ſunt relatiua; (vt) ideſt v.g. duplum, & dimidium ſunt relatiua, & duplum vnum relatiuum opponitur dimidio ideſt alteri relatiuo, & ſimiliter, pater, & filius, & omnia relatiua opponuntur relatiue: (tamquàm contraria (vt) v. g. malum, & bonum (tamquàm autem ſecundum priuationem, & habitum, vt cæcitas, & viſio, ideſt forma, & priuatio, vel terminus à quo, & terminus ad quem, 1. phy. 60. 10. met. 15. illa vero quæ opponuntur, vt affirmatio, & negatio ideſt contradictorie (vt) verbi gratia (ſedet) .i. Petrus ſedet .i. oratio affirmatiua, & negatio ideſt oratio negatiua, vt Petrus non ſedet. ¶ Dices quid *Dub.*
ſibi vult oppoſitio? ¶ Dicas ꝙ eſt incompoſ- *Sol.*
ſibilitas ſimul exiſtendi in eodem ſecundum idem. ¶ Sed Dices nam dixit Ar. ꝙ habitus,

& pri-

& priuatio non opponuntur contrarie, ſed
priuatiue, contra nam quę ſunt contraria op-
ponuntur contrarie, ſed habitus, & priuatio
ſunt contraria. 1. phy. 42. 50. 51. 67. 68. 69.
Sol. 70. ergo opponuntur contrarie. ¶ Dicas ꝙ
non ſunt vere contraria, vti ſunt bonum, &
malum: ſed ſunt quodammodo, & ſecundum
quid contraria; quæ proprie dicuntur op-
poſita nam mos eſt Ariſt. vti contrario ꝙ op-
Rep. poſito, ¶ Contra 4. phy. 120. inquit Au. ꝙ
priuatio non eſt contraria; neque oppoſita
Sol. formæ. ¶ Reſpondet Au. ꝙ priuatio; quę præ-
cedit formam; eſt contraria, vel oppoſita
formæ, ſed priuatio; quæ ſequitur formam;
Rep. non eſt contraria formæ. ¶ Contra nihil eſt
contrarium ſibi ipſi. 1. phy. 81. & in cap. de
qualitate: ſed priuatio eſt forma. 2. phy. 15.
ergo priuatio non eſt contraria formæ, quo-
Sol. niam idem eſſet contrarium ſibi ipſi. ¶ Di-
cas ꝙ priuatio non eſt vere forma: ſed ſe-
Dub. cundum quid, & quodam modo. ¶ Amplius
malum opponitur bono contrarie, & non
priuatiue, ſed priuatio eſt mala. 1. phy. 81.
ergo opponitur formæ: quę eſt bona contra-
Sol. rie, & non priuatiue. ¶ Dicas ꝙ priuatio
eſt mala tamen non proprie, ſed reductiue.
& Nota quòd Ariſt. non nominat contraria,
& contradictoria complexa: quoniam liber
prædicamentorum ſolum de incomplexis li-
ber vero perihermenias tractat de comple-
Dub. xis. ¶ Dices, quare Ariſt. numerando ſpe-
cies oppoſitionis incepit ab oppoſitione re-
Sol. latiua? ¶ Dicas quoniam ſecundum ordi-
nem naturæ ab imperfectiori eſt inchoan-
dum & à ſimpliciori, & debiliori, & quo-
niam ſimplicior imperfectior, & debilior
oppoſitio eſt illa; quę eſt relatiuorum; quo-
niam relatiua ſunt entia minime entitatis.
1. poſt. 32. quæ non ſe mutuo tollunt à ſuis
ſubiectis immo ſimul ex neceſſitate exiſtunt
poſt hanc oppoſitionem aliarum minima eſt
oppoſitio contraria? quia eſt mutuus egreſ-
ſus ab vno ad alterum? in priuatiuis vero non
eſt mutuus regreſſus, ſed maxima oppoſitio
eſt illa quæ eſt ſecundum affirmationem, &
negationem; quæ multum repugnant, quæ
nullo modo ſimul poſſunt ſtare ſine ſubiecto,
exiſtente ſiue non exiſtente: ſemper enim al-
terum eſt verum, & alterum eſt falſum in
Dub. alijs vero hoc non eſt, vt infra patebit. ¶ Di-
ces ſi oppoſitio dicitur, quatuor modis op-
poſitio prædicatur de his quatuor oppoſi-
Sol. tionibus vniuoce, an æquiuoce? ¶ Dicas ꝙ
prædicatur æquiuoce, ſed non pure, ſed æ-
quiuoce analogicæ per prius de vna, & po-
ſterius de altera: & ideo Ariſt. incepit tra-
ctare de oppoſitis neque definitiue; neque
deſcriptiue, ſed diuiſiue, dicendo quoties
Dub. ſolet opponi, dicendum eſt: ¶ Dices quod
Sol. ſonat hæc particula (oppoſita) ¶ Dicas ꝙ

illa ſunt oppoſita; quæ in eodem ſecundum
idem in eodem tempore circa vnam eam-
demque rem ſimul eſſe non poſſunt. 2. de gen.
16. vt calidum, & frigidum ſimiliter in alijs
oppoſitionibus. ¶ Amplius omnis diuiſio Dub.
datur per oppoſita, vt inquit Boethus in li-
bro diuiſionum; ſed hæc non ſunt oppoſita;
ſed ſunt oppoſitiones, & nulla oppoſitio op-
ponitur: quoniam ſi vna oppoſitio oppone-
retur, alij oppoſitioni; tunc oporteret op-
poni per aliam oppoſitionem, & illa per a-
liam, & ſic dabitur proceſſus in infinitum,
quod eſt contra Ariſt. 1. phy. 35. 3. phy. cap.
de infinito & 1. de gen. an. cap. t. ¶ Dicas Sol.
ꝙ non omnis diuiſio eſt inter oppoſita pro-
prie loquendo; quoniam non diuiſio generis
in ſpecies, vt in genere ſubſtantiæ, & ita
contraria, & relatiua diuidunt oppoſitio-
nes, vt ſpecies, & ſpecies diuidentes non
opus eſſe contrarias niſi tranſumptiue, quæ
contrarietas non eſt oppoſitio, veluti hic
loquitur. Sed forte eſt communis omnibus
diſperatis. ¶ Vel Dicas ꝙ illa quæ diuidunt Alia ſol.
id, quod eſt multiplex non opus proprie op-
poni diuiſio autem oppoſitionis in iſta di-
cta eſt huiuſmodi quia eſt vocis æquiuocæ in
ſuas ſignificationes, ſeu æquiuoci in ſua æ-
quiuocata. ¶ Amplius dictum eſt ꝙ relati- Dub.
ua ſunt ꝑpoſita. quod videtur falſum quo-
niam oppoſita non prædicantur de eodem;
ſed relatiua prædicantur de eodem, ergo
relatiua non ſunt oppoſita; minor proba-
tur in cap. de quantitate. ¶ inquit Ariſt.
hoc eſt magnum, & paruum, ergo de eodem
prædicatur magnum, & paruum. ſed ma-
gnum, & paruum ſunt relatiua, vt ibidem Sol.
patet? ergo relatiua non ſunt oppoſita. ¶ Di-
cas ꝙ ſi vnum & idem dicitur magnum, &
paruum intelligitur ratione diuerſorum, Dub.
non ratione ſui. ¶ Amplius inquit Ariſt. ꝙ
priuatiua ſunt oppoſita, contra nam priua-
tiua prædicantur de eodem? ergo non ſunt
oppoſita? antecedens eſt Ar. 2. top. cap. 22.
vbi dicit, ꝙ in priuatiue oppoſitis tenet con-
ſequentia in ſe ipſo ergo ſi ad viſum ſequitur
ſenſus; ad cecitatem ſequitur inſenſibilitas;
ſed ſequitur viſus, ergo ſenſus? ergo omne
videns eſt ſenſiens, ſimiliter ſi ſurditas eſt in-
ſenſibilitas, ergo ſurdus eſt inſenſibilis? er-
go ſi idem ſit videns, & ſurdus, ſequitur, ꝙ
idem erit ſenſibilis? & inſenſibilis? ergo pri-
uatiue oppoſita prædicantur de eodem. Sol.
¶ Dicas ꝙ in priuatiue oppoſitis non tenet
conſequentia in ſe ipſo niſi in comparatio-
ne ad ſubiectum proximum, verbi gratia ſi
ſequitur homo eſt videns. ergo homo eſt ſen-
ſiens? non ſequitur eodem ordine homo eſt
cæcus; ergo homo eſt inſenſibilis? ſed dictum
Ar. 2. top. poteſt intelligi de ſubiecto proxi-
mo habitus inferioris, & ſuę priuationis vt ſe

quitur oculus eſt videns, ergo oculus eſt ſenſiens? ſimiliter oculus eſt cæcus, vel homo eſt cæcus ſecundum oculum ergo oculus vel homo ſecundum oculum, eſt inſenſibilis & ſic nihil malis ſequitur, nec priuatiuę oppoſita di-

Dub. cuntur de codẽ. ¶ Preterea inquit Ar. ꝙ contraria ſunt oppoſita contra nã illa quæ prædicantur de eodẽ non ſunt oppoſita, ſed contraria prædicantur de eodem; ergo non ſunt oppoſita minor probatur, quoniã in medio dicto per participationem eſt natura vtriuſque extremi, aliter non differret à medio dicto per negationem, aliter non eſſent motus ab vtroq; extremo in medium ergo medium dictum per participationẽ denominatur ab vtroque extremo, tamen quia ſcutum cuius medietas eſt alba, & medietas eſt nigra eſt coloratum. ergo album, vel nigrum, vel medium conſequens patet. 2. top. quicquid eſt in genere, vel denominatur à genere, neceſſe eſt eſſe in aliqua ſpecie, vel denominari ab aliqua ſpecie. non medium vt manifeſtum eſt; ſi

Sol. album pari ratione, & nigrum ergo contraria dicuntur de eodem. ¶ Dicas negando antecedens & ad primum exemplum de medio. Dicitur ſecundum Ar. 10. met. cap. de medijs. vbi probat principaliter ꝙ medium componitur ex contrarijs quia medium magis eſt vnius extræmi minus alterius; quoniam medium per participationem participat vtroq; extremo; tamen imperfecte, & virtualiter neutrum tamen ſimpliciter. & ideo à neutro denominatur ſimpliciter Ad aliud exemplum de ſcuto dicitur ꝙ ſcutum eſt coloratum, & nõ ſequitur ergo eſt album, vel nigrum; quia in illa conſideratione Ariſt. dicit ſic ꝙ quicquid dicitur, denominatiue à genere, vel habet genus, oportet denominatiue dici à ſpecie, vel habere ſpeciem, & pro hoc innuit duplicem modum, prædicandi in accidentibus vnum ſecundum eſſe alium ſecundum ineſſe, quem duplicem modum tetigit in principio ꝙ ergo genus denominat aliqua ſpecies eius denominabit, vel ſecundum eſſe; vel ſecũdum ineſſe, & ſic eſt concedendum; ꝙ ſcuto ineſt albedo, vel nigredo vel medius color, ſed non ſequitur ergo ſcutum eſt album; quonim in accidentibus non tenet ab ineſſe ad eſſe ſm Ar. in principio 2. libri top.

Quæcumque igitur vt ad aliquid opponuntur, ea ipſa; quæ ſunt oppoſitorum dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ipſa. vt duplum dimidij, hoc ipſum quod eſt alterius dicitur: alicuius enim duplum dicitur; & ſcientia ſcibili, tamquàm ea; quæ ſunt ad aliquid opponitur: & dicitur ſcientia ipſum ꝙ eſt ſcibilis; & ſcibile dicitur, ipſum quod eſt ad oppoſitum ad ſcientiam: ſcibile enim aliquo dicitur, ſcilicet ſcientia ſcibile quæcumq; ergo oppoſita ſunt tamquàm ad aliquid, ea ipſa quæ ſunt oppoſitorum, vel alio quolibet, modo ad inuicem dicuntur.

Cum Ar. diuiſit oppoſitionem quæ eſt genus in ſuas ſpecies in oppoſita relatiue contrarie priuatiue, & cõtradictorie dicta nunc definit ſingulas oppoſitionis ſpecies. & diffiniendo declarat differentias quę reperiuntur inter omnes ſpecies oppoſitionis, & primo definit oppoſita relatiue dicta cauſa intentionis eſt vt per diuerſas oppoſitorum & differentes definitiones pateat differẽtia oppoſitorum. Diuiditur in 2. partes, in prima affert definitionem oppoſitorum relatiue dictorum in ſecunda ibi (vt duplum) exemplo declarat, quæ ſunt oppoſita relatiue dicta; ideo volens declarare quæ ſunt oppoſita relatiue repetit definitionem relatiuorum; & dicit ꝙ illa: quę opponuntur vt relatiua ſunt; quę hoc ipſum ꝙ ſunt dicuntur, oppoſitorum .i. referuntur ad ſua oppoſita in habitudine caſus genitiui (vel quomodolibet aliter) ideſt in habitudine alterius caſus dat exemplũ de omnibus relatiuis; quæ caſu differunt & dicit (vt duplum dicitur alicuius duplum in habitudine genitiui caſus, & pater, & filius ſunt oppoſita relatiua; quę dicuntur ad inuicem, etiã ſub habitudine caſus genitiui, quoniam duplum ſecundũ ꝙ huius eſt dimidij duplum & dimidium ſecundum ꝙ huius eſt dupli dimidium ſic etiam pater ſm id quòd eſt alicuius eſt pater ſcilicet filij, & filius ſimiliter huiuſmodi eſt patris filius; ſimile autem, & æquale refertur ad ſua correlatiua. ſecundum habitudinem datiui caſus maius vero & minus dicuntur ad ſe inuicem ſub habitudine ablatiui caſus, & ſic intelligitur illa particula ſcilicet quæcumque .i. omnia oppoſita relatiue; ſecundum eſſe dicuntur ad ſe inuicem ſub habitudine alicuius obliqui caſus videlicet genitiui, vel datiui, vel ablatiui, & non ſolum relatiue oppoſita ſecundum eſſe; ſed etiam ſecundum dici, dicuntur ad ſe inuicem ſub habitudine caſus obliqui nam ſcientia opponitur ſcibili tamquàm ea; quæ ſunt ad aliquid ideſt relatiue ſecundum dici, & ſenſus ſenſibili ſub habitudine alicuius obliqui caſus licet non eiuſdem, ſed diuerſi, nam refertur ſcientia ad ſcibile ſub habitudine genitiui

caſus; quoniam ſcientia ſecũdum ꝙ huius eſt alicuius .ſ. ſcibilis ſcientia; ſed ſcibile refertur ad ſcientiam nõ ſub habitudine caſus genitiui, ſed ablatiui non enim dicitur ſcibile ſcientiæ ſcibile, ſed dicitur ſcibile ſcientia ſcibile neque ſenſibile dicitur, ſenſus ſenſibile; ſed dicitur, ſenſu ſenſibile. ¶ Dices quare Ar. dixit (oppoſitorum dicuntur) & non dixit (aliorum dicuntur) veluti dixit in præcedentibus? ¶ Dicas ꝙ relatiua conſiderantur dupliciter; vno modo ad ſua correllatiua vt ſcientia ad ſcibile: Alio modo ad illa; quę non ſunt ſua correllatiua vt ſcientia ad ignorantiam, & virtus ad vitium ſi relatiua ſumũtur; primo modo ſic intra ad aliquid opponuntur, & hoc modo hic loquiť Ar. & ideo dixit oppoſitorum dicuntur, vt cognoſcamus hanc oppoſitionem eſſe intra ipſa correllatiua ad inuicem; ſi ſecundo modo ſumuntur contrariam aliquando ſortiuntur oppoſitionem, vt ſcientia ignorantiæ, & virtus vitio contraria

Dub. eſt. ¶ Amplius quomodo duo correllatiua ad inuicem dicuntur, oppoſita cũ ſimul exiſtant nam de ratione oppoſitorum eſt vt ſimul non exiſtant. 2. de gen. 16. modo duo relatiua ſimul exiſtunt, & vnum non aufert reliquum imo vnum relatiuũ non poteſt exiſtere abſq;

Sol. altero; quia ſunt ſimul natura. ¶ Dicas ꝙ relatiua non opponuntur ſecundum hanc coeſiſtentiam; ſed ſecundum ꝙ vnum alterum à ſubiecto expellit nam pater non compatitur in eodem ſubiecto in quo eſt filiatio ea ad quam dicitur; & cui opponitur; & ideo ſimul exiſtere non poſſunt.

Illa vero, quæ opponuntur vt contraria, ea ipſa quidem quæ ſunt nullo modo ad inuicem dicuntur: contraria tamen ſibi inuicem dicuntur, neque enim bonum mali dicitur bonum, ſed contrarium. quare differunt ab inuicem hæ oppoſitiones.

Cum Ar. deſcipſit illa oppoſita; quæ opponuntur relatiue nunc deſcribit oppoſita; quæ opponuntur contrarie, & aſsignat differentias inter vtraque cauſam intentionis eſt vt appareat ꝙ ſunt duæ diuerſe oppoſitiones Diuiditur iſte textus in 2. partes; in 1. facit quod dictum eſt, in 2. ibi (neque enim bonũ) exemplo manifeſtat quæ dicta ſunt; ideo dicit illa vero; quæ opponuntur vt contraria q. d. illa oppoſita opponuntur, vt contraria. i. oppoſitione contrarie dicta, quæ nullo modo ad ſe inuicem dicuntur, ideſt quorum vnum non refertur ad aliud (contraria tamen ſibi inuicem dicuntur, Dices ſi contraria ad inuicem non dicuntur, ideſt vnum non refertur ad alterũ quomodo ergo dicuntur? dicit Ar. ꝙ dicuntur, ad inuicem contraria dat exemplum, & dicit neq; enim bonum mali dicitur, bonum .i. bonum non refertur ad malum neque malum ad bonum; ſed potius dicitur ꝙ bonum eſt contrarium malo; quare differunt ad inuicem hæ oppoſitiones. q. d. ſi oppoſita relatiue dicta, dicuntur illa; quæ ad inuicem dicuntur, & oppoſita contrarie dicta dicuntur illa; quæ ad inuicem non dicuntur ergo hæ duæ oppoſitiones. i. contrariæ, & relatiue dicta ad inuicem differunt, vel dicas ſic nulla oppoſita contraria ſecundum id; quòd ſunt aliquo modo ad inuicem dicuntur, quoniam illa quæ ad inuicem dicuntur, ſe inuicem referunt ſub habitudine alicuius obliqui caſus; ſed nulla contraria ſecundum id ꝙ ſunt ſe inuicem referunt ſub habitudine alicuius obliqui caſus ergo contraria ſe inuicem non referunt; nam bonum, & malum ſunt contraria; tamen vnum non refertur ad alterum; non .n. dicimus bonum ſecundum ꝙ bonum eſt mali bonum, ſed dicimus bonum eſt mali contrarium; neque album ſecundum ꝙ eſt album, eſt nigri album: ſed album; ſecundum ꝙ eſt album eſt nigri contrarium verum nota ꝙ ſi album, & nigrum bonum, & malum, & quęcumque contraria ſunt ſecundum ꝙ huius & ſecundum ꝙ contraria ſunt & per ſe non dicuntur, ad inuicem; ſed ſi dicuntur, ad inuicem non niſi ſm aliud, & per accidens videlicet album, & nigrum ſm quid ſunt ꝙ ſunt diſsimilia dicũtur ad inuicem bonum, & malum ſecundum ꝙ ſunt diſconuenientia dicuntur, ad inuicem; & ſic non per ſe ſed per aliud, & per accidens ipſa contraria dicuntur, ad ſe inuicem; vnde fiat ratio illa; quæ dicuntur talia per aliud dicuntur, talia per accidens. 5. phy. 1. ſed bonum, & malum non ſecundum ꝙ ipſum. i. inquantum bonum, & malum; ſed ſm ꝙ ſunt diſconueniẽtia, & album, & nigrum non ſecundum; ꝙ ipſum non per ſe, ſed per aliud inquantum ſunt diſsimilia ad inuicem referũtur: ergo pro aliud, & ſic per accidens quæ omnia eſſe vera fatetur Ar. his verbis (hæc ipſum ꝙ ſunt dicuntur, ad aliquid) hæc conditio intelligenda eſt quæ dicunť ad aliquid, ſecundum proprium nomen. v. g. duplum dicitur alicuius duplum ſed cõtraria licet aliquo modo ad inuicem dicantur. non tamen ſecundum proprium nomen. v. g. album non dicitur nigri album; ſed dicitur nigri contrariũ reſolute igitur eſt dicendum; ꝙ illa; quę opponuntur relatiue; & quę opponuntur contrarie; differunt ad inuicem. quoniã quæ relatiue opponuntur ad inuicem referuntur vt pater filij, pater & filius, patris filius; ſed quæ opponuntur contrarie non ad inuicem

oppo-

opponuntur vt non dicimus bonum mali bonum, neq; malum boni malum. ergo quæ opponuntur relatiue non opponuntur contrarie, neque quæ opponuntur contrarie, opponuntur relatiue.

Quæcumque vero contrariorum talia ſunt, vt in quibus nata ſunt fieri, & de quibus prædicantur neceſsarium ſit alterum ipſorum ineſse, horum nihil eſt medium. Quorum vero non eſt neceſsarium alterum ineſſe, horum omnino eſt aliquid medium. vt ægritudo, & ſanitas in corpore animalis nata ſunt fieri: & neceſsarium eſt alterum ipſorum ineſſe animalis corpori, vel ægritudinem, vel ſanitatem. & par quidem, & impar de numero prædicantur: & neceſse eſt horum alterũ numero ineſſe; vel par, vel impar: & non eſt horum aliquid medium, neque ægritudinis, & ſanitatis, neque Imparis; atque paris.

Cum Ar. dixit ꝙ dantur quatuor oppoſitiones quarum vna eſt oppoſitio relatiue dicta. Secunda oppoſitio contrarie. Tertia priuatine. Quarta oppoſitio contradictorie dicta, & de ſingulis oppoſitionibus, ſingula dedit exempla, & poſuit differentiam inter oppoſitionem relatiue, & contrarie dictam. nunc videns ꝙ contraria ſunt multiplicia; declarat quot modis ſunt contraria, faciendo quandam breuem contrariorum diuiſionem cauſa intentionis eſt ne Aliquis crederet ꝙ contraria non inueniuntur; niſi vno modo; Diniditur iſte textus in duas partes, in 1. facit id quod dictum eſt, in 2. ibi (vt ægritudo) de contrarijs affert duo exempla; quo ad primum inquit Ar. ꝙ contraria diuiduntur in duo; quædam enim ſunt contraria immediata, quædam ſunt contraria mediata; declarat contraria immediata, & dicit contraria immediata ſunt illa; quorum alterum neceſſe eſt ineſſe ſubiecto, adeo ꝙ ſi fuerint duo contraria apta nata fieri circa aliquod ſubiectum, de quo prædicantur, & neceſſe eſt vnũ illorum ineſſe illi ſubiecto; illa ſunt contraria immediata, ſic ꝙ inter ipſa non datur medium. v.g. in naturalibus ęgritudo, & ſanitas ſunt apta nata fieri circa corpus animalis à natura; neceſſe eſt vt alterum iſtorum ineſſe corpori animalis, & prædicari de ipſo animali: quoniam omne animal eſt ſanum, vel eſt ægrum; in quo animalis corpore neceſſe eſt vt ſit ſanitas, vel ægritudo. & Nota ꝙ Ar. nominat corpus animalis: quoniam ſubiectũ ſanitatis eſt duplex. Aliud remotum; Aliud propinquum; ad denotãdum ꝙ non loquitur de ſubiecto remoto; ſe de ſubiecto propinquo ideo dixit corpus animalis, quod ſubiectum remotum eſt corpus naturale, vt ſunt plantę, & quatuor elementa; quæ non ſunt ſubiecta ægritudinis, neque ſanitatis, neq; plants non dicitur ſana neq; ægra, neque ignis ſanus, vel ęger, ſimiliter de alijs corporibus naturalibus ſenſu carentibus; non enim neceſſarium eſt ſanitatem, aut ægritudinem eſſe in corpore naturali; neque in corpore animato; quoniam aliquod eſt corpus naturale, & aliquod eſt corpus animatum; in quo non eſt ſanitas; neque languor: qm̃ hęc non ſunt apta nata ſuſcipere ægritudinem, & ſanitatem, neque ægritudo, & ſanitas ſunt contraria apta nata fieri circa ipſa, nec ſunt apta nata prædicari de ipſis, & non contentus hoc exẽplo de contrarijs immediatis, dat aliud exemplum in rebus mathematicis, & dicit (vt) v. g. par & impar ſunt duo contraria, apta nata fieri circa numerum, tamque circa proprium, & propinquum ſubiectum aptum natum recipere hæc duo contraria, & de quo numero tamquàm de ſubiecto, in quo & de quo prædicantur hęc duo quorum duorum neceſſe eſt vnum ineſſe numero; eo ꝙ omnis numerus, vel eſt par, vel eſt impar: qui numerus non euadit, vt ſit vel par, vel impar, vt inquit Au. in æpit. met. tractatu 3. in cap, de oppoſitis, & 4. met. 15. vbi inquit ꝙ ſi affirmatio non ineſt negatio, tamen inerit, quoniam inter par & impar, non datur medium: ſicut non datur medium inter ſanitatem, & ægritudinem. ¶ Dices quis eſt numerus par, & numerus impar? *Dub.* ¶ Dicas ꝙ numerus par eſt ille; qui eſt diuiſibilis in duas partes æquales; vt binarius, & quaternarius numerus verò impar eſt; qui eſt diuiſibilis in duo inequalia, vt eſt numerus ternarius, & numerus quinarius. *Sol.* ¶ Dices contra: quoniam inter ſanitatem, & ægritudinem dat medium, quod conualeſcẽtia appellatur. ergo falſo inquit quod inter ſanitatem, & ægritudinem non datur medium? *Dub.* ¶ Dicas ꝙ Ar. non vt medicus, ſed vt philoſophus hic loquitur. *Sol.* ¶ Amplius Ar. 10. met. 13. definiens contraria inquit, ꝙ contrarietas eſt maxima diſtantia inter duo extrema, quæ circa idem ſubiectum mutuo ſe expellunt. *Dub.* ¶ Dicas ꝙ Ar. hic non tractat de contrarijs phyſicę: veluti in loco allegato, tractat: ſed hic conſiderat de contrarijs, dialectice, & ideo non ponit exactam definitionem contrariorum quam ponit ibi. *Sol.*

Quo-

Quorum antem non eſt neceſſarium alterum iueſſe, eorum eſt aliquid medium, vt nigrum, & album in corpore animalis, nata ſunt fieri, & non eſt neceſsarium; alterum eorum ineſse corpori non enim omne corpus, vel album, vel nigrum eſt, ſed & prauum, & ſtudioſum prædicantur, quidem de homine, & de alijs compluribus: non eſt autem neceſsarium, alterum eorum ineſse ijs, de quibus prædicantur, non enim omnia aut, praua aut ſtudioſa ſunt, ſed eſt aliquid eorum medium: vt albi, & nigri, fuſcum, & pallidum, & quicumque alij colores: praui vero, & ſtudioſi, quod neque prauum neque ſtudioſum eſt.

Cum Ar. diuiſit contraria; dicens; q quędam ſunt immediata, & quædam mediata nunc declarat, quæ ſunt contraria mediata. Diuiditur in 2. partes, in 1. exemplo explicat contraria mediata in duas ibi (ſed prauum). alio exẽplo declarat quæ ſunt contraria mediata; ideo dicit (autem) pro poſtquàm explicata ſunt contraria immediata: nunc explico contraria mediata, & dico q illa ſunt contraria mediata: quorum non eſt neceſſarium, alterum ineſſe adde tu ſuo ſubiecto (vt) v. g. album, & nigrum ſunt duo contraria; quorum proprium ſubiectum eſt corpus, & qm̃ non omne corpus eſt album, vel nigrum: quoniã aliquod corpus eſt album, vt cignus, & aliquod corpus eſt nigrum, vt coruus; inter hæc duo, datur corpus; quod non eſt nigrum, neq; album, ſed eſt rubeum; vt ſanguis, & aliud quod eſt pallidũ, vel aliquo alio colore coloratum; quorum nullum neq; album, neque nigrum eſt; ideo album, & nigrum ſunt contraria mediata: quoniam inter ea, datur medium .ſ. rubeum pallidum, viride ceruleum, azurinum: ſimiliter dulce, & amarum ſunt contraria mediata: quoniam ſubiectum aptum natum recipere dulcedinem, & amaritudinem poteſt abſolui; & euadere a quolibet illorum, & poteſt eſſe ſine quolibet, & poteſt eſſe ab vtroque vacuum, & poteſt recipere alia .ſ. ſalſedinem, vel acredinem vel vel acetoſitatem, vel aliquem alium medium ſaporem inter dulcedinem, & amaritudinem, ſimiliter aqua inuenitur neque calida, neque frigida; ſed tepida dat aliud exemplũ in moralibus, & dicit (ſed prauum, & ſtudioſum, ſeu vitioſum, & virtuoſum ſunt duo cõtraria mediata) quoniam non eſt neceſſarium, alterum ipſorum ineſſe ſuo ſubiecto: nam hæc prædicantur de homine, & de alijs compluribus; aliquis enim homo eſt prauus, ſeu negligens, & aliquis homo eſt ſtudioſus, ſeu diligens, non tñ eſt neceſſarium aliquod. iſtorum ſemper ineſſe ſubiecto .ſ. homini; Sed etenim aliquis homo eſt; qui non eſt prauus, nec ſtudioſus, nõ diligens, nec negligens, veluti eſt puer nunc natus, & ſic patet, q ſicut in naturalibus .ſ. inter album, & nigrum; quæ ſunt duo contraria: datur medium .ſ. fuſcum, vel pallidum; ſic etiam in moralibus .ſ. inter prauum, & ſtudioſum datur medium; q prauũ, & ſtudioſum ſunt duo contraria moralia; Sed Nota q inter album, & nigrum non datur medium per negationem, nec per comparationem; ſed per participationem; At inter prauum, & ſtudioſum datur medium per negationem; datur .n. medium per comparationem; & medium ſine comparatione. 4. cæl. 26. & 1. cæl. 17. ¶ Dices: quid intelligit Ar. per ly (de alijs compluribus? *Dub.* ¶ Dicas q intelligit intelligentias; quæ ſunt ſtudioſe, & demones; quorum ſecundum Platonem erant aliqui praui, & mali; Alijvero boni, & ſtudioſi; quæ intelligentiæ, & demones ſunt alij, & valde diuerſi ab hominibus & ideo dixit de compluribus alijs. *Sol.* ¶ Amplius album, & nigrũ non ſunt contraria mediata, nam ſi reperitur medium veluti corpus fuſcum, ergo reperitur corpus cum extremis .ſ. cum albo, & nigro? & ſic nunquàm reperitur corpus eſſe ſine albo, & nigro? & per conſequens album, & nigrum non ſunt contraria mediata? conſequentia probatur; quoniam medium aliud non eſt niſi extrema. 5. phy. 6. vbi inquit q in medio ſunt duo extrema vnde ſi per te reperitur corpus medium, ideſt fuſcum; quod ſpoliatur ab vtroque extremo; & hoc fuſcum eſt extrema, ergo non reperitur corpus abſque extremis ideſt omne corpus vel eſt album, vel eſt nigrum, vel ſimul album, & nigrum; quæ de facto deſtruunt verba Ariſt. in textu. *Dub.* ¶ Reſpondet ibidem Au. & dicit q in medio ſunt duo extrema in media diſpoſitione; hoc eſt non ſecundum vltimam perfectionem. 5 phy. 19. 52. 10. met. 23. 12. met. 6. 4. cæli 26. 1. phy. 56. vbi inquit in medio non eſt vtrumq; extremum, in actu; ſed tamen non in vltima perfectione; eſt igitur in potentia vtrumque extremum quodammodo, & in actu, alio modo ſubiectum vero pura potentia eſt vtrumq; extremum. *Sol.*

In aliquibus igitur medijs poſita ſunt nomina: vt albi, & nigri fuſcum, & pallidum, & quicumque alij huiuſmodi

iuſmodi colores : in aliquibus verò non eſt nomine facile medium aſsignare, vtriuſque vero extremorum negatione medium definitur: vt quod neque bonum, neque malum eſt, neque iuſtum, neque iniuſtum.

Cum docuiſſet ꝙ contraria immediata, & contraria mediata nunc declarat; ꝙ contrariorum; quæ habent medium; Quædā habent medium nominatum; & quædam habent medium innominatum: docet etiam : ꝙ contraria; quę habent medium nominatum, non habent vnum ſolum medium; ſed habent plura media nominata; illa vero contraria; quæ habent medium innominatum; habent vnum ſolum medium, Sed Nota ꝙ Ar. facit vnam ſubdiuiſionem, & eſt iſta .ſ. contraria mediata ſunt duplicia, quædam; quæ habent medium nominatum, & quædam; quæ habent medium innominatū cauſa intentionis eſt ne quis credat; ꝙ omnia contraria habent medium nominatum: Diuiditur in duas partes; in prima docet illa contraria; quę habent medium nominatum, & proprio nomine nominat illud medium, in ſecunda ibi (in aliquibus) docet illa contraria; quæ habent medium innominatum, & dat modū; quomodo debemus nominare illud medium, ſi non habet proprium nomen; Adhuc illa contraria quę habent medium ſunt duplicia, quædam vnum medium, & quædam habent plura media nominata; & non vnum ſolum; & illa contraria; quæ habēt vnum medium ſunt duplicia; quædam habent vnum medium nominatum, & quædā habent vnum medium innominatū; quo ad primum inquit (in aliquibus igitur medijs) igitur postquàm dictum eſt; ꝙ dantur contraria immediata, & mediata nunc eſt dicendum de contrarijs mediatis, & dicimus ꝙ ſunt quædam contraria : quæ habent media, quibus medijs poſita ſunt nomina .i. quæ media ſunt nominata; recte dicit poſita ſunt nomina : quia ipſe inquit. 1. perihermenias cap. de nomine; ꝙ nomina imponuntur ad placitum à voluntate impoſitorum, & nullum nomen eſt à natura recte etiam dixit (medijs) in plurali denotando illa contraria; quę habēt plura media nominata non vnum ſolum medium nominatum (vt albi, & nigri; fuſcum, & pallidū). v.g. horum duorum contrariorum .ſ. albi, & nigri .i. inter album, & nigrum medium proprio nomine nominatur fuſcum .i. non ſolum hoc .ſ. fuſcum; ſed etiam pallidum, & non ſolum hæc duo ſed etiam (quicumq; alij, & omnes colores huiuſmodi) .i. medij. q. d. vt rubrum, rubeum ceruleum, viride, azurinū croceum, & multi alij qui fiunt ex albo, & nigro. ¶ Dices quæ ſunt illa contraria; quæ habent vnum mediū nominatum? & non plura? ¶ Dicas ꝙ eſt calidum, & frigidum; inter quæ datur vnum medium nominatum, quod conſtat ex vtroque? & vocatur tepidum, v. g. datur aqua calida, quę feruet; datur aqua frigida, & datur aqua frigida, & calida; tñ non in ſummo; ſed in eſſe remiſſo caſtigato, & refracto; quæ dicitur aqua tepida, & hæc eſt media inter calidum, & frigidum, & hæc media non dicuntur media per negationem; neq; per comparationem; ſed per participationem; ¶ Dices omnia media ſunt nominata, vel quædam ſic, & quædam non? ¶ Reſpondet, & dicit; ꝙ nō omnia media ſunt nominata; ſed quędam uam aliqua ſunt media in quibus non eſt facile; ſed difficile immo impoſsibile aſsignare nomen proprium; ¶ Dices ſi eſt impoſsibile aſsignare, ſeu imponere nomen in aliquibus medijs, quomodo vocabimus ipſa, & quō explicabimus ipſa? ¶ Reſpondet, & dicit ꝙ quando ſunt duo contraria, & nō habent medium nominatū proprio vocabulo illud medium definitur .i. explicatur deſcribitur hoc modo .ſ. vtendo negatione amborum extremorum contrariorum; vt ſi ſunt hęc duo contraria .ſ. bonum, & malum; inter hæc duo contraria; datur medium, quod nō habet nomen proprium impoſitum; oportet deſcribere illud medium per negationē extremorum; hoc modo videlicet medium inter bonum, & malum dicitur illud; quod neque eſt bonum, neque malum, ſimiliter inter iuſtū, & iniuſtum; medium dicitur illud; quod neque eſt iuſtum, neque iniuſtum; Sed Nota ꝙ medium per negationem dicitur pluribus modis : Vno modo per negationem vtriuſque extremi, quod omnino habet negationem, vt lapis, neque dicitur prauus, neque ſtudioſus: Alio modo per negationem, ſecundum tempus homo in infantia, dicitur neque prauus, neq; ſtudioſus, vel medium per negationem, ſecundum partem, vt homo ſecundum corpus, nec prauus, nec ſtudioſus. ¶ Dices poteſt dari aliud medium inter malum; & bonum, & iuſtum, & iniuſtum; ¶ Dicas reſolute ꝙ ſicut dantur quædam contraria in naturalibus; quæ non habent niſi vnum medium nominatum, vt eſt calidum, & frigidum; quæ habent ſolum tepidum, ſic etiam dantur quædam contraria in moralibus; quæ non habent niſi vnum medium innominatum; vt iuſtum, & iniuſtum habent id; quod neque eſt iuſtum, neque iniuſtum. *Dub.* *Sol.*

Priuatio vero, & habitus dicuntur quidem circa idem aliquod : vt viſio, & cæcitas circa oculum, vniuerſaliter,

ſaliter, autem dicere eſt in quo natus eſt habitus fieri, circa hoc dicitur vtrumque fieri.

Poſtquàm in principio huius capituli numerauit quatuor ſpecies oppoſitionis, & declarauit primam, & ſecundam; nunc declarat tertiam oppoſitionis ſpeciem cauſa intentionis eſt vt appareat, ꝙ iſtæ oppoſitiones ꝙ ſummo diſcrimine differunt? Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima deſcribit oppoſitionem priuatiue dictam, ſeu oppoſita priuatiua, in ſecunda ibi, (vt viſio) exemplò manifeſtat quæ ſunt iſta oppoſita priuatiue dicta in tertia ibi (vniuerſaliter) dat regulam cognoſcendi oppoſita priuatiua ideò dicit (priuatio vero, & habitus) q. d. oppoſita priuatiua; quæ ſunt priuatio, & habitus deſcribuntur hoc modo? videlicet dicuntur, illa; quę adde tu nata ſunt fieri circa idem ſcilicet ſubiectum ideſt in eodem ſubiecto dat exemplum, & dicit (vt) v. g. (viſio, & cæcitas) viſio; quæ dicitur habitus, & cæcitas; quę dicitur priuatio ſunt duo oppoſita priuatiua; quæ ſunt apta nata fieri circa idem ſubiectum, ideſt in eodem ſubiecto, vt circa oculum: qui eſt proprium ſubiectum in quo fiunt hæc duo oppoſita, ſcilicet viſio, & cæcitas tamen non in eodem tempore, fit viſio, & cæcitas, ſed ordinatè, & ſucceſsiuè vnum poſt alterum primo enim oculus eſt videns, deinde cæcus vno quidem adueniente alterum recedit, & non è contra; nam oculus; qui eſt videns poteſt fieri cæcus: ſed qui eſt cæcus non poteſt fieri videns? quoniam poſt priuationem non ſequitur habitus, & ideò dicet Ariſt. inferius ꝙ à priuatione ad habitum impoſsibilis eſt regreſſus, comprehendens igitur Ariſt. omnia illa; quæ opponuntur priuatiuè dicit (vniuerſaliter autem) dicere eſt in quo natus eſt habitus fieri circa hoc dicitur vtrumque fieri) quaſi dicat omnia oppoſita priuatiue dicta habent hanc legem, ꝙ in illo ſubiecto in quo natum eſt fieri vnum oppoſitum circa hoc ideſt in illo met ſubiecto, aut numero, aut ſpecie eſt aptum natum fieri alterum ex quibus patet; quædam conuenientia inter oppoſita priuatiue dicta, & oppoſita contrarie dicta; nam ſicut illa; quæ ſunt contraria ſunt circa idem; vt album, & nigrum in corpore, ſic illa; quæ priuatiuę opponuntur circa idem, ſunt apta nata fieri, vt vita, & mors ſunt duo; quæ ſunt apta nata fieri circa idem ſubiectum quod eſt ſuſceptiuum, & propter hanc conuenientiam; quæ reperitur in oppoſitis priuatiue, & contrarie dictis; ideo hæc definitio non eſt propria aliis oppoſitis? Secunda ratio eſt propria his ſcilicet fieri circa idem ordine quodam; quoniam non conuenit omnibus oppoſitis priuatiue, niſi intelligatur ſecundum naturam ideſt ꝙ aliquod ſubiectum aptum natum fit prius; natura habere habitum quàm dicatur priuari, & forte etiam eſt de contrariis; quia in omnibus ſubiectum prius ordinatur in extremum perfectius, quàm in extremum imperfectius: ¶ Dices inquit Ariſt. ꝙ priuatio, *Dub.* & habitus ſunt apta nata fieri circa idem ſubiectum. 4. phy. 84. 2. cæli 18. tamen cum ordine quodam hoc eſt prius recipit habitum: deinde recipit priuationem, vt oculus prius recipit viſum; deinde cæcitatem hoc videtur falſum. nam ſequeretur quòd nullus poſſet eſſe cæcus, niſi prius fuiſſet videns? quod eſt falſum: nam multi homines ſunt cæci à natiuitate, qui non cæcantur, nec fiunt cæci cum ex vtero exeunt, ſed in vtero materno cæci naſcuntur. ¶ Dicas ꝙ Ariſt. *Sol.* loquitur de priuatione; quæ eſt negatio formæ in ſubiecto apto nato habere vtrumque ordine inregreſsibilis ideſt ſecundum ordinem generationis eorum; ita quòd dicimus inter priuationem, & habitum eſſe ordinem generationis adeò vt impoſsibile ſit fieri priuationem immediate; ſed neceſſariè oportet eam fieri mediante habitu; vnde non ſequitur, ꝙ omnis cæcus habuit viſum; ſed ſequitur ergo omnis cæcus habuit generationem terminabilem ad viſum; quæ terminata eſt niſi a fuiſſet impedimentum impoſsibile, eſt enim aliquod eſſe prius cæcum, aut ſurdum, quàm actio generantis factiua viſus, aut auditus dum facit impediatur; ita quòd ex corruptione generatis viſus cæcitas ſit, igitur ſecundum habitum, & priuationem ordo generationis ideſt non fit priuatio niſi mediante habitu; quod confirmat Ariſt. 2. cæli 18. vbi inquit ꝙ affirmatio eſt prior negatione.

Priuari vero tunc dicimus vnumquodque habitus ſuſceptibilium, quando in quo natum eſt in eſſe, vel quando illud natum eſt habere, nullo modo inſit: edentulum enim dicimus, non quòd non habet dentes, & cęcum non quod non habet viſum, ſed quod non habet, quando natum eſt habere, aliqua enim ex natiuitate, neque dentes habent, neque viſum: ſed non dicuntur ædentula neque cæca

Cum Ar. deſcripſit priuationem in abſtracto, nunc deſcribit illam in concreto. Diuiditur in 3. partes in 1. facit quod dictum eſt in ſecunda ibi (edentulum declarat, quando aliquod non dicitur, eſſe priuatum aliquo habitu, & dat exemplum de edentulo, & de cæco in 3. ibi (ſed quod non habet) dat regulam cognoſcendi, quando aliquod dicitur eſſe priuatũ aliquo habitu; ideo inquit (priuari vero) peteret quis quõ cognoſcitur, quando aliquod ſuſceptibile alicuius habitus dicitur, priuari illo habitu? ¶ Reſpondet Ar. hic, & 10. met. 15. & dicit, ꝙ tunc dicimus vnumquodq; ſuſceptibile habitus priuari illo habitu, quando in quo natum eſt ineſſe. i. qñ ſubiectum natum eſt habere illum habitum, & non habuit, vel quando illud natum eſt habere nullo modo inſit. i. vel qñ habuit illum habitũ; & poſtea caruit illo habitu, & ideo nos dicimus, ꝙ lapis non dicitur, cæcus; quia naturaliter lapis non potuit habere viſum, dicimus etiam ꝙ catuli, qui non vident, non dicimus ꝙ ſunt cæci, qm̃ in illo tẽpore non poſſunt habere viſum; ſed qñ tranſactis diebus determinatis, catuli non vident; ſtatim 1. os illos catulos cęcos eſſe dicimus, & appellamus ſimiliter oſtreæ non dicuntur edentulę, quia naturaliter non habent dẽtes, ſed etiam nec infantuli ſeu puerulj, qui adhuc non habent ætatẽ habendi dentes edentuli appellanf; ſed illi vocaf edentuli; vel qui ante habuerũt dentes, & illos caſu, vel ægritudine ammiſerunt; aut illi; qui in tẽpore debent habere dentes, & non habent, v.g. ſi aliquis puer ſeptimo anno nullũ creauerit dentem; illũ iure edentulum appellamus: Nota igif ꝙ requiruntur conditiones pro textus intelligentia; quarũ prima eſt iſta. ſ. ꝙ requiritur tempus; qm̃ non ſequitur hæc cõſequentia, hoc nõ videt, & eſt aptũ natũ videre, ergo hoc eſt cæcum? qm̃ catulus ante nonum diẽ non videt, & eſt aptus natus videre, & tñ non eſt cæcus; qm̃ cæcitas dicit aptitudinẽ in tẽpore; in quo nõ videt, patet .n. ꝙ catulus ante nonũ diem non habet aptitudinẽ videndi in illo tẽpore? Secunda conditio; (quæ requirif) eſt locus, qm̃ aliquis homo habitat in cauernis terræ, vel in aliquo tenebroſo carcere nõ videt in tẽpore; in quo ipſe eſt aptus natus videre, & tñ ipſe non eſt cęcus; qm̃ nõ videt in loco; in quo nõ eſt aptus natus videre propter defectũ luminis; quod lumen nõ poteſt eſſe in illo loco: Tertia conditio eſt proportio; quia Ar. 2. de anima. d. ꝙ ſenſibile poſitũ ſupra ſenſum non facit ſenſationẽ; ideo ſi quis haberet aliquod coloratũ ſupra oculos; nõ propter hoc eſſet cæcus; non obſtãte ꝙ non videret in tẽpore, & in loco; in quo eſt aptus natus videre; qm̃ debet eſſe proportionata diſtãtia inter viſum, & viſibile, nã ſi viſibile multũ diſtaret ab oculo, nõ propter hoc eſſet cęcus: ſi non videret in tẽpore, & in loco, in quo eſt aptus natus videre: Quarta cõditio eſt modus ſe habẽdi, etiã tollens rationẽ priuationis; qm̃ homo dormiẽs, aut oculos clauſos tenens, non dicif, cæcus: licet ei non deficiat tẽpus, neq; locus, neq; proportionata diſtantia in videndo; qm̃ oculus nõ videt, niſi potentia viſiua conuertatur ad obiectũ; patet .n. ꝙ potentia viſiua dormiẽtis, aut tenẽtis oculos clauſos, vel habentis fortem imaginationem ad aliquod aliud non conuertif ad viſibile; talis ergo modus ſe habẽdi ad ſubiectum tollit rationem priuationis; quãdo igitur inquit Ar. ꝙ priuatum eſt illud, quod non habet habitum; qñ eſt aptum natũ habere. Nota ꝙ per ly (quando) intendit omnes prædictas conditiones; ille ergo dicif, & eſt cæcus; qui nõ videt, & eſt aptus natus videre in tẽpore, & in loco; in quo nõ videt, & ſeruat debita proportio, ac modus ſe habendi ad videndũ. Sed Nota ꝙ inquit Au. 10. met. ꝙ priuatio eſt negatio in ſubiecto, tm̃ equũ priuari rationalitate, aliquando eſt negatio in ſubiecto apto nato; quod tribus modis conſideraf: vno modo vt dicit negationẽ temporis ſimpliciter, ita ꝙ non vnũ tempus magis quàm aliud, vt cecitas, & ſurditas; Alio modo vt dicit, negationẽ totius tẽporis, vt cæcitas, & ſurditas à natiuitate; Alio modo vt dicit, negationẽ alicuius determinati temporis, vt priuatio barbæ in puero aut dentium; puer .n. priuatur barba, & dentibus, non in toto tempore vitæ ſuæ, ſed ſolum in pueritia; ex quibus infertur; ꝙ licet omnis priuatio ſit negatio; tñ non omnis negatio eſt priuatio; qm̃ negatio non præſupponit ſubiectum; nã ſicut illud; quod eſt ens non videt; ſic illud, quod eſt non ens, non videt: priuatio vero præſupponit ſubiectum, aut ſine aptitudine eo modo quo inquit Ar. 3. phy. ꝙ vox eſt inuiſibilis; quæ non eſt apta nata videri; aut cum aptitudine eo modo dicitur, canis, & non lapis priuari viſu, ſicut etiam dicitur, canis cæcus, & non lapis. ¶ Sed Dices omne; quod habet puer; illud habet tempore pueritiæ; ſed puer habet aptitudinem ad habendam barbam, ergo tempore pueritiæ habet illam aptitudinem; Quo ſtante fiat ratio, puer non habet barbam, & in tempore pueritiæ habet aptitudinem ad habẽdam barbam, ergo puer non habet barbam in tempore; in quo habet aptitudinem ad habendam barbam; & per conſequens puer eſt imberbis; ſic etiam probatur; ꝙ infans incipiens eſſe eſt edentulus; & ꝙ canis ante nonom diem eſt cæcus: quoniam infans incipiens eſſe habet aptitudinem ad habendos dentes; ſed non habet illam aptitudinem, niſi in tempore in quo incipit eſſe; ergo quando incipit eſſe; habet aptitudinem ad habendum dentes; ſed tunc non habet dẽtes; *Dub.*

ergo

ergo infans incipiens eſſe non habet dentes? quando habet aptitudinem ad habẽdum dentes; vnde ſequitur ꝙ ipſe eſt edentulus: Amplius canis nouiter genitus habet aptitudinem ad videndum, ſed quicquid habet canis noniter genitus, illud habet ante nonũ diem, ergo canis ante nonum diẽ habet aptitudinẽ ad videndum; & tñ non videt? ergo canis eſt cæcus; patet conſeqnẽtia ex definitione priuationis:

Sol. ¶ Dicitur ꝙ hęc propoſitio .ſ. puer in tẽpore pueritiæ habet aptitudinem ad habendã barbam, eſt diſtinguenda; qm̃ ille ablatinus caſus .ſ. tempore pueritiæ poteſt eſſe determinatio huins verbi (habet) aut huius participij (habendum) ſi enim eſt determinatio huius verbi (habet) tunc illa propoſitio eſt concedenda; qm̃ ſignificat, ꝙ puer tempore ſuę pueritię habet aptitudinẽ, per quam in futurum poterit habere barbam, qnod eſt verum; ſi antem eſt determinatio illius participij, (habendum) aut huius verbi infinitiui (habere) tunc negatur illa propoſitio; quoniam ſignificat ꝙ puer habet aptitudinem per quam poteſt habere barbã tempore ſuę pueritiæ; quod eſt falſum; ſimiliter concedatur illa Propoſitio infans; quando incepit eſſe habet aptitudinem ad habendum dentes, ſi ly (quando) eſt determinatio huius verbi (habet) ſi vero eſt determinatio huius participij (habendum) negatur? ſic etiam illa eſt concedenda canis ante nonum diem habet aptitudinem ad videndum, ſi ly (ante) eſt determinatio huius verbi (habet) ſi vero eſt determinatio huius participij, illa eſt neganda: ideo omnes conſequentiæ principales factæ ſunt negandæ, ſi aduerbium aut illud, quod ponitur loco aduerbij, denotat participium aut verbum infinitini modi iuxta Ar. intentionem; qui aſſerit ꝙ ille eſt cæcns; qui non videt, qnando eſt aptus natus videre, & ille eſt edẽtulus, qui non habet dentes; qñ eſt aptus natns habere dentes; ſit ꝙ ly (quando) ſit determinatio verbi infinitiui modi, & non verbi de prædicamenti ad hunc intellectũ, ꝙ ille eſt cęcus, qui non videt, & eſt aptus natus videre in tẽpore; in qno non videt, & ille eſt edentulus, qui non habet dẽtes, & eſt aptus natus habere dẽtes; ſic etiam ille eſt imberbis, qui nõ habet barbã, & eſt aptus natus habere barbam in tẽpore, in quo non habet illã; hæc aſsignata diſtinctio poteſt declarari in alijs terminis; ſi .n. ſortes videat Platonẽ, & .A. ſit locus proprius ſortis, hæc propoſitio ſortes in. A. loco videt Platonẽ eſt diſtinguenda; qm̃ ille ablatinus in .A. loco aduerbialiter tẽtus poteſt eſſe determinatio ſubiecti, vel prædicati; ſi primũ illa propoſitio eſt concedenda, qnia valet iſta .ſ. ſortes exiſtentes in. A. loco videt Platonem, quæ eſt vera, ſi autẽ ſm̃ illa propoſitio eſt neganda, quia equipoſſet iſti ſortes videt Platonem exiſtentem in. A: loco quod eſt falſum, Præterea Ar. 1. perihermenias inquit, ꝙ omne quod eſt qñ eſt neceſſe eſt eſſe ex quo ſequitur; ꝙ quando ſortes eſt ipſe, non poteſt non eſſe ſi ly (quando) eſt determinatio huius verbi (eſſe) nam æquiualet iſti dum ſortes eſt in aliquo inſtanti, ipſe non poteſt non eſſe in illo; ſi autem eſt determinatio huius verbi (poteſt) illa propoſitio eſt neganda; quia valet iſta dũ ſortes eſt in aliqno inſtanti ipſe non habet potentiã ad non eſſe in aliquo inſtanti præſens, vel futuro quod eſt falſum; ſimiliter iſta eſt vera qñ ſortes ſedet poſsibile eſt ipſum ſtare, ſi ly (qñ) determinat illud verbum (eſt) qm̃ dum ſortes ſedet pro illo inſtanti, ipſe habet potentiã ad ſtandum, aliter non poſſet ſurgere, ſi verò determinar illud verbum (ſtare) illa propoſitio eſt negãda; qm̃ ſignificat ꝙ ſortes habet potentiam ſtare in illo inſtante in quo ſedet.

Priuari verò, & habere habitum non eſt priuatio, & habitus, habitus.n. viſus eſt, priuatio vero cæcitas habere autem viſum, non eſt viſus, nec cęcum eſſe cæcitas, priuatio.n. quędam eſt cæcitas: cæcum vero eſſe priuari, non priuatio eſt. Amplius; ſi idem cęcitas, & cæcum eſſe, vtraq; de eodem prædicarentur. ſed cæcus quidem dicitur homo: cæcitas vero homo nullo modo dicitur.

Poſtquàm Ar. deſcripſit priuationem, & priuari ſimiliter habitum, & habere habitum; nunc oſtendit priuationem, & priuari non eſſe idem; ſed valde ad inuicem differre ſimiliter habitum, & habere habitum non eſſe idem, cauſa intentionis eſt, ne quis dicat hæc eſſe eadem: Diuiditur in 3. partes in 1. facit quod dictum eſt, in 2. ibi (cæcum eſſe) facit vnam rationem probantem; ꝙ priuari non eſt priuatio, & habere habitum non eſt habitus, in tertia ibi (Amplius) facit aliam rationem probantem; idẽ qnod probauit inquit ergo (priuari nõ eſt priuatio; habere habitum non eſt habitus) dicit ergo ſic viſus eſt habitus eſſe, videns eſt habere habitũ; ſed eſſe videns, non eſt viſus: ergo habere habitum non eſt habitus; conſequentia eſt nota, qm̃ eadẽ eſt ratio in omnibus importantibus; habitũ in abſtracto, & habere habitũ in concreto: & probat ſic ſi eſſe vidẽs eſt viſus: ergo de omni de quo predicat eſſe vidẽs de eodẽ predicat viſus; ſed de homine predicat eſſe vidẽs; ergo de homine predicat viſus: qđ eſt falſũ; qm̃ ſicut homo nõ eſt oculus, ita nõ eſt viſus:

quoniam viſus eſt potentia oculi. 2. de anima 19. & 4. de gen. an. cap. 1. probatur etiam ꝙ priuari non eſt priuatio, quoniam cæcum eſſe non eſt cæcitas; ſed cæcum eſſe eſt priuari, & cæcitas eſt priuatio; ergo priuari non eſt priuatio; nam ſi idem eſſet cæcitas, & cæcum eſſe tunc ſequeretur; ꝙ vtrumque prædicaretur de eodem adeò ꝙ de quocumque prædicaretur cæcum eſſe prædicaretur, etiam cæcitas, quod eſſe non poteſt; quoniam de homine prædicatur cæcum eſſe, de quo non prędicatur cæcitas, dicimus enim homo eſt cæcus; ſed non dicimus homo eſt cæcitas; nam homo dicitur cæcus; quando eſt aptus natus videre, & non videt, & tamen homo non eſt cæcitas, hoc quidem patet in cap. de ad aliquid; vbi inquit Ar. ꝙ ſedere, ſtare, non ſunt poſitiones; ſed denominatiue dicuntur, à poſitionibus; non enim dicitur, ꝙ ſedere eſt ſeſſio; ſed denominatiue dicitur, à ſeſsione ſimiliter ſtare non eſt ſtatio; ſed denominatiue à ſtatione, & vt breuiter abſoluam; hæc propoſitio eſt vniuerſaliter vera videlicet concreta, non ſunt ſua abſtracta; ſed denominatiue dicuntur ab illis; veluti album, nigrum, calidum, frigidum, humidum ſiccum nō ſunt albedo, nigredo, caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas, ſed denominatiue ab illis à pari videns non eſt viſus, nec cæcum eſſe eſt cæcitas, nec habere pecuniam eſt pecunia, & vt clara habeatur ſententia, Ar. vide 4. met. 14. vbi inquit concoctio eſt perfectio; à qua concoctione, & perfectione, tamquam ab abſtracto denominatur concretum, vt concoctum, & perfectum, & ſic concoctum non eſt concoctio, neque perfectum eſt perfectio, vt patet in eodē libro textu 15. valet igitur argumentum ab abſtracto ad concretum ſeruatis tamen conditionibus; quæ fuerunt declaratæ in Antepredicamentis cap. de denominatiuis & in cap. de qualitate.

Dub. ¶ Dices materia antequam recipiat formam eſt priuata; illa forma vt æs, vel lapis, antequam recipiat formam; ſeu figuram Imperatoris priuatur illa figura; & tamen materia & priuatio ſunt .1. phy. 60. 66. 79. & ſi ſunt idem ergo valet dicere materia eſt priuatio; & per conſequens cæcus eſt cæcitas.

Sol. ¶ Dicitur quòd ſi materia, & priuatio ſunt idem; non ſunt idem identicæ, ſed ſunt idem ſubiectiue, vt ibidem inquit Ariſt. quòd ſunt idem numero, & non ſunt idem ratione.

Confirmatio. ¶ Amplius 2. de anima 10. inquit ꝙ animal eſt anima, quæ anima eſt actus, & habitus. 2. de anima 2. & 25. animal vero eſt habens animam; ergo eſt vera propoſitio habens habitum eſt habitus, ſimiliter ibidem inquit Ar. oculus eſt pupilla, & viſus viſus .n. dicit formam. & habitum oculus eſt habens viſum; ergo habere viſum eſt viſus?

Sol. ¶ Dicas ꝙ animal eſt anima & oculus eſt viſus, intelligitur in prędicatione cauſali dicendo animal eſt anima. i. eſt ex anima oculus eſt viſus id eſt ex viſu, & pupilla quod teſtatur Ar. 4. de gen. an. cap. 1. vbi inquit ꝙ oculus non poteſt eſſe ſine viſu nec viſus ſine oculo; ex quo patet ꝙ viſus non prædicatur de habente viſum, nec cæcitas de habente cæcitatem, & per conſequens priuari, & priuatio, & habere habitum, & habitus non ſunt idem quoniam habens viſum eſt ſubſtātia viſus, & viſus eſt qualitas, & habens cæcitatem eſt ſubſtātia, & cęcitas eſt qualitas, iuxta themiſtij dictum. 1. phy. in aurea digræſsione de materia prima, vbi inquit ꝙ priuatio eſt qualitas clarius. 1. phy. 66. priuatio eſt accidens, & quanto ſubſtantia differt à qualitate, tanto habens viſum, differt à viſu, & habens cęcitatem differt à cęcitate; quod clariſsime aſſerit Ar. 1. phy. 27. & 30. vbi inquit quod vere eſt nulli accidit.

Confirmatio. ¶ Amplius aliud eſt habere, & aliud eſt id, quod habetur; nam quod habet dicit actionem, quod vero habetur dicit paſsionem, & quoniam agens eſt valde diuerſum à patiente, & paſſo. 3. de anima 19. ideo valde differt habere viſum à viſu, & habere habitū ab habitu, & priuari à priuatione, & ꝙ hoc pateat probatur hac ratione, ſi cæcum eſſe, & cæcitas eſſent idem; tunc ſequeretur; ꝙ de quocumq; prædicaretur cæcum eſſe de eo etiam prædicaretur cæcitas; ſed de homine prædicatur cæcum eſſe, nam dicimus homo eſt cæcus, & non dicimus homo eſt cæcitas; ergo cæcum eſſe, & cæcitas non ſunt idem.

Rep. ¶ Contra nam falſum eſt dicere, ꝙ homo eſt cæcus; nam de quo prædicatur vnum contrariorum de illo met prædicatur aliud contrarium; ſed de oculo, & non de homine prædicatur eſſe videns, ergo de oculo, & non de homine prædicatur eſſe cæcum, nam dicimus ꝙ oculus eſt cæcus, & oculus eſt videns, & non homo eſt cæcus, & homo eſt videns, idem enim eſt ſubiectum contrariorum, vt patet in cap. de oppoſitis & 2. cæli 18. ſi ergo oculus eſt ſubiectum cæcitatis, ergo oculus eſt ſubiectum viſionis? non igitur homo.

Sol. ¶ Dicas ꝙ homo dicitur cęcus per oculum tamquàm per partem, & per accidens, & ſic oculus inquantum oculus dicitur videns, vel cæcus homo vero vt dictum tamquàm per partem. 5. phy. 1. & 2.

Dub. ¶ Dices cæcus & non videns ſunt, ne idem vel differunt,

Sol. ¶ Reſpondet Ar. 9. met. 15. & dicit ꝙ differunt, quoniam cæcus non habet potentiā videndi, & clauſi oculi habent potentiam videndi; homo enim qui eſt cæcus, non habet potentiam videndi; ſed homo qui dormit habens clauſos oculos habet potentiam videndi, & ſic differunt.

Dub. ¶ Amplius ſi priuari non eſt priuatio, & habere habitum non eſt habitus; vellem ſcire priuatio eſt habitus?

Sol. ¶ Reſponder

det Ar. 5. met. 17. & dicit ꝙ priuatio non eſt habitus ſimpliciter; ſed priuatio eſt habitus quodam modo, tñ priuationes cognoſcuntur per habitus. 3. de anima 25.

Dub. ¶ Amplius Dices quare Ariſt. dicit ꝙ habere habitum non eſt habitus, & priuari nõ eſt priuatio, & non dicit habere priuationem, non eſt priuatio; ſicut dicit habere habitum non eſt habitus?

Sol. ¶ Dicas quoniam illud, quod habetur eſt; quoniam habitus eſt permanentium, vt patet in cap. de qualitate ſed priuatio non eſt. 1. phy. 75. & 79. ideo dixit priuari, & non dixit habere priuationem ſed dixit habere habitum, nam habitus eſt, & vt dictum ſimpliciter eſt.

Opponi quidem etiam iſta videntur; priuari ſcilicet, & habere habitum; quemadmodum priuatio, & habitus. idem enim modus eſt oppoſitionis: nam ſicut cæcitas viſui opponitur, ſic cæcum eſſe, & viſum habere opponuntur.

Cum declarauerit ꝙ habere habitum, & habitus priuari, & priuatio non ſunt idem; nunc remouet tacitã obiectionem cauſa intentionis eſt ne nihil intactum remaneat, circa differentiam inter prædicta, Diuiditur in duas partes in 1. remouet dubitationem in 2. ibi (nam) exemplo declarat ſolutionem; ideo inquit ꝙ iſta .ſ. priuari, & habere habitum videntur. i. ad ſenſum patet opponi ideſt eſſe oppoſita, & diuerſa. ¶ Dices quomodo ſunt oppoſita? Reſpondet, & dicit (quemadmodum) .i. ſicut habitus opponitur priuationi, ſic priuari opponitur ad habere habitum; ¶ Dices quare priuari opponitur ad habere habitum, ſicut habitus priuationi? Reſpondet (enim) pro quia (idem eſt modus oppoſitionis. q. d. Ar. quia ambo opponuntur eodem modo, & eadem ſpecie oppoſitionis vbi eſt Notandum ꝙ eadem oppoſitione qua oppoſita in abſtracto opponũtur illa met oppoſitione opponuntur oppoſita in concreto; quod dicit Ar. per hæc verba nam ſicut cæcitas viſui opponitur in abſtracto, ſic cæcum, & viſum habere opponuntur in concreto:

Dub. ¶ Dices cum oppoſitio dicatur quatuor modis relatiue, contrarie, priuatiue, & contradictorie, qua oppoſitione cæcitas opponitur viſui; & habere viſum, & cæcum eſſe opponuntur?

Sol. Dicas ꝙ opponuntur oppoſitione priuatiue dicta, vnde oritur talis ratio illa oppoſitione opponuntur cæcum eſſe, & viſum habere qua opponitur cæcitas viſui; ſed cæcitas, & viſus opponuntur priuatiue, ergo cæcum eſſe, & viſum habere opponuntur priuatiue; patet igitur ꝙ licet priuari, & habere habitum ſint duo oppoſita, tamen poſſunt dici eadem, quoniam equa, & eadem oppoſitione, opponuntur, & per conſequens habitus, & priuatio in abſtracto & priuari & habere habitum in concreto ad inuicem conueniunt ſicut enim ad inuicem contrariantur concreta ſic etiam contrariantur abſtracta vt calidum contrariatur frigido, ſic caliditas contrariatur frigiditati, nam abſtracta contrariantur per ſe primo tamquàm formæ cõtrariæ, ſed concreta contrariantur per ſe, tamen non primo ſed tamquàm ſubiecta, quæ continent formas contrarias, vt luti cæcitas, & viſio cõtrariantur per ſe primo, tamquàm priuatio, & habitus; ſed cæcum eſſe & habere viſum, opponuntur vt ſubiecta continentia priuationem, & habitum concreta igitur opponuntur tamquàm compoſita, abſtracta vero tamquàm ſimplicia.

Non eſt autem, neque hoc quod ſub affirmatione, & negatione eſt, affirmatio, & negatio, affirmatio namque oratio affirmatiua eſt, & negatio oratio negatiua: quod vero ſub affirmatione, & negatione eſt, nulla eſt oratio, ſed res, dicuntur autem hæc eſſe oppoſita ad inuicem, tamquàm affirmatio, & negatio; nam & in his modus oppoſitionis idem eſt, ſicut enim affirmatio ad negationem opponitur, (vt quod ſedet, ei quod non ſedet, ſic & res quæ ſub vtroq; eſt opponitur. ſcilicet ſedere aliquem ad non ſedere.

Poſtquàm declarauit ꝙ priuari, & habere habitum non ſunt idem; ſed opponuntur, quemadmodum priuatio non eſt eadem cum habitu, veluti Ariſt. 1. de anima 6. 10. met. 1. Au. & ſi ſunt idem non alio modo niſi modo oppoſitionis, priuatiue nunc declarat ꝙ id quod eſt ſub affirmatione, non eſt idem cum eo quod eſt ſub negatione, & ſed ad inuicem opponuntur vno, & eodem modo oppoſitionis .ſ. contradictorie, & hoc probat à ſimili ſcilicet quod ſicut priuari & habere habitũ non ſunt idem, ſed opponuntur priuatiue, ſic habitus, & priuatio, & ſi ſunt idem non niſi quia opponuntur eodem modo oppoſitionis, ſic id: quod eſt ſub affirmatione, opponitur

ei:quod eſt ſub negatione, & ſi ſunt idem non niſi quia eadem oppoſitione opponuntur ſcilicet contradictorie cauſa intentionis eſt ne quis crederet ꝙ id quod eſt ſub affirmatione opponatur illi;quod eſt ſub negatione: ſicut priuari opponitur illi:quod eſt habere habitum: Diuiditur in quatuor partes in 1. facit quod dictum eſt, in 2. ibi (affirmatio) probat quod dictum eſt, in tertia ibi (dicuntur) aſsignat conueniētiam in 4 ibi (vt quod) exemplo declarat quæ dixit ideo inquit (non eſt autem) autem pro ſed hoc quod ſub affirmatione eſt, ideſt res quæ affirmaẽ & hoc; quod ſub negatione eſt. i. res quæ negatur (neque) .i. non eſt affirmatio, & negatio probat ꝙ id; quod ſub affirmatione eſt non eſt affirmatio, & id quod ſub negatione eſt non eſt negatio: quoniam affirmatio eſt oratio affirmatiua, & negatio eſt oratio negatiua: ſed id quod ſub affirmatione, eſt & id quod eſt ſub negatione non eſt oratio affirmatiua neque oratio negatiua:ergo id, quod eſt ſub affirmatione nō eſt affirmatio, & id; quod eſt ſub negatione non eſt negatio, ſed ſunt res; quę affirmantur, & negant: ſed hæc ſunt oppoſita ab inuicem.

Dub. ¶ Dices ſi ſunt oppoſita qua oppoſitionis ſpe-
Sol. cie opponuntur Reſpondet Ar. ꝙ hæc .ſ. quæ ſunt ſub affirmatione, & negatione opponuntur ſicut affirmatio, & negatio. Sed affirmatio, & negatio non opponuntur relatiue, non contrarie, nec priuatiue, ſed ſicut id; quod ſedet opponitur ei; quod non ſedet; ſic res quæ ſub vtroque eſt opponitur .i. ſedere aliquem, ad non ſedere. Dices in quo id; quod ſedet opponitur ei quod non ſedet? Dicitur ꝙ opponuntur contradictorie. Dices oratio eſt triplex Alia ſcripta; Alia vocalis, Alia mentalis, de qua oratione loquitur hic Ar.? Dicas de quacumque oratione, & Nota ꝙ non ſolum orationes contradictorię opponuntur .ſ. ſortes ſedet, & ſortes non ſedet. Sed etiam fundamenta eorum; ex quibus Nota ꝙ contradictoria ſunt duplicia, Alia ſunt complexa, vt ſunt affirmatio, & negatio: Alia incomplexa, & ſunt illa; quę ſunt ſub affirmatione, & negatione .ſ. eorum fundamenta; quæ ſunt extra animam, Dices ſi id: quod eſt ſub affirmatione, nō eſt affirmatio, & id; quod eſt ſub negatione, non eſt negatio, vellem ſcire quid eſt affirmatio, & quid negatio? ¶ Dicas ꝙ affirmatio eſt illa; quę coniungit, & copulat aliquod prædicatum de aliquo ſubiecto, quod participat illo prædicato. v. g. homo eſt animal, hæc enim oratio copulat, & coniungit animal cum homine: quoniam homo; qui eſt ſpecies participat animali, quod eſt genus, negatio vero eſt illa; quæ diſiungit ſegregat, & ſeparat prædicatū à ſubiecto, vt homo non eſt lapis, hæc enim oratio diſiungit naturam lapidis ab ipſa humanitate; ſed quoniam de hac materia plenius in libro perihermenias dicenda ſunt. ideo in illud tempus reponatur quem librū, expecta candide lector hinc breui vnum tamen ſcias; ꝙ Ar. valdè ſimpliciter, & incurioſe nunc tractat de affirmatione, & negatione, ſed exquiſitius pertractabit in libro perihermenias, vbi veram tradit affirmationis, & negationis definitionem, nam hæc aſsignata definitio eſt valde rudis, & ſimpliciter; tamen quia ſic dicere ſufficit ſuo propoſitio ibi tamen ſubtilius, & exquiſitius definit affirmationem, & negationem hic definit affirmationem & negationem definitione; quid nominis ibi vero definitione quid rei:

Quòd autem priuatio, & habitus non opponuntur, vt ad aliquid, manifeſtum eſt. non enim dicitur id ipſum; quod eſt oppoſiti viſus. enim non eſt cæcitatis viſus, nec vllo alio modo ad ipſum dicitur. ſimiliter autem, neque cæcitas viſionis cæcitas dicatur: ſed priuatio quidem viſionis dicitur, cæcitas verò viſionis, non dicitur neque viſus cæcitatis.

Cum Ar. in principio huius capituli dixerat, ꝙ oppoſitio dicitur quatuor modis .ſ. relatiue, contrarie, priuatiue, & contradictorie, & de ſingulis dedit exempla, nunc vt continuus ſit ſermo declarat per duas rationes; ꝙ illa quæ opponuntur priuatiue, vt habitus & priuatio, vt cęcitas, & viſio opponuntur relatiue, cauſa intentionis eſt, vt pateat: ꝙ iſtę oppoſitiones ſunt differentes. Diuiditur in 2. partes in prima parte probat, ꝙ priuatiue oppoſita non opponuntur relatiue, ſed hæc prima pars diuiditur in duas partes in prima proponit cōcluſionem probandam, in ſecunda ibi (non .n.) facit rationem in alia ibi (viſus) exemplo declarat minorem rationis factæ: ideo inquit ꝙ manifeſtum eſt adde tu ex duabus rationibus, tunc faciendis ꝙ .i. hæc concluſio eſt vera videlicet: ꝙ habitus, & priuatio non opponuntur vt ad aliquid .i. non opponuntur illa oppoſitione qua opponuntur relatiua, Dices quæ eſt ratio probans, ꝙ illa quæ ſunt ad aliquid dicuntur ad ſe inuicem ſub habitudine alicuius obliqui caſus, vt filij pater, & filius patris filius, & ſcientia ſcibilis, ſcientia & ſcibile ſcientia ſcibile: ſed priuatiue oppoſita .ſ. habitus, & priuatio nō dicuntur ad inuicem ſub habitudine alicuius obliqui caſus; ergo priuatiue oppoſita non opponuntur, vt ea, quæ ſunt ad aliquid; ma-

ior

ior eſt vera eſt prædictis minor patet, exemplo ſumpto à viſu, & cęcitate, quoniam viſus, & cæcitas ſunt priuatiue oppoſita; quia viſus eſt habitus, & cæcitas eſt priuatio, & tamen nõ dicimus viſus eſt cæcitatis, viſus nec vllo alio modo. ſ. nec dicimus cæcitati in caſu datiuo, viſus neq; in caſu accuſatiuo ideſt ad cæcitatem viſus, nec in caſu ablatiuo. ſ. cęcitate viſus ſed inquit Ar. ꝙ dicitur ꝙ cæcitas eſt priuatio viſus, & ſicut cæcitas non dicitur viſionis cæcitas, neque viſioni cæcitas, neq; ad viſionem cæcitas, neq; viſione cæcitas. Sed ſolum dicitur priuatio viſionis & per conſequens cæcitas, & viſio non dicuntur ad inuicem ſub habitudine alicuius obliqui caſus, & non ſolum poſſumus dicere hoc de viſione, & cæcitate: ſed de omnibus priuatiue oppoſitis, vt eſt ſurditas, & auditio, & tenebra, & lumen, & ſic de omnibus alijs priuatiue oppoſitis.

Dub. ¶ Dices ſi valet de omnibus priuatiue oppoſitis quando Ar. dedit exemplum de cæcitate, & viſione, & non de ſurditate, & auditione, & vel de lumine, & tenebra? *Sol.* ¶ Dicas quoniam viſus, & cæcitas ſunt duo priuatiuè oppoſita clariora omnibus alijs; ex quibus fiat hæc ratio, illa opponuntur relatiue; quæ ſunt relatiua ſed habitus, & priuatio, & quæcumq; alia priuatiue oppoſita non ſunt relatiua, ergo habitus, & priuatio, & omnia alia priuatiue oppoſita, non opponuntur relatiue.

Amplius ad aliquid omnia ad conuertentia dicuntur, quare, ſi cæcitas eorum, quæ ad aliquid ſunt, eſſet, vtique & conuerteretur ad illud ad quod dicitur. Sed non conuertitur: non enim dicitur viſus cæcitatis viſus.

Facta vna ratione probante, ꝙ habitus, & priuatio vt viſio, & cæcitas non opponuntur oppoſitione relatiue dicta in hac ſecũda parte probat idem Alĩa ratione quod denotat illa particula (Amplius) Diuiditur hęc 2. pars in 2. partes, in prima ſupponit vnum declaratum in cap. de relatiuis, in 2. ibi (quare) facit rationem, quæ eſt talis omnia; quæ ſunt ad aliquid ad inuicem conuertuntur, ſed ea, quæ priuatiue opponuntur ad inuicem non conuertuntur; quoniam viſus non dicitur, cęcitatis viſus cæcitas, ergo ea, quæ priuatiue opponuntur non ſunt ad aliquid (Amplius) q. d. Ar. præter rationem factam fit alia ratio diuerſa à prima, quoniam prima fuit chategorica (quare) ſumendo accidens hoc modo ſi cæcitas. i. priuatio eſſet eorum; quæ ſunt ad aliquid. i. eſſet relatiuum & refereretur ad aliquid. i. ad viſum dicendo ſic cæcitas, eſt viſus cæcitas (vtique). i. ergo ſequeretur hæc conſequentia. ſ. ꝙ conuerteretur ad illud ad quod dicitur, i. conuerteretur cum viſu dicẽdo ſic viſus eſt cæcitatis viſus, ſed non conuertitur. i. ſed non valet dicere viſus eſt cæcitatis viſus, ergo cæcitas, & viſio, & per conſequens omnis priuatio, & habitus nullo modo ſunt relatiua, & per conſequens non opponuntur relatiue; ſed videtur ꝙ Ar. ſupponit vnũ falſum. ſ. ꝙ omnia relatiua dicuntur ad conuertentia: nam ſeruus, & filius ſunt relatiua, & tamen non conuertuntur; quoniã non dicitur ſeruus filij; ſeruus; nec filius ſerui filius. *Dub.*

Sol. ¶ Dicas ꝙ tunc relatiua conuertuntur; quando eſt facta debita aſsignatio, vt quando ſeruus refertur ad dominum, tunc conuertitur cum domino; ſed quando non refertur ad dominũ ſed ad quodlibet aliud, quod non eſt ſuum relatiuum non conuertitur, quando vero dicitur ſeruus filij ſeruus, non eſt conueniens aſsignatio; ideo non conuertuntur.

Alia ſol. ¶ Vel dicas ꝙ relatiua non, ſed correlatiua conuertuntur modo ſeruus, & filius ſunt relatiua, ſed pater, & filius ſunt correlatiua.

Dub. ¶ Amplius cæcitas, & viſio non opponuntur quoniam. 2. cæli 18. oppoſitorum natura eſt ꝙ ſi vnum eſt reliquum, eſt vt ſi terra eſt ergo ignis eſt, ſed quando cæcitas eſt viſus non eſt ergo cæcitas; & viſio non opponuntur.

Sol. ¶ Dicas ꝙ Ar. loquitur de oppoſitis proprie, & poſitiue dictis in libro de cęlo; hic vero loquitur de oppoſitis priuatiue dictis. *Rep.* ¶ Sed contra nam cæcitas eſt in vno oculo. ſ. dextro, & viſio eſt in alio oculo. ſ. ſiniſtro ergo viſio eſt, & cæcitas eſt & non vnum, eſt & reliquum non eſt. *Sol.* ¶ Dicitur ꝙ cæcitas, & viſio conſiderantur duobus modis, vno modo reſpectu vnius ſubiecti, Alio modo reſpectu diuerſorum ſubiectorum; tunc dicitur, ꝙ ſi viſio eſt & cæcitas non eſt & è contra intelligitur reſpectu unius ſubiecti non reſpectu plurium, & diuerſorum ſubiectorum.

Quod autem neque vt contraria opponuntur, quæ ſecundum priuationem, & habitum dicuntur, ex his manifeſtum eſt. contrariorum enim quorum nihil eſt medium, neceſſe eſt vel in quibus fieri nata ſunt, aut de quibus prædicantur, alterum ipſorum ineſſe ſemper eorum enim nihil medium erat, quorum ineſſe ſuſceptibili neceſſarium erat, vt in languore & ſanitate, & impari, atq; pari.

Poſita

¶ Poſita differentia inter priuatiue oppoſita, & relatiue oppoſita nunc ponit differentiam inter priuatiue, & contrarie oppoſita cauſa intentionis eſt vt pateat; ꝙ priuatiue oppoſita non ſolum differunt à relatiue oppoſitis; ſed etiam à contrarie oppoſitis, ideo dicit omnia contraria, vel ſunt mediata, vel immediata: ſed priuatiue oppoſita, nec ſunt contraria mediata nec immediata, ergo priuatiue oppoſita nec ſunt contraria, nec oppoſita contrarie minor probatur: nam contraria immediata ſunt illa quæ ſic ſe habent ꝙ de ſubiecto; de quo nata ſunt predicari ſemper alterū illorum prædicatur de illo ſubiecto, & hoc eſt quia nō eſt aliquod medium inter illa reſpectu illius ſubiecti, & contraria mediata ſunt quæ ſic ſe habent. ſ. ꝙ non eſt neceſſarium, quocumque tempore alterum illorum ineſſe ſubiecto, niſi illud ſubiectum per ſe determinat ſibi alterum illorum. v. g. nix determinat ſibi albedinem, & ignis ſibi determinat calorem; ſed priuatiue oppoſita nullo illorum modorum ſe habent non enim ſe habent vt contraria quoniam non opus eſt alterum priuatiue oppoſitorum ineſſe ſubiecto nam aliquid eſt quod eſt aptum natum habere viſum tamen nec eſt cæcum, nec eſt videns, vt patet de catulo ante nonū diem qui nec cæcus nec videns, & tamen natus eſt habere viſum in aliquo tempore, ſed non adhuc venit illud tempus in quo natum eſt videre; ergo priuatiue oppoſita non ſunt contraria mediata, quoniam poſsibile eſt, ꝙ ſubiectum careat vtroque contrariorum mediatorum, ſed non eſt poſsibile vt ſubiectū careat vtroque priuatiue oppoſitorum, & permaneat quod poteſt naturaliter permanere nā quãuis in principio, quando non eſt aptum videre, nec ſit cæcū nec videns; tamen poſtquàm venit tempus in quo natum eſt videre neceſſe eſt ꝙ ſit cæcum vel videns Alia ratio poteſt fieri ſic nullum ſubiectum determinat ſibi alterum contrariorum mediatorum, ergo priuatiue oppoſita non ſunt contraria mediata, ſed vt clarius mens Ar. intelligatur pro formanda ratione ſupponitur vnum. ſ. ꝙ quodlibet ſubiectum ſuſceptibile contrariorū circa quod nata ſunt fieri contraria, & de quo ſuſceptibili illa contraria prædicantur ſemper habet alterum illorum contrariorum, neceſſe eſt illa contraria eſſe immediata quaſi dicat Ariſt. ꝙ quando ſunt duo contraria; quæ ſunt apta nata fieri circa idem ſubiectum, & illud ſubiectum ſemper reperitur cum altero illorum contrariorum, tunc dicitur ꝙ illa contraria ſunt immediata, Diuiditur in tres partes, in prima proponit cōcluſionem probandam. ſ. ꝙ priuatiue oppoſita non opponuntur contrarie in ſecūda ibi, (quorum) facit vnum ſuppoſitum in tertia ibi (vt) dat exemplum de contrarijs immediatis; Ideo inquit (manifeſtum eſt ex his). ſ. ſuprædictis, & nunc dicendis. ſ. ꝙ non ſolū priuatiue oppoſita non opponuntur relatiue (quod autem). i. ſed etiam manifeſtum eſt ꝙ neque vt contraria. i. ꝙ priuatiue oppoſita, non opponuntur contrarie, & volens hoc manifeſtare ſupponit vnum dicens; ꝙ illa ſunt contraria immediata quorum neceſſe eſt ſemper alterum illorum ineſſe ſubiecto ſuſceptibili, vel vnum, vel alterum (vt) v. g. (in languore & ſanitate). i. ſunt languor, & ſanitas; quorum neceſſe eſt ſemper alterum illorū ineſſe animali, nam vel animal dicitur ægrum, vel ſanum; & numquàm dicitur eſſe ſine vno iſtorum, & par, & impar ſunt contraria immediata: quã numerus non reperitur ſine vno iſtorum, quoniam numerus, vel eſt par, vel impar. 1. poſt. 31. 35. ¶ Dices lapis eſt ſubiectum tamen nō *Dub.* eſt ſanus, neq; æger: ergo non eſt neceſſarium alterum iſtorum ineſſe ſubiecto. ¶ Dicas ꝙ *Sol.* Ar. intelligit de ſubiecto apto nato poſſe ſuſcipere contrariá, quod non eſt lapis, ſed eſt animal. ¶ Contra nam inter ſanitatem, & *Rep.* morbum medici ponunt medium quod neutrum appellant dicentes, ꝙ datur corpus ſanum; datur corpus ægrum, & datur corpus neutrum; ex quo medicina definitur ſic medicina eſt ſcientia corporum ſalubrium inſalubrium, & neutrorum. 1. artis medicinalis tex. 7. quod neutrum eſt vocatum conualeſcentia. ¶ Dicas ꝙ Ar. vt Philoſophus diſputat Galenus vero vt medicus, Ideo medicus non habet poteſtatem contra philoſophum ſunt enim diuerſe facultates. ¶ Vel dicas ꝙ ſi inter ſanitatem, & ægritudinem datur medium, non eſt medium ſecundum rei veritatem ſed ſecundum famoſitatem.

Inſuper autem, & horum erat aliquod medium, quorum alterum ineſſe ſuſceptibili neceſſarium erat præter illa; quibus vnum ineſt naturaliter, vt igni calidum eſſe, & niui candidum. in his enim determinate neceſſarium alterum eſt ineſſe, & non vtrumuis contingit. non enim poſsibile ignem frigidum eſſe, neque niuem nigram; quare omni ſuſceptibili non neceſſarium eſt alterum ipſorum ineſſe, ſed ſolis quibus natura vnum ineſt, & in his determinate vnum non vtrumuis contingit.

Cum Ar. ſuppoſuit quædam quæ erant neceſſaria ad probandum; ꝙ priuatiue oppoſita non

ta non opponuntur contrarie, nuuc reſpondet tacitæ obyectioni cauſa intẽtionis eſt ne quis præſumat contra ipſum Diuiditur iſte textus in duas partes, in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda ibi, (quare infert concluſionem ſcilicet ꝙ nullum contrariorum mediatorum neceſſario ineſt cuilibet ſuo ſuſceptibili; ſed ſolum illi cui determinate fuit à natura datum; quo ad primum Dices calidum, & frigidum non videntur eſſe contraria mediata, quod patet per definitionem eorum, quoniam illa ſunt contraria immediata, quorum neceſſarium eſt ſemper alterum ineſſe ſubiecto, ſed calidum ſemper ineſt igni, & frigidum ſemper ineſt aquæ, ergo calidum, & frigidum non ſunt contraria mediata; ſed immediata; Reſpondet Ariſt. & dicit (inſuper autem & horum erat aliquod medium: quorum alterum ineſſe ſuſceptibili non neceſſarium erat præter illa; quibus vnum ineſt naturaliter, vt igni calidum, & niui frigidum in his enim determinate neceſſarium eſt alterum ineſſe, & non vtrumuis contingit non enim poſsibile eſt ignem eſſe frigidum, neque niuem nigram quaſi dicat Ariſt, ꝙ ſi aliqua ſunt contraria mediata non eſt neceſſarium alterum illorum ineſſe alicui ſuo ſuſceptibili niſi illud naturaliter ſibi determinat quod patet quia non eſt neceſſarium album, vel nigrum ineſſe boni, vel leoni; quoniam nec bos nec leo determinat ſibi aliquid illorum; ſed eſt neceſſarium alterum illorum ineſſe niui quoniam nix naturaliter ſibi determinat albedinem; quoniam non eſt poſsibile in rerum natura niuem eſſe nigram, vel cignum eſſe nigrum; vel coruum eſſe album nec neceſſarium eſt calidum vel frigidum ineſſe lapidi, aut ligno defendendo illa eſſe contraria mediata; quoniam nec lapis, nec lignum naturaliter determinat ſibi aliquid illorum, ſed neceſſarium eſt vnum illorum ineſſe igni; quoniam ignis naturaliter ſibi determinat caliditatem; quoniam non eſt poſsibile ignem eſſe frigidum: ſed ſemper eſſe calidum; ex quibus Ar. infert concluſionem dicens ꝙ omni ſuſceptibili non eſt neceſſarium alterum ipſorum ineſſe, ſed ſolum his ſcilicet ſuſceptibilibus, quibus natura vnum eſt ideſt quibus à natura determinate fuit datum vnum tantum, & non vtrumuis ſumatur igitur hęc diſtinctio ex dictis ꝙ ſubiectum ſuſceptibile contrariorum eſt duplex Alterum quod eſt aptum natum ſuſcipere vtrumque contrarium, Alterũ vero quod non eſt aptum natum ſuſcipere vtrumque contrarium vt nix non poteſt ſuſcipere nigredinem; ignis vero natura eſt calidus; & numquàm frigidus quare fuit coactus Au. dicere ꝙ ignis auffertur ablatione caloris. 8. met. 5. 2. de gen. 21. 22. ignis non eſt ignis in actu niſi in calore, & ſiccitate. 3. cæli 67. & ideo dixit Ar. 8. phy. 8. ignis caleſacit frigeſacit autem non per ſe ſed per accidens, & ob aliquod impedimentum ſimiliter nix ſemper à natura ſibi fuit deputata albedo; quæ non poteſt eſſe nigra.

Dub. ¶ Dices contra nam inquit Ariſt. 5. de hiſtoria an. cap. 19. ꝙ nix eſt rubea, ex quo loco fiat hæc ratio ſicut ſubiectum de vno extremo mutatur in medium, ſic de vno extremo poteſt mutari in aliud extremum quoniam medium eſt extrema. 5. phy. 6. 19. 52. & 4. cæli 26. & 10. met. 13. 12. met. 6. ſed nix eſt alba quæ albedo eſt contrarium extremum, & mutatur in rubedinem quæ eſt color medius, ergo nix poteſt mutari in extremum ſcilicet nigredinem; ergo nix non ſolum poteſt eſſe alba, ſed etiam poteſt eſſe nigra.

Confirmatio. ¶ Confirmatur omnis color medius eſt; compoſitus ex duobus extremis vt rubedo eſt compoſita ex albo, & nigro; ergo ſi nix mutatur de albedine in rubedinem; ergo mutatur in nigredinem, & ſic liquido patet quòd ſicut nix eſt alba, ſic etiam eſt nigra.

Sol. ¶ Reſpondet ibidem Ariſt. & dicit quòd quando nix rubeſcit, & ſit rubea hoc non eſt à natura ſed ob vetuſtatem & præter naturam per accidens, & non per ſe hinc inquit Au. quòd albedo non transfertur ad nigredinem niſi mediante aliquo medio, in aliquo enim transfertur mediante chyano & in aliquo mediante charoppo. 2. de anima 105.

Dub. ¶ Iterum Dices natura contrariorum eſt fieri circa idem ſubiectum vt patet in hoc cap. quod confirmat Ariſt. 2. cæli 18. & 4. phy. 84. vbi inquit, quòd eadem eſt materia contrariorum, ſed album, & nigrum ſunt contraria: ergo vbi ſit vnum, ibidem ſit reliquum; ſed in niue ſit, & eſt albedo: ergo in niue ſit eſt nigredo.

Sol. ¶ Dicitur quòd contraria ſunt duplicia Alia poſitiua Alia vero priuatiua tunc dicitur ꝙ regula eſt vera de contrarijs priuatiuis, non autem de contrarijs poſitiuis.

Rep. ¶ Sed contra nam nigrum eſt priuatio albi, ſicut lucis tenebræ 10. met. 7. 15. 16. 2. phy. 15. vbi dicitur ꝙ contrariorum ſemper vnum eſt priuatio alterius. 4. met. 27. 1. de gen. 18. 2. cæli 18. 2 de gen. 32. 5. met. 17. clarius 12. met. 22. 3. de anima 25. clariſsime. 4. phy. 49. 115 ergo ſicut nix eſt alba ſic etiam poteſt eſſe nigra.

Sol. ¶ Dicitur quòd ſubiectum eſt duplex, Aliud; quod eſt aptum natum recipere duo contraria; Aliud vero; quod non eſt aptum natum recipere duo contraria, tunc dicitur, quòd licet albedo, & nigredo ſint duo contraria priuatiua, tamen nix non eſt apta nata recipere vtrumque contrarium; quoniam fuit dotata à natura, vno tantum contrario, & non alio, & ſic duo reperiuntur ſubiecta; quorum vnum recipit vnum contrarium in actu

reliquum in potentia ſucceſsiue vnum poſt reliquum veluti aqua actu eſt frigida. 3. phy. 8. potentia tamen eſt calida; Aliud vero quod actu recipit vnum contrarium tantum & nec actu nec potẽtia poteſt recipere aliud contrarium, veluti eſt ignis: qui actu eſt calidus, & ſiccus; qui nec actu nec potentia eſt frigidus, & humidus. ¶ Sed Dices contra

Dub. nam Ioannes grammaticus. 3. phy. ſuper textu 8. inquit ꝙ ignis actu eſt calidus, tamen eſt potentia frigidus, ne igitur iſta potentia ſit fruſtatoria, neceſſe eſt vt ſi ignis eſt potentia frigidus, vt iſta potentia reducatur ad actum, & ſic ignis aliquando erit actu frigidus. ¶ Amplius Ariſt. 4. de gen. an. cap.

Confirmatio. 3. id quod calefacit, refrigeratur, ſed ignis. 2. cæli 22. calefacit ergo ignis refrigeratur. ¶ Quod ibidem, & 3. phy. 8. confirmat di-

Confirmatio. cens omne mouens in mouendo mouetur, & omne agens in agendo repatitur, excepto primo. ¶ Reſpondet Ioannes Grammati-

Sol. cus in loco allegato, & pro ſolutionis intelligentia eſt ſciendum quòd inquit Ariſt. 2. de gener. à textu 24. vſque ad 31. ꝙ quodlibet elementum fit ex quolibet elemento, & quodlibet elementum potentia eſt quodlibet elementum primo meteororum cap. 2, vt ignis potentia eſt aqua, hoc ſtante. ¶ Dicas, quòd in tantum ignis eſt potentia frigidus, in quantum ignis eſt potentia a-

Dub. qua. 4. phy. 49. ¶ Dices quomodo ignis eſt

Sol. potentia aqua? ¶ Dicas quòd non ignis in quantum eſt actu ignis ſed materia, quę reperitur in actu ſub forma ignis, potentia eſt aqua, & per conſequens potentia eſt frigidus & probatur hac ratione, id; quod eſt natura ſua, tale ſemper eſt tale 8. phy. 15. & numquàm remouetur ab eſſe tali, & vbicumq; reperitur eſt tale, & ad quodcumque comparatur ſemper eſt tale, ſed ignis natura ſua eſt calidus ergo ſemper calidus, & ad quodcumque cõparatur ſemper eſt calidus, & ſic numque in actu nec in potentia eſt frigidus. remanet igitur ꝙ ignis eſt calidiſsimus, leuiſsimus, & rariſsimus.

In priuatione autem, et habitu neutrum eorum quæ dicta ſunt verum eſt. non enim ſemper alterum eorum ineſſe ſuſceptibili neceſſarium eſt. quod enim non dum natum eſt habere viſum. neque cæcum, neque viſum habens dicitur quare non erunt hæc, vt contraria quorum nihil eſt medium.

Cum Ariſt. ſuppoſuit quædam deſeruientia ad ſuum intentum quibus vult probare quòd oppoſita priuatiue ſcilicet habitus, & priuatio non ſunt contraria, & per conſequens non opponuntur contrariè, & recenſuit, quæ ſupra dixit, ſcilicet quæ ſunt contraria mediata, & quæ ſunt contraria immediata, his ſtantibus pro maiori ſuæ rationis faciendæ in hoc textu inſert minorem cum ſua probatione. Vnde Diuiditur iſte textus in duas partes in prima facit quod dictum eſt in 2. ibi (quod .n.) exemplo manifeſtat minorem; quo igitur ad primum. q. d. Ariſt. omnia contraria aut ſunt mediata, aut immediata, (autem) pro ſed in priuatione, & habitu neutrum eorum, quæ dicta ſunt: verum eſt. ¶ Dicas quæ ſunt illa; quæ dicta ſunt Reſpondet Ariſt. & dicit (non enim ſemper alterum eorum ineſſe ſuſceptibili neceſſarium eſt ideſt non ſunt contraria immediata; Dices quomodo probatur, ꝙ non ſemper alterum ipſorum non neceſſarium eſt ſuſceptibili ineſſe Reſpondet Ariſt. aſsignando exemplum, & dicit (quod enim non dum natum eſt habere viſum, neque cæcum neque viſum habens dicitur) quaſi dicat quòd aliquod eſt aptum natum recipere cæcitatem, & viſum non autem eſt cæcum, neque videns vt canis ante nonum diem quòd tunc non videat clarum eſt & quòd non ſit cæcus probatur? quoniam illud eſt cæcum; quod caret viſu in illo tempore, quo eſt aptum natum videre. Sed canis ante nonum diem non eſt aptus natus videre, ergo canis illo tempore non dicitur cæcus, Sed Nota, quòd canis habet aptitudinem ad videndum, poſt nonum diem. Sed ante nonum diem non habet aptitudinem ad videndum; concludit & dicit, quòd habitus & priuatio non erunt contraria.

Sed neque vt ea, quorum aliquid eſt medium neceſſarium enim eſt aliquando omni ſuſceptibili alterum eorum ineſſe quando enim iam ad habendam viſionem natum fuerit, tunc aut cæcum, aut habens viſum dicetur, & eorum non determinate alterum, ſed vtrumuis contingit, non enim neceſſarium eſt, vel cæcū, vel viſum habens eſſe, ſed vtrumvis contingit, in contrarijs, autem, quorum aliquod medium eſt, nunquam neceſſarium erat omni ſuſceptibili alterum

alterum ineſſe, ſed quibuſdam, & his determinate vnum, & non vtrũuis contingit: vnde palam eſt quòd ſecundum neutrum, modorum tamquam contraria opponuntur ea, quæ ſecundum habitum, & priuationem opponuntur.

Cum dixerat quòd habitus, & priuatio non ſunt contraria immediata, nunc complet minorem dicens, quod ſicut habitus, & priuatio non ſunt contraria immediata, ſic etiam non ſunt contraria mediata, cauſa intentionis eſt, vt pateat quod habitus, & priuatio non opponuntur contrarie, nec mediate, nec immediate. Diuiditur in 3. partes, in 1. facit quod dictum eſt, in 2. ibi (quãdo) exemplo manifeſtat, ꝙ habitus, & priuatio non ſunt coutraria mediata, in 3. ibi (vnde) infert concluſionem ꝙ habitus, & priuatio non ſunt contraria, & per cõſequens non opponuntur contrarie, eſt notandum ꝙ contraria mediata habent hanc legem quòd vtrumque ipſorum poteſt deeſſe cuilibet ſuo ſuſceptibili .i. ſubiectum, quod eſt ſuſceptibile contratiorum mediatorum, V.G. albi, & nigri poteſt eſſe ſine vtroque, & eſſe cum tertio, ſ. cum pallido vel fuſco, & ſic non neceſſe eſt alterum ipſorum ineſſe ſubiecto cum hac tamen conditione ne inſit illi naturaliter, vt Coruo naturaliter ineſt ingredo, ſed primatiue oppoſitorum neceſſe eſt alterum ineſſe cuilibet ſuo ſuſceptibili per totam ſuam periodum, aut per partem eius nec alicui tali ineſt determinate, non ergo non ſunt contraria mediata, nam homo per totam vitam ſuam poteſt eſſe non albus, neq; niger, & vniuerſaliter quodlibet aliud ſuſceptibile talium contrariorum per totam ſuã periodum poteſt talibus priuari, niſi naturaliter aliquid illorum ſibi determinat eo modo quo diximus de niue, & igne, ſecunda pars probatur, licet enim Carolus ante nonum diem non ſit cæcus, neque videns tamen poſt nonum diem ſi permanſerit neceſſe eſt ꝙ ſit cæcus, aut videns, remoto tamen impedimento tunc enim habet naturã, & aptitudinem, per quam poteſt videre ſic etiam puerulus ſi in parte periodi non eſt edentulus, nec habens dentes, deinde ſi cõtingit, vt viuat neceſſario ſibi competit alterum illorum, quòd autem nullum iſtorum ſibi à natura determinate accidat clarum eſt, non enim canis per totam vitam ſuam eſt cæcus, aut videns, neque puer per totã ſuam periodum eſt edentulus, vel habens dentes: patet igitur quòd qui textus verba perlegit quòd priuatiuè oppoſita non ſunt contraria mediata, ex quibus infert concluſionem Ariſt. dicens (vnde palam) .i. ex quibus manifeſtum eſt ꝙ (ſecundum neutrũ modorum) .i. nullo modo ea, quæ opponuntur ſecundum habitum, & priuationem opponuntur. fiat igitur hæc ratio omnia contraria, aut ſunt immediata, aut ſunt mediata, ſed habitus, & priuatio non ſunt contraria immediata, neque mediata, ergo habitus, & priuatio nullo modo ſunt contraria. ¶ contra nam Ariſt. 1. phy. 42. 48. 50. 56. 67. 68. 69. 70. 71. 12. met. 12. inquit, ꝙ principia generationis ſunt contraria, ſed habitus, & priuatio ſunt principia generationis, ibidem patet: ergo habitus, & priuatio ſunt contraria. ¶ Dicas ꝙ habitus, & priuatio ſunt contraria quodammodo dicta, vt inquit Ariſt. 1. phy. 42. ſecundum quid non autem ſunt contraria proprie, & poſitiue dicta quæ contraria priuatiue dicta potius dicuntur oppoſita, atque diſperata, vt inquit Ariſt. 1. phy. 41. nam quæ ſunt contraria ſunt oppoſita, ſed quæ ſunt oppoſita nõ ſunt contraria, vt patet in hoc capite multotiens enim Ariſt. vtitur contrario ꝙ oppoſito vnde quando dicit, quòd principia ſunt contraria exponas tu .i. ſunt oppoſita, vt rectè ſentit ſimplicius.

Amplius, in contrarijs quidem cum ſit ſuſceptibile, ad inuicem mutationem fieri poſsibile: niſi alicui vnum natura ineſt, vt igni calidum, etenim ſanum poſsibile eſt languere, & candidum nigrum fieri, & calidũ frigidum, & ex ſtudioſo prauum, & ex prauo ſtudioſum fieri poſsibile eſt.

Alia ratione præter primam nunc probat, ꝙ priuatiue oppoſita non opponuntur contrarie quoniam non ſunt contraria mediata, nec immediata, ſed ſolum priuatiue ponendo aliam differentiam inter oppoſita priuatiue, & contrarie dicta diuiditur in 3. partes in 1. facit ſecundam rationem, in 2. ibi (vt igni) exemplo manifeſtat quomodo in contrarijs fit mutatio, quo ad primum inquit Ariſt. (Amplius) .i. præter factam rationem nunc probatur alia noua ratione quòd habitus, & priuatio non ſunt contraria mediata, nec immediata, quæ eſt talis in contrarijs datur reciproca mutatio, ſed

in priuatione; & habitu non datur reciproca mutatio ergo habitus, & priuatio non ſunt contraria nam quando eſt ſuſceptibile cõtrariorum.i. ſubiectum aptum natum, vt poſsit ſuſcipere duo contraria ſi illud ſubiectum reperitur ſub vno contrario de illo poteſt mutari in reliquum, & de reliquo in reliquum.

Dub. ¶ Dices calidum, & frigidũ ſunt duo contraria, ſimiliter graue, & leue & ignis ſemper reperitur ſub vno contrario. ſ. ſemper eſt calidus, & leuis & nunquàm mutatur in frigidum, & graue Reſpondet Ariſt. & dicit ꝙ ſubiectum eſt duplex, Aliud cui à natura & determinate, & inſeparabiliter, ineſt vnum contrarium. Aliud eſt ſubiectum cui non determinate, ſed ſeparabiliter ineſt vnum contrarium, tunc inquit Ar. ꝙ illud ſuſceptibile contrariorum mutatur de vno contrario in reliquum, cui non à natura, & determinate, & inſeparabiliter ineſt vnum contrarium, ſed illud ſubiectum; cui à natura & inſeparabiliter ineſt vnum contrarium non mutatur in reliquum, & in eo non datur mutatio reciproca, & ſic exceptis his ſubiectis; quibus natura, & determinate ineſt vnum contrarium, quæ nõ poſſunt mutari de vno in aliud, omnia alia ſubiecta reciprocam faciunt mutationem, quod patet exemplo tàm in contrarijs mediatis, quàm immediatis ſanum .n. & ægrũ ſunt contraria immediata inter quæ poſsibilis eſt reciproca mutatio; quoniam illud corpus; quod eſt ſanũ poteſt fieri ęgrum & illud; quod eſt ægrum poteſt fieri ſanum, album, nigrum, calidum, frigidum, humidum, ſiccum, prauum, & ſtudioſum ſunt contraria mediata, inter quæ etiam eſt poſsibilis reciproca mutatio; patet igitur, ꝙ tàm in cõtrarijs mediatis, quàm immediatis ꝙ datur reciproca mutatio, quod non videtur in his quę opponuntur ſecundum habitum, & priuationem quoniam oculus, qui eſt ſuſceptibilis duorum oppoſitorum. ſ. cæcitatis, & viſionis de viſione poteſt mutari in cęcitatem; ſed poſtea non mutatur de cæcitate in viſionem. nã cũ factus eſt cæcus, amplius non videt.

Dub. ¶ Dices 1. phy. 51. 54. 50. vnum contrarium non recipit, nec mutatur in contrarium. 8. phy. 4. 11. met. 53. clarius 5. phy. 14. 1. cæli 106. frigus non recipit caliditatem; quoniam non trãſmutantur. 12. met. 6. & 1. de gen. 43.

Sol. ¶ Reſpondet Ar. 1. phy. 51. 1. de gen. 43. 12. met. 6. & dicit ꝙ quãdo vnum contrariũ mutatur in reliquum, neceſſe eſt aliquid ſubeſſe, quod eſt ſubiectum; quod tranſmutatur de vno cõtrario in reliquum, nam frigiditas, vt frigiditas non mutatur in caliditatem, ſed ſubiectũ, quod reperitur ſub frigiditate, mutatur in caliditatem, vt aqua, quæ eſt frigida, mutatur in caliditatem, & ſic in contrarijs datur mutatio non inquantum ſunt contraria, ſed per accidens. 8. phy. 4. ratione ſubiecti; quod mutatur in illa quod declarat Ar. 12. met. 53. 2. de gen. 6. quando dicit in contrarijs poteſt fieri.

Dub. ¶ Dices contraria vt contraria fiunt ſine tranſmutatione ſubiecti, vt inquit Ariſt. 2. de anima 43. vt ſanum ex laborioſo, & laborioſus ex ſano.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ Ar. intelligitur hoc modo. ſ. ꝙ ſanum. i. ſubiectum, quod eſt ſanum fit laborioſum, & poſt ſanum fit laborioſum.

Dub. ¶ Dices ꝙ ignis non ſemper eſt calidus, quoniam ignis calefacit aquam, calor; qui eſt in igne, ſeparatur ab igne, & tranſit in aquam, ergo ſi calor ſeparatur ab igne, remanet ignis ſine calore, & per cõſequens remanet frigidus, quoniam motus non eſt in eo quod mouet, ſed in eo, quod mouetur. 3. phy. 4. 6. 16. 18. 1. cæli 99. 2. de gen. vltimo 5. phy. 5.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ calor conſideratur duobus modis, vno modo; quo ad actum primum, ideſt vt eſt vis, & virtus, facultas, & potentia calefaciendi; Alio modo; quo ad actum ſecundum, ideſt quo ad calefacere tunc dicitur ꝙ calor ſeparatur ab igne; quo ad actum ſecundum, & quo ad operationem, quo ad calefacere, ſed non quo ad actum primum, & quo ad poſſe calefacere, v. g. riſus ridere ſeparatur ab homine, quando ridet, ſed facultas vis & potentia ridendi nunquàm ſeparatur ab homine.

Prauus enim ad meliores exercitationes deductus, & doctrinas, & ſi ad modicum aliquid proficiat, vt melior ſit ſi certe ſemel quàmuis modicum incrementum ſumpſerit, palam eſt, quia vt perfecte mutabitur, aut ſatis multum incrementum ſumet. ſemper enim bene mobilior ad virtutem fit, etiam quodcumque incrementum ſumpſerit à principio. quare etiam veriſimile eſt plenius eum ſumere incrementum, & hoc dum ſemper fit, perfecte in contrarium habitum reſtituetur: niſi forte tempore prohibeatur.

Cum dixerat ꝙ in contrarijs datur mutatio reciproca nunc reprehẽdit quoſdam qui ſequuntur opinionem Platonis in libro Menonis qui dicunt ꝙ ſtudioſus poteſt fieri prauus ex ſe ipſo, quod probat hac ratione quoniam vitium eſt ab homine; virtus autem ex dono deorum; veluti eum docuit Socrates Præceptor ſuus ideo ad vitium poteſt eſſe mutatio, non autem ad virtutem: ſtante hac opi-

nione

nione ipſam tamquàm falſam damnat Ariſt. hoc argumento ſumpto ab experientia: quoniam videmus prauum aliquãdo ad meliores exercitationes deduci exemplo bonorum virorum quàm ante, & etiam ad meliores doctrinas ex diſcurſu rationis aſtringentis vitium odire, & virtutẽ diligere; talis quidem ſic deductus ad exercitium boni operis, & ad doſtrinam bene operandi, & bene viuendi, proficiet vt melior ſit, quàm ante aut igitur ſic proficiet, ad medium aliquid ita ꝙ per quamcumque modicam operationem de genere boni, efficietur melior abſque cremento ſui in bonis operibus, aut ſemper crementum accipiet ſi primum ſequitur; ꝙ ita prauus ſubito fuit bonus, & virtuoſus abſque dono deorum, ſicut medium tenebroſum ſubito ſit luminoſum, per quemcumque gradum luminis in eo receptum ſemper accipit incrementum, ad hoc vt melior fiat; aut igitur multum, vel modicum, ſi multum clarũ eſt, ꝙ perfecte mutabitur, ſine dono deorum, ſicut lignum perfecte mutatur ad formam ignis; ſi multam caliditatem accipit, neceſſe eſt, quòd multum incrementum ſumet; ſicut.n. lignum remiſſe calefactum continue magis calefit quouſque inducitur forma ignis, ſic ꝙ continue ſit habilius vſque ad inductionem formę, ignis ſic diſpoſitus ad virtutem: per aliquam bonam operationem præcedentem continue ſit mobilior per quodcumq; augmentum habitum à principio ſi enim in principio accipit modicum augmẽtum veriſimile eſt ipſum continue accipere maius augmentum, & hoc dato ꝙ continue maneat à principio vſq; ad finem motus, quoniam ſi in medio temporis moueretur non acciperet multum augmentum manifeſtum eſt.n. ꝙ illo accipiente multum augmẽtum in operibus bonis. ſtatim habitum contrarium prauitatis, ſicut lignum intenſe calefactum ſtatim perfecte accipit formam ignis, niſi forte tẽpus ſuſpenderetur, ita ꝙ tolleretur tempus per mortem, aut per ægritudinem, aut per ebrietatem, vel per aliquod aliud accidens impediens introductionem virtutis. iſte igitur prauus deductus omnibus impedimentis per continuum crementum bonarum operationum, atque diſpoſitionum in eo ſit virtus, & per conſequens homo ſicut per ſe ipſum poteſt fieri prauus poſtquàm fuit ſtudioſus, ſic etiã per ſe ipſum poteſt fieri ſtudioſus. poſtquàm fuit prauus, ex quibus patet quantũ ſit falſa ſupradicta opinio.

Dub. ❡ Dices ſi aliquis habituatus in malis per longum tempus; vt experientia patet ꝙ multi exercitati ſunt in ludis blaſphemijs malis conſuetudinibus, & fuerunt ab eorum maioribus caſtigati, & carceribus, & pena pecuniali, & perſonali, & nũquàm de malo fuerunt mutati in bonum; non enim eſt dubium quin maxime difficilis ſit tranſitus ad virtutes à turpitudine vitiorum, cũ habitus ſit de difficili mobilis, tantò magis quoniam conſuetudo eſt altera natura. 1. phy. 7 1. 2. met. 14. & in libro de memoria, & reminiſcentia cap. 1. tamen iſta fuit Heracliti antiqua ſentẽtia, vt ſcribit Alexander in libro de fato: qui dixit conſuetudo eſt hominum demon. i. natura quę conſuetudo eſt maxima cauſa impediens à pluribus rebus; manifeſtis per ſe, vt inquit Au. 1. phy. 60. 2. met. 14. 3. phy. in prologo 12. met. 50. immo conſuetudo eſt fortiſsimũ impedimentum ad percipiendum veritatem. 2. met. 14. tamen non obſtante hoc .ſ. ꝙ conſuetudo eſt altera natura & de difficili poteſt remoueri, & facere tranſitum tamen poteſt fieri tranſitus in conſuetudinem bonam, vtendo hoc modo quem docet Au. 1. phy. 60. inquit enim ipſe quemadmodum enim cum homo fuerit aſſuetus ad aliquas actiones licet noceant illi erunt faciles, illi & credit ꝙ ſint vtiles ſimiliter cum fuerit aſſuetus credere ſermones falſos à pueritia erit illa conſuetudo cauſa ad negandum verum manifeſtum ſicut quidam cum vſitati ſunt comedere venenum in tantum ꝙ erat eis cibus, hæc.n. mala conſuetudo auferri poteſt per habere cõſuetudinem audiendi contraria ſua: quemadmodum enim malitiæ acquiſitæ per malam conſuetudinem; obuiamus per conſuetudinem habituum bonorum oppoſitorum, illis ſimiliter credere res falſas, per malam conſuetudinem deſtruitur per habere conſuetudinem rerum verarum, & iſta conſuetudo eſt impediens multos intellectus perfectos recipere veritatem; tamen iſta mala conſuetudo paulatim eſt dimittenda, nec ſubita facta mutatione natura deterreatur, vt inquit Au. 6. colliget cap. 14. 2. colliget cap. 3. hinc Aliqui dicebant ꝙ conſuetudine aliquis paulatim, atque gradatim ſumpto veneno quod conuerſum fuit in eis in cibum, & in habitum ſine nocumento. 7. colliget cap. 2. & ideo ſi quis ſit quibuſlibet prioribus vitijs obnoxius, ſi eum ſermo melior ſuſceperit, & ſapientium conſuetudine, confabulationeq; venatur aliquid ex ante actis vitiorum illecebris emendabitur & ſeſe aliquantulum eſuẽt, & paululum liberior ad meliora procedet, ita vt ſit primo quidem minus malus poſt vero non malus, deinde iam tamquàm aliquantulũ bonus cui ſi huiuſmodi intenſis frequentiſsime fiat, nec paruitate temporis præueniat, aut ei terminus mortis effecerit, non eſt dubium ex peximo per dictas conſuetudines non confabulationeq; ſapientium inperfectam virtutis habitudinem permutari patet ergo ex malo in bonum, & ex bono in malum permutatio, & hoc eſt in contrarijs.

Verum in priuatione, & habitu impoſsibile eſt ad inuicem mutationem fieri, ex habitu enim in priuationem mutatio fit, à priuatione verò in habitum impoſsibile eſt, neq; enim cæcus factus aliquis, rurſus vidit; neque cùm caluus fuerit, rurſus comatus factus eſt: neque cùm fuerit edentulus, dentes ei iterum orti ſunt.

Poſita maiori ſecũde rationis: nunc ponit, minorẽ & eius probationẽ cauſa intentionis eſt vt pateat ꝙ illa quæ opponuntur ſecundum habitum & priuationem non ſunt contraria diuiditur iſte textus in 2. partes in 1. ponit minorem, in 2. ibi (neque) ponit probationem minoris quoad primum tacite replicat maiorem, quæ fuit talis in contrarijs fit mutatio, addit minorem, & dicit verum .i. ſed in priuatione, & habitu impoſsibile eſt fieri mutationem, i. impoſsibile eſt, ꝙ ſubiectum de priuatione mutetur in habitum ſicut mutatur de habitu in priuationẽ, ergo habitus, & priuatio non ſunt contraria. Dices quomodo probatur minor, Reſpondet Ariſt probando minorem, & dicit (neq; .n. cæcus factus aliquis) .i. ſi aliquis factus eſt cæcus, vel à natura, vel ab aliquo accidente (rurſus) .i. alias non vidit: adde tu poſt priuationem, ſicut vidit ante priuationem. ¶ Dices hoc eſt verum de viſu, & cæcitate ſolum, an etiam de olijs? Reſpondet, & dicit (neq; cùm caluus fuerit rurſus .i. iterum comatus factus eſt, q. d. non ſolum hoc eſt verum de cæcitate, & viſu, ſed etiam cum aliquis homo factus fuerit caluus iterum comatus factus eſt, & non ſolum q. d. de his, ſed etiam inquit Ariſt. neq; cum fuerit edentulus dentes iterum ei orti ſunt, per quæ exẽpla inquit Ariſt. ꝙ quando aliquis oculus prius vidit, & poſtea factus eſt cæcus, non amplius videt, vel cum caput prius habuit capillos, & poſtea amiſit illos iterum nõ poteſt habere capillos, neque cum aliquis homo prius habuit dentes, & poſtea amiſit dẽtes non amplius dentes orti ſunt, remanet igitur ꝙ inter habitum, & priuationem non poteſt fieri mutua reciprocatio; fiat igitur hæc ratio in cõtrarijs, datur mutua reciprocatio, ſed in priuatione, & habitu non datur mutua reciprocatio, ergo habitus, & priuatio non ſunt contraria? (iam .n. ab habitu in priuationem fit mutatio, ſed à priuatione ad habitum non fit mutatio, quoniam aliquis videns fit cæcus, & aliquis comatus fit caluus, & aliquis dentatus fit: edẽtulus, & hæc naturaliter, & violenter: ſed à priuatione ad habitum impoſsibile eſt fieri mutationem, non .n. cæcus poſtquam fuit videns factus eſt iterum videns, neq; aliquis caluus rurſus comatus factus eſt, nec aliquis edentulus iterum dẽtatus factus eſt, quis .n. ex cæco factus eſt videns? quis aliquãdo caluus crinitus efficitur? cui amiſsis ætate dentibus rurſus alij procurantur! ¶ Circa dicta dubitatur? inquit .n. Ariſt. ꝙ à priuatione ad habitum non fit mutatio, arguitur ſic ſupponendo vnum, ꝙ antequã materia prima recipiat aliquam formam determinatam, eſt priuata illa forma, & poſtea recipit eam aliter non poſſet recipere illam quoniam in tãtum aliquod ſubiectum recipit aliquod in quantum caret illo 2. de anima 105. 1. phy. 69. 79. 3. cæli 67. 2. phy. 7. materia ſecundum ſe eſt infirmis .i. eſt priuata omni forma, ergo à priuatione ad habitum datur mutatio. *Dub.*

¶ Amplius Ariſt. 1. phy. 56. 67. 69. 70. 65. 51. 52. 53. 55. 60. 62. ponit priuationem eſſe vnũ de principijs generationis 12. met. 12. 8. phy. 16. omnis motus eſt à termino, à quo ad terminum ad quem, quod quidem eſſe non poſſet ſi tranſmutatio naturalis non poſſet eſſe à priuatione ad habitum. *Alia ratio.* ¶ Quod confirmat Ariſt. 5. phy. 3. & 7. *Confirmatio.* ¶ Amplius tenebra eſt priuatio luminis 2. de anima 70. & tamen aliquid tranſmutatur de tenebra ad lumen, & ſomnus eſt priuatio vigiliæ, ſecundum Ar. in libro de ſomno, & vigilia cap. 1. 3. colliget cap. 41. & tamen animal mutatur de ſomno ad vigiliam, quod negat Ariſt. in textu. *Alia ratio.*

¶ Amplius homines morbo gallico laborantes amictunt capillos, & iterum à priuatione capillorum deuenerunt ad habitum capillorum. *Alia ratio.* ¶ Confirmatur quoniam Pueris ex caſu dentium iterum orti ſunt dentes. *Confirmatio.* ¶ Et homines ex ægritudine, quæ eſt priuatio ſanitatis deuenerunt iterum ad ſanitatẽ. *Alia confirmatio.* ¶ Amplius candela eſtincta lumine deuenit iterum ad lumen. *Alia ratio,* ¶ Præterea carbo extinctus iterum ignitur. *Alia ratio.* ¶ Præterea ignorantia eſt priuatio ſcientiæ, & tamen de ignorantia fit tranſitus ad ſcientiam, & de ocio ad exercitium, 1. top. cap. 4. *Alia ratio.* ¶ Amplius 8. phy. 17. res quieſcit, deinde mouetur. Sed quies eſt priuatio motus 5. phy. 62. 2. de anima 133 & in libro de ſubſtantia orbis cap. vltimo, ergo à priuatione fit mutatio in habitum. *Alia ratio.*

¶ Ad omnes iſtas dubitationes, Reſpondetur verum nota ꝙ priuatio eſt duplex. Alia priuans actum ſolum. Alia priuans actum, & potentiam, tunc dicitur, ꝙ à priuatione priuante actum, & potentiam impoſsibilis eſt mutatio. Sed à priuatione priuante actũ ſolum poteſt fieri mutatio. Sed nota ꝙ regreſſus eſt duplex, alius eſt ad idem numero, *Sol.*

vt ad

vt ad illud met;quod ante fuit,iterum redeat,
vt callias qui ante eſt viuus, & poſtea mortuus
redeat iterum ex morte ad vitam; Alter
vero eſt regreſſus ad idem ſpecie,quando ergo
dicitur, ꝙ regreſſus eſt poſsibilis ad idem
verum eſt ad idem ſpecie,ſed eſt impoſsibilis
ad idem numero naturaliter tamen, & phyſi-
Rep. cę loquendo. 2. de gen. penultimo. ¶ Dices
contra nam quando moritur ſortes idem nu-
mero remanent eædem cauſę,vt materia pri-
ma homo, & ſol. modo eædem cauſæ numero
producunt eumdem effectum 12.met.11.vbi
dicitur, ſi autem materia fuerit vna,& gene-
rans vnum,& potentia vna; tunc illud, quod
Sol. fit erit vnum. ¶ Dicitur ꝙ eædem cauſæ non
producunt eundem effectum numero, ſed
eundem in ſpecie. Sed Nota ꝙ iſte regreſſus
in ſpecie eſt duplex, alter immediatus qui
immediatę, & ſine vlla mutatione, illud in
quod aliquid mutatum eſt, redit iterum. v. g.
ſi aer vertitur in aquam, & ex aqua iterum
abſq; vlla alia mutatione fiat iterum aer, Re-
greſſus vero mediatus eſt ille, quando non
per vnam mutationem, ſed per plures lon-
gas, & varias tranſmutationes illud reſtitui-
tur, veluti Ar. 8. met. 14. ex vino fit acetum,
ſed ex aceto non immediate fit vinum niſi
prius mutetur in aquam, & rurſus aqua vino
infuſa mutatur in vinum, & ex homine fit ca-
dauer, & cadauer fit terra, & iterum terra
planta, & fructus cibus, & ex cibo ſanguis, &
ex ſanguine ſemen, aut menſtruum; ex quo
iterum fit animal; tunc dicitur ꝙ regreſſus
immediatus à priuatione priuante actum, &
potentiam eſt impoſsibilis immediate,tamen
mediate eſt poſsibilis, veluti dictum eſt reſo-
lute; ergo dicas ꝙ priuatio eſt triplex? Alia
priuans actum ſolum .i. actualem operatio-
nem, vt ſomnus priuat actū vigilādi, Alia eſt
priuans actum,& habitum vt ignorantia pri-
uat actum ſcientiæ, & habitum ſcientiæ Alia
eſt priuans actum habitum & potētiam tunc
dicitur,ꝙ à priuatione primo,& ſecundo mo-
do dicta poſsibilis eſt regreſſus; ſed à priua-
tione tertio modo dicta impoſsibilis eſt re-
Rep. greſſus. ¶ Contra nam vna, & eadem nauis
numero cōſtituta poſtquàm fuit diſſoluta ex
eiſdem tabulis,& clauis reparari poteſt:quo-
niam ponendo clauos per eadem foramina
in quibus prius erant eadē nauis numero fie-
Sol. ri poteſt: ¶ Dicas ꝙ hoc eſt verum in rebus
artificialibus phiſice loquendo,vt inquit Ar.
non autem in rebus naturalibus. 2. de gen.
vltimo vt dicemus in illa epoſitione in bre-
Rep. ui. ¶ Contra 8. met. 11. & 14. materia exi-
ſtente eadem, & agente eodem effectus erit
idem 12. met. 11. & ibi Ariſt. non aſsignat
diuerſitatem effectus niſi propter diuerſita-
Sol. tem efficientis vel materiæ. ¶ Dicitur ad
identitatem numeralem effectus reparandi
non ſufficit identitas materiæ,& agentis,ſed
etiam requiritur identitas potentię,ſicut ip-
ſe met fatetur 12.met. 12.vbi dicit ſi materia
fuerit vna generans vnū,& potentia vna tunc
illud;quod fit erit vnum,ſubiectum enim cum
fuerit vnum, & potentia exiſtens in eo fuerit
vna,& agens vnum tunc nulla erit cauſa mul-
titudinis, vt hæc propoſitio Ar. intelligatur
Nota ꝙ aliqua propoſitio eſt vera per ſe quę
eſt falſa, per accidens, & vt vtar verbis, Au.
5. phy. 1. 6. phy. 15. 1. poſt. 38. 4. phy. 45. ali-
quod competit per ſe alicui ſub ratione ge-
neris, quod repugnat illi ratione ſpeciei. v. g.
moueri in infinitum velociter competit cæ-
lo, inquantum eſt mobile & per rationem ge-
neris mobilis quod non competit cælo abſo-
lute, ac etiam talpæ non repugnat videre per
rationem animalis & in quantum eſt animal,
quod tamen repugnat talpæ abſolutæ & ſic
talpa inquantum eſt animal videt, ſed vt eſt
tale animal non videt: quoniā talpa ſub pel-
le videtur habere oculos. 2. de anima 132. &
4. de hiſt. an. cap. 8. 1. de hiſt an. cap. 9. tunc
dicitur, ꝙ ſi priuatio conſideratur quatenus
eſt vnum oppoſitum aptum fieri in eodē ſu-
biecto; in quo eſt aptus fieri habitus, vt ſic ab
omni priuatione in habitum fieri poteſt re-
greſſus, inquantum priuatio eſt oppoſitū ha-
bitui circa idem ſubiectum,& hoc modo à te-
nebra ad lucem, & à cæcitate in viſum fieri
poteſt regreſſus ratione generis, videlicet vt
eſt oppoſitum fieri aptum circa idem ſubie-
ctum, ſi autem priuatio conſideratur per ra-
tionem ſpeciei, quatenus eſt hæc, vel illa pri-
uatio ſpeciei, ſic non ab omni priuatione in
ſuum habitum, nec ſpecie nec numero fieri
poteſt regreſſus non enim à cęcitate in viſum
eundem ſiue numero ſiue ſpecie fieri poteſt
regreſsus: nec à morte in vitam eamdem
numero, vel ſpecie fieri poteſt reditus; ex
quibus iam propoſitio Ariſtot. eſt clara ſi
conſideratur priuatio ſub ratione generis
ideſt vt habitui opponitur vt ſic ab omni pri-
uatione in habitum poteſt fieri regreſſus. ſi
vero conſideratur ſub ratione ſpeciei nō po-
teſt fieri regreſſus ad habitum. ¶ Vel poteſt *Alia ſol.*
dici ꝙ priuatio eſt duplex. 4. phy. 120. 121.
Alia quæ præcedit formam; quæ alio modo
dicitur priuatio ante rem: Alia vero quæ ſe-
quitur formam, ſeu poſt rem tunc dicitur ꝙ
à priuatione ante rem datur tranſitus ad ha-
bitum non autē à priuatione poſt rem. ¶ Di- *Dub.*
ces ꝙ ab habitu non datur regreſſus ad priua-
tionem. 5. phy. 2. ad purum nihil non eſt mu-
tatio: quoniam quidquid mutatur de aliquo
in aliquid mutatur. 5. phy. 2. ſed priuatio eſt
purum nihil 1. phy. 75. 79. ergo nō datur mu-
tatio de habitu in priuationem. ¶ Amplius *Alia*
motus,& quies priuatiue opponūtur. 5. phy. *dub.*
20. & tamen non omne quod mouetur poteſt
quieſcere,

quieſcere quoniam cælum monetur, & non
Sol. quieſcit. 2. cæli 17. ¶ Dicitur ꝙ ab habitu ad
priuationem datur mutatio, & cum dicitur,
ꝙ priuatio eſt purum nihil reſpondetur ac-
cipiendo, pnτum nihil ſecũdum ꝙ opponitur
enti qnod idem eſt ꝙ actu exiſtens in rerum
natura, ſic priuatio eſt nihil, & accipiendo
nihil, dico ꝙ mutatio poteſt eſſe ad nihil; quo-
niam generatio eſt mutatio à non eſſe ad eſ-
ſe, & corruptio eſt mntatio ab eſſe ad non eſ-
ſe. 5. phy. 7. & uon eſſe eſt nihil, vt opponitur
exiſtenti in actu; tamen accipiendo nihil, vt
opponitur enti traſcendẽti, ſic priuatio non
eſt nihil; ſed eſt ens: quando igitur inquit
Ar. 5. phy. 7. ꝙ omnis mutatiu eſt ab aliquo
in aliquid, ipſe accipit aliquid, vt eſt traſcen-
dens, & vt eſt commune omni intelligibili.
Dub. ¶ Dices ſi de priuatione pertinet ad natura-
lem, vt patet in 1. phy. per totum ergo Ariſt.
Sol. de ipſa uon debet tractare in logica. ¶ Dici-
tur ꝙ logicus cõſiderat de priuatione diuer-
ſo modo à naturali: quoniam logicus tractat
de ipſa, vt eſt negatiò formæ in ſubiecto apto
nato habere vttumque ordine irregreſsibili,
ſicut cæcitas eſt priuatio viſus, & mors eſt
priuatio vitæ: philoſophus vero naturalis
conſiderat de priuatione inquantum neceſ-
ſario, requiritur tamquàm cauſa ſine qua nõ
ad quamlibet generationem, & ſic priuatio
eſt negatio alicuius formæ, in ſubiecto apto
nato habere illam vt tenebra eſt priuatio lu-
minis, & ignorantia eſt priuatio ſcientiæ, &
huc modu ponitur vnum principium genera-
tionis rerum naturalium ab Ar. 1. phy. 66. &
ſic non eſt materia, aliqua nec forma; ſed for-
mæ pura abſentia & ſemper machinatur ad
Dub. maleficium. 1. ph. 80. ¶ Amplius inquit Ar.
ꝙ cum aliquis caluus fuerit iterum comatus
fieri uon poteſt licet hoc ſit nutum tamen
quęritur quare caluitium fie in anteriori par
Sol. te capitis? ¶ Reſpondet Ariſt. 4. de gen. an.
cap. 3. & dicit quoniam in parte auteriori
Dub. capitis continetur cerebrum. ¶ Dices qua-
re caluis pilus nuu redditur, tamen auibus;
quæ pennas amiſerint, & plantis fronde pri-
uatis rurſus ipſe pennas recipiunt. & plante
Sol. denno frondeſcunt? ¶ Reſpondet Ar. 5. de
Dub. gen. an. cap. 3. vide ibi. ¶ Dices quare cal-
uitium non contingit mulieribus, neque pue-
ris, neque ſpadonibus vide ibidem & 9. de
hiſt. anim. cap. vltimo, & pulcra videbis.

Quæcumque vero tamquàm af-
firmatio, & negatio opponuntur? pa-
lam eſt ꝙ nullo prædictorum modo
opponuntur. in ſolis enim his neceſ-
ſarium eſt ſemper, hoc quidem eo-
rum verum, illud autem falſum eſse.
neque enim in contrarijs neceſsarium
eſt ſemper alterum verum eſse, alte-
rum autem falſum; neque in ijs; quę
ad aliquid ſunt neque in habitu, &
priuatione, vt ſanitas & languor con-
traria ſunt: & neutrum horum neq;
verum, neque falſum eſt, ſimiliter
autem, & duplum, & dimidium tam-
quàm ad aliquid oppoſita ſunt: &
non eſt eorum neutrum, neque ve-
rum, neque falſum, ſed neque ea;
quæ ſecundum priuationem, & ha-
bitum dicuntur: ſicut viſio, & cæci-
tas. Omnino autem eorum; quæ ſe-
cundum nullam dicuntur, comple-
xionem; nihil neque verum, neque
falſum eſt. omnia autem; quæ dicta
ſunt, ſine complexione dicuntur.

Cum notificauit, ꝙ priuatiue oppoſita non
opponuntur relatiue nec cõtrarie; quoniam
priuatiue oppoſita, vt cæcitas, & viſio non
ſunt contraria, nec ſunt relatiua, & ſic diui-
ſit priuatiue, oppoſita ab omnibus alijs op-
poſitis; nunc ſeparat oppoſita contradicto-
rie ab omnibus alijs oppoſitis; dicens ꝙ quæ
opponuntur contradictorie non opponun-
tur nec relatiue, nec contrarie, uec priuati-
ue, quod quidem probat vnica ratione, cau-
ſa intentionis eſt vt pateat ꝙ omnia oppoſi-
ta ad inuicem differunt, & omnes oppoſitio-
nes ſunt differentes. Diuiditur in tres partes
in prima ponit maiorem, in ſecunda ibi (ne-
que) ponit minorem, & eius probationem in
tertia ibi omnino probat minorem: inquit
igitur Ar. (quæcumque vero tamquàm affir-
matio, & negatio opponuntur, palam eſt ꝙ
nullo prædictorum modo opponuntur) q. d.
ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ hæc maior vniuerſalis
eſt vera, ꝙ quæcumque; quæ opponuntur
tamquàm nun diminutiue, ſed vere vt affir-
matio, & negatio nullo prædicturum modo
ideſt nullo modo ex prædictis opponuntur .ſ.
nec relatiue nec contrarie, nec priuatiue.
¶ Dices quare hæc nullo modo opponuntur?
¶ Reſpondet Ar. & dicit (in ſolis enim his),
enim pro quia in ſolis his .ſ. contradictorie
oppoſitis neceſſarium eſt tamen non neceſ-
ſitate, ſimpliciter (hoc) ideſt vnum eſſe ſem-
per verum illud autem falſum eſſe veluti pa-
tet 1. priorum cap. 1. & 1. poſt. 13. (neque. n.
in contrarijs) enim pro ſed in contrarijs .i.
in illis; quæ opponuntur contrarie, non ne-
ceſſa-

ceſſatium eſt alterum quidem verum eſſe, & alterum falſum, neque in ijs; quæ ad aliquid ſunt, id eſt neq; in relatiuis .i. neque in illis; quæ relatiue opponuntur neque in habitu, & priuatione.i.neque in illis;quę priuatiue opponuntur,neceſſe eſt alterum eſſe ſemper verum,& alterum falſum . Dat exemplum, Sed Nota ꝙ oppoſita poſſunt accipi duobus modis,vno modo complexe, Alio modo incomplexe,quo ſtante probat minorem per exempla in oppoſitis in complexe dictis , & dicit, vt ſanitas & languor ; quæ ſunt contraria in complexa , nullum ipſorum eſt verum, vel falſum , (ſimiliter autem & duplum, & dimidium tamquàm ad aliquod oppoſita ſunt) dat exemplum de oppoſitis relatiue dictis quòd ſicut contraria , in complexa , vt ſanitas , & languor ſic etiam oppoſita relatiua in complexa , & vt compleat inductionem in omnibus oppoſitis, ſubiungit, & dicit(ſed neq; ea; quæ ſecundũ priuationem,& habitum dicuntur) ſicut viſio, & cæcitas quę etiam ſunt oppoſita In complexa, nullum ipſorum, neq; eſt verum, nec falſum, veluti declarauit in Antepręædicamentis cap. vltimo, quando dixit ꝙ aliquod quãdo abſolute proferſ ſine verbo,nec affirmationem,nec negationẽ,nec veritatem, nec falſitatem dicit; vt ſi aliquis diceret abſolute ſic languor, vel ſanitas,vel duplum, vel dimidium, vel cæcitas, vel viſio nullum enim iſtorum, ſic abſolute,& ſine complexione dictum, nec eſt verum nec falſum ideo Ariſt. ſubiungit iterum probando minorem dicens (omnino autem eorum quę ſecundum nullam complexionem dicuntur, nihil neque verum, neque falſum eſt hæc eſt maior addit minorem (omnia autem) ſed omnia; quæ dicta .i. nominata ſunt .ſ. relatiue, vt duplum, & dimidium contrarie, vt ſanitas,& languor,& priuatiue oppoſita,vt viſio, & cæcitas ſint nulla complexione dicuntur ; ergo nullum iſtorum neque dicit uerum , neque falſum; ex quibus fiat hæc ratio contradictorie oppoſitorum neceſſarium , eſt ſemper alterum eſſe verum, & alterum falſum, ſed contrarie relatiue, & priuatiue oppoſitorum non eſt neceſſarium ſemper alterum eſſe verum , & alterum eſſe falſum, ergo contradictorie oppoſita ſcilicet affirmatio, & negatio, nec contrarie nec relatiue, nec priuatiue oppoſita ſunt minor probatur nam omne ; quod eſt verum, vel falſum eſt complexum, ſed nullum oppoſitorum alterum à contradictorie oppoſitis eſt complexum ; ergo nullum oppoſitorum aliorum à contradictorie oppoſitis.eſt alterum verum, & alterum falſum, Sed Nota quòd quot ſunt verba tot adſunt verborum ponderationes, & primo ly (tamquàm) ſumitur dupliciter : vno modo ſimilitudinaliter, Alio modo vt dicit diminutionem, vt non dicit vere tale, ſed quaſi tale , Alio modo ſumitur affirmatiue ,& vere expreſsiue, vt 1. de anima 2. anima eſt tamquàm id eſt eſt vere principium, ſcias ꝙ hic ſumitur ly tamquàm non diminutiue, ſed affirmatiue vere , & expreſsiue, ſimiliter, neceſſarium ſumitur pluribus modis; & primo modo ſine ; quo non poteſt haberi completum eſſe veluti eſt cibus. 2. de anima 14. & reſpiratio in animali, vt in libro de reſpiratione, & inſpiratione patet? cibus enim eſt neceſſarius animali propter humidi reſtaurationem. 3. met. 15. reſpiratio autem eſt neceſſaria propter cordis refrigerationem. 5. met. cap. de neceſſario, Alio modo dicitur neceſſarium, id ſine quo res non poteſt bene ſe habere ſcilicet acquirendo bonum, vel malum expellendo, & ſic dicimus quòd nauigare ad thebas eſt neceſſarium, ſi debet obtineri pecunia à debitore , & medicina eſt neceſſaria ſi debet expelli dolor, & febris: Alio modo dicitur neceſſarium id quod alicui accidit violenter, vt homini neceſſario fugere perſequentibus inimicis ; Alio modo id , quod non contingit aliter ſe habere, & hoc eſt neceſſarium ſimpliciter, vt ſi aliquod componitur ex contrarijs id neceſſario eſt corruptibile Alio modo id, quod nec per ſe eſt expetendum nec fugiẽdum ſed alterius gratia recipiendum vt medicinæ potiones vel venæ inciſio ; Alio modo ad bene eſſe ob melius, & ſecundum quid; quod vtile proprio vocabulo appellatur quibus ſignificatis ſic ſtantibus , quando dicit Ar. ꝙ neceſſarium eſt contradictoriorum ſemper vnum eſſe verum,& alterum falſum intelligit neceſſarium ſimpliciter. ¶ Dices quid intelligit per ly (verum) Reſpondet Ar. 5. met. cap. de vero,ꝙ verum eſt illud;quod ita eſt in mente, ſicut reperitur extra mentem 1. poſt. 134 & in æpit. log. cap. de dem. An. & per ly (falſum) intelligit illud, quod ſicut eſt in mente non ſic reperitur extra mentem. 5. met. cap. de falſo, ſed falſum eſt duplex vno modo falſum poſsibile. 1. cæl. 119. Alio modo falſum impoſsibile.9.met.8. quod falſum impoſsibile vocat falſum ſemper,& falſum poſsibile,vocatur falſum aliquando vnde recte inquit Ar. ꝙ falſum, & impoſsibile non eſt idem, hic .n. Ariſt. intelligit falſum impoſsibile,& ſemper non autẽ falſum poſsibile,& aliquando Nota etiam ꝙ contradictoria ſunt duplicia complexa, & incomplexa , Ar. hic non loquitur de contradictorijs incomplexis, ſed de complexis : q̃m contradictoriorum incomplexorum neutrum eſt verum, neque falſum dixit etiam Ar. ſm̃ nullam complexionem, denotando ꝙ complexio dicitur pluribus modis, primo modo vox ſimplex , & ſignificatum compoſitum vt (curro) aut ſignificatum

ſimplex, vox autem compoſita vt martius, vicus, & coruipera vt ꝙ finitiones, & finibilia, & ſignificatum, & vox compoſita ſunt, vt cum dico Socrates ambulat, aut ſimplex vtrumq; vt prædicamenta hic.n. Ar. nominat illa quę ſm̃ nullam complexionem dicuntur.

Dub. ¶ Dubitatur nam inquit Ar. ꝙ contradictoria incomplexa non ſunt vera, nec ſalſa: contra nã calefactio, & frigefactio ſunt contraria incomplexa, & vtrumq; illorum eſt verũ vel falſum qm̃ ſi dico hanc vocem calefacio, dico verum, vel falſum. ergo aliquod incomplexum eſt verum, vel falſum; ſimiliter ſi dico hanc vocẽ curro, vel tonat, fulgurat, pluit, eſt vox incomplexa.

Sol. ¶ Dicas quòd iſte voces ſcilicet frigefio, & calefio ſunt orationes implicitæ, & ſunt complexa implicita, quãmuis explicite ſint incomplexa, quoniam idem eſt dicere calefio, quòd eſt dicere ego calefio, & tonat ideſt Iuppiter tonat, fulgurat, & pluit, & non eſt inconueniens: quoniam hæc incomplexa explicite, & complexa implicite ſint, vera, vel falſa: & de talibus incomplexis non loquitur hic Ariſt. & quoniam de his latiſsime diximus in Anteprædicamentis ideo ſatis ſit de his dixiſſe.

Dub. ¶ Amplius quòd quæcumque tamquàm affirmatio, & negatio opponuntur palam eſt quòd nullo prædictorum modo opponuntur, contra inquit Au. 10. met. 15. quòd omnia contraria opponuntur; ſecundum priuationem, & habitum; quoniam vilius contrariorum eſt ſicut priuatio perſectioris.

Confirmatio. ¶ Quod confirmat Au. 10. met. 9. & 1. met. 2. 7. clarius 2. phy. 15. 3. phy. 5. 1. de gen. 18. 1. cæli 18. 4. met. 27. & 10. met. 16.

Sol. ¶ Dicas quòd aliud eſt dicere contradictoria opponi, ſecundum priuationem, & habitum; & aliud eſt dicere contraria opponi ſecundum priuationem, & habitum; hic Ariſt. dicit contradictoria nullo prædictorum modo opponuntur, Au. vero in locis allegatis loquitur de contrarijs, & ſic ſoluitur dubitatio.

Verum tamen maxime tale, hoc contingere videbitur in ijs; quæ ſm̃ complexionẽ contrariã, dicuntur ſanum, namq; eſſe Socratẽ ad languere Socratem contrarium eſt, Sed neq; in his neceſſariũ, ſemper alterum verum eſſe, & alterũ falſum, cùm .n. Socrates ſit, aliud quidem verum, aliud autem falſum erit: cùm vero non ſit, ambo falſa, ſunt neque .n. languere, neq; ſanum eſſe verum eſt, cùm ipſe non ſit omnino Socrates.

Cum docuiſſet ꝙ cõtradictoria vt affirmatio, & negatio non opponuntur relatiue, nec contrarie, nec priuatiue, ſed ſunt valde ab ipſis diuerſa nunc mouet dubitationem contra illa; quę dixit & ipſe illam ſoluit: cauſa intentionis eſt; qm̃ ſententia eſt Au. 1. phy. 71. & 4. phy 31. ꝙ ſermo verus non ſolum dicit veritatem, ſed etiam dubitationes circa veritatẽ, contingentes ſoluit, Diuiditur in 2. partes in 1. mouet dubitationem, in 2. ibi (ſed) illã ſoluit pro intelligentia dubitationis. Nota ꝙ illorum; quæ ſunt contraria non neceſſarium eſt alterum eſſe verum, & alterum eſſe falſum; contra hoc arguit ſic, & dicit ꝙ hoc videtur falſum: qm̃ hoc tale quod dicitur de contradictorijs.ſ. ꝙ neceſſarium eſt vnũ eſſe verum, & reliquũ falſum videbitur maxime contingere in ijs, quæ ſecundum complexionẽ contraria dicuntur, ideſt clare videtur in contrarijs complexis .ſ. ꝙ vnum eſt verum, & reliquum eſt falſum: quæ contraria complexa ſunt hęc.ſ. ſanum namq; eſſe Socratem .i. hęc propoſitio Socrates eſt ſanus ad languere Socratem, contrarium eſt) .i. eſt contraria huic propoſitioni Socrates eſt languens, ergo ſequitur, ꝙ non ſolum illorum; quæ opponuntur contradictorie vnum eſt verum, & aliud eſt falſum, ſed etiã illorum; quæ ſunt contraria, vnum eſt verum, & reliquum eſt falſum. Reſpondet Ar. tacite, tamen dicens ꝙ contraria ſunt duplicia, Alia complexa, vt hęc propoſitio ſortes eſt ſanus, & ſortes nõ eſt ſanus, Alia ſunt contraria incomplexa, vt ſanitas & languor, tunc dicitur, ꝙ quando ipſe dixit ꝙ cõtrariorum non eſt neceſſarium, vnum eſſe verum, & alterum falſum, intelligit de contrarijs incomplexis, vt de ſanitate, & languore; qñ vero dicit hic ꝙ contrariorum vnum eſt verum, & reliqñ eſt falſum, loquitur de contrarijs complexis. v.g. ſortes eſt ſanus, ſortes non eſt ſanus, vnum horũ eſt verum, reliquum eſt falſum, de quibus contrarijs cõplexis non eſt facta mentio: ſed ſolum de contrarijs incomplexis. ¶ Dices horum contrariorum complexorum .ſ. ſortes eſt ſanus, & ſortes non eſt ſanus, eſt ne ſemper neceſſarium, vt vnum ſit verum, & reliquum ſit falſum, aliquando? ¶ Reſpondet Ariſt. & dicit (ſed neque in his ſcilicet contrarijs complexis, neceſſarium eſt ſemper vnum eſſe verum, & alterum falſum; ſed quaſi dicat aliquando, & non ſemper Dices quando, & quo tempore, neceſſarium eſt, vt vnum contrariorum complexorum eſſe verum, & alterum falſum; Reſpondet, & dicit (cum .n. Socrates ſit) q. d. tunc neceſſarium eſt, vnum contrariorum eſſe verum, & reliquum falſum (cum) ideſt qñ (Socrates ſit) .i. exiſtit eſt viuus, & non mortuus; nam dum Socrates eſt in rerum natura, ipſe eſt ſanus, vera eſt hæc propoſitio

Socra-

Socrates eſt ſanus, & illa ſua contraria eſt falſa .ſ. Socrates non eſt ſanus, ſi Socrates eſt in rerum natura, & non eſt ſanus, vera eſt illa propoſitio, Socrates non eſt, & falſa eſt illa, Socrates eſt ſanus; Dices quando accidit ꝙ neutrũ eſt verum .ſ. ꝙ neque ſortes eſt ſanus neque ſortes non eſt ſanus? Reſpondet, & dicit (cum vero nõ ſit) verò pro ſed (cum) .i. eo tempore; quo Socrates non eſt in rerum natura; ſed eſt mortuus, & corruptus (ambo) .ſ. contraria falſa ſunt, .ſ. ſortes eſt ſanus, & ſortes non eſt ſanus, & ſic patet; ꝙ cum Socrates omnino nõ ſit: falſum eſt dicere Socrates languet .i. nõ eſt ſanus, & Socrates eſt ſanus. ¶ Dices contra nã Socrate existente vino, ambo contraria ſunt falſa; nam ponatur ꝙ naturaliter Socrates ſit rubens, ſi dico Socrates eſt niger, dico falſum, & ſi dico Socrates eſt albus, etiam dico falſum, ergo ambo contraria complexa ſunt falſa ſubiecto exiſtente; ¶ Reſpondetur ꝙ dictum Ariſt. eſt verum in contrarijs immediatis, ideſt ꝙ exiſtente ſubiecto vnum contrarium eſt verum, & alterum eſt falſum; ſed in contrarijs mediatis exiſtente ſubiecto vtraque contraria ſunt falſa, & in hoc differunt contraria immediata à contrarijs mediatis. ¶ Dices quæ ſunt contraria complexa. ¶ Dicas ꝙ ſunt illa; quæ coniunguntur & ligantur cum copula verbali, vt Franciſcus ſtudet, Franciſcus eſt ſtudens, Franciſcus non ſtudet, Franciſcus non eſt ſtudens; contraria vero incomplexa ſunt illa; quæ non ligantur cum copula verbali; ſed abſolute, & ſine verbo proferuntur: vt dulce, amarum, album, nigrum, ſanum, ægrum, tenebræ lux, ſic etiam ſunt oppoſita relatiue, vt pater, filius; & ſic etiam ſunt cõtraria, vt bonum, malum, ſimiliter ſunt priuatiua, vt cæcitas, viſio, nullum .n. horum abſolute cum pronuntiatur nec dicit veritatem, nec falſitatem, nec affirmat, nec negat; quod abunde declarauit Ar. in Anteprædicamentis cap. vltimo, & 1. perihermenias cap. 1.

Dub. (margin, beside "guet.i.nõ eſt ſanus")

Petitio. (margin, beside "à contrarijs mediatis")

Sol. (margin, beside "contraria complexa")

In priuatione vero, & habitu cùm non ſit omnino, neutrum verum eſt, cum autem ſit, non ſemper alterum quidem verum erit, alterum autem falſum habere; namque viſum Socratem ei quod eſt cæcum, eſſe Socratem opponitur, ſicut priuatio, & habitus & cùm ſit, non neceſſarium eſt alterum verum eſſe, vel falſum: cùm enim non dum ſit natus habere, vtraq; falſa ſunt, & cùm non ſit omnino Socrates, ſimiliter quoque falſa ſunt, vtraque & viſum eum habere, & cæcum eum eſſe.

Cum Ar. notificauit, ꝙ tunc contradictorie oppoſitorum vnum eſt verũ, & reliquum eſt falſum; quando ſubiectum exiſtit, & præcognoſcitur ſi eſt in rerum natura qñ vero ſubiectum non eſt, vtrumq; oppoſitorũ eſt falſum, vt ſorte mortuo, & non exiſtente falſum eſt dicere ſortes eſt ſanus, & ſortes non eſt ſanus, ſed qñ eſt viuus, & ſaluus, tunc vnum oppoſitorũ eſt verum, alterum vero eſt falſum; & circa hoc dubitauit, & ſoluit, nũc declarat ꝙ hoc non ſolũ eſt verum in contradictorie oppoſitis; ſed etiam in priuatiue oppoſitis, .ſ. in priuatione, & habitu .ſ. ꝙ ſi ſubiectum non eſt vtraq; ſunt falſa, ideo inquit (in priuatione vero, & habitu) vero. q.d. ſed in priuatione, & habitu; quæ ſunt priuatiue oppoſita (cum non ſit omnino) ideſt ſubiecto omnino non exiſtente (neutrum verum eſt) .i. vtrumque eſt falſum, .ſ. ſortes eſt cæcus, & ſortes eſt videns; habere namque viſum Socratem, & ꝙ eſt cæcum eſſe Socratem, opponitur ſicut priuatio, & habitus. ¶ Dices ſi Socrates eſt, & de ipſo formatur propoſitio de ſecũdo adiacente, dicendo Socrates eſt, vellem ſcire, alterũ ipſorum eſt verum, & alterũ falſum an, vtraq; ſunt falſa? ¶ Reſpondet, & dicit (& cum ſit) .i. ſi Socrates exiſtit non neceſſarium eſt, alterum eſſe verum, & alterum eſſe falſum ¶ Dices quomodo intelligitur ꝙ ſi Socrates eſt, neutrum eſt verum; ſed vtrumque eſt falſum, Reſpondet, & dicit (cum .n. non ſit natus habere) q. d. ꝙ tunc ambo ſunt falſa, quando ſubiectum eſt, tamen non eſt aptum natum habere illa. v. g. cum Socrates eſt in ventre matris, & non dum ſit genitus in lucem, quidem æditus non eſt ipſe, tamen eſt atq; viuit, ſed tunc neq; videns eſt, neq; cæcus, & videns quidem non eſt qm̃ non dum in lucẽ æditus, cæcus vero non dicitur, qm̃ adhuc videre non poterat, ergo patet, ꝙ cum res ſit, & ſubſiſtit de qua habitus, & priuatio prædicantur, poteſt fieri, vt de ea falſa vtraque prædicentur. ¶ Dices ſi Socrates eſt, & nõ eſt aptus vtraq; priuatiue oppoſita ſunt falſa, vellem ſcire, & ſi Socrates omnino non eſt, vtraq; ſunt falſa, vel vera? Reſpondet, & dicit (& cũ non ſit omnino Socrates, ſimiliter quoq; falſa ſunt utraque) .i. ſicut vtraq; ſunt falſa, exiſtẽte Socrate, ſic etiam vtraque ſunt falſa omnino non exiſtente Socrate. patet igit̃ tota textus ſententia .ſ. ꝙ ſicut ſe habent oppoſita cõtradictorie ſic ſe habẽt oppoſita priuatiue dicta nã oppoſitorũ contradictorie dictorũ incõplexorũ non neceſſariũ eſt vnũ eſſe verũ, & alterum falſum, ſic oppoſita priuatiue dicta incõplexa non neceſſe eſt, vt vnũ ipſorum ſit verũ, & al-

Dub. (margin, beside "rie oppoſitorum vnum eſt verũ")

Dub. (margin, beside "natio, & habitus. ¶ Dices ſi Socrates eſt")

Sol. (margin, beside "ſunt falſa? ¶ Reſpondet")

verum falſum, & ſicut oppoſita contradictorie dicta complexa, vnum ipſorũ eſt verum, & alterum falſum exiſtente ſubiecto, & non exiſtente ſubiecto. vtraq; ſunt falſa; ſic etiam oppoſita priuatiue dicta complexa exiſtente ſubiecto vnum ipſorũ eſt verum, reliquum eſt falſum, & non exiſtente ſubiecto, vtraque ſunt falſa, differunt tamen in hoc; quoniam licet ſubiectum ſit, & non eſt natum recipere vtraq; oppoſita priuatiue, dicimus etiam ꝙ vtraque ſunt falſa, nam in catulis cum iam ſunt editi iam ſubſiſtunt, ſed neque cæci, neque videntes ſunt quoniam nondum per naturam viſum habere potuerunt, ſin vero omnino non ſint, falſum eſt de his verumque prædicari.

In affirmatione vero, & negatione ſemper ſiue ſit, ſiue non ſit, hoc quidem falſum erit, illud autem verum languere, namque Socratem, & non languere Socratem, cùm ipſe ſit, palam eſt ꝙ alterum eorum verum, alterum falſum eſt, & cùm non ſit, ſimiliter languere etenim cùm non ſit, falſum eſt non languere autem verũ quare in his ſolis proprium erit, ſemper alterum eorum verum, alterum falſum eſſe: quæcumq; tamquàm affirmatio, & negatio opponuntur.

Cum declarauit, ꝙ in priuatione, & habitu; ideſt in priuatiue oppoſitis vnum eſt verum, & alterum eſt falſum, ſubiecto exiſtente nunc oſtendit, ꝙ non eſt ſic in affirmatione, & negatione; quoniam in affirmatione, & negatione, ſiue ſit ſubiectum, ſiue non ſit; ſemper vna pars eſt vera, & reliqua eſt falſa, Diuiditur iſte textus in tres partes in prima facit quod dictum eſt in 2. ibi (languere) exemplo declarat, quæ dixit in 3. ibi (quare) concludit reſumendo ſuam concluſionem; ideo inquit (in affirmatione vero, & negatione) ideſt eorum; quæ opponuntur ſecundum affirmationem, & negationem; (ſiue ſit) ideſt, vel ſubiectum ſit viuens, & exiſtens, (vel non ſit) q. d. viuens (hoc quidem) certe hoc ideſt vnum erit falſum, aliud autem verum, vt patet in hoc exemplo (languere namque Socratem, ideſt ſi dico Socrates languet, & Socrates non languet, ſuppoſito ꝙ Socrates eſt viuus, (palam eſt) .i. manifeſtum eſt, ꝙ vnum iſtorum eſt verum, & alterum eſt falſum; nam ſi ſortes eſt, & languet: vera eſt hæc affirmatiua, Sortes languet, & falſa eſt illa negatiua, ſortes non languet: & dato ꝙ Socrates non eſſet, ſed eſſet mortuus, (ſimiliter) ideſt ſimili modo vnum eſt verum, & reliquum falſum (languere enim cum non ſit, falſum eſt) q. d. ſi ſortes non eſt, & nos dicimus ſortes languet, dicimus falſum, & ſi dicimus ſortes non languet, dicimus verum; quoniam ab eo; ꝙ res eſt vel non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa; ex quibus infert concluſionem, & dicit (quare) ideſt ex dictis ſequitur concluſio vera; ꝙ (in his ſolis) .ſ. oppoſitis, ſecundum affirmationem, & negationem, dictis proprium erit, .ſ. hoc prędicatum ꝙ alterum eorum eſt verum, & alterum falſum, & per hoc prędicatum, ſeu per hanc proprietatem hæc; quæ opponuntur ſecundum affirmationem, & negationem differunt ab omnibus alijs oppoſitis. ¶ Dices quid intelligit Ar. per affirmationem, & negationem? *Dub.* ¶ Reſpondet Ar. 1. perihermenias cap. 4. & dicit, ꝙ affirmatio eſt enunciatio alicuius prędicati de aliquo ſubiecto, vt ſortes eſt bipes, negatio eſt, eſt enunciatio alicuius prędicari ab aliquo ſubiecto, vt ſortes nõ eſt lapis. *Sol.* ¶ Amplius inquit Ar. ꝙ in affirmatione, & negatione vnum eſt verũ, & alterum falſum, probatur huius oppoſitum, quoniam hæc eſt affirmatiua, homo eſt bipes, & eſt vera, & hæc homo non eſt lapis, eſt negatiua, & etiam eſt vera, ergo Ar. dicit falſum. *Dub.* ¶ Dices ꝙ vera contradictio, & falſitas conſiſtit inter idem ſubiectum: & idem prædicatum .1. perihermenias cap. 4. vt homo eſt bipes, & homo non eſt bipes; modo illæ ſupradictæ propoſitiones, licet ſint de eodem ſubiecto; tamen non ſunt de eodem prædicato, vt patet ergo nullus error, nulla falſitas, & contradictio reperitur in dictis Ar. *Sol.*

Contrarium autem bono quidem ex neceſsitate, malum eſt, hoc autem per ſingulorum inductionem palam eſt, vt ſanitati languor, & iuſtitiæ iniuſtitia, & fortitudini timiditas, ſimiliter autem & in alijs, malo autem aliquando quidem bonum, eſt contrarium, aliquando malum; defectui enim, (cum malum ſit) ſuperabundantia contraria eſt, cùm ſit etiã ipſa malum, ſimiliter autem & mediocritas, cùm vtrique contraria ſit, bonum eſt: ſed in paucis quis tale hoc aſpi-

hoc aſpiciet, in pluribus vero ſemper malo bonum contrarium eſt.

Cum in principio huius capituli poſuit differentiam inter contraria. & oppoſita relatiue; nunc redit ad contrariorum naturam magis dilucidandam, declarans quinq; proprietates contrariorum, cauſa intentionis eſt vt his abſolutis exactior fiat notitia de contrarijs; Diuiditur in quinque partes: in prima ponit primam proprietatem de contrarijs; in 2. ibi (hoc) ponit modum probandi illam proprietatem; in 3. ibi (vt) facit inductionem manifeſtãtem propoſitam proprietatem; in 4. ibi (malo) mouet dubitationem per modum documenti in 5. ibi (ſed in paucis) ſoluit dubitationem declarat igitur primam proprietatem contrariorum, & dicit ꝙ contrariorum alterum eſt bonum, alterum eſt malum per hæc verba .ſ. (bono eſt contrarium malum) Dices quomodo bono eſt contrarium malum ex neceſsitate, vel nõ ex neceſsitate? Reſpondet, & dicit ꝙ (bono ex neceſsitate malum eſt contrariũ) ſumens per ly ex neceſsitate ideſt ſemper. q. d. bono malum ſemper eſt contrarium, quoniam neceſſaria ſunt ſempiterna, Dices ſuppoſita hac proprietate vera .ſ. ꝙ bono ſemper malum eſt contrarium, Dices quomodo malum eſt contrarium bono? Dicas ꝙ in hoc cognoſcitur; quoniam natura contrariorum. 8. phy. 64. 1. phy. 81. 2. cæli 19. ꝙ ad inuicem ſunt deſtructiua, & corruptiua; vnum enim deſtruit, & corrumpit alterum, ſed malum corrumpit bonum, ergo malum eſt contrarium bono; & hoc (palam eſt) .i. eſt manifeſtum per inductionem in omnibus contrarijs, (vt) v. g. ſanitati, quæ eſt bona languor, qui eſt malus, eſt contrarius, & iuſtitiæ, quæ eſt bona eſt contraria iniuſtitia; quæ eſt mala, (ſimiliter autem) in alijs eſt dicendum .ſ. ꝙ ſemper contrarium bono eſt malum, ¶ Dices contraria ſunt plura, quàm illa; quæ numerauit Ar. vt ſiccum, humidum, calidum, frigidum, dulce, amarum, quare Ar. non numerauit omnia? Dicas, & primo eſt ſciendum, ꝙ Ar. 2. priorum cap. 23. inquit ꝙ inductio topica verificat vniuerſale virtute omnium ſingularium, ſed quoniam numerare omnia ſingularia eſt impoſsibile, ars breuitati ſtudens inuenit quamdam cautelam topicam, vt aliquibus numeratis, addatur illa cautela topica, dicendo, & ſimiliter de alijs .i. & ſic de ſingulis, quaſi tamquàm clarũ de alijs, & ſimilibus, quo ſtante patet modus inductionis Ar. numeratis primo quibuſdam contrarijs vtitur illa cautela topica, dicendo (ſimiliter in alijs) quo dicendi modo Ar. non ſolum hic, ſed etiam. 1. poſt. 1. 2. poſt. 15. 1. phy 46. 1. magnorum moralium cap. 2. vſus eſt Dices, quare Ar. loquitur de contrarijs in concreto, dicens bono malum eſt contrarium, & deinde facit inductionem in abſtractis. ¶ Dicas quoniam mos eſt Ar. vti concretis pro abſtractis & abſtractis pro concretis denotando, ꝙ ſicut concreta ſunt contraria .ſ. bonum, & malum ſic etiam abſtracta, vt bonitas & malitia, ſicut videns, & cæcum ſic cæcitas, & viſio, perſectio, & imperfectio, ſic perſectum, & imperfectum (malo autem aliquando bonum eſt contrarium, aliquando bonum eſt contrarium, aliquando malum) nunc dubitat, & ſoluit, nam Dices ſi malum ex neceſsitate & ſemper eſt contrarium bono, bonum eſt ſemper contrarium malo, vel aliquando? Reſpondet Ar. & dicit malo autem aliquando quidem bonum eſt contrarium) quidem .i. certe bonum non eſt ſemper contrarium malo, ſicut ſemper malum eſt contrarium bono; Sed bonum eſt contrarium malo, aliquando, & non ſemper (aliquando malum) q. d. malo non ſolum, aliquando contrarium eſt bonum, ſed etiam aliquando malo eſt contrarium malum; vbi patet ꝙ bono ſemper eſt contrarium malum, & non aliud; ſed malo eſt contrarium aliquando bonum, & non ſolum bonum, ſed etiam aliquãdo malum vnde dicimus bono eſt contrarium malum ſolum, & non bonum, ſed malo eſt contrarium bonum, & malum, quod ſic probatur (defectui .n. cum malum ſit ſuperabundantia contraria eſt cum ipſa etiam malum ſit. q. d. Ar. ſi tu non intelligis quomodo malum eſt contrarium malo, do exemplum nam (defectus) .i. egeſtas eſt quidem malum, & ſuperabundãtia etiam etiam eſt quoddam malum; tamen defectui eſt contraria ipſa ſuperabundantia, Dices quomodo bonum eſt contrarium malo? Reſpondet Ar. & dicit (ſimiliter autem mediocritas, quæ eſt bonum eſt contraria vtrique malo .i. defectui, & ſuperabundantiæ Dices malum eſt contrarium malo, intelligitur ſemper, vel vt plurimum, vel aliquando, & in paucioribus? Reſpondet Ariſt. & dicit ꝙ (in paucis hoc contingit, & aſpiciet .i. aliquis homo hoc tale .ſ. malum eſſe contrarium malo, aſpiciet .i. videbit in paucis & minimis malis, inuenitur ꝙ malo contrariatur malum, & bonum; ſed bono eſſe contrarium malum, aliquis hoc aſpiciet, & ſenſu videbit eſſe verum, ſemper & in pluribus, Vel Dicas ꝙ in paucis quis videbit; ꝙ vni ſunt contraria plura; ſed in pluribus videbit; ꝙ vni ſolum eſt contrarium vnum, & non plura; vnde hæc propoſitio vni eſt contrarium vnum, eſt vera in pluribus; ſed vni eſſe contraria plura, eſt vera in paucioribus; Sed Nota ꝙ Ar. non loquitur hic vniuerſaliter, dicendo omne bonum habet cõtrarium,

ſed

ſed indefiuite dicens bono malum eſt contrarium, deuotando ꝙ nou omne bonum habet contrarium: quoniam cælum eſt bonum, & lumen cæli, & figura cæli eſt bona, & tamen nec cælum, nec lumen cæli, nec eius figura habet coutrarium, vt patet 1. cæli à textu 20. ad 32. ſed eſt Notandum ꝙ ſenſus Ar. non eſt dicere, ꝙ ex duobus contrarijs ſi vnum eſt bonum, alterum non eſt bonum, ſed malum quoniam calor eſt bonum, ignis & frigus eſt bonum aquæ quoniam vt aſſerunt græci caliditas eſt forma ignis, & frigiditas eſt forma aquæ, quæ forma eſt quodam, bonum 1. phy. 81. ſed hic intelligitur hoc modo: ꝙ ſi bono ſub ratione boni, aliquid eſt contrariũ eius contrarium neceſſario, habet rationem mali, reſpectu illius cuius eſt bonum caliditas enim & frigiditas ſimpliciter, & abſolute loquendo, nec habent rationem boni, nec mali; ſed ſi calor ſumitur inquantum conueniens igni, tunc frigus eſt malum ignis, & ſi calor conuenit ſaluti hominis, tunc frigus contrarium eſt malum eius. ¶ Dices 1. cæli 10. & 10. met. 14. 17. vni vnum eſt contrarium; hic vero inquit Ar. ꝙ vni plura ſunt contraria, cum iuquit malo malum, & bonum ſunt contraria.

Dub. ¶ Dicas ꝙ vni vnum eſt contrarium ſub vna ratione vni vero plura ſunt contraria, ſub diuerſa ratione quemadmodum prodigalitati contraria eſt auaritia, tamquàm vere contrarium, & vt extremum, & illiberalitas eſt contraria auaritiæ, non vt vere contrarium, & vt extremum; ſed vt medium; quoniam medium vtrique extremo contrariatur. 5. phy. 52. vnde quando dicitur uni vnum eſt contrarium intelligitur ſic vni extremo eſt contrarium vnum extremum, ut albo eſt contrarium nigrum, quando d. ꝙ uni plura ſunt contraria intelligitur ſic .i. uni extremo eſt contrarium unum extremum, & unum medium, ut albo eſt contrariũ nigrum, & fulcum;

Petitio. ¶ Dices quomodo extremo medium eſt contrarium,

Reſp. ¶ Reſpondet Ariſt. 5. phy. 52. & dicit, ꝙ medium eſt contrarium extremo, per id quod habet in ſe de alio extremo, 5. phy. 6. 19. 10. met. 23. 2. de anima 95. 105.

Alia reſp. ¶ Vel Dicas ꝙ contraria conſiderantur duobus modis, vno modo materialiter, Alio modo formaliter, ſi conſiderantur materialiter, & ſub diuerſa ratione, ſic vni neceſſe eſt plura eſſe contraria; ſi vero conſiderantur formaliter, & ſecundum eandem rationem, ſic vni vnum ſolum eſt contrarium.

Alia ſol. ¶ Vel Dicas vt inquit Au. 8. phy. 62. ꝙ contrarietas eſt duplex; Alia maxima, Alia nõ maxima, tunc dicitur ꝙ vni plura ſunt contraria contrarietate non maxima veluti eſt contrarietas, quæ eſt inter extrema, inter quæ eſt maxima diſtantia, vel vni plura ſunt contraria diuerſis modis, v. g. vni extremo eſt contrarium aliud extremum, & eſt contrarium aliud quod eſt medium, vt albo eſt contrarium nigrum extremum, & fulcum quod eſt medium hinc inquit Auer. in epit. met. tract. 3. vni cum vnum dicatur eſſe contrarium, quomodo equale opponitur paruo, & magno? Dicitur quouiam opponitur eis per inequale. ¶ Dices Bonum eſt duplex; Aliud naturale, Aliud morale, eo modo; quo inquit Ar. hic dum, inquit ꝙ iuſtitia eſt quodam bonum, & ſecundũ hoc malum, non ſolũ coutrariatur bono, ſed & malo 8. ethicorum, cap. 3. ubi loquitur de multiplici bono. ſ. de bono utili delectabili; & honeſto. Sic. n. uirtus moralis eſt bonum utile delectabile, & honeſtum ſic, et lã uirtus naturalis; nam pulchritudo, & ſi eſt uirtus, tãrum delectabilis, tamen ſanitas eſt utilis, & delectabilis, grauitas autem in geſtu uidelicet ambulando, loquendo, & reſpiciendo eſt bonum honeſtum cuilibet iſtorum bonorum non contrariatur niſi malum, nam bono utili nil cõtrariatur niſi malum inutile quod eſt damnum bono delectabili, ſolum malum pœnale quod malum triſtabile contrariatur bono, autem honeſtò contrariatur malum uituperabile, ſed è contra malo utili delectabili, & honeſto in moribus contrariatur, non ſolum bonum, ſed etiam malum iu naturalibus, uero malo nil contrariatur, uiſi bonum, & ſic patet cui bono eſt contrarium malum, cui bono eſt onum ſolum coutrarium, & cui bonò ſunt plura contraria.

¶ Dices nil eſt contrarium ſibi ipſi ut patet in cap. de quantitate quoniam appeteret ſui corruptionem. *Dub.*

¶ Dicas ꝙ Ar. non loquitur de eodem malò in numero, ſed de malo eodem in ſpecie. *Sol.*

¶ Amplius Deus eſt ſummum bonũ, cui nihil eſt contrarium 12. met. ultimo ergo bonum non habet contrarium.

¶ Dicas ꝙ duplex eſt bonũ, aliud per eſſentiam, aliud uero per participationem, ſicut calidum aliud per eſſentiã, ut ignis, qui ſua natura eſt calidus, & non habet ab alio caliditatem; Aliud eſt calidum per participationem, ut ferrum quod non eſt ſua natura calidũ ſed habet caliditatem ab alio, ut ab igne i tunc dicitur ꝙ bono per eſſentiam nil eſt contrarium, ſed bono per participationem aliquid eſt cõtrarium quod eſt malũ. 1. phy. 81. *Sol.*

Petitio. ¶ Dices quare Ar. prius nominauit bonum, & non malũ?

Reſp. ¶ Dicas quoniam 1. phy. 4. 57. 3. phy. 2. 2. de gen. 51. 2. de anima 1. & 1. de par. an. c. 1. quæ ſunt priora natura debent proponi, ſed bonum natura eſt prius malo 9. met. 19. ideo prius bonum nominauit, & non malũ.

Alia reſp. ¶ Vel Dicas ꝙ bonum, & malum; quæ ſunt forma, & materia ſunt principia omnium entiũ. 12. met. 54. bonum eſt forma, & malum eſt materia. 1. phy. 80. 81. & quoniã forma eſt prior

mate-

materſa, 7. met. 35. ideo prius bonnm deinde malum nominauit; *Rep.* ¶ Dices contra nam videre dicit habitum non videre dicit priuationem habitus, dicit bonum, priuatio dicit malnm. 1. phy. 81. ſed non videre eſt melius, quàm videre. 12. met. 51. ergo priuatio, & per conſeqnens malum eſt melius, quàm bonum, & qnoniam id; quod eſt melius ſemper eſt prius eo quod eſt deterius, 3. met. 11. ideo Ar. prins debebat nominare malnm, quàm bonum. *Sol.* ¶ Reſpondet ibidem Ar. & dicit ꝙ non vidree non eſt melius, quàm videre inquantum non videre dicit prinationem, & videre dicit habitum; ſed non videre eſt melius quàm videre, ratione rei viſæ, nam melius eſt non videre quædam .i. vilia & nefanda, quàm videre illa. *Petitio.* ¶ Dices quid eſt bonum ſclas, ꝙ bonnm habet multas rationes, quarum Prima eſt iſta Bonũ eſt id; quod ſua natura expetitur, & eius gratia alia expetũtur, Secunda eſt; Bonum eſt quod omnia, quę cognitionem habent, vel mentem habent, appetunt vel ſi ijs vaearẽt ad huc expeterent. Tertia eſt bonum eſt. quod habitum perficit, & alterins rei indigens non eſt Quarta Bonnm eſt; qnod per ſe ſufficiens eſt: Quinta Bonum dicitur id; quod non niſi bona producit & conſeruat: Sexta Bonnm eſt; quod bona ſequitur; ſeptima bonnm eſt, qnod res interimit bono contrarias iſtę ſunt boni rationes.

Amplius, contrariorum non neceſſarium eſt, ſi alterum ſit, & reliquum eſſe: ſanis namque omnibus, ſanitas quidem erit, languor vero non ſimiliter autem albis omnibus, albedo quidem erit, nigredo vero non.

De contrarijs cum declaraſſet vnám proprietatem nunc declarat ſecundam Diuiditur in duas partes, in prima facit quod dictum eſt in ſecunda ibi (ſanis) duobus exemplis manifeſtat ſecundam proprietatem vno exemplo in cõtrarijs immediatis, vt in ægritudine, & ſanitate. Alio exemplo in contrarijs mediatis. ſ. in albedine, & nigredine ideo inquit (Amplins) dictio quæ ſemper aliquid noui denotat. q. d. præter primam proprietatem declaratam de contrarijs de nouo declaratur, nunc alia; quæ eſt talis, ſi vnum contrariorum eſt non neceſſarium .i. impoſſibile eſt eſſe alterum. v. g. (ſanis omnibus) ideſt ſupponatur ꝙ omnia animalia ſint ſana, certum eſt ꝙ ſanitas; quæ eſt contraria languori .i. ægritudini erit languor vero .i. ægritudo, quæ eſt contraria ſanitati, non erit hoc eſt exemplum de contrarijs, immediatis (ſimiliter) dat exemplum in contrarijs mediatis, & dicit (ſimiliter .i. ſimili modo quo diximus de ſanitate, & ægritudine; quæ ſnnt contraria immediata, ſic etiam dicimus de albedine, & nigredine; quæ ſunt contraria mediata. nam (albis omnibns) .i. ſi omnia corpora eſſent alba vtique albedo; quæ eſt contraria nigredini erit, nigredo vero; quæ eſt contraria albedini non erit. ¶ Dices dictum Ar. eſt verum ſolnm in cõtrarijs in abſtracto, vel ſolum in contrarijs in concreto? Dicas de vtriſque contrarijs, tàm de abſtractis; qnam de concretis, & non ſolum de his, ſed etiam de cõtrarijs incomplexis, vt eſt ſanitas, & languor, & de complexis, vt ſortes eſt ſanus, & ſortes eſt æger, nam ſi ſortes eſt ſanns, ſortes non eſt æger, ex quibus Nota in dependentiam; quæ reperitur inter contraria; quorum nullnm dependet ab altero, quoniam poſito vno non ſeqnitur alterum, & hæc ſecunda proprietas, ſeparat oppoſita contrarie dicta ab alijs oppoſitis, & præcipue ab oppoſitis relatine dictis; quæ ſunt ſimul natura, licet non omnia inter quæ eſt mutua dependentia; ꝙ poſito vno ponitur alterum, & remoto vno remouetur alterum vt patet de patre, & filio; ¶ Sed contta nam *Rep.* ſortes eſt ſanus, & Franciſcus eſt æger; ecce ꝙ ſanitas eſt, & ægritudo etiã eſt, & ſic vnum contrarium eſt, & reliqunm eſt, & non vnum eſt, & reliquum non eſt. ¶ Dicas ꝙ ſi vnum contrarium eſt reliqunm non eſt valet in vno *Sol.* ſubiecto numero, non autem in dinerſis ſubiectis, nã ſi in coruo eſt nigredo in illo met non eſt albedo; ſed in alio vt in cigno, & ſi in igne eſt caliditas, non eſt in eo frigiditas; ſed in alio, & recte dixit vniuerſaliter (ſanis omnibus) & non particulariter (ſanis quibuſdam ad denotandum, ꝙ ſicut verum eſt dicere in particulari, ꝙ ſi vnum contrarium eſt reliquum non eſt v.g. ſi in Franciſco particulari homine eſt ſanitas vnum contrarium in hoc met particnlari homine, non eſt reliquum contrarium .ſ. ægritudo ſic etiam valet in omnibus .ſ. in vniuerſali .ſ. in omnibus animalibus exiſtentibus ſanis, in omnibus animalibus non eſt ægritudo. ¶ Sed contra *Rep.* nam à particulari de ſubiecto non valet argumentum ad vniuerſalẽ de ſubiecto, vt non valet hic homo eſt diues, ergo omnis homo eſt dines. ¶ Dicas ꝙ verum eſt in accidentalibus, & in aduentitijs, ſed fallit in naturalibus. quoniam ſi in hoc coruo eſt nigredo; quæ eſt naturalis coruo; ſequitur ꝙ omnis coruus eſt niger, vt patet in cap. de ſubſtantia: quando inquit Ar. (ſi de nullo quorumdam hominum animal prædicatur, neq; omnino de homine prædicabitur; nam ſi color

non

non eſſet in aliquo ſingulorum, nec omnino eſſet in corpote; quod confirmat Au. 10. met. 14. cum inquit homo eſt albus, quia callias eſt albus. *Reſp.* ¶ Contra 2. cœli 18. ſi vnum contrarium eſt neceſſe eſt reliquum eſſe. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ illud verbum (eſt) dicit duo actum, & potentiam, vt quando dicimus ſortes eſt ridens, tunc dicit actum cum dicimus ſortes eſt riſibilis, tunc dicit potentiam, & aptitudinem quando ergo dicitur ꝙ contrariorũ ſi vnum eſt, non neceſſe eſt aliud eſſe, accipit Ar. li (eſt) vt dicit actum .i. ſi vnum contrariorum eſt in actu, non neceſſe eſt reliquũ eſſe in actu, quando verò dicit 2. cœli 18 ꝙ ſi vnum contrariorum eſt, reliquum eſt accipit illud verbum, (eſt) vt dicit potentiam, & aptitudinem, vt ſi vnum contrariorum eſt in actu, reliquum eſt in potentia, & aptitudine 3. phy. 8. *Reſp.* ¶ Contra 2. cœli 18. inquit Ar. (at vero ſi terram neceſſe eſt, & ignem eſſe .i. ſi terra quæ eſt cõtraria igni 2 de gen. 22. eſt, in actu, neceſſe eſt ignem eſſe .i. neceſſe eſt vt ignis; qui eſt contrarius terræ, vt ſit in actu: quoniam ſi vnum contrariorum eſt natura, neceſſe eſt alterum eſſe natura.

Sol. ¶ Dicas ꝙ quando inquit Ar. quòd ſi vnum contrarium eſt, reliquum non eſt, loquitur de contrarijs; quæ mutuo ſe expellunt; circa vnum, & idem ſubiectum quoniam in vno ſubiecto vnum contrarium eſt, reliquum nõ eſt, & ſi reliquum eſt, non eſt in actu, ſed in potentia, vt ſi ſortes eſt actu ſanus, non eſt actu æger; quoniam hæc ſunt duo contraria quorum vnum fugit, & expellit, alterum ab vno ſubiecto, vt patet in 3. de anima 4. intus *Alia ſol.* apparens prohibet, & obſtruit. ¶ Vel dicas ꝙ ſi contraria comparantur ad inuicem non eſt neceſſarium, ſi vnum eſt reliquum eſſe ſi vero comparantur ad totum vniuerſum, neceſſe eſt, ſi vnum eſt reliquum eſſe, & ſic intelligitur Ar. 2. cœli 18. quoniam ad perfectionem vniuerſi requiritur vtrumque eſſe.

Alia ſol. ¶ Vel dicas ꝙ multa veritatem habent ſecũdum logicam conſiderationem, quæ non verificantur, ſecundum conſiderationem naturalem, quoniam naturalis eſt artifex, realis conſiderans res, ſecundum eſſe reale, aut ſunt ad perfectionem vniuerſi, nam vniuerſum omnibus modis perfectum eſt 1. cœli 4. & ideò in contrarijs propriè dictis, ſic ſunt formæ poſitiuæ contrariæ; quia tales ſunt ad perfectionem vniuerſi, ſi vnum fuerit oportet, vt ſit reliquum; ſed ſecundum contemplationem, hoc non eſt neceſſarium, & ideò dixit Ar. in logica, & præcipuè in hoc textu, ꝙ ſi vnum contrarium eſt, non neceſſe eſt alterum eſſe, in philoſofia verò naturali totũ oppoſitum, ꝙ ſi contrariorum vnum eſt, neceſſe eſt reliquum eſſe. *Alia ſol.* ¶ Vel dicas ꝙ contrarietas aliquando ſumitur communiter, & ſic ſe extendit ad oppoſita ſecundum priuationem, & habitum aliquando vero ſumitur propriè, & ſic eſt inter formas poſitiuas, 1. phy. 41. Au. quo ſic ſtante propoſitio Ar. 2. cœli 18. non habet locum in contrarijs communiter dictis, ſicut ſunt habitus, & priuatio, quoniam non opportet, ꝙ ſi finitum ſit, ꝙ infinitum ſit, & ſi eſt plenum non opportet vt ſit vacuum, ſed intelligitur in contrarijs propriè dictis; quoniã talia ſunt ad perfectionem vniuerſi, & ideò ſi vnum contrarium eſt, & reliquum eſt. Nota ꝙ hæc propoſitio etiam eſt vera, ſecundum phiſicam conſiderationem, & falſa ſecundum logicam conſiderationem, nam hic Ar. inquit ꝙ non neceſſe eſt ſi vnum contrariũ eſt, & reliquũ eſſe, hæc eſt cõſideratio logica tamen, 2. cœli 18 loquitur vt naturalis, & ſecundum naturalem conſiderationem, nam Ar. vt logicus dixit in cap. de quantitate ꝙ quanto nihil eſt contrarium ſed vt naturalis qui conſiderat quantitatem vt eſt terminus motus inquit ꝙ in quantitate eſt contrarietas ſecũdum perfectum, & imperfectum 6. phy. 18. & ſic verũ dicit Ar. in pdicamẽtis, vt logicus, & verum dicit, vt naturalis 2. cœli ideò omnis artifex ſecundum ſuam conſiderationem, verum dicit naturalis .n. dicit motui circulari, non eſſe contrarium 1. cœli à 20. vſque ad 32. geometer vero imaginatur in motibus circularibus, eſſe contrarium, & multa cõſimilia inueniuntur in quibus diuerſe ſcientiæ, ſecundum diuerſas abſtractiones diuerſa dicunt, imo ſcientiæ rationales in multis differunt, nã ſecundum logicam nomina trãſpoſita, vt inquit Ar. 2. perihermenias, & verba idem ſignificant ſed ſecundum oratores, & poetas tranſpoſitio nominum, & verborum cauſat maximam varietatẽ, & vt ibi notat Boetius Prætetea nomina, ſynonima apud oratores ſunt in vſu, apud vero demõſtratores 1. phy. 1. non ſunt in vſu, ſic etiam de methaphoris 2. poſt. 85. 3. de anima 5. 2. top. 2. & 1. cœli 106.

Amplius ſi ei, quòd eſt ſocratem ſanum eſse, ſocratem lanquere contrarium eſt, non contingit autem ſimul vtrumq; eidem ineſse, non vtiq; contingit cum alterum cõtrariorum ſit, & reliquum eſse cum .n. ſit ſocratem ſanum eſse, lanquere ſocratem non erit.

Nonnulli dicunt, quòd poſtquam Ar. declarauit, quòd contrariorum in complexorum ſi vnum eſt, non neceſſe eſt alterum eſſe,

vt ſi

vt ſi ſanitas eſt in omnibus animalibus nõ eſt ægritudo & ſi ægritudo eſt ſanitas non eſt nunc, declarat ꝙ ſicut ſe habet in contrarijs in complexis, ſic ſe habet in contrarijs complexis, nam ſi vnum contrarium complexum eſt reliquum, non eſt. v. g. ſortes eſt ſanus, & ſortes eſt languens, ſunt duo contraria complexa. tamen ſi ſortes eſt ſanus, non eſt languens, & ſi eſt languens, non eſt ſanus, & ſic ſiue fuerit contrarium in complexum, ſiue complexum, ſi vnum eſt, alterum non eſt. Alij dicunt ꝙ Poſtquam Ar. declarauit duas contrariorum proprietates, nunc declarat tertiam, quæ eſt iſta ꝙ duo contraria non affirmantur vere ſimul de eodem ſubiecto, v.g. iſte propoſitiones non ſunt ſimul vere, ſortes eſt ſanus, & ſortes eſt eger; quoniam impoſſibile eſt cum vnum contrariorum ineſt alicui ſubiecto, reliquum illi met ineſſe 2. de gener. 16. contraria non poſſunt eſſe ſimul, Alij dicunt ꝙ Ar. nunc declarat tertiam proprietatem contrariorum; quæ eſt incompoſſibilitas eſſendi ideſt ꝙ impoſsibile eſt duo contraria eſſe ſimul, & ſupponit vnum, ꝙ contraria ſunt duplicia, quædam complexa, vt ſunt illa; quæ verbaliter exprimuntur, vt ſortes eſt ſanus & ſortes eſt languens incomplexa vero ſunt; quę ſine verbo exprimuntur, vt ſanitas, & languor, nunc declarat Ariſt. ꝙ contraria complexa non poſſunt eſſe ſimul, vera ſi ſortes eſt ſanus, non dicimus ſortes eſt languens, & ſi eſt languẽs, ſortes eſt ſanus, & hæc proprietas competit contradictorijs, & priuatiuis, quoniã nihil ſimul eſt homo, & non homo, neque aliquid eſt cecum, & videns quod non competit oppoſitis relatiue dictis, niſi reſpectu eiuſdem & ſm idem; quoniã aliquis ſimul eſt pater, & filius, dominus, & ſeruus, & aliquod totum eſt ſimul, duplum, & dimidium, non comparando ambo relatiua ad idem, ſed ad diuerſa, ſed in cõtrarijs tale quidem non reperitur quoniã tunc abſolute, nec reſpectiue eſt aliquid ſimul album, & nigrũ, neq; ſanum & ęgrum, exponatur ergo textus hoc modo (Amplius) q. d. præter duas proprietares declaratas de cõtrarijs de nouo declaratur alia proprietas. ſ. ꝙ ſi hęc propoſitio . ſ. ſortes eſt ſanus, eſt contraria huic. ſ. ſortes eſt languens, non contingit. i. neceſſario vtraque nõ inſunt eidem ſubiecto; quoniam cum vnum contrarium eſt, alterum non eſt: nam cum ſortes eſt ſanus, ſortes non eſt æger; qm̃ contraria ſunt impoſsibilia. 12. met. 53. ¶ Sed contra dicta Dubitatur nam contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, nam ſortes eſt æger, ſecundum pulmonem, & eſt ſanus ſecundum cor, ergo ſimul duo contraria ſcilicet ægritudo, & ſanitas inſunt eidem ſubiecto ſolemus. n. dicere quomodo ſe habet ſortes? ſolet dici ꝙ valet de podagris. i. de pedibus, ſed ægrotat de viſione . i. de oculis, Reſpondet Au. 5. phy. 6. phy. 83. & dicit ꝙ contraria impoſsibile eſt eſſe, ſimul ſm̃ totum ſed poſsibile eſt eſſe ſimul, ſm̃ partes vt ſi totus ſortes eſt ſanus, non poſſumus dicere, ꝙ totus ſortes eſt æger; ſed ſi vna pars ſortis eſt ſana, vt eſt cor, & alia pars ſortis eſt ægra, vt pes; poſſumus dicere ſortes eſt æger, & ſortes eſt ſanus, non ſecundum totum, ſed ſm̃ partes quod aſſerit. 5. phy. 1. cũ dicit ſanatur. n. corpus quia oculus aut thorax hæ. n. partes ſunt totius corporis, ¶ Amplius Au. 2. de gen. 65. dicit ꝙ contrario exiſtente in aliquo genere neceſſe eſt inueniri, & reliquum, ſed genus eſt ſubiectum. 1. poſt. 56, 179. ergo in eodem ſubiecto ſunt duo contraria ſimul, ¶ Reſpondet Au. ꝙ contraria reperiuntur ſub eodem genere in potentia nõ actu 4. met. 28. 5. phy. 6. 52. & ſi in actu non vtraque, ſed vnum in actu, & reliquum in potentia. ¶ Contra in colore medio . i. in ſuſcho actu ſimul ſunt cõtraria vt albedo, & nigredo. ¶ Dicas ꝙ actualiter in ſummo in eſſe perfecto completo, & in vltima perfectione. ſed in eſſe refracto diminuto caſtigato imperfecto, & in eſſe medio veluti ſunt formæ, & qualitates elemẽtorũ in mixto 2. de gen. 48 3. cæl. 67. quod confirmat Au. 4. met. 21, 9. & 7. met. 27. vbi inquit contraria ſimul eſſe, aut eſſe eadem. nullus intellectus hoc intelligere poteſt. Sed cõtraria ſunt quæcumque eidem ineſſe ſimul non poſſunt, & ſub eodem genere maxime diſtant. 5. met. cap. de eodem, & diuerſo. 10. met. 13. 4. met. 9. 27. inquit ꝙ contraria ſimul ineſſe eidem nequeunt in actu; quoniam ſi contraria ponuntur in eodem, ſequitur ꝙ contradictoria verificantur poteſtate. igitur non actu eidem ineſſe poſſunt: ¶ Sed dictis Ar. videtur aduerſari experimentũ; nam exurientes dum comedunt ſimul. & ſemel triſtitiã patiuntur, & letitiã nam exuries. triſtitiam habet annexam, comeſtio vero letitiã, ¶ Amplius ſcabie ſeu prurito laborantes dum ſcalpunt ſimul triſtantur, & gaudent. ¶ Amplius hominibus tempore quo ſemen incipiunt ferre, qui idem tricari contractariq; per libidinem ceperint, accidit vt cum ſemen emittunt, non modo voluptate, ſed etiam dolore afficiantur. 7. de hiſt. an. cap. 1. ¶ Reſpondet Alexander in libro naturalium queſtionum cap. 12. & dicit ꝙ delectatio, & triſtitia ſunt contraria ad idẽ & reſpectu eiuſdẽ comparata; ſed non reſpectu diuerſorum; non . n. cuilibet delectationi opponit quælibet triſtitia, ſed determinata in exuriẽte . n. eſt triſtitia reſpectu indigentiæ nutrimenti, ſed letitia eſt ex aſſumptione cibi remouentis illam indigentiam, ergo non ſunt contraria; quoniã ſunt reſpectu diuerſorũ ſimiliter in pruritu, non eſt ex ipſo ſcalpere, triſtitia ſed quia indiget eo, nã ſcalpedo

Dub.

Dub.

Sol.

Rep.

Sol.

Rep.

Alia ratio.

Alia ratio.

Sol.

Tt eua-

euaporat humorem illum inter duas cutes incluſum, & ſic remanet ꝙ numquam duo cõtraria actu perfecto completo, reſpectu eiuſdem poſſunt ineſſe vni, & eidem ſubiecto. ¶ Amplius rationale, & inrationale ſunt duo contraria, 10. met. 24. differentię quæ diuidunt, genus ſunt contrariæ ſimiliter animatum, & inanimatum. tñ homo actu eſt rationalis, & non poteſt eſſe inrationalis, ſimiliter planta eſt actu animata; tñ potentia non eſt inanimata, cælum actu mouetur, tñ potentia non quieſcit, cũ motus, & quies ſint duo contraria; 5 phy. 20. & 8. terra vero actu quieſcit, *Alia dub.* & non eſt potentia mobilis. ¶ Amplius ignis actu eſt calidus, & nõ eſt potentia frigidus, ſimiliter nix actu eſt cãdida, potẽtia tñ non eſt nigra, ſimiliter cignus actu eſt albus, & nõ eſt potẽtia niger, ergo nõ poteſt dici, ꝙ vnũ contrariũ actu eſt in ſubiecto, & aliud eſt in potẽ- *Sol.* tia ¶ Quibus omnibus Rñdetur, ſupponendo vnũ ꝙ contraria ſunt duplicia; qdam inſeparabilia, & quędam ſeparabilia, & inſeparabilium; quædam ſunt per ſe, & quædã per accidens; tunc dr̃, ꝙ verum eſt, ꝙ contraria nõ poſſunt eſſe ſimul ſed vnũ in actu & reliquũ in potentia loquendo de contrarijs ſeparabilibus, non autẽ de inſeparabilibus ſiue fuerint per *Rep.* ſe ſiue per accidens, ¶ Contra nã maſculus, & femina ſunt contraria 10. met. 25. per accidens, & ſeparabilia tñ nullus qui eſt maſculus actu potentia eſt femina. & qui eſt actu fe- *Sol.* mina non eſt potentia maſculus, ¶ Dicas ꝙ per ly (idem) intelligimus duo, vel idem ſubiectum numero, vel idem. i. eamdẽ ſpeciem. verum eſt ꝙ idem numero veluti Petrus; qui eſt maſculus potentia, non eſt femina, & midea eſt femina actu, non eſt potentia maſculus; ſed in eadem ſpecie inuenitur maſculus, & femina.

Palam ergo eſt quòd circa idem, aut ſpecie, aut genere nata ſunt fieri contraria languor namq; & ſanitas in corpore animalis, nata ſunt fieri. albedo autem, & nigredo, ſimpliciter in corpore, iuſtitia vero, & iniuſtitia in anima hominis.

Cum notificauit tres contrariorum proprietates, ſeu præcepta, vt dicunt Græci nũc declarat, quartã proprietatem Diuiditur in 3. partes in 1. ponit quartam proprietatem in 2. ibi (languor) exemplo manifeſtat dictam proprietatem in contrarijs corporalibus in tertia ibi (vt iuſtitia) dat exemplum de contrarijs ſpiritualibus, quæ ſequuntur animam ideo. d. (palam vero eſt). i. manifeſtum eſt, ꝙ quarta proprietas contrariorum hæc eſt. ſ. ꝙ contraria dicuntur illa, quæ ſunt apta nata fieri circa idẽ ſubiectum, Sed Nota ꝙ ly (idem) dicitur pluribus modis. 1. top. 4. & 5. met. cap. de eodẽ. Vno modo idem numero. Alio modo idem ſpecie. Alio modo idẽ genere. Alio idem accidẽte. Alio modo idem proportione ſi contraria ſiunt circa idẽ, circa quod idem? Reſpondet Ar. tacite, tñ & dicit (aut) circa idem numero, aut expreſſe. ſ. ſiue circa idẽ ſpecie aut ideſt ſiue circa idẽ genere, & ſcias ꝙ ly (aut) poteſt ſumi vt eſt nota ſolutionis. 3. de anima 14 vel pro ſiue. ¶ Di- *Dub.* ces quare Ar. dixit circa idem ſpecie aut circa idem genere, & non dixit circa idem numero? ¶ Reſpondent Græci, & dicunt ꝙ Ar. *Sol.* reliquit hoc tamquam confeſſum, & ſuperhabitum: qm̃ ſi contraria poſſunt fieri circa idem numero, nõ ſimul, ſed ſucceſſiue, & ideo dixit circa idẽ numero, vel ſpecie, vel genere, ſunt apta nata fieri contraria; qm̃ eadẽ eſt materia contrariorum. 2. cæl. 18. 5. phy. 14. 4. phy. 84. Dices da exemplum qñ ſiunt contraria circa idem genere? dicit Ar. (namque) v. g. languor. i. ægritudo, & ſanitas; quæ ſunt duo contraria, nata ſunt fieri in corpore animalis; quoniam ægritudo, & ſanitas non ſunt paſſiones cuiuſcumque corporis non. n. lignum, vel lapis, vel ferrum ſunt apta nata fieri ſana, vel ægra, quod corpus animalis eſt vnum ſecundum genus; quoniam animalium vnum genus eſt, ¶ Dices albedo, & nigredo; quæ ſunt duo contraria circa quod ſubiectũ, ſunt apta nata fieri? ¶ Reſpondet Ar. & dicit (albedo autem, & nigredo) q. d. ſed albedo, & nigredo ſunt apta nata fieri, non ſolum in corpore animalis, ſed in corpore ſimpliciter ideſt in omni corpore. ſ. tàm in corpore animalis, quàm in corpore inanimato; quod omne corpus eſt, & ipſum ſecundum genus, idem eſt. ſ. corpus animalis, & ſimiliter omne aliud corpus eſt vnum & idem genere, quod genus corporis animati, & inanimati eſt ipſa ſubſtantia, nã dicitur, corpus animatũ eſt ſubſtantia, & omne corpus inanimatum etiã eſt ſubſtãtia, & ſic ſunt idem genere. q. d. Ar. ꝙ albedo, & nigredo reperit̃, tàm in corpore animalis, quàm in corpore inanimato, nam reperit̃ animal album, vt cignus. & animal nigrũ, vt coruus, & in quocumq; corpore, quod non eſt animatũ, vt calcis eſt corpus, ſimiliter nix camphora, & ſaccarum, pix vero carbo & ebanum ſunt corpora nigra, & Nota ꝙ Ariſt. dicit in corpore denotando, ꝙ omnia contraria ſunt accidentia. 1. phy. 52. quæ ſubſtentantur per eſſe in aliquo vt patet in Antepdicamentis cap. 2. cõtraria vero quæ ſiunt circa idẽ ſpecie ſunt iuſtitia, & iniuſtitia, ſunt apta fieri nõ in corpore; ſed in anima ¶ Dices cũ anima ſit triplex vegetatiua, ſenſitiua,

ſitiua, & rationalis, in qua aĩa ſiunt, hæc duo cõtraria.ſ.iuſtitia, & iniuſtitia.i.quę anima eſt apta nata ſuſcipere iuſtitiã, & iniuſtitiã, Reſpondet Ar.q.d.non in omni anima non in vegetatiua, nõ in ſenſitiua, ſed in anima hominis; ſed qm̃ omnes homines ſunt idem ſm̃ ſpeciẽ, recte concluſum eſt ꝙ contraria ſiunt, ſm̃ idẽ genere, vel ſpecie; & qm̃ tàm genus, quàm ſpecies habet indiuidua; ideo omnia contraria; quæ habent fieri circa ſpeciẽ, vel circa genus, poſſunt fieri circa indiuiduũ, v.g. hæc ſanitas, & hęc ęgritudo circa hoc animal, & hęc albedo, & hęc nigredo circa hoc corpus, & hęc iuſtitia, & hæc iniuſtitia circa hanc animã; & qm̃ accidentis eſt ineſſe, & accidens non eſt ens; niſi quia entis. 7.met. 2. oportet omnia hæc cõtraria ſm̃ naturam ſuam fieri circa idẽ ſpecie, vel genere; veluti diximus, Vel Dicendum ꝙ qñ d. Ar. ꝙ contraria ſunt apta nata, ſm̃ ſuam naturã fieri circa idem genere, intelligit ſic.i. circa illas ſpecies; quæ ſunt eędem in genere, veluti ſanitas, & ægritudo ſiunt in homine, in cane, equo, boue, qui ſunt multę, & diuerſę ſpecies; tñ ſunt idem, & cõueniunt in corpore animalis.i. conueniunt in corpore animalis.i.cõueniunt in genere; quod genus harũ ſpecierum eſt animal. ¶ Dices ſanitas, & ægritudo non ſunt paſsiones ſpecierũ non.n. homo; qui eſt ſpecies eſt ſanus, neque homo; qui eſt ſpecies ægrotat ſimiliter, nec equus, nec bos. 1.met.1. ſed ſanitas, & ægritudo ſunt paſsiones indiuiduorũ; nam actiones, & paſsiones, & generationes ſunt ſuppoſitorũ.1.n. met.1.8.met.3 experientia eſt ſingularium, & paulo inferius inquit ſi quis itaq; rationem abſq; experientia teneat, & vniuerſale quidẽ ignorat, quod autem ſub eo eſt particulare, ignorat ſepe numero errabit à ſanando, id.n. magis ſanabile eſt, quod ſingulare eſt actiones autem, ac generationes omnes circa ſingulare ſunt. non.n. hominem niſi per accidens ſanat, qui medetur; ſed calliam, aut Socratem, aut alium quempiam eorum; qui ſic dicuntur, cui accidit hominem eſſe, exponatur textus hoc modo.ſ. ſanitas, & ægritudo ſiunt circa idem genere, & ſpecie vt ſortes ſit ſanus Petrus ſi æger qui ſortes, & Petrus ſunt idem ſpecie; quia conueniunt in humanitate; vterque eſt homo, & conueniunt in genere.ſ. in corpore animalis vterque.n. eſt animal, Dicas igitur ꝙ quando d. Ariſt. ꝙ contraria ſunt apta nata fieri circa idem genere intelligitur ſic.i.circa illa; quæ ſunt in eodẽ genere, vt ſanitas, & ægritudo ſiunt in homine; & boue, cane, & leone, qui ſunt idem genere tamen per accidens ſanitas, & ægritudo ſiunt circa ſpeciem, ſed primo, & per ſe circa indiuidua contenta ſub ſpeciebus, vt circa ſortẽ, & Platonem, qui ſunt idem ſpecie, & genere, quod aſſerit Ar. in cap. de ſubſtantia quando inquit maxime proprium ſubſtantiæ eſt; quæ cum ſit eadem numero; ꝙ ſit ſuſceptibilis conrariorum. ſi vero homo; qui eſt ſpecies ſuſcipit contraria non per ſe inquantum eſt homo; ſed per accidens reſpectu indiuiduorum quæ ſunt ſuſceptibilia contrariorum.

Neceſſarium autẽ eſt omnia contraria, vel in eodem genere eſſe, vel in contrarijs generibus, vel ipſa genera eſſe: album enim, & nigrum in eodem genere ſunt: color enim eorum genus eſt: iuſtitia vero & iniuſtitia, in contrarijs generibus: illius namque virtus genus eſt, huius autem vitium, bonum vero, & malum non in genere ſunt: ſed ipſa ſunt genera aliquorum exiſtentia.

Abſolutis quatuor contrariorum proprietatibus, nunc abſoluit quintam Diuiditur in 2. partes in 1. facit quod dictum eſt, in 2. ibi (album) de ſingulis dictis in prima parte ſingula affert exempla: quo ad primum Dices, quæ eſt hæc quinta proprietas, quæ competit contrarijs? Reſpondet & dicit (neceſſarium eſt) non neceſsitate ſecundum quid, & per accidens, ſed ſimpliciter ꝙ omnia et non quædam contraria eſſe in.i. ſub eodem genere determinato, & propinquo non.n. hic loquitur Ar. de genere remoto, vel remotiſsimo, vel neceſſarium eſt omnia contraria eſſe in contrarijs generibus, vel neceſſarium eſt ipſa contraria eſſe genera dat exemplum de illis contrarijs; quæ ſunt in eodem genere, & dicit (album.n. & nigrum) v.g. albedo, & nigredo ſumit concretum pro abſtracto; quoniam notiora ſunt concreta abſtractis, vt dulcedo, & amaritudo in ſapore Dices quod eſt genus horum contrariorũ, Reſpondet & d. color enim eorum.ſ.albi, & nigri genus eſt.i. genus eorum color appellatur; qui eſt genus proximum, & propinquum vt dixit Por. album coloris ſpeciem in cap. de ſpecie Dices quæ ſunt contraria, quæ ſunt in cõtrarijs generibus? Reſpondet Ar. & dicit ꝙ contraria; quæ ſunt in contrarijs generibus, vocantur iuſtitia, & iniuſtitia, iuſtitiæ.n. genus eſt virtus iniuſtitiæ vero genus eſt, vitium quæ virtus, & vitium ſunt duo contraria, quoniam eorum ſpecies ſunt contrariæ, quoniam contrariorum contrarię ſunt cauſæ 2.de gen. 24. 56. ¶ Dices quę ſunt contraria; quæ ſunt genera d. ꝙ illa contraria, quę non ſunt in genere, neq; in contrarijs generibus vocantur,

bonum, & malū Dices ſi bonum, & malū ſunt genera, & ſingula genera continent ſpecies; quę ſunt ſpecies quę continent ſub his generibus? dicit quòd bonum, & malum ſunt genera motum loquēdo de moralibus; Sed Nota quòd bonum, & malum dicuntur, genera reſpectu particularium bonorum, & malorū & ideo dicit Ar. ꝙ bonū, & malū ſunt genera aliquorum .i. particularium; tamen ipſa ſubijciuntur ſub aliquo genere, .i. ſub ipſa qualitate:

Dub. ¶ Dices ſi hoc eſſet verum, tunc prædicamenta eſſent duodecim, & non decem quoniam ſupra decem prædicamenta numerata ab Ar. in Anteprædicamentis cap. vltimo, & 2. top. cap. de prædicamentis, & confirmata à Por. cap. de ſpecie, addantur duo .ſ. bonum, & malum, quæ non ſunt ſub eodē genere, neque in contrarijs generibus, ſed ipſa ſunt genera, ergo decem, & duo faciunt duodecim, ſunt prædicamenta?

Sol. ¶ Dicas ꝙ licet Ariſt. hic aſſerat ꝙ bonū, & malum ſunt genera, tamen non ſunt genera per ſe, ſed in prędicamentis omnibus reponuntur; nā in ſubſtantia eſt bonum, & malum, vt eſt perfectio, & forma malum priuatio, ſimiliter in ſingulis alijs: Nota etiam ꝙ ſi bonum, & malū ſumantur traſcendenter hæc non ſunt in genere, nec in generibus ſi vero ſumuntur prædicamentaliter ipſa ſunt in genere qualitatis, tamen qualitas non eſt genus proximum, ſed remotum.

Dub ¶ Dices quare Ar. manifeſtauit omnes illas quinque proprietates de contrarijs ſola inductione, & exemplo, & non ſyllogiſmo chategorico, vel demonſtratione?

Sol. ¶ Dicas quoniam ſyllogiſmus vt patet per ſuam definitionē. 1. priorum, & 1. top. cap. 1. & in libro de motu animalium cap. 4. probat naturaliter ignotum ſimiliter demonſtratio cum ſit ſyllogiſmus. 1. poſt. 8. 15. 28. 1. priorum cap. 5. & quoniam omnes iſte proprietates de cōtrarijs ſunt notæ, & manifeſtæ per ſe, vel fere notæ ideo ſuper his nō cadit ſyllogiſmus, nec demonſtratio; nam id; quod eſt per ſe notum nō indiget probatione 2. cæli 27. ſed tantum inductione cuius proprium eſt manifeſtare; non probare. 1. poſt. 20. 2. priorum cap. 23. eo magis, quia hæ proprietates potius dicuntur præcepta; & theoremata à Græcis; ab Au. dicuntur regulæ datæ in logica; quæ ſunt per ſe notæ: nā regulæ artis ſunt poſitiones in arte, & notæ; in illa arte in qua ſunt poſitiones, 1. poſt 14. 1. phy. vltimo 2. phy. 22. 26. 8. phy. 22. 3 cæli 4. 2. poſt. 32. 1. cæli 2. 4. cęli 22. 2. phy. 6. & 6. phy. 4. 1 priorum cap. de ſyllogiſmo hyppotetico, vbi inquit ꝙ propoſitiones ſunt tribus modis quædam ſunt notæ; quæ nulla indigēt probatione; Quædam ſunt naturaliter ignotæ; quæ ſyllogiſmo cathegorico probantur, quædam ſunt medio modo notæ & non omnino ignotæ, nec omnino notæ quæ indigēt aliqua materiæ diſciplinæ; veluti eſt ſyllogiſmus hypoteticus per naturam; vel inductio, aut exemplum, vel diuiſio, & enthimema his ſic ſtantibus; Dicas ꝙ Ariſt. non probauit ſupradictas contrariorum proprietates, ſyllogiſmo chategorico, vel demonſtratione; quoniam ſunt notæ naturaliter iuxta dictum Auer. cum d. vniuerſales propoſitiones inductæ manifeſtantur; quando fuerint notæ 2. priorum 26. 1. top. cap. 9. 1. poſt. 134.

Dub. ¶ Dices quæ ſunt iſtæ proprietates quæ ſunt notæ, & manifeſtæ de contrarijs?

Sol. ¶ Dicas ꝙ ſunt hæ videlicet (contrarium, autem bono malum eſt) Secunda vero eſt (contrariorum non neceſſarium eſt ſi alterum eſt, & reliquum eſſe) Tertia (ſi ei ꝙ Socratem ſanum eſſe, Socratem languere contrarium eſt) Quarta (circa idem aut ſpecie, aut genere nata ſunt fieri contraria) Quinta neceſſarium eſt omnia contraria, vel in eodem genere eſſe, vel in contrarijs generibus, vel ipſa genera eſſe) his igitur expeditis ad capitulum de priore pertranſire oportet.

CAPVT DE PRIORI.

Prius autem alterum altero dicitur quadrupliciter Primo quidem modo, & maxime propriè ſecundum tempus, ſecūdum quod antiquius alterum altero, & vetuſtius dicitur in eo enim quòd tempus amplius eſt, & antiquius, & vetuſtius dicitur.

FACTA de oppoſitis longa diſputatione, diſcurrendo quot modis oppoſita ſolent opponi, & poſita differētia inter ſingula oppoſita, & notificatis quinque oppoſitorum proprietatibus, in hoc capite vult tractare de priori, & de poſteriori; quæ prius, & poſterius licet ſint duo, tamen faciunt vnum, poſt prædicamentum inquantum de vno, & eodem prædicantur; cauſa intētionis eſt quoniam in cap. de relatiuis Ar. meminit de priori; quando dixit ꝙ ſenſibile eſt prius ſcientia, & ſenſibile prius ipſo ſenſu, & in cap. de ſubſtantia, ꝙ ſubſtantia ſingularis eſt, prima ſubſtantia; & ideo in hoc capite varia, & diuerſa numerat prioris ſignificata;

Dub. ¶ Dices quare Ariſt tractat de priori, & poſteriori?

Sol. ¶ Dicas quoniam 1. priorum cap. 1. & 11 met. cap. 1. oppoſitorum eadem eſt diſciplina: tanto magis à natura relatiuis conceſſum eſt ꝙ ſi quis definite nouit vnum relatiuorum definite noſcet, reliquum eoq; magis; quoniā res ſicut ſunt ſic ſimul cognoſcuntur,

tur,& ſicut res ſe habent ad eſſe ſic ſe habent ad cognoſci. 2. met. 4. 2. poſt. 94. 1. cæli. 2. 1. poſt. 41. quoniam prius, & poſterius ſunt duo relatiua, ſimul natura exiſtentia ideo per diſtinctionem modorum ipſius prioris habetur diſtinctio modorum ipſius poſterioris; ideo non eſt particulariter facienda mẽtio de ipſo poſteriori, Ariſt. igitur ſequens ordinem naturæ ſimul in hoc cap. tractat de priori, & de poſteriori, Diuiditur hoc capitulum in duas partes, in 1. deſcribit modos prioris, & poſterioris, ſecundum famoſitatem. i. magis famoſos, & vſitatos vulgares, & manifeſtos in. 2. ſubiungit proprium modum prioris, & poſterioris; ibi (videtur) prima pars diuiditur in quatuor partes, quarum prima concernit prioritatem temporis, 2. importat prioritatem conſequentis, ibi (ſecundo) Tertia importat prioritatẽ ordinis, ibi (tertio) Quarta manifeſtat prioritatem dignitatis, ibi (Amplius) Quinta & vltima denotat quintum modum prioris, (habita igitur præſentis capituli diuiſione vniuerſali) Diuiditur iſte textus in 2. partes in 1. docet quòd ly (prius) dicitur quatuor modis, & declarat primum modum, in 2. declarat alios modos prioris, quo ad primum, ſed pro notitia eſt ſciendum, ꝙ omnis artifex tàm nobilis, quàm ignobilis, tàm magnus, quàm paruus, practicus, & ſpeculatiuus, & quicumque ſit; quando aliquod nomen eſt æquiuocum, ne dubius ſit intellectus debet prius diſtinguere illud nomen in ſua ſignificata; deinde determinare veluti Ar. docet. 1. cæl. 110. & An. 1. poſt. 33. quam ſequutus regulam Porphyrius in cap. de genere, qui cum numeraſſet tria generis ſignificata; vltimo deliberauit de quo genere erat pertractaturus dicens; tripliciter igitur cum genus dicatur de tertio apud philoſophos ſermo eſt cum igitur ly (prius) ſit nomen multiplex ideo Ar. ſeruans regulam ſuam, & vt peritus artifex, ne auditorum animum confundat, atque perturbet, docet quot modis dicitur (prius) ideo inquit ꝙ ly prius. q. d. non dicitũ vno modo, ſed pluribus modis, & præcipue quatuor modis Dices; qui ſunt iſti quatuor modi prioris? Reſpondet Ariſt. & dicit prius tempore, prius natura, prius ordine, prius dignitate; Iterum iſti modi ſunt quatuor. ſ. famoſi vſitati, & manifeſti; addit poſtea quintum, qui non eſt ſic notus, manifeſtus, & vſitatus, ſed latet apud priſcos philoſophos; Dices eſt ne manifeſtũ, vel dubium ꝙ ly (prius) dicitur quatuor modis? Reſpondet & dicit (quidem) certe. q. d. ly prius non dicitur pluribus modis, nec paucioribus; quàm prædictis quatuor modis, Dices ly prius quomodo eſt intelligendum reſpectu vnius, & abſolute an reſpectu alterius? Reſpondet, & dicit non abſolute, & reſpectu vnius quoniam nihil poteſt eſſe prius, ſe ipſo, nec poſterius, & dicit (Prius quidem alterum q. d. non ſe ipſo, ſed altero, & recte dixit (altero) denotando ꝙ illud, quod prius eſt alterum. i. diuerſum ab altero. i. à poſteriori, & poſterius eſt diuerſum à priori, quæ diuerſitas dicit differentiam accidentalem; non ſubſtantialem. vnde exponatur textus ſic (alterum eſt prius altero, & alterum eſt poſterius altero, quatuor modis; Dices quis nam eſt principalis modus, Reſpondet & ſimul incipit numerare modos prioris, & poſterioris, & dicit (primo quidem modo). ſ. primus modus eſt & dicitur, prius ſecundum tempus quod prius ſecundum tempus dicitur quando aliqua res tempore præcedit aliam rem, vel id dicitur prius tempore aliquo cuius generatio fuit tempore præcedenti, quod prius tempore Ar. vocat maxime proprium; quoniam omnium aliorum modorum eſt notiſsimus; quoniam fundatur in tempore; quod tempus omnibus eſt per ſe notum, 4. phy. 57. ex quo ſoluitur dubitatio quare Ar. incipit à priori ſecundum tempus, & non ab aliquo alio modo prioris? Dicas quoniam. 1. phy. 4. 57. 3. phy. 2. & 2. de gen. 51. 2. de anima 1. & 1. de par. an. cap. 1. à notioribus eſt inchoandum; & quoniam iſte modus prioris. ſ. ſecundum tempus eſt notior omni alio prioris modo ideo ab hoc, & non ab alio prioris modo, initium fecit (ſecundum quod prius tempore). i. ſecundum hunc modum prioris dictum; ſecundum tẽpus aliquod dicitur antiquius, aut ſenius, altero in eo enim ꝙ tempus amplius, & antiquius, & vetuſtius dicitur. Nota ꝙ dicit antiquius propter inanimata; ſenius vero propter animata; nam elementum eſt antiquius mixto; ſed non ſenius eſt enim vna planta ſenior altera, & vnum animal ſenius altero, veluti pater eſt prior filio, & è contra: id eſt poſterius tempore cuius generatio eſt poſterior, & tardior veluti filius, eſt poſterior patre, mixtum elementis, & domus lapidibus, & lignis ideo dicitur, 4. phy. ꝙ tempus eſt cauſa antiquitatis, & ſenectutis corruptionis ſenij & obliuionis tex, 117. dicitur etiam prius tempore imperium Perſarum Imperio Romanorum; Anaxagoras ætate, & tempore prior Empedocle. 1. met. 2. & Adam fuit prior Abel, Noe prior Abraham, Dauid prior Solomone. & vniuerſaliter hoc modo prius dicitur eſſe quod eſt altero antiquius, vel ſenius, inter quæ Boetius ex Porphyrij ſententia talem ponit differentiam, ꝙ antiquius ſeu vetuſtius tribuit rebus inanimatis, & ſenius animatis, vt ſi quis dicat antiquius fuiſſe bellum Thebanorum, atque Græcorum Troye, ex odio eo ꝙ tempore præcedit filij, namque ducum quæ Thebano periere prælio Troye prælijs inter

fuere

fuere Diomedes, Tidei filius, & Stenellus fi-
ſius Campanei, atque hoc quidem ita, quo-
niam eſt, & in rebus inanimatis, quod anti-
quius dicitur, vt cum dicimus antiquiorem
eſſe dominationem regum in Ciuitate Ro-
mana, quàm Conſulum, & Magiſtratuum,
in rebus vero animatis ſenius vocamus ſe-
niorem, namque dicimus Pythagoram So-
crate, Socratem Ariſtotele, quoniam ſe tem-
poribus antecedunt, & Nota ꝙ iſte modus
prioritatis, & poſterioritatis eſt proprijſsi-
mus, quoniam ex natura rei vnum tépus ſuc-
cedit alteri, & vnum eſt prius, & alterum eſt
poſterius, & per attributionem ad hunc mo-
dum alia dicuntur habere rationem prioris,
& poſterioris. Nota etiam ꝙ hæc diſtinctio
prioris, & poſterioris non eſt diuiſio generis
in ſpecies, ſed eſt diuiſio alicuius communis
in modos ad oſtendendum, ꝙ prius & poſte-
rius non dicuntur vno tantummodo, ſed mul
tis modis eo modo quo genus, & ſpecies dif-
ferentia, & proprium veluti inquit Porphy-
Dub. rius. ¶ Dices quare Ar. docuit primum mo-
dum prioris, & non docuit primum modum
Sol. poſterioris. ¶ Dicas ꝙ hoc non eſt neceſſa-
rium quoniam prius, & poſterius opponun-
tur relatiue, de quorũ natura eſt ꝙ quot mo-
dis dicitur vnum, tot modis dicitur reliquum
pertractando igiẽ de priori, & docendo quot
modis dicitur prius tractat, & docet quot mo
Dub. dis dicitur poſterius. ¶ Amplius Dices de
tempore, non habemus niſi (nunc) 8. phy. 10.
11. in quo non eſt prius, neq; poſterius; quo-
niam eſt indiuiſibile, ergo nihil dicitur prius
Sol. tempore? ¶ Dicas ꝙ licet de tempore non ſit
niſi nunc in actu, & in facto eſſe; tamen ſecun-
dum ſucceſsionem, & ſecundum potentiam
ſunt plures partes temporis, vt præteritum,
& futurum quæ ſunt in fieri ex fluxu ipſius
nunc.

Secundum autem, quòd non conuertitur ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam. vt vnum duobus prius eſt. duobus enim exiſtẽtibus, mox vnum eſſe conſequens eſt, vno vero exiſtente, duo eſse non neceſsarium eſt. quare non conuertitur ab vno cõſequentia, vt reliquum ſit prius, autem illud eſse videtur, à quo non conuertitur quod eſt eſse conſequentia.

Cum dixerat ꝙ prius alterum altero dicitur quatuor modis, & iam numerauit, & declarauit vnum, nunc numerat, & declarat ſecundum, Diuiditur in tres partes, in 1. facit quod dictum eſt in 2. ibi (vt) exemplo, manifeſtat ſecundum modum prioris, in tertia ibi (prius autem) repetit id; quod in prima parte dixit; ideo inquit (ſecũdum autem) autem pro ſed q. d. ly prius non ſolum dicitur vno modo. ſ. prius tempore; ſed etiam dicitur alio & ſecundo modo, qui ſecundus modus eſt prius natura. i. communitate; qui eſt talis. ſ. id eſt prius natura, à quo non cõuertitur ſubſiſtendi conſequentia. 5. met. cap. de priori Dices quid ſibi vult illa particula. ſ. à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia? Reſpondet Ar. declarans 4. phy. 7. & dicit, id dicitur natura prius quod poteſt eſſe ſine alijs, & alia non poſſunt eſſe ſine illo, exemplũ vt locus poteſt eſſe ſine locato, tamen locatum nõ poteſt eſſe ſine loco, ergo locus eſt natura prior, vt fiola poteſt eſſe ſine vino, aqua, oleo, ſed hæc. ſ. vinum, aqua, oleum, non poſſunt eſſe ſine loco; ideo Ariſt. nunc, & Aui. 8. phy. 35. 56. dat aliud exemplum, & dicit (vnum duobus prius eſt) v. g. vnum eſt prius duobus; natura Dices quomodo probatur? Reſpondet, & dicit (duobus .n. exiſtentibus) .i. ſi duo ſunt (mox) .i. ſtatim vnum eſſe conſequens, eſt .i. ſtatim ſequitur hæc cõſequentia, ſi vnum eſt .i. ſi duo ſunt, ergo vnum eſt? & ſi mille ſunt, ergo ſunt centum? vno vero exiſtente, duo eſſe non neceſſarium eſt; verò pro ſed exiſtente vno. i. ſi vnum eſt non neceſſe eſt duo eſſe. i. non ſequitur conſequentia, ſcilicet ergo duo ſunt, quoniam non conuertitur ab vno, conſequentia vnde ſumitur, ꝙ genus, eſt prius natura ipſa ſpecie; nam ſi homo eſt, animal eſt, ſi albedo eſt, color eſt; & ſi triangulus eſt, figura eſt; tamen ſi animal eſt, non neceſſe eſt hominem eſſe, Dices quomodo intelligitur ꝙ ſi duo ſunt neceſſe eſt vnum eſſe? Dicas qm̃ binarius non poteſt eſſe ſine vnitate, maiora igitur, & ſuperiora natura ſunt priora ſuis inferioribus; vt genus ipſa ſpecie, & ſpecies indiuiduo, valet igitur dicere homo eſt ergo animal eſt, Franciſcus eſt ergo homo eſt, & non è contra ſpecies. n. infert genus; ſed genus non infert ſpeciem, indiuiduum infer ſpeciem, ſed ſpecies non infert indiuiduum quoniã à ſuperiori ad inferius non valet conſequentia, affirmatiue loquendo nõ enim dicimus animal eſt, ergo homo eſt. ſed negatiue valet, vt nõ eſt animal, ergo non eſt
homo, ¶ Dices quare nõ valet dicere eſt ani- Dub.
mal, ergo eſt homo, ¶ Dicas quoniam genus Sol.
habet vim vnius, ſpecies vero habet rationẽ duorum; quoniam ſpecies eſt compoſita ex duobus ex genere, & differentia, ſicut. n. non valet dicere vnũ eſt ergo duo ſunt ſic non valet dicere animal eſt, ergo homo eſt; ſimiliter ſpecies habet rationem vnius inquantum ſignificat vnam formam, & vnam naturam; indiuiduum habet rationẽ duorum, quia com-

ponitur

Rep. ponitur ex materia, & forma. ¶ Dices contra
nam dicimus duo ſunt plura, & tamen non
poſſumus dicere vnum eſt plura ſimiliter non
dicimus pater eſt ſenex, ergo filius eſt ſenex,
ergo à duobus ad vnum nũ valet conſequen-
Sol. tia. ¶ Dicas ꝙ hic ſecundus modus priorita-
tis abſoluitur per propoſitionem de ſecundo
adiacente, vt accidens eſt, ergo ſubſtantia eſt.
modo inſtantiæ dictæ ſunt propoſitiones de
tertio adiacente, vnde valet dicere, duo ſunt
ergo vnum eſt, ſed non valet duo ſunt plura,
Dub. ergo eſt plura. ¶ Amplius non valet dicere
triginta homines trahunt nauim, ergo vnus
Sol. homo trahit nauim. ¶ Dicas ꝙ non valet de
verbo adiectiuo; ſed ſolum de verbo ſubſtan-
tiuo & ſi de verbo ſubſtantiuo non in propo-
ſitione de tertio adiacente, ſed in propoſitio-
Alia ſol. ne de ſecundo adiacente, ¶ Vel Dicas ꝙ di-
ctum Ar. intelligitur quo ad ſi eſt & non quo
Alia ſol. ad quia eſt. ¶ Vel quo ad exiſtentiam non quo
ad prædicationem valet igitur dicere homo
eſt, ergo animal eſt, ſed non valet dicere ho-
mo eſt ſpecies ſpecialiſsima, ergo animal eſt
Dub. ſpecies ſpecialiſsima, ¶ Amplius Auer. in 4.
quæſito poſt. inquit ꝙ ex eſſe animalis ſequi-
tur eſſe ipſius rationis, vt ſi animal eſt, ergo
Sol. rationale eſt, ¶ Reſpondet Au. ibidem, & di-
cit ꝙ non ſequitur neceſſario. ſed poſsibiliter.
Rep. ¶ Contra nam ſicut ſpecies neceſſario infert
genus, ſic etiam neceſſario genus infert ſpe-
ciem nam ſicut dicimus homo eſt, ergo ne-
ceſſario animal eſt, ſic animal eſt, ergo neceſ-
ſario homo eſt, ergo genus non eſt natura;
prius ſpecie probatur. ſic nam relatiuorum;
quæ ſunt ſimul natura vnum, non eſt prius al-
tero, vt patet in cap. de relatiuis; ſed genus,
& ſpecies ſunt correlatiua teſte Porphyrio
cap. de ſpecie, ergo vnũ non eſt natura prius
Sol. alio. ¶ Dicas ꝙ genus, & ſpecies conſideran-
tur duobus modis, vno modo vt ſunt primo
intellecta. Alio modo, vt ſunt ſecundo intelle-
cta, tunc dicitur, ꝙ genus, & ſpecies conſide-
rata vt primo intellecta non ſunt relatiua, &
ſemper genus eſt, natura prius ſpecie vt ani-
mal homine, ſed conſiderata vt ſunt ſecundo
Dub. intellectu, ſic ſunt relatiua. ¶ Dices id; quod
eſt poſterius non eſt prius, ſed genus eſt po-
ſterius 1. de anima 8. ergo genus non eſt prius
Sol. ¶ Reſpondent ibidem Ar. & Au. 1. poſt. 162.
& d. ꝙ genus cõſideratur dupliciter vno mo-
do, vt eſt vniuerſale, & ſic eſt poſterius, Alio
Petitio. modo vt animal, & ſic eſt prius, ¶ Dices quid
Reſp. ſibi vult, ly (conſequentia eſſendi) ¶ Dicas ꝙ
eſt illa in qua ex exiſtẽtia vnius infertur exi-
ſtentia alterius, & quid intelligit per ly (non
conuertitur) Dicas ꝙ qñ ab exiſtentia vnius
nõ ſequitur exiſtentia alterius, vt animal eſt:
ergo homo eſt, ſed quãdo ab exiſtentia vnius
ſequitur exiſtentia alterius, tum dicitur con-
uerti vt ſi pater eſt, ergo filius eſt & ſi filius
eſt, ergo pater eſt, ſi homo eſt, ergo riſibile
eſt, & ſi riſibile eſt, ergo homo eſt, & hæc. ſ.
pater, & filius, homo & riſibile dicuntur con-
uerti ſecundum eſſendi conſequentiam. ¶ Di-
ces (vnum) dicitur pluribus modis 10. met.
1. vnum numero. 1. phy 60. 66. 79. vnum ſpe-
cie ibidem vnum genere, vnum proportione,
vnum accidente cum d. Ariſt. vnum eſt prius
duobus; quomodo ſumitur ly vnum? Dicas
vnum numero quod eſt pricipium numeri. 5.
met. cap. de aliquid, tamen non eſt numerus
5. met. 12. in epit. met. tractatu primo cap. de
vno. 10. met. 2. ex quo valet dicere ſunt duo
in numero ergo eſt vnum numero ſicut valet
compoſitum eſt ergo ſimplex eſt. 2. cæli 22.
Sed Nota ꝙ vnum numero, & vnum quod eſt
principium numeri differunt 5. met. 11. cum
d. Ar. duo ſunt, ergo vnum eſt, debet exponi
hoc modo numerus binarius eſt, ergo vnum
quod eſt principium numeri binarij eſt, ¶ Di- Dub
ces 2. cæli 18. oppoſitorum ſi vnum eſt reli-
quum eſt modo vnum, & multa ſunt oppoſita
4. met. 4. cum igitur duo ſint multa ergo ſi va-
let dicere, duo ſunt ergo vnũ eſt valet etiam
dicere vnum eſt, ergo duo ſunt, & ſic duo in-
ferunt vnum. & vnum infert duo. ¶ Dicas ꝙ Sol.
quando d. Ar. vnum, & multa opponuntur
non intelligitur, ꝙ ſunt oppoſita .i. contraria
ſed ꝙ ſunt diuerſa, & ſic non valet dubitatio,
¶ Dices valet ne dicere vnum eſt, ergo vnum Dub.
eſt? Reſpondet Ar. 5. met. 12. & d. ꝙ vnitas eſt Reſp.
duplex Alia maior, Alia minor tunc d. ipſe ꝙ
vnitas maior ſemper infert vnitatem mino-
rem, & è contra. ¶ Vel Dicas ꝙ vnum eſt du- Alia
plex, Aliud ſecundum definitionem, Aliud reſp.
vnum materiale. 7. met. 40. tunc dicitur, ꝙ
vnum infert vnum, ſi vnum eſt, ergo vnum eſt
.i. ſi vnum ſecundum definitionem eſt, ergo
vnum materiae eſt nam vnum ſecundum defi-
nitionem infert vnitatem materialem. ¶ Di- Dub.
ces an prius natura inferat prius tempore. Sol.
¶ Reſpondet Au. & Dilucidiſsimus themiſtius
4. phy. 7. & dicunt ꝙ ſic quoniam eadem defi-
nitio competit vtrique priori nam prius tem
pore eſt quod poteſt eſſe ſine aliquo, & aliud
non ſine ipſo ſimiliter, prius natura eſt id;
quod poteſt eſſe ſine alijs, & alia non ſine ip-
ſo, ſed pro veritate eſt ſciendum ꝙ prius na-
tura dupliciter ſumitur vno modo pro eo;
quod poteſt exiſtere ſine alio, & illud non ſine
ipſo, & hoc vocatur prius natura ſecundum
exiſtentiã, Alio modo pro eo à quo aliud de-
pendet, & ipſum non ab illo; & hoc dicitur,
prius natura ſecũdum cauſam, ſeu, ſecundum
dependentiam, ſimiliter prius tempore ſumi-
tur duobus modis, vno modo pro eo; quod eſt
in aliqua menſura, in qua aliud non eſt, Alio
modo; quod poteſt exiſtere ſine alijs, & alia
non ſine illis; & ſic prius tempore eſt. prius ſe-
parabilitate; ex quibus patet quomodo ea;

quæ dicit Au. & themiſtius ſtare poſſunt nam omne prius natura ſecundum exiſtentiam eſt prius tempore, non quod eſt ſecundum menſuram, ſed ſecundum ſeparabilitatem prius vero ſecundum dependentiam, non poteſt eſſe prius tempore.

Tertio vero ſecundum ordinem quemdam prius dicitur; quemadmodum, & in ſcientijs, & in orationibus. nam in demoſtratiuis ſcientijs eſt prius, & poſterius ordine; elementa enim in Geometria priora ſunt ordine ijs, quæ deſcribūtur. ſed in grammatica elementa ſyllabis priora ſunt. & in orationibus ſimiliter prohemiū narratione prius ordine eſt.

Cùm declaraſſet duos modos ipſius prioris .ſ. prius tempore, & prius natura nunc declarat tertium modum qui dicitur prius in ordine, Diuiditur in 2. partes in 1. numerat tertium modum, in 2. ibi (quemadmodum) multis exēplis manifeſtat ipſum ideo inquit (vero) .i. ſed præter duos modos dictos (Tertio) .i. datur tertius modus prioritatis qui dicitur prius ſecūdum ordinem quemdam recte dixit quemdam non dixit ſecundum ordinem ſimpliciter; quoniam iſte modus prioritatis non eſt ſecūdum ordinem ſimpliciter quoniam omnes alij modi important ordinē quia non datur prius, & poſterius ſine ordine ſed eſt ſecūdum quemdam determinatum ordinem in aliquo genere, quo proceditur à priori ad ſuum poſterius. ¶Dices in quibus contingit iſte ordo, Reſpondet Ariſt. & dicit (quemadmodum in ſcientijs, & orationibus nam in demonſtratiuis ſcientijs eſt prius, & poſterius ordine, quæ ſcientiæ ſpeculatiuæ, & demonſtratiuæ ſunt Geometria Arithmetica naturalis diuina, & Mathematica, in quibus datur prius, & poſterius ordine exemplum eſt clarum nam elementa .i. principia ſunt priora ijs; quæ deſcribuntur .i. concluſionibus; quæ ſunt poſteriores, & demōſtrantur per illa principia .i. per propoſitiones quoniam ordo ſciendi eſt à principijs ad cōcluſionem Dices ſolum in ſcientijs demonſtratiuis reperitur prius, & poſterius ordine, vel etiam in alijs ſcientijs? Reſpondet, & dicit ſed etiam in ſcientijs non demonſtratiuis vt in Grammatica prius ſunt, & cognoſcuntur elementa .i. litere quàm ſyllabæ, & prius ſyllabæ quàm dictiones & prius dictiones, quàm orationes; vnde qui in Grammatica ſunt inſtruendi prius debent cognoſcere literas, deinde ſyllabas, deinde dictiones vltimo orationes, ſimiliter in logica prius cognoſcitur nomen, & verbum; quæ ſunt priora ipſa oratione, idem etiam reperitur in orationibus rethoricis; quoniam ordo dicendi, & ſuadendi conſiſtit in hoc ꝙ prohemium, in quo captatur beneuolentia & auditorū excitatur attentio, ſit prius narratione, & narratio ſit prior petitione, accuſatione, vel defenſione, ſimiliter in ædificando domū prius eſt fundamenta iacere, poſterius erigere in altum parietes, vltimo illos tecto cooperire. Nota ꝙ per elementa intelligit id ex quo fit aliquid, vt ex lapide fit domus ergo lapis eſt elementum domus, Sed Nota ꝙ elementum dicitur duobus modis vno modo vniuoce eſt illud ex quo fit aliquid, & ipſum non fit ex aliquo veluti ſunt materia, & forma; quæ non fiunt ex alijs, ſed omnia fiunt ex ipſis. 1. phy. 42. Alio modo dicitur, elementum æquiuoce; quod eſt illud; ex quo fit aliquid, & ipſum fit ex alio, vt ex igne, aere, aqua, & terra, fiunt mixta .ſ. animalia, & plantæ, tamen hæc fiunt ex alijs, ex materia, & forma, 2 de par. ani. cap. 2. Auer. ſimiliter literæ; quæ ſunt elementa ſyllabarum dicuntur, vniuoce elementa, quoniam ex literis fiunt ſyllabæ ipſæ vero nō fiunt ex alijs, ſed ſyllabæ dicuntur, elementa æquiuoce, quoniam licet ex ipſis fiant dictiones, tamen ipſæ fiunt ex literis, quod innuit Au. 3. cæli 31. vbi inquit elementa de quibus Ar. egit in libro phy. ſunt alia ab illis de quibus egit in 3. & 4 de cælo nam elementa de quibus tractatur in 1. phy. ſunt elementa vniuoce, illa vero; quæ tractantur in 3. & 4. cæli ſunt elementa equiuoce dicta .i. vocātur elementa 1. de gen. 43. 2. de gen. 1. 4 metheororum 1. ſed non ſunt elementa ideo dixit Auer. 4. cæl. 37. elementa quandoq; dicuntur de quatuor corporibus & quandoque de prima materia. 5. met. 4. quæ quatuor corpora in tantum dicuntur elementa inquantum comparantur materiæ. 1. de anima 82.

Amplius præter ea, quæ dicta ſint, quod melius, & honorabilius eſt, prius natura eſſe videtur. conſueuerunt autem multi honorabiliores, & magis dilectos à ſe priores apud ſe dicere, eſt quidem, & pene alieniſſimus priorum modus. modi igitur qui dicti ſunt de priore, ferè tot ſunt.

Poſtquàm Ar. de primo ſecundo, & tertio modo prioritatis verba feciſſet .ſ. de priori ſecundum tempus ſecundum naturam, & ſe-

cundum

cundum ordinem nũc agræditur alium prio-
ritatis modum, quo alterũ altero prius eſſe
dicit, & vocatur prius ſm̃ dignitatem, vel ſm̃
honoré, ſeu ſm̃ bonitatem, qui quartus modus
eſt valde diuerſus à prędictis, Diuidit iſte tex
tus in 3 partes in 1. narrat quartum modum
prioritatis, in 2. ibi (conſueuerunt) declarat
ipſum, in 3. ſeparat hunc quartum modum ab
alijs inquit igitur (Amplius). i. de nouo addit
alius modus prioritatis præter eos, qui dicti
ſunt, qui modus non eſt ſecundum tempus,
neque ſecundum naturam, nec ſecundum or-
dinem, ſed eſt quidam modus prioritatis no-
uus valde diuerſus ab omnibus prædictis; qui
nouus prioritatis modus eſt id, quod eſt me-
lius, & honorabilius prius eſt eo quo eſt ho-
norabilius & Nota ꝙ hoc eſt verũ tàm in na-
turalibus, quàm in ciuilibus ideo Ariſt. dixit
prius natura veluti ſol eſt prior luna digni-
tate, & anima corpore, & forma materia, &
compoſito, Nota etiã ꝙ ideo inquit Ar. 1. de
anima 1. ꝙ ſciẽtia de anima propter eius no-
bilitaté; eſt anteponenda ſimiliter ſubſtantia
prior accidente dignitate 7. met. 4. Deus eſt
ſumme bonũ 12. met. 36 37. 38. 39. & primum
principium 12. met. vltimo in toto vniuerſo
cui nihil eſt contrariũ penes cuius diſtantiã,
& propinquitatem in bonitate, & honorabi-
litate, entia vniuerſa dicunt eſſe priora, & po-
ſteriora, nã intelligentiæ dicunt eſſe priores
corporibus cæleſtibus, qm̃ meliores, & perfe-
ctiores. 2. cęl. 66. Ar. tanto .n. aliquod eſt me-
lius, quãto eſt optimo propinquius, corpora
cęleſtia ſunt priora animalibus; quia melio-
ra, & honorabiliora animalia ſunt priora plã-
tis, & plãtę ſunt priores mixtis vita carẽtibus
mixta ſunt priora elemẽtis in corruptibilia
corruptibilibus, 8. phy. 75. ¶ Amplius in ciui-
libus ſolẽt Principes rectores principales ci-
uitatũ ciues honorabiliores, & magis à ſe di-
lectos ex cauſa boni, & in ſe, & in republica di
cere priores eſſe apud ſe in cuius ſignũ dum
agregat eis honorabiliores, & magis dilecti
ex cauſa ſunt omnes propinquiores, & ex hoc
dicunt alijs priores Rex primus eſt in regno
ſunt etiã principes alij alijs in regno priores,
ꝙ ſua quiſq; virtute, aut nobilitatis præſtãtia
videt ſub hoc modo comprehendi, prioritas
amicitię cum .n. quẽ maxime diligimus pri-
mum apud me dico primaſq; obtinere partes
non ꝙ ſimpliciter ſit omnibus alijs dignior,
vel honorabilior ſed quia apud me ſit maxi-
mũ, & pręcipue habet in pręcio vnuſquiſq; .n.
quod ſibi cariſsimũ habet facit maximum, &
ideo mos, & conſuetudo eſt aliquorũ hominũ
diligere aliquos homines, & illorũ dilectorũ
eſſe magis, dilectos. i. quos magis diligunt ſo-
liti ſunt dicere eſſe priores & apud ſe. i. ſibi
vicinos, & propinquos portare. Sed Nota ꝙ
ly (apud) ſignificat quatuor genera cauſarũ ſi-
gnificat cùm finalẽ, cum dicit ſeruus eſt apud
dominum qm̃ ſeruus reducitur ad dominũ, &
eſt propter dominũ tamquàm propter finem
ad quẽ ſeruus dirigit & ordinat immo quid-
quid facit ſeruus facit propter dominũ, ſigni-
ficat etiã cauſam efficientem, vt cum dicit, fi-
lius eſt apud patré, qui dicit cauſa efficiens;
qm̃ pater facit, & producit filiũ, & ipſum edu-
cit de potentia ad actum ſignificat etiã cau-
ſam formalẽ, cum dicit, ignis eſt apud cęlum,
qm̃ cælũ eſt forma ignis; & ignis ſe habet ve-
luti materia, qm̃ cęlum continet ſub ſe ignem
4. cęl. 35. id quod continet eſt forma, id, quod
continet eſt materia, Aliquãdo ſignificat cau
ſam, materialem vt cum dicit, aer eſt apud a-
quã, aer .n. fit ex aqua, tamquàm ex materia.
2. de gen, 35. 4. phy. 49. Aliquando ſumit pro
propinque, & prope vt ego quem diligo eſt
apud me, i propre me iuxta me. ¶ Dices quo-
modo probatur ꝙ id; quod eſt melius, & ho-
norabilius eſt natura prius; Rñdet Ar. pro-
bando, & d. tñ non probat per demonſtratio-
né, nec per ſyllogiſmum ſed per communẽ di-
cendi modũ & per conſuetudinem quæ con-
ſuetudo eſt talis, nã illi qui aliquos venerant,
& diligunt, & honorabiliores exiſtimant di-
cũt apud ſe eſſe priores, & illi, qui in rebus pu
blicis plus poſſunt, & ſunt potẽtes priores di-
cunt ab ijs, qui eos maxime venerant ſed vt
d. Ar. alieniſsimus, & minus vſitatus ab Anti-
quis nã ſicut primus modus eſt proprijſsimus
ita iſte quartus modus eſt impropriſsimus, à
ſignificatione prioris, qm̃ de his melius dici
poteſt vt dicant venerabiliores, & honorabi-
les vt verò priores dicant, vnde potius eſt a-
buſio quàm vlla proprietas (modi igit qui di-
cti ſunt) ępilogat Ar. dictos modos priorita-
tis eſſe quatuor inuenti ab Antiquis ante tẽ-
pora Ar. neq; inuenerunt plures quàm iſtos
quatuor: licet plures alij ſint, vt docet Ar. 5.
met. cap. de priori dixit (ferè) propter philo-
ſophicam reuerentiã veluti dixit. 1. phy. 48.
2. phy. 32. 1. cæl. & 3. cæl. 1. non vt eſt nota du-
bitationis vt inquit Ar. 2. phy. 30. quorũ om-
niũ Auguſtinus poſuit concluſionem qñ dice-
bat viuentia non viuẽtibus intelligentia, non
intelligentibus beata miſeris pręferenda iu-
dicamus. 8. phy. 75. 1. cæli 12. 1. cæl. 13. 3. met.
11. ſemper prius eſt quod melius eſt vnde vita
melior morte, habitus priuatione, eſſe nõ eſſe
melius. 2 de gen. an. cap. 1. forma melior ma-
teria, agens paſſo. 3. de anima 19. videre me-
lius, nõ videre 12. met. 51. actus melior poten-
tia, 9. met. 13. 5. met. cap. de potentia probat
etiã in logica nomen melius verbo, enuntia-
tio melior oratione, demonſtratio melior ſyl
logiſmo, & demonſtrationum melior eſt de-
monſtratio ſimpliciter. 1. poſt. 7. nobile mo-
dicum nobilius eſt multo ignobili 2. cæli 60.
1. de par. an. cap. 5. fiat hec ratio ex dictis à

melioritate, & nobilitate ſumitur prioritas. & ab amore, & dilectione quanto .n. aliquod eſt melius nobilius charius aliquo tanto eſt prius illo; quod in methaphiſica in phiſica in ciuilibus, & in logica.

Videtur autem prȩter eos; qui dicti ſunt, alrer eſſe prioris modus, eorum enim quæ conuertuntur ſecundum eſſe conſequentiã, ꝙ alteri quomodolibet cauſa eſt, conuenienter prius; natura dici poſsit. ꝙ verò quædam ſunt huiuſmodi, palam eſt, eſſe namq; hominem, ſecundum eſſe conſequentiam ad veram de ſe conuertitur orationem. nam ſi homo eſt. vera, eſt oratio, qua dicimus, ꝙ homo eſt, & conuertitur, nam ſi vera eſt oratio, qua dicimus, ꝙ homo eſt, hominem eſse neceſse eſt.

Abſolutis ab Ar. quatuor modis prioritatis per priſcos philoſophos inuentos. nunc ſuperaddit illis quatuor, quintum modum inuentum per ipſum; qui latuit antiquos, & illis nullo modo fuit manifeſtus, cauſa intentionis eſt vt omnibus ſit clarum, quòd non ſolum ipſe dicit quæ ſunt ab alijs dicta; ſed etiam; quæ ſunt inuenta, & dicta ex ſe, & propria ſua ſententia', Diuiditur in duas partes, in prima facit quod dictum eſt, in ſecũda ibi (quòd vero) exemplo manifeſtat; quæ dixit ideo dicit (videtur) q.d. mihi .i. mea ſententia eſt ꝙ præter eos modos prioritatis. qui fuerunt numerati numero quatuor inuẽti ab Antiquis, nunc meo iudicio eſt ſuper addere illis alium, & in ordine quintum ignoratum, & inuſitatum ab Antiquis, qui eſt prȩter illos alter; & valde diuerſus ab illis, qui vocatur (prius natura) Dices hoc videtur ſuperfluũ quoniam iam ſupra facta eſt mentio de priori ſm̃ naturam Reſpondet & q. d. ꝙ licet fuerit ſacta mẽtio de priori ſm̃ naturam, tamen iſte modus nunc dicendus non eſt declaratus quoniam iſte modus prioris ſm̃ naturam eſt alter ab omnibus prædictis, & præcipue à ſecundo modo'; qm̃ licet ſecundus modus dicitur prius ſm̃ naturam, tamen ille non eſt reciprocus, & conuertibilis, nec alterũ eſt cauſa alterius. hic vero quintus modus conuertitur, reflectitur, & reciprocatur, & vnum eſt cauſa alterius, & eſt iſte (eorum .n. quæ conuertuntur ſm̃ eſſe conſequentiam quod alteri quomodolibet cauſa eſt cõuenienter prius natura dici poſsit) q.d. quando ſunt duo, quæ ad inuicem conuertuntur, & vnum eſt cauſa alterius, & alterũ eſt effectus cauſatus, & dependens ab illa cauſa, id.n. quod eſt cauſa dicitur, & eſt prius ſm̃ naturam; illo quod eſt effectus cauſatus ab illa cauſa. v. g. homo & riſibile ſunt duo termini cõuertibiles, quorum vnus eſt cauſa alter eſt effectus homo .n. eſt cauſa & riſibile eſt effectus valet .n. dicere in propoſitione de ſecundo adiacente homo eſt ergo riſibile, eſt & riſibile eſt ergo homo, eſt homo.n.eſt cauſa materialis, & ſubiectum ipſius riſibilitatis, & ſi lux eſt lumen eſt & ſi lumen eſt lux eſt lux.n.eſt cauſa ipſius luminis, vnde lux eſt prior lumine Amplius rationale, & riſibile conuertuntur, & vnum eſt cauſa alterius, rationale eſt cauſa formalis riſibilitatis valet .n. dicere rationale eſt, ergo riſibile eſt, riſibile eſt ergo rationale eſt, ſequitur igitur ꝙ ly homo, qui eſt cauſa eſt prior ſm̃ naturam ipſo riſibili, & rationale, quod eſt cauſa prius natura ipſo riſibili, Sed Nota quod dixit Ar. vnum eſt cauſa alterius, qm̃ relatiua conuertunť, tamen nulla eſt prioritas inter illa, ſed ſunt ſimul natura veluti diximus in cap. de relatiuis pater.n. & filius ſunt duo relatiua, & ad inuicẽ conuertuntur pater.n. filij pater, & filius patris filius tñ pater inquantum pater non eſt prior filio, ſed in quantũ generans, neq; filius in quantũ filius eſt poſterior patre, ſed in quantũ eſt genitus, quȩ omnia eſſe vera exemplo declarat obſcuro ſic dicens (ꝙ vero quȩdam ſunt huiuſmodi palam eſt) .i. manifeſtum eſt exemplo, quæ ſunt huiuſmodi quorũ vnum eſt cauſa, & alterum eſt effectus cauſatus ab illa cauſa (. eſſe namq; hominem ſm̃ eſſe conſequentiã ad veram de ſe conuertitur orationẽ) v.g. ſi homo eſt .i. ſi homo præcognoſcitur eſſe, & actu eſt, & ego de homine formo orationẽ dicendo homo eſt ſine dubio ſequitur ꝙ hæc oratio eſt vera, qñ dicimus ꝙ homo eſt, qñ eſt conformis rei; quȩ eſt vt recte inquit Ar. 2. met. 4. tunc ars, & ſciẽtia eſt vera qũ eſt conformis operi naturæ Au. 1. poſt. 4 1. 2. poſt. 94. 1. cȩl. 2. & qm̃ extra animã vere homo eſt, ergo vera eſt in anima; hæc oratio. ſ. homo eſt & conuertiť nam ſi dicimus vera eſt oratio qua dicimus homo eſt, ergo neceſſe eſt hominẽ eſſe Dices ꝙ iſtorũ eſt cauſa ? Di- Dub.
cas ꝙ homo eſt cauſa, vt ſi vera hȩc oratio homo eſt nã ſi homo non eſſet, & ego dicerẽ homo eſt, hȩc oratio eſſet falſa, & ideo dixit Ar. in cap. de ſubſtantia ab eo ꝙ res eſt, vel nõ eſt oratio diciť, vera vel falſa, clarius in cap. de oppoſitis, & ſic ſequitur ꝙ homo eſt prior hac oratione vera. ſ. homo eſt, qm̃ homo eſt cauſa propterquam vera eſt illa oratio, non.n. oratio illa eſt cauſa, vt homo ſit, ſed homo eſt cauſa vt illa oratio ſit vera patet igitur regula Ar. cauſa .n. vt cauſa ſemper eſt prior eo cuius eſt cauſa apud naturam 1. phy. 2. 1. poſt. 12. 2. de anima 12. 1. poſt. 73.

Eſt autem vera oratio nequaquàm cauſa, vt ſit res verum tamen res quodam modo cauſa videtur, vt ſit vera oratio eo enim quòd res eſt, aut non eſt, vera oratio, aut falſa dicitur.

Poſtquàm Ar. probauit rem conuerti cum ſua oratione vera; nunc probat rem eſſe cauſam propter quàm ipſa oratio eſt vera; quoniam ſi res eſt oratio vera inuicem conuertuntur, & non ſunt per ſe relatiua neceſſe eſt ꝙ res ſit cauſa propter quàm oratio eſt vera, aut ꝙ oratio vera ſit cauſa ipſius rei ſecundum non poteſt eſſe ergo primum eſt cócedendum, Diuiditur iſte textus in tres partes, in prima facit quod dictum eſt, in ſecunda ibi (eo enim ꝙ res eſt) probat Ar. ꝙ res eſt cauſa vt oratio ſit vera in tertia ibi, (quare) æpilogat quod dixit quo ad primum Dices eſt ne oratio vera cauſa, vt ſit res, an res eſt cauſa, vt oratio vera ſit Reſpondet Ar. & d. (eſt autem) autẽ pro ſed (oratio nequaquam) ideſt oratio non eſt cauſa vt res ſit ideſt propter quàm (res) .i. ſubiectum ſit (verumtamen) .i. ſed res .i. ſubiectum quodam modo videtur ideſt certe eſt cauſa, vt oratio ſit vera, quod probat Ar. ſic (eo enim ꝙ res eſt, aut non eſt, vera oratio, aut falſa dicitur) q. d. ꝙ in tantum oratio dicitur vera inquantum ſubiectum illius orationis eſt, vt ſi diceremus homo eſt, hæc oratio eſt vera, ſed ſi dicimus chimera eſt, hæc oratio eſt falſa, quoniam ſubiectum eius non eſt. v. g. vrina ſana non eſt cauſa propter quam animal eſt ſanum, quoniam ſanitas non eſt in vrina, niſi ſicut in ſigno. 4. met. 1. vbi dicit quòd exercitium eſt ſanum quoniam conſeruat ſanitatem, & potio eſt ſana, & dicimus ſignũ ſanum quod nunciat ſanitatem ergo oratio vera, non eſt cauſa propter quam res eſt vera; ſed potius res vera eſt, cauſa quodam modo propter quam oratio eſt vera, veluti animal ſanum eſt cauſa propter quam vrina eſt ſana, quoniam res formaliter eſt in re, ſic ſanitas in animali, & Nota ꝙ dicit Ar. (quodam modo) quoniam res extra animã eſt ſolum cauſa materialis non intrinſeca orationi, ſed extrinſeca eo modo; quo color dicitur materia viſionis, non in qua, ſed circa quam intellectus eſt cauſa efficiens orationis veræ inquantum componit ſubiectum cum prædicato per actum affirmandi, & negandi, non ergo oratio vera eſt, vel falſa eſt cauſa propter quam res eſt, vel non eſt, ſed potius è contra, nam dum res eſt neceſſe eſt orationem eſſe veram, & dum res non eſt, neceſſe eſt orationem eſſe falſam.

Quare ſecundum quinque modos prius alterum altero dici poteſt.

Abſolutis quinq; modis prioritatis quatuor ex Antiquorum ſententia, vno autem ex propria Ar. intentione, nunc ſub verborum breuitate æpilogat, quæ dixit concludendo omnes prioritatis modos, & ſignificata eſſe numero quinque. Sed Nota ꝙ iſti quinque modi ſufficiũt, & ſunt neceſſarij ad prædicamentorum cognitionem propter quinque comparationes; quæ in quolibet inueniuntur, & Prima cóparatio eſt Indiuiduorum inuicem ſecundũ quàm inuenitur primus modus prioritatis, quoniam indiuidua tàm eiuſdem ſpeciei quàm diuerſarum ſibi inuicem ſuccedũt in tempore, & vnum alio tempore eſt prius. Secũda comparatio eſt inferiorum ad ſua ſuperiora ſecundum quam reperitur, ſecundus modus prioritatis quoniam ab inferiori ad ſuum ſuperius valet conſequentia, & non è contra. Tertia comparatio eſt ſuperiorum ad ſua inferiora ſecundum quam ſubſequitur quintus modus quoniam in ſcientia demonſtratiua, nos procedimus ab vniuerſalibus ad ſingularia, vt 1. phy. 4. 57. 3. phy. 2. & 2 de gen. 51. 2. de anima t. & 1. de par. an. cap. 1. docuit Ar. Quarta comparatio eſt diuidentium, ad diuiſa ſecũdum quam cognoſcitur prioritas quarti modi nam differentia diuidens genus eſt perfectior genere inquantum habet rationem formæ in genere, & genus habet rationem materiæ. Quinta cóparatio eſt conſtituentium ad conſtituta ſecundum quam concluditur prioritas quinti modi, nam vltima differentia conſtitutiua ſpeciei conuertitur cum ſpecie. 7. met. 43 ſed cum riſibile, & rationale cõuertitur cum homine, & eſt cauſa illius, ideo rationale eſt prius homine prioritate quinti modi quæ eſt prioritas naturæ quorum modorum ſufficiẽtia poteſt haberi per hunc modum omne quod eſt altero prius, aut eſt eo prius, ſecundum cognitionem, aut ſecundum rem, ſi ſecundum cognitionẽ, illa eſt prioritas tertij modi ſi eſt prius ſecundum rem, aut ſecundum aliquod conſequens eſſe rei, aut ſecundũ eſſe rei ſi eſt prius illo, ſecundum aliquod conſequens eſſe rei illa eſt prioritas tertij modi; ſi vero eſt prius ſecundum eſſe rei, aut tempore, aut natura ſi tempore illa eſt prioritas primi modi, ſi natura aut conuertibiliter, & illa eſt prioritas quinti modi, aut non conuertibiliter, & illa eſt prioritas quarti modi. ¶ Sed Dices 5. met. cap. de priori præter iſtos quinq; modos numeratos numerat alios quinque, & ſic videtur ꝙ modi quibus alterum altero poteſt eſſe prius, ſunt decem, & plures quàm quinq; qui quinque modi ibi, & non hic numerati ſunt Dub.

iſti videlicet prius ſecundum motum, vt ſperma eſt prius embrione, embrio eſt prior animali, & puer eſt prior quàm vir, & vir eſt prior quàm ſenex, ſecundus eſt ſecundum locum, vt terra eſt prior aqua, reſpectu centri, aqua prior aere, aer prior igne, ſi reſpectu cæli ignis eſt prior aere, aer prior aqua, & aqua prior terra, Tertius eſt ſecundum cognitionem vt ſingulare eſt prius, ſecundum ſenſum & vniuerſale prius ſecundum intellectum, Quartus & ſecundum poteſtatem. Quintus modus eſt ſecundum actum, & potentiam nam materia; quæ eſt potentia, 2. de anima 2. 25. 12. met. 14 7. met. 7. ſecundum actum forma eſt prior materia. 7. met. 39. 2.
Sol de anima 6. 9. met. 13. ¶ Dicas quod licet Ariſt. in methaphiſica numerauit quinq; alios preter illos tamen illi ſunt reducibiles ad hos quinq; numeratos hic nam modus ſecundum motum reducitur ad modum prioris ſecundum tempus, ſecundus qui eſt ſecundum locum reducitur ad ſecundum, Tertius ſecundum cognitionẽ reducitur ad tertium Quartus reducitur ad quartum. Quintus vero ad
Dub. quintum, ¶ Dices quare Ar. apetuit os ſolum
Sol. de priori, & tacuit circa poſterius. ¶ Dicas quoniam hec ſunt ad aliquid, quorum cognito vno cognoſcitur etiam, & reliquum, quoniã prius poſteriore prius, & poſterius priore poſterius ex quo ſequitur quod quot modis dicitur prius tot modis dicitur poſterius, & quoniam de priore iam dictum eſt; nunc de his, quæ ſunt ſimul incipiamus.

CAPVT DE SIMVL.

Simul autem dicuntur ſimpliciter, & proprijſsime, quorum generatio in eodem eſt tempore. neutrum enim eorum neque prius, neque poſterius eſt ſimul, autem ſecundum tempus hæc dicuntur.

CVM de prioritatis quinque modis, & poſterioritatis verba feciſſet. nunc loquitur de ſimul ideſt non de his quorum vnum eſt prius, vel poſterius altero primo aſsignãdo regulam cognoſcendi; quæ ſunt ſimul, & notificando quot modis dicitur ſimul cauſa intentionis eſt, quoniam in cap. de relatiuis meminit, & nominauit ea; quæ ſunt ſimul eoque magis; quoniã prius. & ſimul ſunt oppoſita, & quoniam oppoſitorum eadẽ eſt diſciplina 1. priorum cap. 1. Diuiditur hoc cap. in 3. partes, In 1. declarat quæ ſunt ſimul tempore, in 2. ibi (naturaliter) declarat quæ ſunt ſimul natura, in 3. ibi (dicuntur) declarat quæ ſunt ſimul ſecundum diuiſionem quo ad primum dicit illa ſunt ſimul ſimpliciter, & proprijſsime quorum generatio eſt in eodem tempore, ¶ Dices quid ſibi vult ſimul tempore? ¶ Reſpondet, & dicit neutrum enim eorum neq; prius, neque poſterius eſt vbi eſt Notandum ex Ar. 3. de animæ 21. 2. de anima 85. 1. cæli 102. quod oppoſitum intelligitur per ſuum oppoſitum clarius 2. cæli 40. & in libro de ſenſu, & ſenſili cap. 2. & quoniam prius, & ſimul ſunt oppoſita merito Ariſt. declarat illa, quæ ſunt ſimul per id, quod eſt prius, & .d. neutrum .n. eorum eſt prius, neque poſterius. q. d. ſi illud eſt prius altero quod tẽpore præcedit illud, vt ſenex eſt prior tempore iuuene, ſic illa ſunt ſimul, quorum vnum tempore non precedit alterum nam ſicut tempus facit prius ipſum, met tempus facit ſimul ſicut .n. illa ſunt priora; & antiquiora; quæ non æquali ſed præcedente tempore præferuntur ergo quę ſe tempore non præcedunt ſimul eſſe tempore dicuntur, v.g. aliquis ſimul currit, & loquitur, vel ſtudet, & videt, comedit, & ſedet, compoſitum & forma, vel ſubiectum & ſua propria accidentia, vel duo gemelli ſunt eiuſdem ætatis, & neuter eſt prior, nec poſterior altero, quod quidem ſæpe numero accidit, vt in eadem parte vteri generantur, mas & femina. 4. de gen. an. cap. 1. 7. de hiſt. an. cap. 4. vnum non prius altero, ſed ſimul ea ſunt quæ ſimul generẽtur, & corrumpuntur, & ſi ſunt aliqua duo in eodem tempore, & ſimul incipiunt, & non ſimul deſinunt, aut ſimul deſinunt, & non ſimul incipiunt, aut non ſimul incipiunt, neque ſimul deſinunt, illa dicuntur, eſſe ſimul non ſimpliciter, & proprie, ſed ſecundum quid; quoniam non ſecundum totum tempus illorum, ſed ſecundum partem nam Ariſt. & Plato ſimul fuerunt; quoniam fuerunt in eodem tempore non autem proprie, & ſimpliciter ſimul fuerunt. quoniam non ſimul fuerunt generati, neq; ſimul corrupti, ſi autem aliquis alius ſimul incepit eſſe cum Ariſtotele. & non ſimul deſijt, aut non ſimul incepit, ſed ſimul deſijt talis etiam dicitur, ſimul fuiſſe cum Ar. non ſimpliciter, & proprie; ſed ſecundum quid quia per partem temporis, & non ſecundum totum tempus, ex quibus patet quod illa ſunt ſimul tempore, quæ eodem tẽpore fuerunt generata, & corrupta, & hæc dicuntur fuiſſe ſimul tempore, vel quæ ſimul generantur & corrumpuntur, & hæc dicuntur, eſſe in præſenti ſimul tempore vel quæ eodem tempore generabuntur, & corrumpentur, & ſic habetur quæ fuerunt; quæ ſunt, & quæ erunt ſimul tempore, Sed Nota quod Ar. 5. phy. 22. loquitur de ſimul, & ſeparatim; quæ non tangit in hoc libro dicens quod ſi-

ſimul

mul dicuntur, illa quæcumque in vno loco ſunt primo ſeparatim, vero quæ ſunt in altero. i. quæ ſunt in diuerſis locis clarius vide 5. met. cap. vltimo cũ in prædicamentis generalius de ſimul, ibi vero proprius quod eſſe ſimul opponitur ad eſſe ſolum. 5. phy. 50. quod aduerbium ſimul importat aliquando priuationẽ prioritatis, & poſterioritatis & in tempore, & quandoq; priuationem prioritatis, & poſterioritatis in cauſa. 2. de anima 115. & aliquando priuationem diuerſitatis ex parte locorum 5. phy. 22.

Natura vero ſimul ſunt, quæcumque conuertuntur quidem ſecundum eius conſequentiam, ſed nequaquam alterum alteri cauſa eſt, vt ſit. vt in duplo, & dimidio. conuertuntur .n. hæc. nam cum duplum ſit, dimidium eſt: & cum dimidium ſit duplum eſt; ſed neutrum cauſa eſt, vt ſit.

Poſtquàm Ar. dedit regulam cognoſcendi primum modum eſſendi ſimul, ſeu ea; quæ ſunt ſimul tempore, nunc aſsignat regulam cognoſcendi ſecundum modum eſſendi ſimul, ſeu ea; quæ ſunt ſimul natura, Diuiditur in 2. partes, in 1. facit quod dictum eſt, in 2. ibi (vt) exemplo manifeſtat ea, quæ ſunt ſimul naturá quo ad primum, Dices quæ ſunt ſimul natura? Reſpondet &. d. (quidem) .i. certe, & indubitanter illa ſunt ſimul natura .i. naturaliter quæcumque conuertuntur, ſecundum eius quod eſt eſſe conſequentiam, & vnum non eſt cauſa alterius vt ſit adeoquod vnum infert reliquum .i. poſito vno ponitur, & reliquum, & remoto vno remouetur reliquum; quod verificatum eſt in duobus relatiuis .i. in duplo & dimidio hęc .n. ſcilicet duplum, & dimidium conuertuntur nam cum duplum eſt dimidium eſt, & cum dimidium eſt, duplum eſt & neutrum eſt cauſa alterius ſcilicet duplum non eſt cauſa dimidij, & dimidium non eſt cauſa dupli, & hoc eſt verum tàm affirmatiue, quàm negatiue, vt ſi duplum eſt dimidium eſt, & ſi dimidium eſt duplum, eſt ſimiliter ſi duplum non eſt dimidium, non eſt, & ſi dimidium non eſt duplum, non eſt.

Dub. ¶ Dices cum cauſa ſit quatruplex 2. phy. 27. materialis 2. phy 28. 2. poſt. 48. 1. phy. 82. 5. met. cap. cauſa Alia eſt formalis ibidem & 2. phy. 29. 2. poſt 49. 7. met. 60. 3. met. 3. 2. de anima 2. 25. Alia eſt efficiens. 2. poſt. 50 1. poſt. 34. 2. phy. 29. 2. de gen. 14. 5. met. cap. de principio. 2. phy. 71. Alia eſt cauſa finalis. 1. de gen. an. cap 1. & 1. de par. an. cap. 1. 2. de anima 34. 36. 2. phy. 23. cum ergo dicitur ꝙ vnum relatiuum nõ eſt cauſa alterius, in quo genere cauſæ vnũ non eſt cauſa alterius? Reſpondet ꝙ in nullo genere cauſæ, & ideo ſecundus modus non reperitur, niſi in relatiuis; quorum vnum nullo modo eſt cauſa alterius, Dices duplum non poteſt fieri niſi ex dimidio, quod dimidium facit duplũ, vel in genere cauſæ materialis, vel efficientis, ſimiliter videtur ꝙ pater, & filius ſunt duo relatiua, & conuertuntur, tamen vnum eſt cauſa alterius, Reſpondetur ꝙ ſi dimidium eſt cauſa dupli, non vt dimidium, vt relatiuum eſt; ſed vt eſt ſubſtantia dupli, ideſt materialiter non autem formaliter, ſimiliter ſi pater eſt cauſa filij, non vt pater, ſed vt eſt genitor, & principium filij, & filius non vt filius, ſed vt eſt genitus, & factus, & vt eſt effectus fluens à patre tamquàm à genitore, vt inquit Porphyrius cap. de genere dum inquit genus eſt principium cuiuſcumque generationis, vel ab eo; qui genuit, vel ab eo loco; in quo quis genitus eſt ex quo poteſt dici, quòd licet ad eſſe vnius relatiui ſequatur in eſſe alterum per conſequens vnum eſt cauſa alterius, Dicẽdum ſi vnum ad eſſe vnius ſequitur eſſe alterius, non intelligitur cauſaliter, ſed illatiue.

¶ Dices quare Ar. loquitur de verbo ſubſtantiuo, de ſecundo adiacente, & non de verbo adiectiuo, de tertio adiacente, quando dicit ſi duplum eſt dimidium eſt, & ſi dimidium eſt duplum eſt, Dub.

¶ Dicas ꝙ quando talia relatiua proferuntur cum verbo ſubſtantiuo, conuertuntur; ſed quando proferuntur cum verbo adiectiuo non conuertuntur, vt ſi diceremus dimidium calefit, ergo duplum calefit filius generatur. ergo pater generatur. Nota etiam ꝙ relatiua cum verbo ſubſtantiuo de tertio adiacente, non conuertuntur vt ſi dicam duplum eſt pedale, ergo dimidium eſt pedale, & pater eſt barbatus, ergo filius eſt barbatus, Sol.

¶ Amplius dimidium non eſt ſimul, natura cum duplo nam, 5. met. cap. de toto. 7. met. 35. partes ſunt priores toto. 2. cæli 22. vt lapides ſunt, & ligna partes domus, & tamen hæc ſunt priora, tota domo ſed dimidium eſt pars. & duplum eſt totum, ergo dimidium, & duplum non ſunt ſimul, natura. Dub.

¶ Dicas ꝙ dimidium conſideratur duobus modis. Vno modo per ſe, & vt dimidium eſt. Alio modo per accidens inquantum accidit ei, vt ſit pars tunc dicitur, ꝙ ſi ſumitur dimidium, vt dimidium eſt. ſic eſt ſimul natura, cum duplo, ſi vero ſumitur vt contingit ei, ꝙ ſit pars, & per accidens ſic non eſt ſimul natura cum ſuo duplo. Sol.

Dicun-

Dicuntur autem ſimul natura, & quæ ex eodem genere è diuerſo ab inuicem diuiduntur, E diuerſo autem diuidi ab inuicem dicuntur, quæ ſecundum eamdem ſunt diuiſionem: vt volatile, greſsibile, & aquatile. hæc enim ab inuicem è diuerſo diuiduntur, cùm ſint ex eodem genere: animal namque diuiditur in hæc in volatile, greſsibile, & aquatile: & nihil horum prius vel poſterius eſt; ſed ſimul hæc natura eſſe videntur.

Declaratis primo, & ſecũdo modis ſimultatis.i.ijs;quæ ſunt ſimul ſimultate temporis, & conſeqnentiæ; nunc declarat tertium modum ſimultatis,ſecundum diuiſionem; Diuidit in tres partes, in 1. facit quod dictum eſt, in 2. ibi (E diuerſo) declarat ly (E diuerſo) in 3. ibi (vt volatile) exemplo declarat quæ dixit illa igitur dicunt ſimul, quæ æquali diuiſione ſub genere,ponuntur vt ſi aliquis,ponat animal quod eſt genus hominis, & leonis hominem, & leonem à genere.i. ab animali diuidat homo enim, & leo; quoniam ſub eodem genere ſunt, ſimul natura dicuntur, vnde regula eſt vniuerſalis in omnibus generibus;quando enim ſpecierum diuiſiones fiunt illæ ſpecies ſimul natura eſſe dicuntur, & ſi ſub illis ſpeciebus quædam alia ponuntur illa etiam ſimul natura eſſe dicuntur, v. g. diuiditur genus quod eſt animal in volatile,atque græſsibile, & quoniã ſunt ſub eodem genere ſimul natura eſſe dicuntur; & ſi quid horum;in ſpecies ſoluitur vt volatile in his auibus; quæ ſeminibus veſcuntur, & in ijs; quæ carnibus,& in ijs quæ herbis ille tres ſpecies iterum, quæ ſub volatili ſunt ſimul eſſe naturaliter dicuntur;& Nota ꝙ quando dicit Ar. ꝙ illa ſunt ſimul ſimultate diuiſionis, quæ ex eodem genere ſunt, & à ſe inuicem è diuerſo diuiduntur per ly (genus) non intelligit genus remotiſsimum, neque remotum, ſed intelligit genus propinquum. v.g. albedo,& nigredo ſub colore; qui color teſte Porphyrio cap.de ſpecie eſt genus propinquum,ad albedinem, & nigrediné, & ideo virtus, & vitium non ſunt ex eodem genere; quoniã non continẽtur ſub eodem propinquo genere;ſed ſub diuerſis generibus;quę ſunt bonum,& malum vt patet in cap. de oppoſitis, vnde illa ex ſe inuicem è diuerſo diuiduntur,quę ſecundum eamdẽ diuiſionem ex oppoſito ſunt inuicem diuiſa,ſic ꝙ ſunt immediate ſub eodem genere,& equè primo cõtenta ab eo, & taliter diuidunt ipſum ꝙ nullum illorum exit ab illo genere mediante alio, veluti dixit de greſsibili, & volatili, & aquatili, quoniam animal diuiditur in ea vna diuiſione, ſecundũ quam nullum eſt altero prius,vel poſterius,ſed naturaliter ſunt ſimul ſub ipſo genere contenta nam par, & impar ſeu continuum, & diſcretum nõ ſunt ſimul natura quoniam non eque primo exeunt à genere, ſed vnum mediante alio impar.n. exit à numero mediante pari, quoniam trinarius mediante binario, & diſcretum exit à quantitate,mediante cõtinuo quoniam numerus cauſatur ex diuiſione cõtinui. 3 phy. 1. ſpecies etiam immediate contente ſub genere & ex diuerſo inuicem diſtincte non ſunt ſimul natura ſimultate diuiſionis inquantum per eandem diuiſionem ęque primò ab eodem genere exeuat,& nõ vnum mediante alio veluti exempla patent de greſsibili,aquatili,& volatili; nos autem breuiter, & facilius dicamus, ꝙ quãdo ſunt plures ſpecies ęque immediate contente ſub eodem genere quæ diuidunt illud genus, vt homo, leo, capra, immediate continentur ſub animali; iſtæ ſpecies ſunt ſimul natura. & vna ipſarum non eſt prior, nec alia poſterior.

Diuiditur & vnumquodque horum in ſpecies,rurſus vt volatile,greſſibile, & aquatile.

Cum tres modos ſimultatis notificaſſet ſingulorum ſingulas cognoſcendi tradendo regulas: nunc ſoluit duas dubitationes circa dicta cõtingentes cauſa intentionis eſt; quoniam ſermo verus eſt innatus ſoluere omnes dubitationes circa veritatem contingentes 1. phy. 71. 4. phy. 31. Diuiditur in tres partes, in 1. ſoluit primam dubitationem, in 2. ſoluit ſecundam,in 3. ibi (ſimul) epilogando concludit tres modos ſimultatis, Dices illa prænominata.ſ. greſsibile, volatile, & aquatile, ſi continentur ſub vno genere, ergo ſunt ſpecies, & ſi ſunt ſpecies, ſunt ne ſpecies ſpecialiſsimę,vel ſubalternę Nota ꝙ ſpecies ſpecialiſsima non diuiditur,ſed genus ſolum diuiditur, & ſpecies ſubalterna, quæ eſt genus. v.g. homo; qui eſt ſpecies ſpecialiſsima, non diuiditur, ſed animal, vel corpus, vel corpus animatum,quæ ſunt genera ſubalterna, diuiduntur dicẽdo ſic corporis aliud animatum, aliud inanimatum, corporis animati aliud ſenſibile, aliud inſenſibile, quibus ſtantibus Ar. reſpondet ad dubitationem, & .d. (Diuiditur .n. vnumquodq; horum) q.d. quodlibet horum .ſ. greſsibile, volatile, & aquatile diuiditur in ſpecies per quæ verba patet, ꝙ omnia hęc ſunt genera ſubalterna,& non ſpecies

ſpe-

ſpecialiſsimæ quod natione probatur id; quod diuiditur in ſpecies, non eſt ſpecies, ſed eſt genus; ſed volatile, greſsibile, & aquatile diuiduntur in ſpecies; ergo non ſunt ſpecies, ſed ſunt genera, greſsibile .n. diuiditur in hominem, leonem, capram, qui mouentur motu progreſsino. i. qui pedibus deambulant, vt patet in libro de animalium progreſſu, ſimiliter volatile diuiditur in columbam aquilam, & philomenã 6. de hiſt. an. cap. 3. & alias aues, quæ in aere mouẽtur ſimiliter, & aquatile in piſces habentes ſquamas, & in non habentes ſquamas. 2. de hiſt. an. cap. 13. 6. de hiſt. an. cap. 10. Diuiditur etiam in aquilam 6. de hiſt. an. cap. 16. & locuſtas 8. de hiſt. an. cap. 19. 20. 3. de gener. an. cap. 4. & 5. in coruulum murenam & cernias. 8. de hiſt. an. cap. 4. & 15.

Erunt ergo & illa ſimul natura, quæcumque ex eodem genere ſecundum eandem ſunt diuiſionem genera vero ſpeciebus ſemper priora ſunt: neque enim conuertuntur ſecundum eius quod eſt eſſe conſequentiam, vt cum quidem aquatile ſit, animal eſt; cum vero ſit animal, non neceſſe eſt vt aquatile ſit.

Soluta prima mota dubiratione; nunc mouet & ſoluit ſecundam; quæ dubitatio eſt talis nam dictum eſt, ꝙ ſpecies ſunt ſimul natura, Dicet aliquis an eandem ſimultatem habent genera ad ſpecies, quam habent ſpecies inter ſe? Reſpondet Ar. & dicit ꝙ genera non habent eandem ſimultaté quàm habent ſpecies inter ſe; quoniam ſpecies ſunt ſimul natura, illæ .ſ. quę ſunt ex eodem genere immediate ſecundum eamdem diuiſionem; genera verò non ſunt ſimul natura cum illis ſpeciebus; ſed genera ſemper ſunt priora illis ſpeciebus prioritate conſequẽtiæ quoniam non conuertuntur cum eiſdem ſpeciebus, ſecundum eſſendi conſequentiam videlicet cũ verbo ſubſtantiuo de ſecundo adiacente. nam à ſpeciebus ad genus eſt bona conſequentia, non è contra; nam ſi eſt greſsibile neceſſe eſt, vt ſit animal, & aquatile, aut volatile neceſſe eſt vt ſit animal, ſed non neceſſe eſt ſi eſt animal, vt greſsibile ſit, nec aquatile, vel volatile.

Dub. ¶ Dices contra nam 3. met. inquit An. ꝙ genus non eſt prius ſpecie. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ quodam genus eſt quod conuertitur cum ſpecie, vt continuum cum linea, & numerus cum binario, nam ſicut dicitur, linea eſt, ergo continuum eſt, ſic etiam continuum eſt ergo linea eſt, & binarius eſt, & numerus eſt, & ſi numerus eſt, binarius eſt, nam omne continuum, vel eſt linea, vel eſt includens lineam, & omnis numerus, vel eſt binarius, vel eſt includẽs binarium, quodam vero eſt genus, quod non conuertitur cum ſpecie, vt animal color, & figura, tunc dicſenſ ꝙ quando d. Ar ꝙ genera ſunt priora ſpeciebus, intelligit illa genera, quæ non conuertuntur cum ſeeciebus, 1. poſt. 41. & 2. poſt. 94. Au.

Simul ergo natura dicuntur, quæcumque quidem conuertuntur ſecundum eius conſequentiam, ſed nequaquam alterum alteri vt ſit, cauſa eſt; & ea quæ ex eodem genere è diuerſo diuiduntur ad inuicem. Simpliciter autem ſimul ſunt, quorum generatio in eodem eſt tempore.

Duabus abſolutis circa dicta; dubitationibus contingentibus vltimo æpilogando concludit tres prædictos modos ſimultatis dicens illa eſſe ſimul natura, quæ inter ſe conuertuntur cum verbo ſubſtautiuo, de 2. adiacente, & nullum eorum eſt cauſa alterius, ſunt etiam ſimul natura, illa, quæ ex eodem genere è diuerſo ab inuicem diuiduntur. Amplius ea ſunt ſimul natura proprie, & ſimpliciter, quorum generatio, & corruptio eſt in eodem tempore, Nota ꝙ Ar. hic intendit diniſionem trimembrem, ſimultatis reduci ad bimembrem hoc modo, ea, quæ ſunt ſimul, aut ſunt ſimul tempore, aut natura; ſi tempore, aut ſimpliciter, aut ſecundum quid, ſi ſimpliciter eorum generatio, & corruptio eſt in eodem tempore, ſi ſecundum quid, illa non ſunt adequate in eodem tempore, ſed in parte temporis, ſic ꝙ inceptio vnius præcedit inceptionem alterius, aut definitio vnius, præcedit definitionem alterius. ¶ Amplius ſic aliqua ſunt ſimul natura, aut ſimultate conſequentiæ, aut diuiſionis, ſi conſequentię inuicem conuertuntur cum hoc verbo, eſt, & nullum eorum eſt cauſa alterius, vt relatiua ſi ſunt ſimul ſimultate diuiſionis ipſa ex eodem genere è diuerſo inuicem diuiduntur vt ſpecies æque contente ſub eodem genere.

CAP. DE MOTV.

Motus autem ſpecies ſunt ſex generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, & ſecundum locum mutatio.

ADMIRANTVR Doctores, (& non in merito) quomodo Ariſt. de motu qui pertinet ad phiſicum, & ad methaphiſicum tractat in hoc libro, qui eſt logicus, nam id, de quo conſiderat vnus artifex, non cõſiderat alter artifex, ſed de motu conſiderat methaphiſicus, ergo non phiſicus, & ſi phiſicus ergo non logicus, minor eſt Ar. 11. met. cap. de motu 3. phy. 6. ¶ Dicas ꝙ in logica nõ conſiderat de motu eo modo quo conſiderat naturalis, & methaphyſicus, ſed differenti modo nam hic Ar. tractat de motu inquantum de ipſo fuit facta mentio in cap. de quantitate. ¶ Vel hic conſiderat de motu inquantum eſt paſsio ſequens omnia prædicamenta; quoniam in quolibet prædicamento reperitur actus, & potentia 1. de anima 6. & non poteſt fieri exitus de potentia ad actum, niſi per motum. 3. phy. 6. 7. 8. phy. 16. & ideo opus eſt in quolibet prędicamento eſſe motũ, vel per ſe, vel per accidens patet igitur quomodo logicus conſiderat de motu naturalis, verò tractat de motu inquantum eſt affectio entis naturalis, & vt finit à materia, & forma; quæ eſt natura 2. phy 3. 7. 12. 1. de par. an. cap. 1. & inquantum dicitur natura ſic eſt principium motus, & ſic de motu ad naturalem; methaphyſicus vero conſiderat de motu ſub ratione vniuerſali, & inquantum eſt affectio entis, patet igitur quomodo logicus phyſicus, & methaphiſicus conſiderant de motu ſoluta igitur doctorum admirationis cauſa, continuatur hoc capitulum ad pręcedẽtia hoc modo poſtquàm Ariſt. determinauit de modis prioris poſterioris, & ſimultatis; nunc tractat de motu cauſa intentionis, ſupra fuit aſsignata. ¶ Vel Dicas quoniam in prędicamentis ſæpe fuit facta mentio de contrarietate vt in cap. de ſubſtantia quantitate, & qualitate, & quoniam motus eſt de contrario in contrarium. 8. phy. 16. ideo loquitur de motu, Diuiditur hoc capitulum in tres partes, in prima enumerat ſpecies motus, in 2. ibi (Alij) inquit ꝙ ſpecies motus inter ſe ſunt differentes, in 3. ibi (eſt autem) determinat de contrarietate motus hæc eſt diuiſio vniuerſalis, Diuiditur iſte textus in 2. partes, in 1. numerat ſpecies motus proprio nomine nominat ipſas, & quot ſunt ſpecies motus, in ſecunda ibi (alij) ponit differentiam inter omnes ſpecies motus numeratas, & Prima pars huius textus diuiditur in 2. partes; in 1. numerat ſpecies motus, & determinat quot ſunt numero in 2. ibi (generatio, proprio vocabulo nõminat, quæ ſunt ſpecies motus, & ſic duo declarat quot, & quæ ſunt motus ſpecies, quæ omnia continentur in his duobus verſibus,

Auget, diminuit, corrumpit, & generatur,
Alterat, & mutat, ſic per multa loca vagatur;

Quo igitur ad primum continuat ſe ad præcedentia, & dicit (autem) .i. poſtquàm dictũ eſt de ſimul; nunc q. d. breuiter, quoniam exacte & prolixe pertinet de motu ad naturalem conſiderare; Sed Dices quomodo ô, Ar. vis tractare de motu in genere, vel in ſpecie dicit in ſpecie, & nõ in genere, & ſi in ſpecie, & non in genere, quot ſunt ſpecies motus? Reſpondet & dicit ꝙ ſpecies motus numero ſunt ſex. ſ. generatio, & corruptio, & augmentatio, diminutio, alteratio, ſexta ſecundum locum mutatio; de quibus loquitur Ar. 2. phy. 1. 3. phy. 6. 7. 8. 9. 5. phy. 7. 19. 1. cæli 20. ¶ Dices generatio differt à motu, 5. phy. 7. ſed generatio, & corruptio ſunt mutationes, 5. phy. 7. 51. 6. phy. 32. 45. ergo nõ ſunt motus 5. phy. 11. & per conſequens ſpecies motus, non ſunt ſex, ſed tantum quatuor. ¶ Dicas ꝙ Ar. ſolet vti motu pro mutatione, vt patet 3. phy. 1, veluti ipſe met fatetur. 4. phy. 97. vbi inquit, nihil autem differat nobis in præſentia dicere motum, aut mutationem, ¶ Vel Dicas ꝙ Ar. non differit de his ſpeciebus, motus vt phyſicus, ſed vt logicus, & ſub quodam modo introductionis ad philoſophiam. ¶ Dices ꝙ generatio eſt duplex, Alia vera, Alia ſophiſtica 3. cæli 18. de qua generatione loquitur hic Ar. ¶ Dicas de vera, & nõ de ſophiſtica. Amplius generatio vera eſt duplex, Alia à natura, Alia ab arte, Alia à caſu, 7. met. 22. 2. phy. 1. hic loquitur de illa, quę eſt à natura, ſed generatio; quæ eſt à natura; eſt duplex Alia ſubſtantialis, Alia accidentalis, 1. phy. 58. 1. de gen. cap. proprio hic non de accidentali, ſed de naturali loquitur, ſed generatio ſubſtantialis eſt duplex, Alia ſimplex, Alia compoſita, hic loquitur de qualibet generatione ſubſtantiali; quæ eſt triplex vna eſt ſimplicium, aut organicorum, aut complexionis, & mixtionis. 6. phy. 69. & generatio ſubſtantialis eſt triplex, Alia eſt ſimplicis ex ſimplici, Alia eſt compoſiti ex ſimplici; Alia eſt compoſiti ex compoſito, 1. cæli 20. de omni generatione ſubſtantiali, hic loquitur Ariſt. ¶ Dices quare prius nominauit generationem. ¶ Reſpondet Ar. 8. phy. 25. & .d. ꝙ generatio eſt finis aliorum motuum, & qui deſtruit finem, deſtruit omnia; quæ ſunt ad finem. ¶ Vel Dicas ꝙ generatio in animalibus præcedit alios motus ſecundum ꝙ prædicamentum ſubſtantiæ præcedit reliqua prædicaměta in quibus eſt motus,

tus, 8. phy. 57. ¶ Dices cum corruptio ſit duplex Alia ab intrinſeco, Alia ab extrinſeco. 4. phy. 128. quælibet corruptio eſt contriſtabilis, ſed quæ eſt violenta, eſt magis contriſtabilis. 5. phy. 88. quæ poteſt contingere duobus modis à contrario, & hoc eſt per ſe, vel à ſimili, & hoc eſt per accidens, vt lucerna in elibauo, ſeu furno accenſa extinguitur. 3. cæli 52. quæ corruptio eſt mutatio de eſſe ad non eſſe, 5. phy. 7. quæ contingit indiuiduis duobus modis, aut naturaliter, & eſt quando calor naturalis conſumit humiditatem, aut accidentaliter, & eſt quando in eis ad generantur. ſuperfluitates per viam indigeſtionis; vt patet in libro de lõgitudine, & breuitate vitæ. *Dub.* ¶ Dices quare Ariſt. vltimo loco nominauit motum localem cum ſit omni alio motu prior triplici prioritate ſcilicet temporis naturæ & perfectionis. 8. phy. à 55. ad 66. *Sol.* ¶ Reſpondet Themiſtius. 8. phy. 88. & dicit quòd generatio præcedit motum localem ſingularium; ſed vniuerſaliter motus localis præcedit omnem motum. *Alia ſol.* ¶ Vel Dicas ꝙ omnis motus reducitur ad motum localem, 8. phy. 9. *Dub.* ¶ Dices quare Ariſt. non nominauit primo alterationem ſicut primo nominauit generationem cum alteratio præcedat generationem. 1. cæl. 20. 8. phy. 77. ¶ Amplius ſi hic tractat de motu quare non tractat de quiete. *Sol.* ¶ Dicas quoniam in præcedentibus non fuit nominata quies ſicut fuit nominatus motus, eoque magis quoniam conſiderans de motu conſiderat de quiete.

Alij autem motus palam eſt quòd ab inuicem diuerſi ſunt, non enim eſt generatio corruptio, neque augmentum diminutio, neque ſecundum locum mutatio ſimiliter autem, & alij.

Aſsignato numero ſpecierum motus quot & quæ ſunt nunc ponit differentiã inter illas dicens ꝙ non ſunt eedem; ſed valde diuerſe cauſa intentionis eſt ne quis credat ꝙ ſunt eædem & vtatur vna pro alia, quod de facili poſſet accidere logicis; qui ſunt ignorantes horum terminorum; ideo inquit (Alij autem) autem pro certe (palam eſt) ideſt manifeſtum eſt ꝙ motus ſunt (alij) ideſt ſpecie diuerſi ſpecifica differentia, & ſubſtantialiter differunt. *Dub.* ¶ Dices contra. nam generatio eſt motus, corruptio eſt motus, augmentatio eſt motus, diminutio eſt motus, alteratio eſt motus, ergo omnes iſtæ ſpecies conueniunt, & non differunt. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ conueniunt in genere, ſed differũt in ſpecie eo magis quoniam hæc omnia ſunt contraria vnum enim contrarium non eſt reliquum, ſed alterum differt ab altero, vt album à nigro, & dulce ab amaro, 1. phy. 51. generatio .n. eſt in ſubſtantia ingræſſus ſeu proceſſus de non eſſe ad eſſe; corruptio vero eſt ex ſubſtantia ægreſſus, ſeu proceſſus de eſſe ad non eſſe, neque augmentatio eſt diminutio; quoniam augmentatio eſt de minori quantitate ad maiorem, diminutio vero eſt de maiori quantitate ad minorẽ, *Dub.* ¶ Dices omnis motus eſt continuus, 5. phy. 39. & diuiſibilis 6. phy. 16. cum in tempore fiat. ſed generatio nõ eſt diuiſibilis; quoniam fit in inſtanti. 6. phy. 59. 32. ſimiliter corruptio, ergo generatio, & corruptio non ſunt ſpecies motus? *Sol.* ¶ Dicas ꝙ motus dupliciter ſumitur, vno modo ſpecialiter pro motu ſucceſsiuo, qui fit inter terminos affirmatiuos; Alio modo ſumitur pro omni mutatione inſtantanea ſiue ſucceſsiua tunc dicitur ꝙ ſi generatio, & corruptio ſumitur pro motu ſucceſsiuo, & ſpecialiter ſic omnis motus eſt diuiſibilis, & ſic generatio, & corruptio non ſunt motus ſed ſi ſumuntur generaliter, pro omni mutatione inſtantanea ſic ſunt motus. *Dub.* ¶ Amplius dictum eſt, ꝙ generatio eſt progreſſus de non eſſe ad eſſe. contra nam. 1. de gen. 24. 25. 26. 27. omnia elementa ad inuicẽ generantur vt aqua generatur ex aere, dum aqua generatur ex aere, aer eſt, & ſic generatio eſt de eſſe ad eſſe, & non de non eſſe ad eſſe; *Sol.* ¶ Dicas ꝙ quando dicitur ꝙ aqua generatur ex aere, intelligitur ꝙ nõ generatur ex aere inquantum aer eſt in actu, ſed generatur ex materia prima, quæ reperitur ſub forma aeris, ſed an iſti motus ſint diuerſi, nõ opus eſt dubitare; quoniam inquit Ar. ꝙ hoc palam eſt. i. manifeſtum eſt per ſe quod non indiget probatione. 3. cęl. 27. 2. phy. 3. 6. *Dub.* ¶ Quoniam illud; quod eſt tale non differt à tali. ſed generatio eſt corruptio, 1. de gen. 17. 21. ergo generatio non differt à corruptione, *Sol.* ¶ Dicas ꝙ corruptio prędicatur de generatione obliquæ, & cauſaliter vt generatio, eſt corruptio, i. eſt cauſa corruptionis.

In alteratione vero habet dubitationem; quamdam ne ſit forte neceſſarium id; quod alteratur, per aliquam reliquarum motionum alterari?

Numeratis omnibus ſpeciebus motus inter ſe valde differentibus nunc dubitat, & ſoluit Diuiditur iſte textus in 2. partes in 1. dubitat in 2. ibi (hoc) ſoluit, quo ad primum Nota ꝙ dixit ſupra ꝙ alteratio poteſt eſſe ſine alijs ſpeciebus motus, & diſtinguitur ab omnibus alijs, contra hoc Dices ꝙ verum eſt in alijs ſpeciebus motus, ꝙ vna diſtinguitur

ab alia tamen in alteratione habet quamdam dubitation; quoniam id; quod alteratur mouetur ſm aliquam aliam ſpeciem motus; quoniam neceſſarium eſt in alteratione concurrere alios motus. v. g. qn̄ aliquod calefit ibi eſt generatio. & augmentatio caliditatis, & diminutio frigiditatis, & cum omne quod calefit rarefiat neceſſe eſt, ꝙ moueatur localiter acquirendo maiorem locum, & per conſequens augetur quia eſt maius quàm primo erat ex quo ſequitur ꝙ calefactio eſt generatio & corruptio, augmentatio, & diminutio, & motus localis idem etiam accidit; quando aliquod frigefit; quod generatur, augeť frigiditas corrumpitur, & diminuiť caliditas & cũ omne quod frigefit, condenſatur & quod condeſať occupat minorem locũ, & fit minus ideò localiter moueť, & etiam minoratur ita ꝙ non ſolum diminuitur caliditas, ſed etiam ipſum alteratum diminuiť; vnde arguiť ſic illud; quod alterať neceſſario alterať per aliquã aliarum mutationẽ; ita ꝙ neceſſario aliqua aliarũ ſimul concurrit cum alteratione; ergo alteratio non diſtinguiť ab alijs motibus, conſequẽtia eſt manifeſta quoniam tàm calefactio quàm frigefactio eſt alteratio qđ etiam probatur de humectatione, & deſiccatione, & de albatione, & denigratione, quia non eſt motus in qualitatibus ſecundis quin ſit motus in qualitatibus primis.

Hoc autem non verum eſt. nam ſecundum omnes penè paſsiones, aut conplures accidit nos alterari, nulla aliarum comunicante motionum; nam neq; augeri neceſſariũ eſt quod per paſsiones mouetur, neq; diminui, ſimiliter autem, & in alijs.

Dubitationem quam fecit Ariſt. contra ſe ipſum nunc ſoluit dicens (hoc autem) i. ſed hoc ſcilicet quod dubitatum eſt (non eſt verum) i. falſum id enim, quod verum non eſt falſum eſt, 5. met. cap. de falſo Dices quid nam eſt illud; quod non eſt verum, hoc videlicet ꝙ nihil poteſt alterari niſi cum illa alteratione concurrat aliqua alia ſpecies motus, & vt videatur eſſe verum, ꝙ alteratio poteſt eſſe ſine alijs ſpeciebus motus, ponit Ariſt. quatuor concluſiones quas probat per quatuor rationes; quarum Prima eſt iſta .ſ. alteratio poteſt eſſe abſque alio motu, quæ verificatur in nobis quoniam ferè ſecundum omnes paſsiones, aut ſecundum plures; quæ nobis accidunt videmus ad ſenſum ꝙ alteratio poteſt fieri ſine alijs motibus, & primo patet in corpore noſtro; qm̄ tempore æſtiuo fiunt in nobis calefactiones, & deſiccationes, & in tempore hyemali fiunt infrigidationes, & humectationes à continente, vt patet. 8. phy. 17. abſq; alio motu fiunt etiam in anima alterationes ſine alijs motibus; qm̄ videre, audire, fantaſiari, memorari, ſunt alterationes animæ ſenſitiuæ. 2. de anima intelligere, vero aſſentire, diſſentire, diſcurrere, ratiotinari, ſunt alterationes animæ intellectiuæ, vt patet 3. de anima in quibus nullus eſt alius motus patet etiã in voluntate in qua reperiuntur alterationes, ſine alijs motibus, veluti eſt velle, nolle, eligere, iudicare, approbare, & reprobare, patet igitur, ex his; ꝙ poteſt eſſe alteratio ſine alijs motibus. Nota ꝙ non ſine cauſa Ariſt. dixit (ferè ſm omnes paſsiones, aut plures) quoniã in nobis eſt aliqua alteratio corporis, cui eſt cõiunctus alius motus, veluti eſt alteratio reſoluens alimentum in maius quàm eſt deperditum tempore augmenti, aut in minus tempore, decrementi; nam calefactio reſoluens in maius, non eſt ſine generatione, & corruptione, qm̄ corrumpitur alimentũ, & generatur aliqua pars carnis, ſanguinis, aut oſsis; & qm̄ pars generata eſt maior, quàm fuit deperdita neceſſe eſt vt ſit facta extenſio in partibus poroſis, & per conſeqnens augmentatio, & motus localis; quód quidem idem contingit in tempore ſenectutis, qn̄ calor diminutus, & debilitatus reſoluit nutrimentum in minus, quàm eſt deperditũ neceſſario ibi eſt motus generationis & corruptionis, diminutionis, & motus localis ſimiliter aliqua eſt in nobis alteratio animę; cui eſt cõiunctus motus localis; ſicut contingit in alteratione iræ, verecundiæ, aut timoris; qm̄ non fit ira ſine ebullitione ſanguinis in corde, 1. de anima 16. & ſine euaporatione fellis, nec fit verecundia ſine motu ſanguinis ad faciem, neq; timor abſq; motu ſanguinis ad cor, patet igitur nullum iſtorũ motuum abſolutũ eſſe, & diſtinctum à motu locali quamquam igiť ſit aliqua alteratio, quàm neceſſario ſequitur alius mootus; tamen aliqua, cui non contingit alius motus veluti à nobis dictum eſt.

Quare alia præter alios motus erit alteratio nam ſi eſſet eadem; oporteret id, quod alteratur mox, & augeri, vel minui, vel quemdam aliorũ motuum ſequi, ſed non neceſſe eſt.

Cum Ar. determinauit, ꝙ alteratio eſt diſtincta ſpecies ab omni alia ſpecie motus, nunc alia ratione probat idem Diuiditur iſta pars in duas partes, in 1. concludit ex dictis ꝙ alteratio eſt ſpecies diſtincta ab omni alia ſpecie, motus in 2. ibi (nam ſi eſſet) alia ratione. probat ſuum inteutum, ideo dicit

(quare) q.d. ex dictis ſequitur ꝙ alteratio adde tu quæ eſt vna ſpecies motus, (erit) .i. eſt (alia) .i. ſpecie differens .i. alia ſpecies motus (præter) .i. extra alias motus ſpecies, & probatur ſic (nam ſi eſſet eadem) .i. ſi alteratio eſſet eadem, & non differret ab alijs ſpeciebus motus .ſ. à generatione, corruptione, augmentatione, diminutione, & ſecũdum locum mutatione, (oporteret id, quod alterat̃ mox augeri, vel diminui .i. neceſſarium eſſet ꝙ ſubiectum, quod alteratur ſtatim augeri, vel diminui, (ſed non neceſſe eſt) q.d. Ar. hoc non eſt neceſſariũ, ſed vt facilius intelligatur dicamus alio modo, ſi alteratio eſſet eadem cum alijs ſpeciebus motus .ſ. eſſet generatio corruptio augmentatio, vel ſm̃ locum mutatio; tũc neceſſe eſſet ꝙ omne: quod alteratur augeretur, diminueretur, & ſm̃ locum mutaret̃, ſed hoc non neceſſe eſt eſſe, ergo ſequitur ꝙ alteratio eſt alia, & pręter alias ſpecies motus fiat, ergo hęc ratio quęcumq; ſic ſe habent ꝙ poſſunt ad inuicẽ ſeparari, & vnum poteſt eſſe ſine alio, ſunt realiter diſtinta, ſed alteratio poteſt ſeparari, & poteſt eſſe ſine omni alia ſpecie motus. ergo alteratio realiter eſt diſtincta ab omni alia ſpecie motus, videmus .n. aliquod in eodem loco exiſtens alterari, & mutari non nullis paſsionibus, vt de ſanitate in ægritudinem, vel de dulci in amarũ, vt patet de fructibus; qui ſunt alligati cum arboribus, & mutantur de amaritudine, & acredine in dulcedinem, nulla alia exiſtẽte motus ſpecie. vnde patet alterationem eſſe valde diuerſam ſpeciem ab omni alia motus ſpecie.

Similiter autem & quod augetur, aut alia aliqua mutatione mouetur, alterari oporteret. ſed ſunt quædam: quæ augmentantur, quæ non alterantur: vt quadratum gnomone circumpoſito creuit quidem: alteratum vero nihil factum eſt. ſic & in alijs huiuſmodi. quare alij motus ſunt ad inuicem.

Cum probaſſet per duas rationes ꝙ alteratio eſt vna ſpecies motus diſtincta ab omni alia .ſ. à generatione, corruptione, & augmentatione, diminutione, & ſecũdum locum mutatione. nunc idẽ probat per tertiam rationem dicens ꝙ multa ſunt; quæ augentur, & non alterantur; ergo patet ꝙ alteratio poteſt eſſe ſine augmentatione, & augmentatio ſine alteratione, Diuiditur in 2. partes in 1. Ar. præponit concluſionem probandam .ſ. ꝙ alij motus poſſunt eſſe ſine alteratione, in 2. ibi (ſed ſunt) facit rationem per quam probat ꝙ alteratio diſtinguitur ab augmẽtatione, ideò dicit Ar. (ſimiliter autem) autem pro ſed (ſimiliter) .i. ſicut id; quod generatur, & quod corrumpitur, non alteratur ſic etiam id: quod augetur nulla alia mutatione mouetur, .i. aut diminuitur, aut localiter mouetur, alterari oporteret, ſed q.d. Ar. ad ſenſum videmus, ꝙ multa augentur, & aliqua alia ſpecie motus mouentur, quæ non alterantur. ergo patet ꝙ alteratio eſt diſtincta ab augmentatione: *Dub.* ¶ Dices quæ ſunt illa; quæ augentur, & non alterantur, *Sol.* ¶ Reſpondet & dicit (vt) .i. v.g. quadratum .i. quadrangulus gnomone circumpoſito creuit, & creſcit, & auget̃; quia fit maius quàm ante, quidem alteratum vero nihil factum eſt; tamen non alteratur, quoniã alteratio eſt mutatio de qualitate in aliam, 1. phy. 63. modò talis mutatio non fit: quoniã ſemper manet eiuſdem figuræ, vnde gnomon eſt ſupplementum quadrati, & non alterat ipſum vt 6. euclidis patet. ¶ Dices valet ne hoc ſolum in augmentatione, aut in omnibus alijs motibus? Reſpondet. q.d. non ſolum in augmentatione, ſed etiam in alijs huiuſmodi .i. in omni alia ſpecie motus, vltimo concludit dicens (quare) inferendo concluſionem ex dictis, ꝙ motus ſunt alij .i. diuerſi, & ſpecie diſtincti ad inuicem. *Dub.* ¶ Dices quomodo motus localis .i. quæ mouentur localiter poteſt eſſe, & poſſunt moueri ſine alteratione, & non alterari. *Sol.* ¶ Dicas ꝙ hoc eſt manifeſtum quoniam corpora cæleſtia mouent̃ circulariter, & elementa, & mixta in animata, mouentur ſurſum, & deorſum abſque alteratione. Nota etiam ſi ex duabus aquis fiat vna aqua iſta tertia aqua generatur, & ſi partes ſeparantur ipſa corrumpitur ſine alteratione, patet igitur ex omnibus dictis quod oẽs ſpecies motus ſunt diſtinctæ, & diuerſæ. *Dub.* ¶ Dices cum augmentatio ſit duplex Alia propriè. Alia impropriè dicta de qua loquitur Ar. in hoc textu? *Sol.* Dicas de Augmentatione impropriè dicta, qñ dicit quadratum augetur abſq; alteratione circũpoſito gnomone, ſimiliter dicimus de diminutione impropriè, non autem proprie dicta, & ſic etiam de generatione, & corruptione improprie, & ſm̃ quid dicta. *Dub.* ¶ Dices eadem non ſunt diuerſa, & diſtincta. 5. met. cap. de eodẽ, ſed generatio, & corruptio ſun eadem 1. de gen. 23. ergo non ſunt diuerſa. *Sol.* ¶ Reſpondet Ar. 5. phy. 7. & d. ꝙ generatio, & corruptio differũt ſpecie, & ſunt duę mutationes oppoſitæ, tamen reſpectu eiuſdem non reſpectu diuerſorum. ita ꝙ generatio carnis, & corruptio alimẽti, ſolum ratione differunt, ſed generatio carnis, & corruptio alimenti, & corruptio eiuſdem ſpecie differunt, & opponuntur, nec eſt poſsibile ꝙ generatio carnis ſit corruptio eiuſdem.

Eſt autem ſimpliciter motui quidem contrarium quies;

Poſtquàm Ar. notificauit diuerſitatem, & motuum diſtintionem. nunc determinat de contrarietate motus, ſed primo in generali quam contrarietatẽ Ar. manifeſtat per quatuor dignitates; quarum Prima eſt iſta motus ſimpliciter contrarium eſt; quies Secunda (his vero) motui ſecundum ſubſtantiam, & quantitatem contrariatur motus. Tertia ibi (ſm̄ locum) motui ſecundum locum contrariatur quies, & forte motus. Quarta ibi (reliquo) motui ſm̄ qualitatem contrariatur motus, aut quies. ideò inquit (autem) pro ſed (ſimpliciter) ideſt vniuerſaliter quies. i. omnis quies eſt contraria motui. ¶ Sed contra nam quies eſt perfectio, & complementum motus. 8. phy. 20. An. ergo non eſt contraria motui, quoniam illa; quæ ſunt contraria ſunt ad inuicem corruptiua, 1. phy 81. 8. phy. 64. 2. cæl. 18. 2. de anima 57. ¶ Dicas ꝙ duplex eſt quies, Alia ante motum ſeu quies in termino à quo; Alia eſt quies poſt motũ. 8. phy. 20. ſeu quies in termino ad quem tunc dicitur ꝙ omnis quies; quæ eſt ante motum, ſeu à termino à quo, eſt contraria motui ſed quies; quæ eſt poſt motum, ſeu in termino ad quem, non eſt contraria motui. ſed eſt potius finis, & perfectio motus: ¶ Dices qua contrarietate quies eſt contraria motui? ¶ Dicas contrarietatè priuatiuè non poſitiue dicta quod aſſerit Ariſt. 5. phy. 62. dum inquit quies non contrariatur vere motui. ¶ Contra nam priuatio eſt negatio in ſubiecto apto nato, vt patet in cap. de oppoſitis; ſed quies non priuat motum; quoniam aliquod ſubiectum mouetur motu locali, & quieſcit quiete oppoſita motui alterationis ergo quies non opponitur motui; ¶ Confirmatur qm̄ contraria, non prædicanť de eodem ſimul, vt coruus nõ dicitur niger, & albus, ſed motus, & quies ſimul prædicantur de eodem; ergo motus, & quies non ſunt cõtraria minor probatur; quoniam cælum mouetur. ſecundum formam & quieſcit ſm̄ ſubiectum, eoq; magis; qm̄ inquit Au. 5. phy: ꝙ quies eſt permiſta motui, ¶ Dicas Sed Nota ꝙ ſicut virtus, & vitium non dicuntur ſimpliciter de eodem; ſed ſm̄ quid. v. g. aliquis non poteſt dici ſimpliciter virtuoſus, nec ſimpliciter vitioſus; ſed ſm̄ quid dici poteſt nã poteſt eſſe virtuoſus; ſm̄ vnam virtutem, & vitioſus ſm̄ aliam; non aliter poteſt dici de motu & de quiete, ꝙ nihil mouetur, & quieſcit ſimpliciter. ſed ſm̄ quid non eſt inconueniens; vnde aliquod mouetur vno motu, & quieſcit quiete oppoſita alteri motui. nam idem corpus poteſt moueri, ſecundum locum, & quieſcere ſecundum quantitatem non. n. inquit Ar. ꝙ motus, & quies contrariantur quocumque modo, ſed ſimpliciter contraria enim habent fieri circa idem reſpectu eiuſdem non. n. inconueniens eſt ꝙ cælum moueatur ſecundum formam, & quieſcat ſm̄ ſubiectum. ſ. in quantum mouetur circa centrum mundi, & numquàm ab eo recedit, nec ad ipſum accedit, & reſpectu polorum; quæ quies polorũ eſt geometricæ, non vere quies 2. cæl. 14. & quoniam omnis motus reſpectu acquiſiti, & eſt potẽtia reſpectu acquirendi. ideo quies eſt permiſta motui qm̄ mobile continue dum mouetur quieſcit reſpectu formę acquiſitę, & mouetur ad formã, vt inquit Au. 8. phy. 62. dum inquit quies, & motus poſſunt coniugi in diuerſis partibus, eiuſdem moti; ſed duo motus contrarij, numquàm Vnde Nota ꝙ maior eſt cõtrarietas in ſpecie quàm in genere; qm̄ quælibet liberalitas eſt contraria cuilibet auaritiæ, & è contra tñ non quęlibet virtus eſt contraria cuilibet vitio, & liberalitas non eſt cõtraria timiditati, aut intemperantiæ: quoniam hæc ſimul in eodem compatiuntur, ideò maior eſt contrarietas inter liberalitatem, & auaritiam; quàm inter virtutem & vitium à pari, maior eſt contrarietas inter frigefactionem, & calefactionem; aut inter albationem, & denigrationẽ quàm inter motum, & quietem non enim quilibet motus cuilibet quieti contrarium, ſed quælibet calefactio cuilibet frigefactioni, & quælibet albatio cuilibet denigrationi veluti quælibet caliditas eſt contraria cuilibet frigiditati, & quælibet albedo cuilibet nigredini, & è contra ex his igitur patet dubitationis ſolutio & quod maior eſt cõtrarietas in ſpecie, quàm in genere ¶ Dices ſi motus, & quies ſunt contraria priuatiue, 2. cæli 18. & iſta ſunt apta nata fieri circa idem ſubiectum, vt viſio, & cæcitas circa oculum, ergo vbi ſit motus ibi quies, ergo cælum quod mouetur, quieſcit; quod eſt falſum qm̄ cęlum ſemper moueť, & numquàm quieſcit. ¶ Dicas ꝙ cõtraria ſunt circa ſubiectum aptum natum recipere ambo contraria modo ſi cęlum ſemper mouetur non poteſt quieſcere; qm̄ non eſt aptum natum ſuſcipere vtrumq; motũ nempè, & quietem. ideo inquit Ar. ꝙ quieſcit non omne immobile, ſed quod aptum natum moueri priuatum motu, 4. phy. 118. 5. phy. 10. 6. phy. 30. 67.

Dub. / Sol. / Dub. / Sol. / Rep. / Confirmatio, / Dub. / Sol.

His vero quæ per ſingula ſunt, & ſingula generationi quidem corruptio contraria, augmentationi vero diminutio,

Cum per vnam dignitatẽ manifeſtauit contrarietatem motus. in genere dicens ꝙ ſimpliciter

pliciter

pliciter motui eſt contraria quies; nunc per ſecundam dignitatem declarat contrarietatem motus in ſpecie, & inquit (his) .ſ. ſingulis ſpeciebus motus ſingulæ ſpecies ſunt contrariæ. v. g. generationi quæ eſt vna ſpecies, corruptio; quæ eſt alia ſpecies, eſt contraria, & è contra. Sed Nota ꝙ motus eſt duplex Alius ſecundum ſubſtantiam, Alius ſecundum quantitatem primo .n. loquitur de ſpeciebus motus, ſecundum ſubſtantiam veluti eſt generatio, & corruptio deinde de ſpeciebus motus ſecundum quantitatem veluti eſt augmentatio, & diminutio cum dicit (augmentationi vero) adde tu contraria eſt diminutio. Nota ꝙ quando inquit Ar. ꝙ generatio eſt contraria corruptioni, & augmentatio diminutioni, loquitur reſpectu eiuſdem, vt generatio ſortis eſt contraria corruptioni eiuſdem ſortis, & augmentatio Platonis eſt contraria diminutioni eiuſdem Platonis, & nõ reſpectu diuerſorum, quoniam generatio Platonis non è contraria corruptioni, Sortis nec augmentatio bouis è contraria diminutioni leonis, quoniam hæc non ſunt contraria, nec augmentatio, ſecundum longitudinẽ, & diminutio ſecundum latitudinem ſunt contraria quoniam aliquod augetur ſecundum longum, & diminuitur ſecundum latum, veluti contingit de corrigia cõtracta, aut de panno.

Dub. ¶ Dices 5. phy. 8. generationi cõtraria eſt generatio, & augmentatio augmentationi, ſi generatio eſt contraria generationi, ergo nõ corruptio. quoniã plura eſſent contraria vni cuius oppoſitum patet 1. cęl. 10. & 10. met. 24.

Sol. ¶ Dicitur ꝙ generatio eſt duplex: Alia naturalis, Alia violenta, tunc dicitur ꝙ generatio naturalis eſt contraria generationi violentæ ſimiliter augmẽtatio naturalis augmẽtationi violentæ.

Rep. ¶ Dices contra nam adhuc ſequeretur ꝙ plura eſſent contraria vni,

Sol. ¶ Dicas plura eſſe vni contraria, non eſt impoſsibile, ſub diuerſa tamen ratione; 8. phy. 62. tunc. ſi. eſſet impoſsibile quando plura eſſent contraria vni ſub vna ratione.

Secundum locum mutationi, ſecundum locũ quies, maxime autem videtur oppoſita eſſe ad contrarium locum mutatio, vt ei; quæ ſuperius eſt ea; quæ inferius eſt.

Cum per ſecundam dignitatem aſsignauit cõtrarietatem motus in aliquibus ſpeciebus, nũc affert aliam dignitatem; qua manifeſtat motus contrarietatem in alijs ſpeciebus motus, ideò inquit ꝙ quies ſecundum locũ maximè videtur eſſe oppoſita mutationi ſecundum locum, & permutatio ſecundum locum eſt cõtraria permutationi; quæ eſt ſecundum contrarium locum. v. g. ſi aliquod ſurſum ſit, & ibi manet, atque quieſcit, poſtea mouetur, deorſum, quamquàm ipſi ſuperiori motui quies ſit cõtraria multo magis motus qui in contrarium ſit locum illi ſuperiori motui cõtrarius, eſt quod etiam reperitur in alijs motibus. v. g. ſi Aliquis ſit, ad deſteram; ſi. n. in ſiniſtram motus ſit in contrarium locũ factus dicitur motus ex quibus patet: ꝙ non eſt aliquis motus ſecundum locum, qui aliquando ceſſet, cui non contrarietur, quies ex quo dicitur ꝙ quies maxime contrariatur motui ſecundum locum dicimus. n. proprijſsime grauia quieſcere deorſum, & leuia ſurſum ſi tamen aliquis eſſet motus ſecundum locũ numquam ceſſaret illi nulla eſſet quies cõtraria; Sed Nota ꝙ non ſemper motus ſurſum contrariatur motui deorſum etiã reſpectu eiuſdem mobilis numero, vel ſpecie.

¶ Dices cum motus ſit multis modis cui motui quies eſt maxime contraria? Dub.

¶ Nota ꝙ motus localis. 8. phy. 75. eſt primus motuum primitate temporis, & naturæ conſequentiæ, & dignitatis: vnde ſequitur ꝙ hoc nomen .ſ. motus abſolute ſumptum competit motui locali, ſi vero competit alijs competit illis cũ additamento, ita ꝙ cum dicitur ꝙ corpus mouetur, debet intelligi ꝙ mouetur motu locali, ſi vero ly (mouetur) debet importare alium motum oportet ꝙ limitetur per aliquod additum, vt hoc mouetur ad albedinem, aut ad quantitatem, ex quo ſequitur, ꝙ eſſe motum proprijſsime competit motui locali, ſed vt dixit Ar. quies contrariat motui ergo quies proprijſsime cõtrariatur motui locali; adeo ꝙ magis competit illi quàm alteri motui? tamen non quælibet quies; ſed tantum quies localis, quoniam motus localis nõ contrariatur cuilibet quieti; quoniam non quieti; quæ tollit motum ad formam, ſed ſolum quieti, quæ tollit motum ad vbi; neque quilibet motus localis cuilibet quieti locali contrariatur. quia motus rectus non contrariatur quieti, quæ tollit motum circularem; ſed tantum quieti; quæ tollit motum rectum, ſicut neque motus rectus contrariatur motui circulari; ſed tantum motui recto vt patet 1. cęli & 5. phy. ſiue fuerit violentus, ſiue naturalis probat .n. ibi Ar. ꝙ motus terræ deorſum non ſolum contrariatur motui terræ ſurſum; ſed etiam motui ignis ſurſum, & motui ignis deorſum patet, enim ꝙ motus ignis ſurſum eſt motus naturalis motus autẽ terræ ſurſum, aut ignis deorſum eſt motus violẽtus, ergo motus terræ deorſum contrariatur motui ignis ſurſum, tantum cõtrarietate terminorum: quoniam ſunt ad terminos contrarios, tamen quilibet eorum eſt naturalis cõtrariatur autem motui ignis deorſum tantum contrarietate naturæ, quoniam

vnus eſt naturalis, & alius eſt violentus; & ambo ſunt ad eundem terminum, ſed contrariatur motui terræ, ſurſum tàm contrarietate terminorum, quàm naturæ quoniam ſunt ad terminos contrarios, & vnus eorum eſt naturalis, & alter violentus.

Reliquo vero aſsignatorum motuum non facile eſt aſsignare, quid forte eſt contrarium. videtur autem nihil eſſe ei contrarium: niſi quis, & in hoc ſecundum qualitatem quietem opponat, aut in contrarium qualitatis, mutationem: ſicut & in mutatione ſecundum locum, quietem ſecundum locum, aut in contrarium locum mutationem, eſt enim & alteratio mutatio ſecundum qualitatem. quapropter opponitur motui ſecundum qualitatem quies ſecundum qualitatem, aut in contrarium qualitatis mutatio, vt album fieri ad id; quod nigrum eſt fieri. alteratur enim in contraria, qualis mutatione facta.

Cum dixit quod motui ſimpliciter quies eſt contraria & in genere, & in ſpecie nunc ponit aliam dignitatem, & ſoluit quandam dubitationem, inquit ergo, & dicit non videtur facile forte aſsignare contrariũ reliquo motui, ſcilicet alterationi quoniam forte videtur alicui quod alteratio non habet contrarium inquit Ar. quod motui alterationis; qui eſt ſecundum qualitatem opponitur quies ſecundum illam qualitatem aut mutatio, quæ eſt in contrariam qualitatem ſicut in mutatione locali quoniam alteratio eſt motus ſecundũ qualitatem ergo ſibi opponitur tàm quies, quàm motus in contrariam qualitatem, vt dealbatio opponitur denigrationi, quæ eſt ad contrariam qualitatem; Sed Nota quod Ar. dixit quod quilibet motus habet contrarium hic tamen mouet difficultatem dicens, quod de motu ad qualitatem .i. de alteratione difficile eſt non tamen impoſsibile videtur quid ſibi contrariatur, ſed poteſt aſsignari contrarium dupliciter .ſ. ponẽdo quietem in qualitate contraria motui ad talem qualitatem. v. g. quieti ſub nigredine contrariatur motus ad albedinẽ, vel ſi dicemus quod motus; qui eſt ad qualitatem contrariatur motus ad contrariam qualitatem, vt motui ad albedinem contrariatur motus ad nigredinem; ex quo motus ſecundum locum habet duplex contrarium, ſcilicet quietem in termino; à quo ipſius motus, & etiam motum ad locum, vel terminum contrarium, ſic etiam quilibet alius motus habet duplex contrarium. ſ. quietem ſub termino à quo ipſius motus, & etiam motus ad contrarium terminum vt motui ad albedinẽ contrariatur quies ſub albedine, & motus ad nigredinem contrariatur motui ad albedinẽ; nam ſicut albedo; & nigredo ſunt contraria, ſic etiam motus ad albedinẽ, & motus ad nigredinem, ſunt contrarij; Sed Nota quod motus localis, & quies in communi ſumpta non ſunt contraria, ſed ſunt potius genera contrariorum ſimiliter augmentatio, & diminutio in communi accepta non ſunt contraria, ſed ſunt genera cõtrariorum, quoniam non omnis augmentatio, eſt contraria omni diminutioni ſimiliter generatio, & corruptio non ſunt contraria ſed ſunt genera cõtrariorum; quoniam non omnis generatio opponit cuilibet corruptioni; ſed generatio, & corruptio ſunt genera, contrariorum. ſic etiam, & de alijs motibus. Amplius Nota quod quies eſt duplex, Alia in termino à quo; Alia in termino ad quem; vtraque quies eſt contraria motui, tamen quies in termino à quo eſt magis contraria veluti patet in 5. phy.

CAPVT DE HABERE.

Habere ſecundum plures modos dicitur. Aut enim vt habitum, & diſpoſitionem, aut aliam aliquam qualitatem. dicimur enim diſciplinam aliquam, atque virtutem habere.

POSTQVAM de motu nunc de habere, tamquàm de vltimo poſt predicamento verbum facit, & primo diſtinguit, quot modis dicitur habere, eligendo quæ ſunt propria ſignificata, & quæ ſunt remota à ſuo intento prius enim de motu, & poſtea de habere quoniam motus confert ad cognoſcendum quomodo accidentia reducuntur ad ſubſtantiã, & quoniam accidentia prius cauſantur, quàm reducuntur ad aliud, ideò poſt motum Ar. conſiderat de habere. ¶ Dices quomodo Ar. ſic breuiter pertranſit. Dub. ¶ Dicas quoniam hic ſolum manifeſtat quantum ſpectat ad ſuam intentionem maiori tamen cum diligentia. 5. Sol. met. 23. inquit igitur Ar. (habere ſecundum plures modos) Dices quot modis Alij dicunt quinque modis; Alij vt Au. ſex modis, Alij

ſeptem

ſeptem modis, Alij nouē, modis, ſed magnus magiſter Simplicius octo modis, & Primus modus eſt; quādo aliquis habet qualitatem, ſcilicet habitum, vel diſpoſitionem, qui habitus &; diſpoſitio eſt in prima ſpecie, qualitatis aut qualitatem alterius ſpeciei, cum ſint quatuor ſpecies qualitatis, ſecundum quamlibet earum accidit aliquem habere, dicimus enim aliquem habere ſcientiam, & virtutes morales, quæ ſcientia, & virtutes morales, ſunt in prima ſpecie qualitatis, Alter vero habet potentiam currendi, & ſaltandi, pugillandi, quæ potentia eſt in ſecūda ſpecie qualitatis. Alium vero dicimus habere magnum calorem, & magnam albedinem, vel iram, quę ſunt in 3. ſpecie qualitatis, Alium vero dicimus habere pulchram imaginem figuram, & erectam ſtaturam; quæ figura eſt in 4. ſpecie qualitatis & iſte, eſt primus modus habendi, qui dicitur habere qualitatem, & ideò dicit Ar. habere dicitur ſecūdum plures modos, aut .n. vt habitum aut diſpoſitionem, vt quando aliquis habet diſciplinam, ſeu ſcientiam aliquam, atq; virtutem quæ ſunt in prima ſpecie qualitatis, aut quando Aliquis habet aliquam aliam qualitatē; ideſt aliquam aliam ſpeciem qualitatis, vt quando habet naturalem potentiam, vel impotentiam; quæ eſt in 2. ſpecie qualitatis, vel quandò aliquis habet dulcedinem, vel amaritudinē quę eſt in tertia ſpecie qualitatis, vel quando Aliquis habet pulchram figuram; quæ eſt in 4. ſpecie qualitatis, & iſte primus modus à doctoribus vocatur ſecundum exiſtentiam formæ.

modus. Aut vt quantum, vt quā contingit Aliquis habens magnitudinem. dicitur enim tricubitam habere magnitudinem, vel quadricubitam.

Secundus modus habendi (vt aiunt) eſt ſecundum eſſentiam materiæ, quemadmodum dicitur habere quantitatem, quando .n. aliquis interogat quantum eſt hoc, ſtatim Reſpondetur eſt bicubitum, & ſi iterum quæret, quare eſt bicubitum Reſpondetur, quoniam habet magnitudinem bicubitalem, & quoniā in prædicamento quantitatis inuenitur continuum, & diſcretum ſecundum omnes ſpecies horum generum contingit habere dicimus enim equum habere corpus, & corpus habere ſuperficiem; & ſuperficiem habere lineam, dicimus etiam ſenem habere magnum tempus, & puerum habere duos, vel tres annos, & omne corpus infra vltimam ſperam habere locum; & ſic etiam poſſumus dicere de alijs quantitatibus.

Aut vt ea; quæ circa corpus ſunt, vt veſtimentum, vel tunicam. *3. modus habendi.*

Tertius modus habendi eſt ſecundum adiacentiam totius corporis, vt dicunt Alij, veluti Aliquis dicitur habere ea, quæ circa totum corpus adueniunt, vt veſtimentum, vel tunicam, vel interulam, & calceos, omnia enim hæc adiacent toti corpori, & ſi dicitur importare aliquam determinatam partem; iſte modus habendi facit diſtinctum prędicamentum ab alijs, & dicitur adiacentia eorum, quæ circa corpus ſunt, & non inuenitur, niſi in rebus artificialibus.

Aut vt in parte, vt ſi in manu annulum. *4. modus habendi.*

Quartus modus habendi eſt ſecundum adiacentiam partis dicunt peripatetici, veluti aliquis dicitur habere id; quod eſt circa manum, aut aliam partem corporis, dicimus .n. hominem habere annulum in manu, vel colli ornamentum, vel armillam; vel galeam in capite, & calceos in pedibus, Nota ꝙ iſte modus habendi etiam pertinet ad prædicamentum habitus, & non differt à præcedente, niſi in hoc, quoniam ille importat adiacentiam circa totum, & iſte ſignificat adiacentiam circa partem.

Aut vt partem, vt manum vel pedem. *5. modus habendi.*

Quintus modus habendi appellatur a doctis ſecundum continentiam intrinſecam, quando aliquis dicitur habere membrum .ſ. pedem, vel manum, nam omne totum continet omnes ſuas partes, & quoniā partes ſunt intrinſecę toti ideo iſte modus dicitur ſecundum continentiam, intrinſecam ſiue partes ſint priores toto, vt cor, & epar ſiue poſteriores, vt manus, pes, ſiue eſſentiales, vt materia, & forma, ſiue quantitatiue, vt caro, & os.

Aut vt in vaſe, vt modius, grana, tritici, aut amphora, vinum. vinum enim habere amphora dicitur, & modius grana tritici, hæc enim omnia habere dicuntur: vt in vaſe. *6. modus habendi.*

Sextus modus habendi eſt ſecundum continentiam extrinſecam quomodo aliqua dicuntur haberi in loco; aut in vaſe dicimus .n. locum habere locatum, inquantum continet,

ipſum

ipſum cælum .n. habet totam ſperam elementorum, quia continet eam; & quodlibet elementum ſuperius habet elementum quod eſt inferius; quia continet illud, & demonſtratio habet definitionem; quoniam continet definitionem, & anima habet corpus; quoniã anima continet corpus, 1. de anima 99. com. ſimiliter vas dicitur habere ſuum contẽtum nam modius habet grana tritici, & dolium habet viuum, & cadus habet aquam, & quoniam bomo babet dominiũ ſuper continens, & contentum dicimus aliquem habere grana tritici in modio, & alium habere oleum in langeua, hæc enim eſt continentia extrinſeca, quando vas poteſt ſeparari à ſuo contento, & locus à ſuo locato.

7. modus habendi. Aut vt poſſeſsionem habere enim domum & ægrum dicimur.

Septimus modus haaendi eſt ſine reciprocatione habentis quemadmodum dominus habet poſſeſsionem, v.g. domum, &, vel agrum ad quem modum reducitur, habere quo quis habet ſeruos, vel ancillas, oues, & boues, pecuniam, libros, diuitias, honores, arma, calciamenta; & Nota ꝙ ideo iſte ſeptimus modus habẽdi dicitur ſine reciprocatione quia ille, qui habetur veluti dominus nõ habetur, veluti Viuolus habet domum, tamen non habetur à domo habet poſſeſsionem tamen non habetur à poſſeſsione cõcurrit actiue, & non paſsiue in habendo ruſticus babet boues, & capras, tamen non habetur.

8. modus habendi. Octauus modus habendi eſt cum reciprocatione habentis quemadmodum vir habet vxorem, & vxor habet virum, nam ſi vir habet vxorem, & vxor habet virum, & ſi aliquã vxor habet virum, & vir habet illam vxorem, eſt Notandum ꝙ licet iſte modus habendi, ſit in vſu loquentiam, tamen eſt alieniſsimus & improprijſsimus inter omnes modos nominatos, nam dicere vxorem habere virum; & virum babere vxorem, nil aliud eſt quàm dicere virum, & vxorem in eadem domo inhabitare, & ſimul filios generare, & alios actus ſimul perficere, & obſeruare, & ſcias ꝙ ad hũc octauum modum habendi reducitur habere quo quis habet amicum, vel inimicum, ſi .n. Franciſcus habet Antonium amicum, & Antonius habet Franciſcum tale .n. habere non eſt aliud quàm ambos cõuenire in vnum velle, & nolle ſi verò Petrus habet Paulum inimicum, & Paulus habet Petrum inimicum; tale habere non eſt aliud niſi diſconuenire, in voluntate, & velle.

Forte tamen, & alij quidam eius quod eſt habere apparebunt, modi ſed qui dici conſueuerunt pene omnes connumerati ſunt.

Numeratis octo habendi modis, & quoniã ſuſpicio erat vtrum, ſint iſti nominati modi, & non plures ideò nũc reſpondet tacite obiectioni dicens ꝙ forte alij modi habendi, à prædictis apparebunt. ¶ Dices vbi apparebunt? iſti alij modi qui hic non fuerunt nominati? ¶ Dicas in 5. met. cap. de habere, & ſunt iſti videlicet vt quãdo aliquis habet aliquam rem, & trahit illam ad ſuam naturam, & diſpoſitionem. v.g. febris habet infirmum; & tyrannus habet ciuitatem, & homo habet veſtem; quæ conformatur ad figuram habentis illam; Alio modo, quando aliquis violenter tenet aliud ne moueatur ſuo motu naturali, aut libero, ſicut colunnæ habent trabem quam ſubſtinent, & vt dicunt Poetæ Atlantem babere cælũ fingentes ipſum eſſe quemdam gigantem ſubſtinentem cęlum, ne caderet, & carceres habent carceratum iterum Dices quare dixit (forte) quoniam non dum ſcripſerat librum, met, neq; erat certus ſcribendi illum, ſi tamen aliqui modi habendi conſueuerunt eſſe in vſu ſapientum, (pene) .i. quaſi omnes enumerati ſunt. & dicit (pene) ſeu quaſi non omnes enumerati ſunt, ſed ſolum principaliores, ad quos omnes alij reducuntur, ¶ Dices vnde Ar. ſumpſit numerum modorum habendi. *Dub.* ¶ Reſpondet Ar. 5. met. 28. & d. in aliquo etiam eſſe ſimiliter, & conſequenter ſicuti habere dicitur. q.d. quot modis dicitur eſſe in aliquo, tot modis dicitur, habere, ſed. 4. phy. 23. octo modis dicitur eſſe in aliquo, ergo octo modis dicitur habere aliquod iſti igitur octo modi continentur in his verſibus. *Sol.*

Affectum quantum veſtitum, nunc velut aurum
Membrum contentum poſſeſſio vir, mulierem.

Qui verſus declarantur hoc modo per (affectum) deſignatur primus modus habendi, qui eſt habere qualitatem, qualitas .n. afficit ſubſtantiam, & qualificat eam, & per (quantum) deſignatur ſecundus modus .ſ. habere quantitatem, & per (veſtitum) deſignatur tertius modus, qui eſt habere ea, quæ corpori adiacent, ſecundum totum, vt tunica ſiue ſecundum partem, vt annulus aureus in digito, & per (membrum) deſignatur quartus modus; qui eſt habere mẽbrum vt caput, vel partem integralem, per (contentũ) deſignatur quintus modus; qui eſt vt continens, habet contentum, vt langeua babet vinum, & modium grana tritici, & Sextus modus deſignatur per poſſeſsionem, & per (mulierem) ſeptimus

ſcili-

ſcilicet habere vxorem, & per hoc poteſt haberi ordo, & numerus illorum modorum.

Reſp. ¶ Dices contra nam dixit Ariſt. ꝙ quot ſunt modi eſſendi in aliquo tot ſuut modi habendi aliquod hoc videtur falſum, qm̃ linea habet punctum & tempus habet iuſtans, & priuatio habet habitum, & non apparet in quo modo nominato, ſimiliter quodlibet contrarium habet cõtrarium, quoniam ignis habet coutrarium .ſ. aquam, & aqua ignem, 2. de gen. 22.49. & quodlibet contradictorium habet coutradictorium, & non eſt mauifeſtum, ad quem modum nominarum reducatur hoc habere.

Sol. ¶ Dicas ꝙ iſte modus habendi .ſ. linea habet punctum, & tempus habet inſtans, & priuatio habet habitum, licet videatur eſſe quidam modus diuerſns à prædictis, tamen redncitur iſte modus ad modum, quo totum habet partes; qm̃ nihil eſt in ſeipſo, niſi ratione partis. 4. phy. 24. punctum .n. reſpectu lineę, & inſtans reſpectu temporis, habet rationem partis, quoniam punctus eſt pars definitionis, lineæ 1. poſt. 30. & inſtans eſt pars definitionis temporis,

Alia ſol. ¶ Vel ſi præter prædictos habendi modos ſint alij modi habendi tamen prædicti ſunt principaliores, & magis vſitati; Alij vero ſunt minus principales, & minus vſitati,

Dub. ¶ Amplins vnum, & idem non poteſt eſſe prędicamentum, & poſt prędicamentum, ſed habere eſt prædicamentum ergo non eſt poſt prædicamentum?

Sol. ¶ Dicas ꝙ vnum, & idem ſecundum idem vniuoce, & eodem modo conſideratũ, non poteſt eſſe prædicamentum, & poſt prædicamentum ſed vario, & diuerſo modo ſumptum .ſ. æquiuoce & ſecundum vocem poteſt eſſe vtrumq;

Alia ſol. ¶ Vel Dicas ꝙ habere conſideratur dupliciter, vno modo vniuerſaliter communiter, & generaliter vt ſe exteudit ad omnes ſuos modos, & ſic ponitur reductiue, in diuerſis prædicamẽtis, & ſic eſt poſt prædicamentum: Alio modo ſumitur ſpecifice particulariter, ſolum pro tertio modo habendi & ſic eſt vnum prædicamentum diuerſum ab alijs, atq; diſtintum.

Dub. ¶ Amplius quod diuiditur eſt totum teſte Por. in cap. de ſpecie. ſed habere uon eſt totum, quoniam totum eſt vnum, 5. met. cap. de toto ?ergo habere non diuiditur, & per conſequens fnit male diuiſum ab Ariſt. in tot modos ſupradictos.

Sol. ¶ Dicas ꝙ licet ipſum habere, non ſit totum ſecundum rem, tamen eſt quodam totum ſecundum vocem, & ideò fuit bene diuiſnm diuiſione vocis, multa alia eſſeut dicenda, quæ omictimus, ne prolixior fiat oratio, & ue ſtudẽtium animos confundere videamur, ad quorum vtilitatem voluimus hoc opus exponere, quod ſic fuit à nobis expoſitum, velnti Beata virgo dignata fuit illuminare noſtrum intellectum ad laudem cnius Sacratiſsime Virginis ante partum; in partu; & poſt partum: fuerunt dilncidata in prima parte, Anteprædicamenta: in ſecunda parte fuerunt declarata ipſa prædicamenta; in tertia fuerunt expoſita poſt prædicamenta.

F I N I S.

CLAVDII PRVDENTIS
CIVITATIS NVSCI GYMNASIARCHI,
AD FRANCISCVM ANTONIVM VIVOLVM PHILOSOPHVM NEAPOLITANVM
CARMEN.

GLORIA lectorum, latiæ facundia linguæ;
Cultor, & Antiſtes pallados artis aue;
Virtutes veſtræ cæli velut aſtra refulgent,
Inter primates dogma perenne tenes;
Simplicio quondam gaudebat Græcia celſo;
Parthenope tali nunc bene lęta viro.
Muſarum princeps viues, ſi fata per Aeuum
Stamina producent; & tibi longa dies?
Ingenio fulgens, doctrina clarus & omni
Virtute ornatum non niſi ſumma decent?
Alter Ariſtides dictus cognomine iuſtus,
Vel dictus ſapiens primus in Orbe Thales
Veſtras aſt animus fert tantas dicere laudes,
Sed mens ſub tanto pondere lapſa ruit.
Ingenium facile, & cunctis vt cerno paratum,
Vnde domus creſcet fama, ſaluſq; tuæ.
Inſuper vt tenor nimio deuinctus amore,
Aggredior dictis parcior eſſe meis.
Mantua quid celebrat magna niſi laude Maronem?
Lucanum laudat Corduba docta ſuum.
Quid veram celebrat vatum niſi Sulmo coronam?
Arpinas laudat quid Ciceronis opus?
Docta Venuſinum celebratq; Venuſia Flaccum?
Te Verona refert magne Catulle potens?
Roma benigna ſuum laudat ſermone Catonem?
Et celebrat Marium te quoq; Roma ſuum?
Quid niſi te primum dignum Franciſce Corona
Lectorem laudat Regia Parthenope?
Mantua te reuocat, te Corduba docta reclamat,
Te cupit Arpinas, te quoque Sulmo leuat.
Per mare, per terras, per cælum, & ſidera cæli,
Quippè obſeruatur nomen honore tuum?
O fulgur latij, fulgens ò ſidus Olimpi?
O flos Heſperiæ, Parthenopea ſalus?
Ni videar longus breuiter tibi pauca reſoluam,
Tu ſolus patriæ lumen, & Orbis honos:


REGISTRVM.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A a Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp

Qq Rr Ss Tt Vu Xx.

Omnes ſunt Duerniones præter X x. Quæ eſt Terniones.



Imprimatur *Ardicinus Biandrà Vic. Gen. Neap.*

M. Philocalus Pharaldus Carmelita Deputatus vidit. Idem fol. 133.

NEAPOLI, Apud Io. Iacobum Carlinum,
& Antonium Pacem. MDXCVI.

REGISTRVM.

a A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A a B b C c D d E e F f G g H h I i K k L l M m N n O o P p

Q q R r S s T t V u X x.

Omnes sunt Duerniones praeter X x. Quae est Terniones.



Imprimatur *Ardicinus Biandrà Vic. Gen. Neap.*

M. Philocalus Pharaldus Carmelita Deputatus vidit. Idem fol. 133.

NEAPOLI, Apud Io. Iacobum Carlinum, & Antonium Pacem. MDXCVI.